JULII CLARI
OPERA

LUGDUNI
1579

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sem. Penal
DEUSTO

Universidad de Deusto
Biblioteca

UNIVERSIDAD DE DEUSTO
BIBLIOTECA

180188

IVLII CLARI PATRITII ALEXANDRINI, I. C. LONGE CLARISSIMI, ET SERENISS. PHILIPPI HISPANIARVM REGIS, SVPREMI CONSILIARII, AC REGENTIS DIGNISS.

OPERA, quæ quidem hactenus extiterunt omnia:

Nunc recèns à Io. Guiotio Niuernensi I.V.D. multis in locis recognita & repurgata, atque plurimis additionibus illustrata.

Quorum catalogum proxima post præfationes indicabit pagina.

Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.

04694

COLEGIO DE ESTUDIOS SUPERIORES
BILBAO

LVGDVNI,
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.
M. D. LXXIX.
Cum Priuilegio Regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMO VIRO

DOCTISSIMOQVE I. C. PETRO D'AVSERRE GALLIARVM REGIS IN CVRIA LVGDVNENSI CONSILIARIO, EIVSQVE CAVSARUM Patrono, sereniſsimæq; Reginæ Matris Libellorum ſupplicum magiſtro,

Ioanna Iunta S. D.

HÆC mihi ſemper fuit mens, hoc ſtudium, ea denique voluntas, vir Clariſſime, ab eo tempore quo è viuis exceſsit dilectiſsimus mihi pater, rem literariam pro virili augere, artémque hanc typographicam, in qua tot annis maiores mei, & in his Iacobus Iunta optimus mihi pater, ſumma cum omnium nationum & populorum laude & honore erant verſati, maiori, ſi poſſet fieri, cum laude tractare & exercere. Nihil enim mihi fuit antiquius quàm quod ornatum & excultum ſatis à maioribus meis in hac arte fuerat, ornatius, & magis excultum reddere: denique vt quam ἐλαχον σπάρταν, ἐκεινὼ κοσμοῖμι. nec hoc tantùm quandiu permanſit inter me & alios patris mei hæredes ſocietas & omnium bonorum communio, ſed & poſtquam eiuſmodi finita eſt ſocietas, & patris mei abinuidis quibuſdam diſtractæ, & miſere (proh dolor) diſſipatæ ſunt facultates, & optima earum pars in alienam tranſiere familiam. Nec me ab inſtituto auertit ſexus muliebris, & quod hæc magis ſint officij virilis. Nam præterquam quod nec nouum aut inauditum eſt, mulieres artem huiuſmodi tractare, & reperire liceret plurimas, quæ non ſolum artem typographicam, ſed & alias etiam difficiliores & magis arduas tractarunt, & in his exercendis maximam laudem ſunt conſecutæ: malui ego potius nouum aut inauditum videri huic arti me animum applicare, méque quod alioqui virilis eſt officij facere, quàm eum quem ſibi maiores mei, & in his colendiſsimus mihi pater, tot ab hinc ſæculis in hac excolenda arte honorem parauerant, neſcio quo leui pudore extingui ſinere, illóſque vna cum libris ab illis impreſsis, euaneſcere. Hæc plena ſunt laudis, vir ornatiſsime, plena honoris, necnon & voluptatis, meo quidem iudicio, adde etiam & plena in maiores meos grati animi, & bonæ voluntatis. Fremant inuidi licet, nun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam tamen permittam, quoad dabit Deus Opt. Max. & suppetent exiguæ meæ facultates, quod laudis aut honoris abhinc multis annis familia Iuntarum in hac Typographica arte exercenda acquisijt, perdi & extingui. Quoniam verò ab aliquo iam à nostris impresso auctore incipiendum fuit, hic verò auctor, tum ob eius eximium splendorem, tum vero ob doctrinam summam, quæ in his eius operibus est recondita, dignus mihi visus est, qui initium renouatæ nostræ Typographeiæ daret, ab his IVLII CLARI Receptis sententijs ordiendum esse existimaui. nam ἐρχομένῳ ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν θηλαυγές, *inquit Pindarus. Sed quemadmodum oportet eum qui rem aliquam incipit, ab egregio aliquo opere auspicari, sic & eum qui suis vigilijs & laboribus fautorem quærere desiderat, aliquem eximium virum primò deligere, qui & ipse magnæ sit apud omnes authoritatis, sed & eximiæ doctrinæ & scientiæ. Quod verò* πρόσωπον τηλαυγέστερον, *quis fautor magis tutus, quis melior te & magis fidus patronus, vir clarissime: nemo me hercule. tu enim in hac vrbe soles cæterorum omnium non solum Iurisconsultorum, sed & Aduocatorum familiam ducere: merito igitur & hic præibis, tuíque nominis splendore huius libri primæ fulgebunt paginæ. Accipe igitur nostrum hoc munus, & nostros hos labores, qualescunque tandem sint, in clientelam tuam suscipe: non ingratum erit munus, si familiam nostram respexeris, & à tibi amantissimis profectum, sed & virũ clarissimum & optimum Iurisconsultum viro ornatissimo & doctissimo Iurisconsulto, &* ὁμοιότατον ὁμοιοτάτῳ *dedicatum agnoueris. Mei tamen quodcunque hic est me præsentem suppuderet mittere: sed plus audebo absens, quia maxime volo me tibi deuinctissimam declarare. Sola nominis tui inscriptio vicerit opus ipsum facile omnibus rationibus: tua autem erga familiam nostram beneficia nullum officij genus ne æquauerit quidem vnquam. Vale, vir Doctissime & clarissime, vale etiam atque etiam. E nostra Typographeia a. d. xvj. kal. Iun. Anno Domini* ɔIↃ IↃ lxxjx.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. ANTONIO PERENOTO ATREBATENSI EPISCOPO.

IVLIVS CLARVS. S. D.

LIBROS Sententiarum Receptarum, Primum studiorum meorum fructum, ab ipso penè Operis exordio, tibi dicare constituera̅m, Reuerendiss. Antistes, siue quòd ita officii mei ratio postularet videretur, siue etiam (verum vt dicam) quòd neminem esse arbitrater, cuius nomine instiùs quàm tuo, hosce Commentarios inscriptos esse oporteret. Nam si defensor aut patronus quærendus erat, cuius auctoritate tutus liber in̅ publicum prodiret (quod plerique in nuncupandis operibus obseruare solent) quis est toto orbe terrarum tibi, aut amplitudine, aut dignitate comparandus? Si verò ille mihi deligendus erat, cui maximè deberem, cuiqùe pro suis meritis erga me, aliquam hoc munere gratiam referrem, quis mihi te amicior? Quis in me ornando, vel promptior, vel diligentior vnquam extitit? Non præteream, ne illud quidem, in ipso studiorum nostrorum initio, in Ticinensi Academia vtrique nostrùm contigisse, in eodem auditorio iuri ciuili operam dare: quo tempore quanta in me tua fuit humanitas? quæ beneuolentia? Quale vicissim meum erga te studium? Quæ patris mei, viri Clariss. qui tùm fortè Mediolano se Ticinum contulerat, in te officia fuerunt. Quibus omnibus accedebat, quòd ex Operis quoque ipsius argumento id tibi maximè deberi videbatur. Si enim Iurisconsulto, eidemque doctissimo atque integerrimo, dicandæ erant Iurisperitorum sententiæ: tu iuris scientia, eruditione, atque integritate adeò excellis, vt iure ac merito esses cæteris omnibus sine controuersia præferendus. Cæterùm cùm Mantuæ agens, quò ex illa belli turbulenta tempestate, velut in portum cõfugeram, extremam Operi manum imponere, illudque tuis auspiciis in lucem edere constituissem, repentè mihi allatus est nuncius, me in Mediolanensem Senatum, summo Regis nostri beneficio, fuisse cooptatum. Quæ res fecit, vt ab incœpto discesserem. Permagni enim interesse arbitrabar, vtrùm Opus ipsum à iuris tantùm perito, an à iuris perito eodemque senatore prodiret, à quo propter accessionem dignitatis, nihil nisi summo iudicio atque arte elaboratum proferri oporteret. Sperabam tamen futurum, vt librum aliquando in manus sumere, eumque expolire, atque absoluerè possem. Sed me valdè mea fefellit opinio: nã cùm primùm senatorium cœpi munus obire, ita sum causatum, negotiorumque multitudine impeditus, vt nihil hactenus spacii surripere potuerim, ad Opus ipsum, vti constitueram, diligenter corrigendum, atque emendandum. Hærebam itaque, nec quid consilii caperem omninò videbam. Hinc enim, si libet prorsus supprimeretur, non poteram non molestè ferre, tot annorum à me susceptos labores sine fructu perire: illinc verò, si non emendatus ederetur, verebar, ne cum magna existimationis meæ iactura, illud mihi iure obiici posset, quòd ipse Iurisconsultus, non satis consultò fecissem. Placuit igitur priusquam deliberarem, amicorum iudicium exquirere: nihil enim apud me vnquam fuit illorum consiliis, aut sanctius, aut religiosius. Itaque Paragraphum qui de Feudis erat conscriptus, in lucem editum ad te primum, deinde etiam ad plerosque viros literarum scientia insignes, mihique summa necessitudine coniunctos, perferendum curaui, vt ex eo quasi totius Operis gustum præberem, rogauique vt quid de eo sentirent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidue mihi faciẽdum putarent, amicè monerent. Ii omnes reſponderunt, non indignum ſibi librum videri, qui in lucem prodiret. Tu verò, quem præcipuum omnium conſiliorum meorum rectorem, & moderatorem ſemper conſtitui tuis literis, quas proximè ad me amoris, & officii plenas ſcripſiſti, non modò animum confirmaſti, ſed etiam addidiſti: Quò factum eſt, vt hanc prouinciam, quam antea timens ac viribus meis diffidens ſubterfugiebam, nunc tot clariſſimis viris hortatoribus, te verò etiam planè impulſore, alacri, & prompto animo lubentiſſimè ſuſceperim. Sed cùm adeo ipſius voluminis creuerit magnitudo, vt non niſi longo temporis interuallo, auctorum locos omnes, qui penè innumerabiles citantur, cum ipſis ſcriptorum commentariis conferri poſſe exiſtimem, (hoc autem magni referre arbitror, vt omnia fideliter recitentur) vereor, ne tardius quàm vellem, perfici totum Opus poſſit, & peruulgari. Vt igitur interea ſtudioſis, quorum multi illius editionem à me per literas efflagitant, aliqua ex parte ſatisfaciam, aliquot Paragraphos, qui vel vtilitate vel copia cæteris præſtarent, eo tempore quod moleſtiſſimis occupationibus meis eripere mihi licebit, corrigendos mihi propoſui, eoſque in lucem mittere conſtitui. Habent enim ſinguli Paragraphi, libelli ſpeciem, ita vt vnuſquiſque per ſe ſatis commodè vtiliterque, & legi, & intelligi poſſit. Quorum cum primus fortè edendus eſſet Paragraphus, qui, TESTAMENTVM inſcribitur, non potui me continere, quin (quod in toto Opere facere decreueram) illum tuo ampliſſimo nomini dedicarem. Dii rerum omnium dominatores, qui donis noſtris non indigent, non quid detur, ſed qua mente quòue animo datum ſit, æſtimare ſolent: id te ANTISTES ILLVSTRISS. qui vitæ ac morum probitate ad eorum ſimilitudinem, quantum humana fert imbecillitas, proximè accedis, hac in re facturum confido, vt ſcilicet munus hoc, qualecunque ſit, ab homine tui amãtiſſimo ſtudioſiſſimoque profectum, cuiuſque animum iamdiu cognitum ac perſpectum habes, benignè ac humaniter accipias. Quod quidem ego in præſentia, maximi atque immortalis beneficii loco reponam. Quod ſi poſtea aliquandò inter iuris interpretum controuerſias, aliquam tibi laboris, aut moleſtiæ leuationem attulerit, tùm me fœliciſſimum arbitrabor, atque ex ea re omnium laborum, vigiliarumque mearum ampliſſimum, & cumulatiſſimum fructum mihi videbor conſecutus. Interea verò DEVM Opt. Max. precabor, vt te diu incolumem, florentem, beatum, Reipubl. Chriſtianæ ſeruet.

Spero enim aliquando futurum, vt maximo ſedens in ſolio, iampridem tot turbinibus ac tempeſtatibus fluctuantem CHRISTI nauem, ſalum in portu colloces. Vale. Calend. Maij. M. D. LIX.

MEDIOLANO.

**
*

SERIES

SERIES TRACTATVVM, TOTO HOC VOLVMINE CONTENTORVM eodem ordine, quo ab ipſo Auctore ſunt edita.

EX LIBRO TERTIO SENTENTIARVM RECEPTARVM IVLII CLARI, &c.

§. Teſtamentum. f. 1.

EX LIBRO QVARTO RECEPTARVM SENTENTIARVM.

§. Donatio. f. 61
§. Emphyteoſis. f. 81
§. Feudum. f. 104

EIVSDEM LIBER QVINTVS INTEGER ET ABSOLVTVS. f. 145

In quo omnium Criminum materias, per receptas Sententias, ac in calce de eorundem Proceſsibus conficiendis, ac delinquentium pœnis, accuratiſsimè ſunt omnia tractata, ita vt nihil vlterius Lector deſiderare poſſit.

CAPITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITA QVAESTIONVM

§. Testamentum.

Qu. 1. Quid sit testamentum?
2 Quo iure inuenta sit testamenti factio?
3 Quot sint genera testamentorum?
4 Quid differat testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis?
5 Quæ personæ possint testari ad pias causas?
6 Solemnitates iuris ciuilis an sint sublatæ in testamentis ad pias causas?
7 Testamentum imperfectum ad pias causas conditum, an sustineatur quacunque imperfectione non obstante?
8 Testamentum inter liberos conditum, an valeat sine solemnitatibus iuris ciuilis?
9 Et quid si sit imperfectum ratione voluntatis.
10 Et an etiam sustineatur quatenus concernit extraneas personas?
11 Dispositio. §. ex imperfecto, an habeat locum etiam in testamento nuncupatiuo?
12 Et an habeat locum inter quoscunque liberos?
13 Et an ex huiusmodi testamento succedatur tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato?
14 Schedula manu patris scripta sine testibus, an valeat inter liberos in vim testamenti?
15 Testamentum militis quæ priuilegia habeat?
16 Miles an possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus?
17 Testamentum cæci quomodo confici debeat?
18 Filiusfamilias an possit testari?
19 Bannitus an possit testari?
20 Et an possit capere ex testamento?
21 Condemnatus ad mortem an possit testari?
22 Deportatus an habeat testamenti factionem?
23 Condemnatus ad perpetuos carceres, an retineat testamenti factionem?
24 Excommunicatus an possit testari?
25 Infamis an possit testari?
26 Vsurarius manifestus an possit testari?
27 Prælatus aut clericus, an possit testari?
28 Monachus, vel religiosus, an possit testari?
29 Monachus, vel religiosus, an possit capere ex testamento?
39 Monacho hærede instituto, an hæreditas transferatur in Monasterium ipso iure?
31 Spurius an possit capere ex testamento?
32 Auus an possit instituere nepotem legitimum, natum ex filio spurio?
33 Prodigus an possit testari?
34 Inhabiles de iure communi ad testandum, an possint testari ad pias causas, Remissiue.
35 Institutio hæredis expressa, & tacita esse potest.
36 Institutio hæredis debet esse certa.
37 Testator debet ore proprio exprimere nomen hæredis.
38 Legitima debet filio relinqui iure institutionis.
39 Filius an possit instituì sub conditione?
40 Testamentum in quo filius est exhæredatus, an sit nullum?
41 Ex quibus causis filius à patre exhæredari possit?
42 Testamentum in quo filius est præteritus, an sit ipso iure nullum.
43 Et quid de iure prætorio, &c.
44 Filia an possit institui in sola dote sua?
45 Testamentum præteritione posthumi, an rumpatur?
46 Clausula codicillaris, an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, iu vim fideicommissi?
47 Præterito filij à matre, an reddat eius testamentum nullum?
48 Præteritio patris à filio, an reddat testamentum nullum?
49 Præteritio matris, vel ascendentium per lineam maternam, an annullet testamentum?
50 Præteritio collateralium, an vitiet testamẽtum?
51 Præteritio liberti, an reddat testamentum nullum remissiue.
52 Dispositio Authen. ex causa. an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis?
53 Et an irritetur institutio facta in re certa, &c.
54 Et an omnia in testamento contenta, præter institutionem sustineantur?
55 In testamẽto quæ personæ testes esse non possint?
56 Quis testium numerus in testamẽtis requiratur?
57 Et quid de iure Canonico?
58 In testamẽto requiritur, quòd testes & notarius sint rogati.
59 Requiritur in testamento, quòd testes videan
testa
testatorem.
60 Duæ personæ an possint simul condere testamentum?
61 Testatoris dispositio an semper seruanda sit?
62 Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ?
63 Et quid in filiis primi gradus?
64 Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo, fruendo, &c.
65 Testator an possit prohibere ne testamentum insinuetur?
66 Testator an possit remittere confectionẽ Inuentarij?
67 Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredes?
68 Testator an possit concedere legatario licentiam capiendi legatum propria auctoritate?
69 Testator an possit priuare hæredem hæreditate?
70 Testator an possit facere, quòd bona sua non sint pro legatis hypothecata?
71 Testator an possit disponere de rebus hæredis?
72 Testator an possit prohibere legitimam?
73 Testator an possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ?
74 Testator an possit prohibere ius accrescendi?
75 In testamento an possint celebrari contractus?
76 Quemadmodũ testatoris voluntas conijci possit?
77 Filij positi in conditione, an censeantur vocati?
78 Et quid si testator eos grauauerit?
79 Et quid si apposita sit dictio, Masculis?
80 Plures simul instituti, vel substituti an censeantur, vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo?
81 Testamentum an annulletur præteritione filij?
82 Et an præteritione parẽtum, vel collateralium?
83 Et an propter exhæredationem?
84 Legitimatione filij naturalis an rumpatur testamentum?
85 Et an per ingressum religionis?
86 Resurrectione testatoris defuncti, an testamentum rumpatur?
87 Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum?
88 Vltima voluntas an vitietur propter malam latinitatem?
89 Testamẽtum minus solemne an sit ipso iure nullum?
90 Ex testamento minus solemni an oriatur naturalis obligatio?
91 Testamentum an contraria voluntate reuocetur?
92 Et quid si testator dicat se velle decedere intestatum?
93 Cancellatione testamenti, vel incisione, an reuocetur testamentum?
94 Testamẽtum iuratum an tollatur per secundum testamentum?
95 Donatio in pœnam mutationis testamenti an valeat?
96 Secundum testamentum ex quo non sit adita hæreditas, an tollat primum?
97 Testamentum imperfectum an aliquando tollat aliud perfectum præcedens?
98 Testamentum primum inter liberos conditum, an per secundum testamẽtum simpliciter reuocetur?
99 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam an tollatur per secundum?
100 Si duo testamenta eodem die confecta producãtur, quod eorum præualere debeat?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVLII CLARI ALEXANDRINI
IVRISCONSVLTI CLARISS.
AC REGII SENATORIS,

Ex libro tertio Sententiarum receptarum.

§. *TESTAMENTVM.*

QVANTVM hæc teſtamentorum materia præ cæteris omnibus vtilitate,& ſubtilitate excellat,nemo eſt q̃ neſciat. Quotidie enim & in ſcholis,& in foro verſantur ſuper vltimis defunctorum voluntatibus variæ quæſtiones.Harum autem,cùm iam nos,ſuperioribus §§.bonam partem abſoluerimus, eámq; præſertim, quæ ad Subſtitutiones, & legata pertinet, reſtat vt de ipſis Teſtamentis, eorúmque ſolemnitatibus breuiter diſſeramus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit teſtamentum?

PRO intelligentia in primis quęro,Quid ſit Teſtamentum?Reſpon.Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſentẽtia,de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. ita diffinit Iuriſconſultus in l.j. ff.de teſtamen.

QVÆSTIO II.

Quo iure introducta fuerit teſtamenti factio.

QVÆRO, quo iure introducta ſit teſtamenti factio? Reſpon.Aliqui ſimpliciter dicũt,ꝙ teſtamẽtũ eſt de iure ciuili.& dicit Guliel.de Benedic.in 1.parte repet.c.Raynutius.in verb.teſtamentum.el.j.fol.147.nu.2.de teſtam.ꝙ ita cõmuniter tenetur.Ita etiã tenere cõmuniter Doctores atteſtatur Por.Inſtit.de teſta.in prin.n.11. Tu dic, ꝙ teſtamentum ipſum inuentione eſt de iure gentium,ſed ſolẽnitates in eo requiſitæ, ſunt inuentæ à iure Ciuili,& Prætorio.Et hanc opi. ꝙ teſtamentum ſit de iure gentium,tenuit Bart.in l.interdum, nu. 7.ff. de condi.inde.quam etiam dicit eſſe magis cõmunem Corn.in l.ſi teſtamentum,nu.2.& 3.C.de teſta. Iaſ.in repet.l.admonendi.poſt nu.184. verſi. ſubdit tamen ff.de iureiu.& in d.l.interdũ.nu.4. quem refert Did. lib.3.reſolutionum, c.6.nu. 7. Et dicit Io.Annib.in repe.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.nu. 189. ꝙ ita concludunt communiter Doctores.Videmus enim quòd antequam eſſet introductum ius ciuile, apud antiquiſsimas gẽtes erat in vſu,vt patres familiàs de rebus ſuis in caſum mortis, ad eorum libitum diſponerent:& licet poſtea ius ciuile introduxerit ſolẽnitates,quæ ad teſtamenta conficienda requiruntur, tamẽ inuentio (vt dixi) ipſius teſtamẽti fuit introducta à iure gentium.Neque putes, ꝙ hæc quæſtio ſit prorſus inutilis, quia imò eſt maximi effectus. Nam ſi teſtamentũ eſt de iure gentiũ, non poterit princeps auferre dominiũ alicui quæſitum ex teſtamento:quod tamẽ facere poſſet, ſi eſſet de iure ciuili,vt declaraui ſuprà libro 2.§.princeps.

QVÆSTIO III.

Quot ſint genera teſtamentorum.

QVæro,quot ſint genera teſtamentorum? Reſpond.ꝙ multæ poſſunt enumerari diuiſiones Teſtamentorum,tam reſpectu formæ, & ſolemnitatis in eis requiſitæ,quàm priuilegiorũ, quæ ſiue propter perſonã eius qui condit teſtamentum,ſiue eius,qui in teſtamento hæres eſt inſtitutus,ſiue propter cauſam in quã aliquid relinquitur, ipſis teſtamentis à iure cõmuni cõceſſa ſunt.Reſpectu formæ dicimus,ꝙ aliud eſt teſtamentum in ſcriptis, aliud eſt teſtamentũ nuncupatiuũ,de quibus j̃.q.4.Reſpectu priuilegiorum habes, ꝙ aliud eſt teſtamentum conditum ad pias cauſas, aliud conditũ ad cauſas profanas,de quibus j̃.quæſtione 6.& 7.Aliud eſt teſtamentum conditũ inter liberos, aliud conditum inter extraneos,de quibus j̃.q.8. & ſequen.aliud eſt teſtamentum militis,aliud teſtamentum pagani.de quibus j̃.q.15.Aliud eſt teſtamentum cæci, aliud nõ cæci,de quo dixi infrà quæſtio.xvij.Solemus etiam dicere, quòd aliud eſt teſtamentum validum, ſiue ſolemne, aliud inualidum, ſiue minus ſolemne,de quibus multa dicemus in diſcurſu materiæ, & maximè q.lxxxix.& ſequen.

QVÆSTIO IIII.

1 *Quid differat Teſtamẽtũ nũcupatiuũ à teſtamẽto in ſcriptis.*
2 *& an teſtamentum conditum ab eo qui volebat teſtari in ſcriptis non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis, valeat vt nuncupatiuum?*
3 *& an teſtamentum factum per relationem ad aliquam ſcedulam teſtibus non lectam, valeat?*
4 *Et quid ſi Notarius per errorem appoſuerit clauſulam, quòd non valeat niſi iure codicilli, an ſuſtinebitur in vim teſtamenti?*

1 DIxi, ꝙ aliud eſt teſtamentum conditũ in ſcriptis,aliud nuncupatiuũ.Scire debes, ꝙ teſtamentũ in ſcriptis eſt, in quo intereueniunt ſolẽnitates requiſitæ in l.hac cõſultiſsima,in prin.C.de teſt. Nuncupatiuũ autẽ eſt illud, quod cõficitur per nũcupationẽ ſine ſcriptis,iuxta formam,de qua in d.l. hac conſultiſsima.§.per nuncupationẽ, & intellige ꝙ omne teſtamentũ, in quo nõ ſunt ſeruatæ ſolennitates poſitæ in d.l.hac cõſultiſsima,in prin.dicitur nuncupatiuũ,etiam ſi fit in ſcripturã redactũ prout quotidie fieri videmus per Notarios,qui teſtamẽta de quibus ſunt rogati,in publica inſtumenti forma cõficiunt.Nam nihilominus dicuntur nuncupatiua & ſine ſcriptis, ex quo eo caſu ſcriptura non interuenit pro forma, ſed ſolũmodo ad facilioré probationem.Poſſet enim etiam ſine ſcriptura confici, & per teſtes ſolos probari,vt dixi infrà libro ſexto.

2 Sed quæro.Pone, ꝙ aliquis velit teſtari in ſcriptis,

& teſtetur,ſed non ſint in confectione ipſius teſtamenti ſeruatæ aliquæ ex ſolennitatibus requiſitis ad teſtandum in ſcriptis iuxta diſpoſitionẽ d.l.hac conſultiſsima,in prin.puta, quia omnes teſtes non ſubſcripſerunt,vel eorum ſigilla non appoſuerunt, Nũquid tale teſtamentũ valebit,ſaltem iure teſtamenti nuncupatiui?Reſpon.q̃ ſic.ita tenet Bart.in l. fi.in fi.ff.de iure codicillo.prout illũ refert Gozad. conſi.iij.nu.11.qui dicit, q̃ ita eſt cõmunis opi.ſcribentium. Sed certè iudicio meo Gozad. fallitur in allegato conſil. neque Bartol.aut Docto. per eum allegati hoc dicũt.propterea tenẽda aſt opinio Bar. in d.l.fi.in fi.diſtinguẽtis poſt Dyn.ibi,q̃ ſcilicet,aut cõſtat,q̃ teſtator voluit teſtari in ſcriptis. & ſi deficiãt ſolẽnitates requiſitæ, nõ ſuſtinetur teſtamẽtũ, neque etiam iure teſtamenti nuncupatiui: Aut non conſtat,& tunc licet cœperit teſtari,vt in ſcriptis,valet nihilominus vt nuncupatiũ. Sumenda eſt enim ſemper illa interpretatio, per quã actus ſuſtinetur, niſi voluntas teſtatoris deficiat.& ita ſentiunt ferè omnes Doctores in hac materia loquentes.

3 Sed pone,Aliquis ſcripſit manu ſua,vel etiam ſcribi fecit ab alio,ſuam vltimam voluntatem, deinde corã ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuum teſtamentum,& q̃ ita diſponebat de bonis ſuis,vt legebatur in ipſa ſcriptura,quæ tamen teſtibus lecta non fuit. Quæro,nunquid tale teſtamentum valeat? Reſpon. ſi ageretur de legato,aut alio relicto particulari,res non haberet magnam difficultatem,quia ſatis eſſet, quòd appareret de voluntate diſponentis relata ad illam ſcripturam,iuxta vulgatam doctrinã Bart. in l.ſi ita ſcripſero,nu.1.de conditionibus, & demõ. de qua dixi ſuprà.§.legatum.Sed maior eſt difficultas in inſtitutione hæredis vniuerſalis:quia non videtur poſſe valere vt teſtamẽtum in ſcriptis,ex quo non ſunt ſeruatæ ſolennitates ſubſcriptionum,& ſigillorum.Non videtur etiam poſſe valere vt nũcupatiuum,ex quo teſtator voluntatem ſuam teſtibus non manifeſtauit,prout requiritur in d. §. per nuncupationem.Contraria tamen opin.tenenda eſt q̃ ſcilicet valeat in vim teſtamenti nuncupatiui.Satis enim videtur teſtator ſuam volũtatem teſtibus manifeſtaſſe,ſaltem implicitè,per relationem ad illam ſcedulam,ſiue ſcripturam. ita tenet Alexand. conſi. clxxvij. nu. 6. lib. ij. & hanc eſſe magis communem opin.atteſtatur Bellò.conſi.lxxxv.nu. 11. & dixi infra q.xxxvj.verſic. ſed quid ſi teſtator. Conſulo tamen, quòd teſtator faciat per Notarium à tergo ipſius ſcedulæ,vel ſcripturæ clauſæ apponi tempus & nomina teſtium,& rogitum,ne poſtea contingat dubitari circa identitatem ſcripturæ.& ita obſeruauit Iulluſt.d.Vicecomes Senator,cuius teſtamẽtum in hac forma confectum fuit ſuperioribus menſibus apertum in Senatu.

4 Non omittam hoc loco vnã quæſtionẽ quæ proximis annis contigit in quodam oppido huius Dominij.Quidam teſtator vocato notario, & ſeptem teſtibus,in modum condendi teſtamenti ſolennis, fecit legata,inſtituit hæredẽ vniuerſalem, eum ore proprio nominando, &c.deinde Notarius imperitus,fortè volens apponere clauſulam codicillarem, ſcripſit in hæc verba. Quod quidem teſtamentum, & vltimam voluntatem præfatus teſtator voluit, & vult valere iure codicillorum,vel donationis cauſa mortis,& non aliter,nec alio modo.Fuit diu diſputatum,an tale teſtamentum poſſet ſuſtineri in vim teſtamenti:& hincinde fuerunt producta multa Cõſilia Illuſtrium virorum,quia ille teſtator,licet eſſet ruſticus,erat tamen diues & pecunioſus, Ioan.And. in addit.ad Spec.de inſtr.edit.§. compendioſè, ſub numer.17.in verbo,codicillum,refert Pyl. diſputaſſe ſimilem quæſtionem,vt ibi per eũ.& tenet,q̃ valeat iure codicillorum tantùm,non autẽ iure teſtamenti.Idem tenuit Pau.de Caſt.in l.nemo poteſt, nu.4. ff.de legat.j.& dicit Claud.in ead.l.nemo poteſt.nu. 10.q̃ ita communiter concluditur.Ego in dicta cauſa conſului contra communem opi.q̃ imò deberet valere iure teſtamenti,attẽto q̃ apparebat illa verba fuiſſe appoſita ex errore & imperitia Notarij.& in terminis allegabam multas deciſiones Doctorũ. Sed omnia parum profuerũt:nam deinde intellexi, q̃ hæres ab inteſtato obtinuerat declarari, q̃ nõ valeret niſi iure codicillorum: & malè, iudicio meo.

QVÆSTIO V.

1 *Ad pias cauſas vnuſquiſque teſtari poteſt.*
Et quid ſi aliàs ſit inhabilis ad teſtandum?
2 *Et quid in pupillo?*
3 *Et quid in prodigo?*
4 *Et quid in furioſo?*
5 *Et quid in damnato ad mortem?*
6 *Et quid in filiofami.*
7 *Et quid ſi velit teſtari de bonis aduentitiis, in quibus acquiritur patri vſusfructus?*
8 *Et quid ſi relinquat aliqua legata aliis perſonis?*

1 DIcebam etiam aliud eſſe teſtamentũ conditũ ad pias cauſas,aliud conditũ ad cauſas profanas. Scire debes,quod ante l.primam.C. de ſacroſanct.eccleſ.non licebat priuatis aliquid relinquere collegiis,aut locis piis.Fuit poſtea condita illa lex, per quã conceſſa fuit vnicuiq; facultas relinquendi huiuſmodi locis piis ad ſui libitũ. & ita cõmuniter intelligitur diſpoſitio illius legis.

2 Sed quia illa lex loquitur per verbũ, Vnuſquiſque fuit dubitatũ,nunquid etiam illi,qui aliàs erant inhabiles ad teſtandũ,cenſerẽtur habilitati,vt poſſent teſtari ad pias cauſas?& aliqui dicebãt,q̃ ſic,vt illa lex aliquid operaretur.Sed retento,q̃ ante illã legẽ non liceret relinquere locis piis, ſatis videtur operari diſpoſitio illius legis,etiã in his qui erant habiles:& ideò tenendũ eſt,q̃ inhabiles ad teſtandũ nõ cenſentur per illam legẽ habilitati ad teſtandũ ad pias cauſas,ſed ſolũmodò conceſſa facultas habilibus,vt poſſent relinquere collegiis, & locis piis. & ita tenuit gl.in d.l.j.in verbo, Habeat, & eſt cõmunis opin.vt dicit Iaſ.ibi nu.12. & ſeq. in lect. Papien.

3 Hinc infertur,quòd pupillus qui de iure cõmuni teſtari nõ poteſt,etiã ſi pubertati proximus ſit, neque etiã ad pias cauſas teſtari poterit.ita tenet Bart.in d.l.j.nu.18.C.de ſacroſanct.eccleſ.& ita tenent communiter Doctores omnes,vt dicit Beſſe. in repe.d.l.primæ.nu.92.& ſeq.ita etiam cõmuniter tenẽri atteſtatur Abbas in rubr.de teſtam.num.9 in fin. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Alexan. conſi.clxxxij.poſt num.2.lib.v.Barb.conſi. lviij,lib.j. Guliel.de Bened.in j.parte repe. cap. Raynutius. in verb. Adiectæ impuberi.fol.221.poſt nu.68. verſi. ſed aduertatis.Bauerius in §.præterea,nu.1.& ſeq.Inſti. qui teſtamen. fac. poſſ. Deficit enim in pupillo voluntas & intellectus,cuius defectus fauore piæ cauſæ nunquam ſuppletur.

4 Secundò infertur, q̃ neque etiam prodigus, qui pariter de iure cõmuni eſt inhabilis ad teſtandum, vt dixi j̃.quæſtio.33.non poterit ad pias cauſas teſtari.ita tenet Bald.in d.l.j.nu.17.C.de ſacroſan.eccl. & hanc opinio.firmant communiter Doctores, vt dicit Alexand.in d.conſilio clxxxij.poſt.nu.6.verſic.

Sextò

verſic.Sextò probatur.Hanc etiam concluſionem, q̃ prodigo bonis interdicto,etiã ad pias cauſas nõ concedatur teſtamenti factio, dicit eſſe communẽ Legiſtarum,Beſſe.in repet.d.l.primæ.nu.100. Regulariter enim prodigus cui eſt interdicta bonorum adminiſtratio, æquiparatur pupillo.

Sed an furioſus poterit teſtari ad pias cauſas? Reſpond. q̃ non.ita tenet Bart. in d.l.j.nu.16.C. de ſacroſanct.eccle.& eſt communis opi.vt dicit Gratus conſ. xxx. nu. 33. libr. ij. Subeſt enim in furioſo idem defectus intellectus,ac voluntatis, qui in pupillo,quem defectum (vt dixi) lex fauore piæ cauſæ non ſupplet.

5 Quæro,quid in damnato ad mortem,an poſsit teſtari ad pias cauſas?Reſpon.q̃ non.ita tenet Bar.in repet.d.l.j.nu.26.C.de ſacroſan.eccl. & ita cõmuniter tenetur,vt dicit Abbas in d.Rub.de teſtam.poſt num.11.verſicu. de damnato. Hanc etiam dicit eſſe communem opi.Alex.in allegato conſ.clxxxij.poſt nu.5.Eſt enim per ſententiam condemnationis effectus ſeruus pœnæ,& ſic amiſit libertatem, & bona. Quod tamen intellige,vt dixi infrà q.xxj.

6 Sed nunquid filiusfamilias,qui & ipſe aliàs eſt in-
a habilis ad teſtandum,a vt dixi in quæſt. xviij.poterit teſtamentum condere ad pias cauſas? Reſpond. in hoc articulo variæ fuerunt opinio.Doctorum,de quibus per ſcribentes in l.ſenium.C.de teſtam. Cæterùm omiſsis diſputationibus, magis communis opinio eſt, q̃ poſsit teſtari ad pias cauſas, vt dicit Alexand.in l.j.§.hoc autem, nu. 4. ff. ad Trebellia. Intellige, modò interueniat conſenſus patris. & ita loquitur text. qui eſt fundamentum huius concluſionis in cap.licet.§.fi.cum gl.in verſicu. iudicare,de ſepult. in vj. & hanc eſſe magis communem opinio. atteſtatur Roma. in repetit. auth.ſimiliter. C.ad legem Falcid.Ang.in §.j.nu.7.Inſti.quibus nõ eſt permiſſ.fac.teſta.quem Roman.refert.Guliel.de Benedic.in prima parte repetit:c.Rayn.fo.39.nu.36. Apoſtill.Ad Bart.in l.qui in poteſtate,ſub.nu.2.ff.de teſta.Franc.in c.j.nu.36.de teſt.in vj.Iaſ.in d.l.j. in lectu.Pad.nu.23.C.de ſacroſanct.eccle.& in d. l.ſeniũ, nu.5.& in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto, poſt nu.10.verſi.Secundò pro iſta.C.de teſtam.Dec. in d. l.ſenium.nu.21 & ſeq.Ruin.conſ.lxij. num. 11. in fin. lib.ij.Curt.Iun.in d.§.ex imperfecto.nu.20.C. de teſtam.Pariſ. in c.in præſentia.nu.20.de proba.Io.Dilect.de Arte teſtandi,tit.j.caut.j.nu. 1. in fin. & licet in puncto iuris multa dici poſſent, tamen in practica non eſt ab hac opinio.recedendum.

7 Quæ quidem opi.indiſtinctè procedit,ſiue huiuſmodi filiusfa.velit ad pias cauſas teſtari de bonis aduentitiis, in quibus patri non quæritur vſusfructus, ſiue etiam de illis,in quibus patri vſusfructus acquiritur.& ita hanc eſſe magis cõmunem ſententiã atteſtatur Bauer.Inſtit.qui teſtam. fac. poſſ.nu. 2.& in §.ſciendum.nu.6.Inſtitu.de teſta.milit.

8 Vnum tamen nota in hoc propoſito,q̃ ſi filiusfam. in huiuſmodi teſtamento condito ad pias cauſas faciat aliqua legata aliis perſonis,talia legata nihil valent,non tamen accreſcunt ipſi piæ cauſæ,ſed vadunt ad venientes ab inteſtato. ita dixit Bal.in d.l. ſenium.in fi.& in hoc nemo diſcordat,vt dicit Iaſ.in d.§.ex imperfecto.poſt nu.10.ver. Secundo pro iſta Guliel. de Benedict. in prima parte repet. Raynu. in verb.teſtamẽtũ j.fo.154.poſt nu.69.Quod ponderа cõtra ea quæ dixi j̃.q.ſeq.verſ.ſed quæro.

ADDITIO.

a Inhabilis ad teſtandum.fallit ſi in teſtamẽto ſit appoſita clauſula codicillaris,vel vt valeat tanq̃ donatio cauſa mortis, vel cuiuſcunque vltimæ voluntatis:tũc enim teſtm̃ ſuſtinebitur in vim donationis cauſa mortis: vt per Iaſ.& Curt.Iun. in l.hac cõſultiſſima.§.eximperfecto.C.de teſt.

QVÆSTIO VI.

1 *Solennitates iuris ciuilis an ſint ſublatæ in teſtamentis ad pias cauſas?*
2 *Et an ſufficiant duo teſtes?*
3 *Et an requiratur,quòd teſtes ſint rogati?*
4 *Et an mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento?*
5 *Et an valeat diſpoſitio captatoria ad pias cauſas?*
6 *Et ſi teſtator ſimpliciter dicat, committo diſpoſitioni Titij omnia bona mea?*
7 *Et anteſtamentum nutu conditum ad pias cauſas valeat?*
8 *Et an in teſtamento ad pias cauſas requiratur, quòd filiis aliquid relinquatur titulo inſtitutionis?*
9 *Et an huiuſmodi teſtamenta ſuſtineantur etiam quoad legata laicis facta?*

1 FVit etiam dubitatum, ex quo text.in d.l.j.C.de ſacroſanct.eccl.concedit,q̃ liberè poſsit relinqui collegiis,& locis piis,nunquid per diſpoſitionẽ illius legis,cenſeantur in teſtamentis ad pias cauſas ſublatæ omnes ſolennitates iuris ciuilis?Reſpond.q̃ nõ.ita tenet gl.in d.l.j.in verbo,caſſa.& eſt cõmunis opin.vt dicit Iaſ.in ea l.j.in lect. Padua. nu.22.Beſſe. in repet.d.l.j.nu.33.Hanc etiam opin. gl.dicit communiter teneri Bart.in lect.d.l.j. in vltimis verbis,licet ipſe poſtea in repe.teneat contrarium.Nõ enim eſt veriſimile,q̃ Imperator vnico verbo incidenter dicto voluerit tollere omnes ſolennitates à iure introductas. Eſt autem in ſe vera illa concluſio, q̃ in teſtamentis ad pias cauſas non requiruntur ſolennitates iuris poſitiui.ſed ſufficit ſolennitas iuriſgentium:& ita dicunt cõmuniter Docto.vt ait Corne.conſ.cccvij in litera B.lib.iij. Ita enim ſtatutum eſt per ſacros canones in capit.cùm eſſes.& c. relatum.el j.de teſtam.quorum diſpoſitio ſeruanda eſt non ſolùm in terris eccleſiæ,ſed etiam in foro Cæſaris,vt dixi j̃.quæſt.lvij.verſic.quæ quidem.

2 Hinc infertur,quòd licèt regulariter de iure communi requiratur in teſtamento numerus ſeptem teſtium.vt dixi j̃. quæſt. lvj. tamen in relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes.ita dicit Bart.in d.l.j.nu. 75.C.de ſacroſanct.eccleſ.Et eſt communis opin. vt teſtatur Alex.in l.ſi certis annis,poſt.nu.5.verſi.& tale relictum.C.de pactis,& conſi.cxxxj.nu. 2. lib. vij. quæ quidem eſt ſeruanda tam in foro ſæculari,quã in foro Eccleſiaſtico,prout etiam communiter obſeruatur,teſte Ioan.Andr.in d.c.cum eſſes,quem refert Imola,ibi,nu.12.in fin.

3 Secundò infertur,quòd licet regulariter teſtes in teſtamento adhibiti,debeant eſſe rogati, vt dixi j̃. q.lviij.tamen in teſtamentis ad pias cauſas non requiritur,quòd teſtes ſint rogati.ita dicit Bart. in d. l.j.nu.76.& eſt cõmunis opin.vt dicit Rom.in repet. auth.ſimiliter C.ad legẽ falcid.Alex.in d.cõſ.cxxxj. nu.2.lib.7.Corn.conſ.cxlix.in litera B.lib.2. & conſ. ccxv.in litera R.eod.vol.vbi dicit, q̃ plures Doctores,& maioris auctoritatis,tenẽt hanc partẽ,& cõſ. cccvij.in litera V.libr.3.& conſ.cclix.in litera E.lib. iiij. & in auth. quod ſine,nu.8 C. de teſtam.Soc. in reg.ccxl.in verb.Teſtes,quẽ refert Boer.deciſ.34.nu. 5.licet reuera ille liber regularũ falsò tribuatur Soci.vt ex ipſius ore habuiſſe teſtaẽ Soci. Iun.eius nepos conſ.24.poſt nu.4.lib.3.Gul de Bened. in j.parte repet.c.Raynutius.in verb.teſtm̃. j. nu.58.Bauer.

in §.sed hæc quidem nu.34.Insti.de testamen.& dicit Besse.in repe.d.l.j.q hæc est communis sentẽtia Legistarum,& Cano.licet hæc opi.de stricto iure nõ transeat sine difficultate,tamen ex quo communiter ita obseruatur,teste Abb.in dicto capitul. relatum.el primo,post nume.3,de testamen. non esset ab ea consulendo,aut iudicando recedendum.

4 Tertiò infertur, q licet regulariter mulier non possit esse testis in testamẽto,vt dixi infrà q.lv.vers. scias tamen.nihilominus in testamẽto ad pias causas mulier potest adhiberi in testamento.ita dicit Bald.in lectura.l.primę nume.9.C.de sacrosanct.ecclę.& hęc opi.communiter tenetur,vt ait Guliel.de Benedi.in d.ca.Raynutius.in prima parte, fol.154. nu.65.Quam etiam dicit esse communem, Rom.in repe.d.auth.similiter.in 16.speciali piæ causæ,circa. vltimas volũtates C.ad l.falci.quẽ refert Alex.cons. cij.nu.6.li.vij.Crottus in tract.de testi.nu.8.Bauer.in §.testes, num.11.& seq.Inst.de testa.Bello.cons.xiij. post nume.8.

5 Quartò infertur,quòd licet vltima voluntas captatoria,scilicet quæ pendet ex alieno arbitrio, vel in alterius arbitrium confertur, regulariter non valeat,vt dixi suprà,§.legatum,nihilominus in relictis ad pias causas valet dispositio testatoris captatoria.ita dicit Bart.in repe.d.l.primæ,nu. 64.& est cõmunis opi.vt dicit Abbas cõs.xxxij.nu. 3.li. 2.Alex. cons.xiiij.nu.7.lib.j.quod cons.est ferè per eadẽ verba editum sub nomine Socini inter consilia ipsius Socini in primo vol.cons. liij.Hanc etiam dicũt esse cõmunẽ opinionẽ Scribẽtes in l. captatorias.C. de testam.milit.& in specie Dec.nu. 18.& 20.& Ias. nu.12.quẽ refert Paris.cõs.lxxxiij.nu.29.lib.2.& cõs. xlv.nu.13.lib.3.& cons.lxxxix.nu.44.eodẽ vol.idẽ dicit Ias. cons.cx.nu.3.li.j.Guliel. de Benedict. in prima parte repet.d.c.Raynutius, folio 139. post nu.8. vers.tertiò fallit. Cùm enim hæc sit simplex prohibitio iuris ciuilis,ne scilicet vltimæ voluntates in alienum arbitrium conferantur, non impedit quominus ea non obstante,valeant relicta ad pias causas. Et hæc est magis communis opinio Cano.vt dicit Soc.cons.xlix.nu.lib.quarto.

6 Quinimò,& fortius etiam si non appareat expressè,testatorẽ voluisse testari ad pias causas,sed simpliciter testator dicat,committo dispositioni Titij. omnia bona mea,licet videatur dicendũ, q tale testamẽtũ tanquam captatorium non debere sustineri,tamen fauore piæ causæ valet,perinde ac si testatus fuisset expressè ad pias causas.Et casus mirabilis in c.cùm tibi,de testa.secundùm lecturam Inno. quæ communiter tenetur per Legistas, & Cano.vt dicit Abbas ibi nu.4.quem refert Corn.cons.clvj.in litera D.li.2.& cons.cccij.in litera C. lib. iiij. Et per huiusmodi verba cẽsetur institutus hæres ille in cuius dispositione ipsa vltima voluntas cõmittitur:& intelligitur grauat9,vt ipsa bona distribuat ad pias causas,secundũ Inno.in d.c.cũ tibi.qui in hoc communiter tenetur,vt pariter dicit Imol.ibi,post n.16. vers.sed alij.

7 Quintò infertur,q licet testamẽtum nutu conditum,regulariter nõ valeat,nihilominus fauore piæ causæ valet testamentũ nutu conditũ,ita dicit gl.in d.c.cum tibi,in gl.magna,& ita cõmuniter,tenetur, vt dicit Corn.in l.iubemus.nu. 26. C.de testa.Hanc etiam esse communem opin.attestatur Alex.in d.l. iubemus.nu.3.Aret.in l.in eo qui.in fi. ff.de testam. Bauer.Insti.de test. in princi.nu.76.& seq.Riminal. in d.l.iubemus.col.1. vers.Item an habeat.

8 Sextò infertur,q licet de iure communi requiratur,quòd legitima relinquatur filiis iure , & titulo institutionis , aliàs testamentum est nullum, vt dixi instà q.xxxviij.tamen in testamẽto condito ad pias causas,non requiritur,q aliquid relinquatur titulo institutionis,ita dixit Bar.in d.l.j.nume.62.C.de sacrosanct.eccl.cuius opi.est per Doctores communiter approbata,vt dicit Alexan.in l. inter cætera.in princi.nu.4.ff.de liber.& posthu. quẽ refert Ias.cõs. cxciiij.col.fi.li.2.ita etiam communiter teneri attestatur Mathesil.quem refert Natta in d.§.ex imperfecto, post num.cxiiij. vers. Secundò adducit. Hoc enim,q aliquid relinquatur filio titulo institutionis est mera solẽnitas à iure ciuili introducta , quæ secundum conclusionem superius factam,in testamentis ad pias causas non attenditur.

9 Sed quæro:Tu vides,q testamentum minus solemne,in quo sit instituta pia causa , valet fauore piæ causæ,nũquid sustinetur huiusmodi testamentum non solùm quo ad institutionem factã de ipsa pia causa:sed etiam quò ad legata ad non pias causas laicis in eodem testamento relicta?Respond. q sic, ita dixit Saly.in aut.cassa.nume. 7.C. de sacrosanct. eccl.& hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Crott.in repet.l.re coniuncti , nu.160. ff.de leg.3.Hanc etiam esse communẽ opi. dicit Guli.de Benedi.in prima parte repet.d.cap. Rayn. fol. 154. nu.69,& dicit Ias. in l. hac consultissima. §.ex imperfecto,nu.10.C.de testam. q ab ista sententia non inuenit aliquem discrepare.quem refert Curt. Iun.in eo. §. imperfecto,nu.18. & seq. Ex quo enim conualidatur institutio,quæ est caput ipsius testamenti,cõsequenter & cæteræ partes testamenti sustinentur,postquam non reperitur contrarium à iure decisum.Contra hoc tamen facere videntur ea quæ dixi suprà q.v.vers.Vnum tamen.sed ibi defectus erat in potestate testantis,cui lex non permittit testari,nisi ad pias causas,hic verò est defectus solemnitatis. Quicquid sit, hæc conclusio mihi nunquam placuit,quia de facili esset parata via fraudi, & falsitati,vt considerat Curt.in loco prælegato.

QVÆSTIO VII.

1 *Testamentum imperfectum ad pias causas, an semper sustineatur?*
2 *Et quid si reperiatur scedula scripta vel subscripta manu ipsius testatoris?*
3 *Et quid si scripta scedula,notariòque vocato,testator decesserit priusquam notarius scriberet?*
4 *Et quid si testator cœpto testamento , sed nondum completo decesserit ?*

1 DIxi in præcedenti quæst.q testamentum imperfectum fauore piæ causæ sustinetur: Quæro,an hæc cõclusio generaliter procedat ex quacũque causa testamentum dici possit imperfectũ?Respond.q non:sed distinguendi sunt aliqui casus.

2 Aliquando enim reperitur scedula scripta, vel sub scripta manu propria ipsius testatoris, continens eius vltimam voluntatem, disponendo de bonis suis in fauorem piæ causæ: & hoc casu tenendum est, quòd talis scedula non sustinetur in vim testamenti , neque alterius vltimæ voluntatis , propter fauorem ipsius piæ causæ,ex quo nullam habet formam , propter quam illi debeat fides adhiberi.Nec quidquam facit,quòd si inter liberos reperiatur talis scedula à testatore confecta,seruanda est,tanquam testamentum. vt cauetur ex dispositione auth. quod fine.C.de testamen. de qua dixi infrà quæstione decima quarta, quia dispositio illius

illius auth. non habet locum, nisi in causa sua,scilicet inter liberos , non autem ad pias causas , & licet in hoc variæ fuerunt opi. Doctorũ,tamen ista est magis communis , quod scilicet non extẽdatur ad fauorem piæ causæ:& illam dicit magis communiter approbari Socin.Iun. consil. 189. numero 73. lib.ij.vbi enumerat auctoritates. Maior enim proculdubio subest ratio in fauorem liberorũ,qui omnino sunt ab intestato successuri, quàm piæ causæ. Bene verum est, quod quidquid sit in foro fori,tamen in foro poli longè tutior esset contraria opinio quando huiusmodi scedula esset taliter confecta, quod appareret illam potius esse declarationem voluntatis & dispositionẽ, quàm preparationem ad disponendum. Et licet fortè iudicando nõ auderem recedere à communi opinione , tamen si casus contingeret, non consulerem amico , neque mihi ipsi posse salua conscientia res in tali scedula ecclesiæ relictas,ab hærede retineri.

3 Aliquando verò testator scripsit in scedula integrè voluntatem suam,quo scilicet modo de bonis suis disponebat , vel illã scribi fecit per Notarium, vel aliam personam , sed illa scedula , seu scriptura nõ fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo notario publicata : & hoc casu Doctores tenent,quòd tale testamẽtum valeat ad pias causas, & inter liberos, quia cùm non deficiat nisi publicatio , quæ est solemnitas introducta à iure positiuo,non obstante huiusmodi defectu,debet fauore pię causę testamẽtum sustineri. & fuit originalis opinio Dyni. inl. Lucius ff. de testa.milit.& dicit Dec.cons.159.post nu.3.quod ita tenẽt omnes.Hanc etiam opi. dicit esse communem Aret. in l. si is qui.col.fin.versi.In primo casu ff.de testa.quem refert Boer. decis.93. post nu.10.Cum qua etiam ego transeo, dummodo duo concurrant:primũ,quod testator hanc suã voluntatem duobus saltem testibus explicauerit saltẽ per relationem ad ipsam scedulam,puta dicẽdo,Ego dispono de bonis meis, vt in hac scedula: aliàs si reperiret alia scedula, essemus in casu præcedenti , in quo tenui ipsam scedulam solam non valere in vim testamẽti . Secundum autem requisitum est , quod testator non exprimat se velle de contentis in scedula confici scripturam per Notarium : tũc enim potius esset præparatio dispositionis,quàm dispositio, vt dixi in casu statim sequẽti, & ideo non valeret in vim testamenti.

4 Aliquãdo & tertiò testator fecit vocari duos testes,& ibidem fecit scribi per alium clericum, q instituebat piam causam hæredem in bonis suis.& postea dixit testibus,quòd volebat dictam ordinationem scribi facere per Notariũ & iussit etiam Notarium uocari sed priusquã illam faceret scribi per Notariũ,testator decesset: & hoc casu Oldra. cons. cxix consuluit quod talis cedula vna cũ dispositione illorũ duorum testiũ, non valet fauore pię causę in vim testamenti. & hanc opinionem dicit esse communem Ias. cons. clv. col. ij. versi. Sed per aduocatos lib.iiij.quẽ refert Episcopus Loazes in suis aliegationib. pro Marchione Velez, fol. 431. post num. 15. versi. præfata. Non enim videtur testator de bonis suis disposuisse, sed tantummodo præparasse id , quod disponere, volebat.cũ ergo deficiat non solennitas,sed dispositio, non potest sustineri in vim vltimæ voluntatis.

5 Aliquando,& quartò,testator incepit facere testamentum,& instituit piam causam hæredem, vel aliquid reliquit ad pias causas,deinde fecit trãsitũ ad alia legata,& priusquam posset ipsum testamẽtum complere,decesset:& hoc casu Bar.in l.in testamento ff.de fideicommiss.liber.videtur tenere, q satis dicatur perfecta voluntas respectu illius institutionis,vel relicti,licet totum testamentum perfici non potuerit.& ideo quòd fauore piæ causæ sustineatur:& hanc opin. dicit esse communem Dec.in allegato cons.clix.post nu.3.vers.quartò. & vltimò. Sed tamen credo, q Bar.in hoc malè dixerit,& q Dec.fallatur.quia imò communis opinio est,q quãdocunque testator decedit,priusquam integrè voluntatem suam explicauerit, tale testamentũ non dicitur deficere ratione solennitatis,sed ratione voluntatis,& ideò nõ valet , neque etiam fauore piæ causæ , & ita hanc esse communem opi. attestatur Are.in d.l.si is qui.col.fi.ver.Secundo casu, quẽ refert Boer.in d.deci.xciij.post , nu. decimũ, & decis. ccxl.nu.5. Et dicit Sigismund.cons. feudali xiiij. nu. 65.q omnes cõcludunt hãc esse cõmunẽ opinionẽ, q tale testamentũ etiã quoad disposita non valeat, etiã inter liberos,vel ad pias causas.Nã (vt quotidie experientia docet) videmus q testatores in ipso actu conficiendi testamenti,mutant,addunt, reuocant,multa per eos iam dispositа.Meritò nõ potest dici perfecta voluntas,donec testator integrẽ omnia explicauerit.& nota in practica distinctionem inter hos casus,quia multi cõfundũt proprios terminos quæstionum , & omnia inuoluunt. Vide etiam in hoc proposito,ea quæ dixi infrà quæst.ix.

QVÆSTIO VIII.

1 *Testamentum inter liberos valet, etiam si in eo non adsint solennitates,à iure ciuili requisitæ.*
2 *Et in eo sufficiunt duo testes.*
Et quid si testator sit cæcus?
3 *Et an mulier possit in eo testis esse?*
4 *Et an requiratur quòd Notarius,& testes sint rogati?*
5 *Et an tale testamentum, si vnus ex filiis in eo sit præteritus sustineatur?*
6 *Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis?*
7 *Et an in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.*
8 *Et an valeat testamentum inter liberos nutu conditum?*

1 INter alias diuisiones testamentorum,dicebam aliud esse testamẽtũ conditũ inter liberos: aliud conditũ inter extraneos. Habet enim testamentũ conditum inter liberos hoc priuilegium : q etiam si sit imperfectum,id est minus solẽne, nihilominus valet tanquã si esset ex omni parte perfectũ,& solẽne.Fac ergo cõclusionẽ:q testamentũ inter liberos valet,etiam si in eo nõ interueniant solennitates à iure ciuili requisitæ & de hoc est tex.expressus in l. hac cõsultissima. §.ex imperfecto,C.de testam.qui est clauis in hac materia,sed solummodò attẽditur dispositio Iuris gentium.ita dicit Bar.in d.§.ex imperfecto.in finalibus verbis,& ita tenent omnes,vt dicit Ias.in auth.nouissima.nu.16.C.de inofficio.testam.& ratio est secundum communiter Scribẽtes, teste Cur.Iun.in d.§.ex imperfecto,post n.3.& Natta,nu. 107.quia cùm causa testati foueat causam in testati,cessat timor falsitatis,propter quẽ lex requirit maiorẽ numerũ testium.Sed hæc ratio mihi nõ satisfacit,quia ea attenta,idem dicendũ esset quandocũque heredes ab intestato essent instituti,quod tamẽ non est in iure verum. Ideo iudicio meo tutius est dicere,hoc fuisse introductũ fauore ipsorũ liberorũ,quibus etiam iure naturali debetur parentum hæreditas.& dicit Natta in repet.d.§.ex imperfecto,num.30. q ita dicunt communiter Doctores.

2 Hinc infertur imprimis, ℘ licet regulariter in testamenti confectione debeant interuenire septem testes, vt dixi ℣.quæst.lvi.tamẽ in testamento condito inter liberos sufficiũt duo testes. ita dicit gl. vnica in auth.quod sine.C.de testa.& est cõmunis opi. vt dicit Grat.conſ.xc.nu.3.lib.2.

Sed quid in testamẽto cęci cõdito inter liberos, nunquid sufficiũt duo testes, an autem requiruntur octo? iuxta formã traditã per l.hac cõsultissima.C. qui test.face.poss.dixi ℣.quæst.xvij.vers. Sed quæro.

3 Secundò infertur, ℘ licet regulariter mulier non possit esse testis in testamento, vt dixi infrà quæst. xlvj.versic.Scias tamen nihilominus in testamento confecto inter liberos fœmina potest esse testis. Ita dicit gl.vnica, d.auth. qđ sine.C. de testamen.& ita tenent omnes Doctores, vt dicit Dec.in l.2.nu. 31.in fin.ff.de reg.iuris. Hanc iuris etiam esse communem opinionem dicit Gra. in d.conſ.xc. nume. 3.Ripal.tract.de peste, in priuil.vltimarum voluntatum, nume.23. Natta in d. §. ex imperfecto.nu.166.

4 Tertiò infertur, ℘ quãuis de iure cõmuni Notarius & testes qui in testamento interueniunt, debeant esse rogati, vt dixi infrà quæst. 58.in princ.& vers.Quod verò. tamen in testamento cõdito inter liberos, non requiritur ℘ Notarius, vel testes sint de ipso testamento rogati. ita dicit gl. in l.fi.in verbo, Excepto testamento, C. de codicil. quam dicit esse communiter approbatam Dec. conſ.ccccccx. num.secundo. Sigismund.conſ.feudali.viij.nu.16. Et ita communiter teneri attestatur Corn.in d.auth. quòd sine, nume. 6. Hanc etiã opinionem dicit esse communem Ias.cõs.lxviij. circa princ. li. 2. Rubeus cõs.vj.nu.5. Natta in dicto §.ex imperfecto.nu,159.

5 Sed quæro: tuscis ℘ ad hoc vt testamentum valeat, requiritur, ℘ filius in potestate sit institutus, vel exhæredatus, aliàs autem si sit præteritus, testamentum est nullum, vt dixi infrà quæstione xlij. nunquid hæc conclusio habebit locum etiam in testamento condito inter liberos, ita vt si fortè vnus ex ipsis filiis in eo sit præteritus, testamentum corruat, neque sustineatur ex dispositione. d. §. ex imperfecto? Respon. ℘ in tali testamento, in quo vnus ex liberis sit præteritus, nõ habet locum dispositio d.§.ex imperfecto. ita tenet gl.in l.si filius qui in potestate in gl.fi.ff.de libe.& posth. quã sequuntur cõmuniter Doctores, vt dicit Dec, conſ.cv.nu.5.in fin. Eandem glo. attestatur esse cõmuniter approbatã Clau. in l. inter cætera. nu.8.ff.de lib.& posthu. Et hanc esse communem opinionem, dicit Alex.conſ. cxxvj.post nu.3.vers.nec obstat id quod habetur.li. 2.Natta in d.§.ex imperfecto.num.17.Berous in ca. Rayn.nu. 43. & seq. Hic enim defectus præteritionis, est potius circa substantiam quàm circa solennitatem ipsius testamenti: meritò non tollitur ex dispositione d.§.ex imperfecto. Præterea esset valdè inconueniẽs, vt dispositio d.§.ex imperfecto. quæ fuit inducta in fauorẽ iberorũ, retorqueret in eorũ odiũ cõmunes regulas. Vide quæ dixi ℣.vers.Sed pone.

6 Sed pone, Testator in testamento inter liberos aliquid reliquit vni ex filiis suis, non tamen titulo institutionis, prout de iure requiritur, vt dixi infrà quæs.38.nunquid tale testamentum non obstante huiusmodi defectu sustinebitur? Respon. quòd non, sed omnino etiam in testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinqui iure institutionis. Ita volunt cõmuniter Doctores, vt dicit Ruin. conſ.1.nu.3.lib.2. Et hanc opin. communiter teneri attestatur Salic.in auth.nouissima, nu.1. C.de inofficio.test.quem refert Alex. consilio. lxxv.num.17. li.3. Eandem opinionem dicit esse communem Albe. in d. auth.nouissima. circa prin. Mathesil.sing. cvj. quem refert Io.Cirier de primogenit. in tertia quæst.secundi libri, nu.14. Bertrand. conſ. xix.col.j. li.3.in ij.parte.& conſ.cxxx.nu.2.eod.volum. Claud. in l.inter cætera, nu. 4. & seq.ff.de liber.& posthu. Curtius Iun.in d. §.ex imperfecto, nu. 13. Natta in eo.§.ex imperfecto, nu.12.& seq. Apostil. ad Alex. conſ.clxiii.sub nu. 6. li.v. Ioan.Dilec.de arte testan. tit.tertio, caut.prima, num.8. AEmil. Ferret.in l.filium quem habentem, nume.25.& seq. C.fam. ercis. Dicit etiam Guliel. de Benedic.in prima parte repet.cap.Raynutius.folio.194.nu.15.℘ hanc opinionem veluti communem tenet vtraque schola Legistarum, & Cano. Idem dicit Probus in apostil.ad Io. Monac.in c. si pater. num. 17. de testa.in sexto. Hanc esse etiam communem opin. Legistarum,& Cano.attestatur. Ias.in d.auth.nouissima, num.16.& seq. licet ipse teneat contrarium, & dicat, quòd si casus contingeret, ita consuleret & iudicaret. Tu verò in consulendo aut iudicando, non recedas à communi opinione: quia lex quæ disposuit testamentum inter liberos imperfectum valere, condita fuit in fauorem filiorum, vt superius dixi. Ideo vbicunque cõditio filiorum efficitur deterior, non debet habere locũ dispositio illius legis. Quòd autẽ deterior sit eorũ cõditio, vbi non sint vocati tit. institutionis, patet ex his quę dixi in d.quæs.xxxviii. vers.neque credas. Faciũt quæ dixi ℣.vers.Sed quęro

7 Vnũ tamẽ scias in hoc proposito, ℘ in testamẽto inter liberos semper subintelligitur clausula codicillaris. ita dixit gl.notan.in l.cohæred.§.cũ filiæ, in verbo, nõ valuit.ff.de vulg.quæ est ab omnibus approbata, vt dicit Boer.dec.ccxl.post numerũ 6.vers. & si non valeat. Et hanc conclusionem dicit esse communem Ias.in d.§.cũ filiæ.circa fi.quem refert Bellon.conſ.lxxxv.nu.4. Quod nota, quia est maximi effectus, vt videbis infrà in discursu materiæ.

8 Vlterius quæro: Nunquid valeat testamentum inter liberos nutu conditum? Respond. ℘ nõ. Ita tenet Ang.in l.discretis.C.qui test.facere poss. vbi refert hanc q.fuisse de facto in Cardinali Perusino.& hanc opi.dicit esse magis communem Natta in d. §.ex imperfecto, nu.194. Bauer. Inst.de test. in prin. nu.93. Et sic vides ℘ nõ valet absolutè argumentũ de testamento ad pias causas, ad testamentum inter liberos. Nam testamentum ad pias causas nutu conditũ valet, vt dixi.℣.q.vi.vers. 5. infertur. Secus autem in testamento condito inter liberos, vt hic.

QVÆSTIO IX.

1 *Testamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis, an sustineatur?*

2 *Et quid si testator illud iã cœptũ plenè perficere nõ potuit?*

1 HAbes, ergo ex præcedenti conclusione, ℘ testamentum inter liberos, licet imperfectum, valet. Quæro nunc, an ista conclusio generaliter procedat, ex quocunque defectu tale testamentũ imperfectum remanserit? Respon. ℘ non, sed solummodò quando est imperfectum ratione solennitatis. Cæterum si sit imperfectum ratione volũtatis, non sustinetur. Ita sentit gloss. in l. si is qui. in glo.vnica.ff.eo testa. quam gloss. omnes sequuntur, vt dicit Rimin.in d.l hac consultissima.§. ex imperfecto, col.1. Et illam dicit esse communiter approbatam Ruin.consil.xv.nu.secundo, libro secum

Dicit

Dicit etiam Paul.de Castro in d.§. ex imperfecto, nu.3.℘ ita tenent omnes. Et ita communiter teneri attestatur Corn. in eod. §. ex imperfecto, nu,3. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. conſ.lxxvi.num. 13. lib. 3. Iason. conſ. clv.col. 2.lib.2.quem.refert Io.Dil. de Arte testandi, tit.2. cautela vult.n.6.Rubeus.cõs.xciiij.post nu.tertium. Soci.Iun.conſ.cxlvij.nu.30.& seq.lib secundo, subdens non esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum. Et hanc dicit esse communem theoricam Besset.in repet.l.primæ, nu.176.C.de sacrosan. eccle. Tu vide ea, quæ latius in hoc proposito, loquendo de testamento ad pias causas, dixi. ℣.q.vii.

2 Hinc infertur; ℘ si testator cœperit inter liberos testari, & facta institutione, & aliis legatis, priusquam faceret vnum legatum, quod adhuc restabat faciendum, morte præuentus, illud facere non potuit, tale testamentum non valet, neque sustinetur etiam, quòd ad iam perfectè dispositа, & hanc dicit esse communem opinio. Curt.Iun.in d.§.ex imperfecto, nu.1. Natta.in d.§.ex imperfecto.nu.139.& seq. Soci.Iun.in d.conſ.cxlvij.nu. 22. Vide quæ dixi in d.q.vij.vers. Aliquandò, & quartò.

QVÆSTIO X.

1 *Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur etiam in fauorem extraneorum?*

2 *Et quid si substituat testator vni ex filiis suis pupillis aliquem extraneum?*

3 *Et quid si dederit tutorem extraneum?*

4 *Et an talis tutor debeat à iudice confirmari?*

1 DIspositio d.§.ex imperfecto, sustinet testamẽtum minus solemniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit interesse ipsorum liberorum. Sed si in ipso testamento sit aliquid infertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non sustinetur, sed habetur pro non apposito, & testamentum ipsum quòd ad reliqua concernentia filios, firmum remanet. Ita expressè dicit text.in d §.ex imperfecto.& intellige extraneum in hoc proposito eum, qui non est de liberis.

2 Hinc infertur. ℘ si testator in testamento inter liberos, substituat vni ex filiis suis pupillariter alium ex filiis suis, talis substitutio tanquam facta in fauorem filiorum, sustinetur. Sed si illi substituat aliquem extraneum. & qui non sit de liberis, non sustinetur. Ita dixit Bar.in l.2.n.18.ff.de vulgari. & est communis opi. vt dicit Cur.Iun.in d.§.ex imperfecto, nume.6.

3 Secũdò infertur, ℘ licet possit pater in testamento inter liberos dare vnum ex filiis suis alteri filio in tutorem, saltem quando erat ab intestato legitimus tutor, prout communiter Doctores distingue re videntur teste Cur.Iun.in d.§.ex imperfecto, nu. 26.in fi, (licet mihi semper magis placuerit quòd indistinctè id facere possit) non tamen poterit pater in tali testamento dare filiis tutorẽ extraneum Ita dicunt communiter Doctores, vt ait Salyc.in d. §.ex imperfecto.col.1.vers.Opp.cum gl.& ita communiter tenetur, vt dicit Corn. in d. §. ex imperfecto, nu.15. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Cur.Iun.in d. §. ex imperfecto, nu 26. Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cùm tamen redundet in præiudicium, & onus alterius, non videtur æquum, vt priuilegium concessum filiis sit alteri onerosum.

4 Scias tamen in hoc proposito, quòd licet datio huiusmodi tutoris extranei in testamẽto inter liberos non sustineatur, tanquam per se valida, sustinetur tamen ad hunc effectum, vt talis tutor datus à patre, debeat postea per iudicem in tutorem confirmari. & hanc dicit esse magis communem opi. Alex.conſ.cxl.nu.2.li.j. Quod nota, quia est maximi effectus. nam tutor datus in testamento minus solemni, tamen confirmatus à Iudice, præfertur tutori datiuo, sicut præfertur testamentarius, vt declarat Alex.ibi.& dixi suprà li.2.§.tutor. Neque credas, quòd nihil interfit, an quis sit datus in tutorem & quòd datio valeat, an autem quòd datio non valeat, sed omnino debeat à Iudice confirmari: quia imò multum interest: nam quando valet datio, tenetur tutor statim tutelam gerere, aliàs tenetur de neglectis, sed si non valet datio, non tenetur petere se confirmari, & ideò interea donec sit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta in dicto §.ex imperfecto, nu. 123. & dixi in d. §. tutor.

QVAESTIO. XI.

1 *Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur etiam si non sit in scriptis confectum?*

1 QVæro, an dispositio d.§.ex imperfecto, generaliter procedat in quocunque testamento, scilicet tàm nuncupatiuo, quàm in scriptis confecto? Hæc difficultas orta ex dispositione auth.quod sine. positæ post ipsum §. licet enim verba d.§.ex imperfecto, sint generalia, & conueniant cuicunque testamento. cum tamẽ d.auth.subsequens, quę videtur limitare dispositionem d.§.loquatur in testamento per scripturam cõfecto: multi tenuerunt, quòd pariter etiam ipse §.ex imperfecto, nõ procederet, nisi in testamento condito in scriptis. Sed tamen in practica tenenda est contraria opinio, ℘ scilicet dispositio d.§.ex imperfecto, non limitetur per dispositionem d. auth. quod sine. quantum ad testamentum nuncupatiuum, sed solùm quantum ad testamentum in scriptis. & hanc dicit esse magis communem Corn.conſ.cxviij.in fi.lib. 3 vbi etiam subdit, ℘ ita seruatur in practica. Hanc etiam opi. quòd dispositio d. §. ex imperfecto, habeat locum in testamento nuncupatiuo, tenuit glos. in d.§.ex imperfecto, in gl. j.in fi.quæ ab omnibus approbatur, vt dicit Corne.ibi, in d.auth.quod sine, nu.1. Illam etiam dicit esse cõmunem Alexan.in d.auth. quod sine, nume.3.& consil.cxlvi.nu. 5.lib.ij.& conſ. clxxvi. post nume.9.lib.v. & conſ.cv.nu.4.li.vij.Boer.decis.ccxl.post nu.1.Natta.in d.§.ex imperfecto. nume.191.Riminal.in dicto §.ex imperfecto.nu.1.in fin. & ab hac sententia non recedas consulendo aut iudicando.

QVÆSTIO XII.

1 *Testamentum imperfectum an sustineatur etiam inter liberos naturales tantùm?*

2 *Et quid in matre?*

3 *Et an inter filios legitimatos?*

4 *Et an inter liberos à successione per statutum exclusos?*

5 *Et an inter liberos non primi, sed vlterioris gradus?*

6 *Et an si filius testatur inter parentes?*

1 SEd quia Imperator in d.§.ex imperfecto, dispo nit huiusmodi testamentum imperfectum valere inter solos liberos. quæro, nunquid dispositio in d.§.habeat locum solummodò inter liberos legitimos, & naturales: an autem procedat, etiam si tale testamentum conditum sit inter liberos naturales tantùm? Respon. quòd non habet locum inter

liberos naturales tantùm, vel ſpurios. & hæc eſt cõmunis opinio: vt ait Dec. cõſ. cx. nu. 2. in fi. & nu. 3. quem refert Boër. in d. deciſ. ccxl. nu. 3. Riminal. in d. §. ex imperfecto. nu. 5. Picus in repe. §. Titia. num. 43. circa fin. ff. de leg. ij. Rubeus conſ. vij. poſt nu. 7. Vbicunque enim lex facit mentionem de liberis, aut filiis, ſemper intelligendum eſt de legitimis & naturalibus, non autem de naturalibus aut ſpuriis, qui ſunt à lege reprobati.

2 Et hæc quidem concluſio de plano procedit in patre teſtante inter liberos naturales. Sed quid in matre? Reſpond. ꝙ in ipſa aliud eſt dicendum: nã reſpectu matris, & quo ad ipſam, filij naturales reputantur legitimi, & ideò tenendũ eſt, ꝙ in matre teſtante inter liberos naturales, vel ſpurios, locũ habeat diſpoſitio d. §. ex imperfecto. & ita cõcludunt cõmuniter Doctores, vt dicit Natta in d. §. ex imperfecto. nu. 74. & nu. 78. hanc etiam opin. dicit eſſe communem Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el j. poſt nu. 45. verſicu. Vnde quia. ff. ad Trebellia. & dicit Boër. in d. deciſ. ccxl. nu. 13. quòd omnes in ea conueniunt, niſi mater ſit Illuſtris. Dicit etiam Guli. de Benedic. in prima parte. c. Raynutius, fol. 156. nu. 84. quòd omnes in hoc concordant, ꝙ quando mater non eſt illuſtris, & filij non ſunt nati ex dãnato coitu, proculdubio locum habet diſpoſitio d. §. ex imperfecto. Quando enim mater eſt Illuſtris, filij ſpurij, aut naturales non reputantur legitimi.

3 Sed quid in legitimatis, nunquid habebit locũ diſpoſitio d. §. ex imperfecto? Reſpond. quòd ſic. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Boër. deciſ. ccl. poſt numerum 14. Sunt enim tales filij redacti ad inſtar legitimorum, & naturalium. Et hoc maximè, ſi eſſent legitimati per ſubſequens matrimoniũ, qui in omnibus, & per omnia æquiparãtur legitimis, vt di xi ſ. li. ij. §. legitimatus.

4 Item quæro: nunquid diſpoſitio d. §. ex imperfecto locum habeat, quando pater teſtatur inter liberos, qui per ſtatutum eſſent excluſi à ſucceſsione inteſtati, puta, quia ſint filiæ dotatæ, &c. Reſpond. ꝙ ſic & hæc opinio communiter tenetur, vt ait Guliel. de Benedic. in j. parte repet. cap. Raynutius, fol. 155. nu. 81. Hanc etiam dicit eſſe communem Boer. in d. deciſ. ccxlj. nu. 9. Et ex hoc potes colligere, ꝙ rõ d. §. ex imperfecto, non eſt, qa cauſa teſtati eo caſu foueat cauſam inteſtati, ſed merus fauor liberorũ, vt ſ. dixi.

5 Quæro etiam, nunquid diſpoſitio d. §. ex imperfecto, habeat locum quando pater teſtatur inter filios non primi, ſed vlterioris gradus, puta, inſtituendo nepotem, vel illi ſubſtituendo? Reſpon. quòd ſic ita tenet Albe. de Roſate in d. §. ex imperfecto, verſi. Item quia hic dicit. & eſt communis opinio, vt dicit Boër. in d. deciſ. ccxlj. poſt. nu. 3. Semper enim in verbis legis, appellatione filiorum, veniunt nepotes vt dixi ſ. libr. 2. §. filius, Maximè cùm agatur de re ipſis filiis fauorabili.

6 Vlterius quæro, quid econuerſo, ſi filiusfamil. caſi bus in quibus poteſt condere teſtamentũ teſtetur inter parentes, nunquid eo caſu habebit locum diſpoſitio. d. §. ex imperfecto? Reſpon. quòd nõ. Ita tenet Spe. de inſtru. editio. §. cõpendioſè, poſt nu. 32. verſic. quid ſi filius. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in d. §. ex imperfecto, nu. 7. hanc etiam opin. dicit eſſe communẽ Boër. in d. deciſ. ccxl. in fi. verbis. Natta in d. §. ex imperfecto, nu. 227. & dicit Riminal. in d. §. ex imperfecto, nu. 1. quòd ita tenẽt communiter Doctores. Quod enim contra cõmunes regulas ſtatutum eſt, non debet trahi in conſequentiam. & hæc opinio propter auctoritatem Doctorum, tenenda eſſet in practica, licet forte in puncto iuris contraria ſit verior.

QVÆSTIO XIII.

1 *Ex teſtamento imperfecto inter liberos ſucceditur tanquã ex teſtamento, non autem tanquam ab inteſtato.*

1 REſtat nunc videre circa hanc materiam teſtamenti inter liberos conditi, nunquid ex huiuſmodi teſtamento imperfecto inter liberos, dicatur ſuccedi tanquam ex teſtamento, an autem tanquã ab inteſtato? Vtilitas autem eſt maxima, quia ſi valet teſtamentum ſubſtinebitur ſubſtitutio pupillaris, item exhæredatio, item datio tutoris, quæ omnia fieri non poſſunt in codicillis, & ideò non poſſunt ſuſtineri, vbi non valeret niſi ab inteſtato, & ſic in vim codicilli? Reſpond. ꝙ dicitur ſuccedi ex teſtamento, non autem ab inteſtato. ita tenet gloſ. in l. filij, in verbo, ab inteſtato. C. famil. erciſcun. & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Corn. in d. §. ex imperfecto, nume. 12. in fin. Bertrand. conſ. 141. nume. 5. libr. iij. in ſecunda parte. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Iaſ. in d. §. ex imperfecto nume. 13. Natta in d. §. ex imperfecto. nu. 221. Satis enim dicitur teſtamentum, ex quo lex illud approbat pro teſtamento, ſupplendo defectus ſolennitatum, & vult ex eo ſuccedi.

QVÆSTIO XIIII.

1 *Scedula à patre ſcripta continens eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim teſtamenti.*
2 *Et an requiratur, quòd in ea appoſita ſit dies?*
3 *Et an debeat eſſe in omnibus per extenſum ſcripta abſque aliqua abbreuiatione?*
4 *Et quid ſi tantummodo ſit ab ipſo patre ſubſcripta, non autem eius manu in totum ſcripta?*
5 *Et quid ſi non ſit eius manu ſcripta, ſed tantum reperta in eius arca?*
6 *Et quid ſi non ſit ſcripta, neque ſubſcripta à patre, ſed tantum ab ipſis filiis?*
7 *Et quid ſi reperiatur ſcedula teſtamenti in lib. notarij?*
8 *Et quid ſi filij non ſint in ipſa ſcedula æqualiter inſtituti?*
9 *Et an hæc concluſio locum habeat etiam in ſcedula confecta in fauorem piæ cauſæ?*

1 HAbemus etiã in hac materia teſtamenti inter liberos cõditi, aliã conſtitutionẽ mirabilem, quæ eſt poſita in auth. qd̃ ſine. C. de teſtam. per quã diſponitur, ꝙ ſi reperiatur ſcedula ſcripta manu teſtatoris, in qua contineatur eius diſpoſitio inter liberos, talis ſcedula valet, & illi ſtãdum eſt etiã, ꝙ in ea conficienda non interuenerint aliqui teſtes, neque vlli ipſi ſcedulæ ſe ſubſcripſerint. & ita ſe habet magis cõmunis opi. vt atteſtatur Alex. conſ. cv. in fi. lib. vij. quẽ refert Ioan. Dilec. de arte teſtãdi tit. 2. in fi. & aduerte circa intelligentiã terminorũ, qa: Aut pater teſtãdo inter liberos ſiue in ſcriptis, ſiue per nũcupationẽ adhibuit teſtes, & tunc etiãſi nõ fuerit adhibitus numerus 7. teſtiũ, vel etiã deficiãt aliquæ aliæ ſolennitates à iure requiſitæ, ſuſtinetur nihilominus teſtamentũ ex diſpoſitione d. §. ex imperfecto dũmodò de eo deponãt ſaltẽ duo teſtes, etiã fœminæ, etiã non rogatæ, vt dixi ſ. q. viij. verſicul. Hinc infertur, & ſeq. Aut verò pater aliquos teſtes non adhibuit, ſed tantùm voluntatem ſuam in ſcripris exaratam reliquit, vel in arca, vel apud Notarium, vel aliquem alium non ſuſpectũ, & hoc caſu habet locum diſpoſitio d. auth. qd̃ ſine, ſcilicet, vt talis ſcedula valeat, & illi ſtandũ ſit, licet careat ſolennitatibus

tibus requiſitis, dummodo appareat, ꝙ ſit ſcripta manu ipſiuſmet teſtatoris.

2 Sed nunquid requiritur, ꝙ in huiuſmodi ſcedula appoſita ſit dies, qua confecta eſt? Reſpon. ꝙ ſic. Ita tenet Bal. in d. auth. qd̃ ſine, nu. 4. & eſt cõmunis opi. vt dicit Natta in repeti. d. auth. qd̃ ſine. nu. 30. & ſeq. Lex enim requirit tẽpus in illa apponi, vt in d. auth. qd̃ ſine. Debet ergo apponi formaliter, & ſpecificè vt ſi aliqua ſuſpicio falſitatis ſubeſſet, facilè deprehendi poſsit. & hãc cõcluſionẽ nota pro limitatione eorũ, quæ dixi j. lib. vij. §. ſcriptura, ꝙ ſ. regulariter in priuata ſcriptura nõ requiritẽ dies, neq; annꝰ.

3 Sed quia tex. in d. auth. qd̃ ſine. dicit, nõ ſignis, ſed literarũ conſequentia, quæro vtrum de neceſsitate requiratur, ꝙ in huiuſmodi ſcedula, pater omnia extensè ſcripſerit, abſq; vllis abbreuiaturis etiam vſitatis? Reſpond. ꝙ ſic. Ita dixit Bart. in l. quoties. §. j. nu. 4. ff. de hære. inſtitu. & eſt communis ſententia, vt ait Natta in repet. d. auth. qd̃ ſine. nu. 38. Quæ tamen intelligenda eſt, vt procedat circa numerũ, vnciarum, vel ſummam aliquam pecuniæ, ſignis Arithmeticis exprimendã, in quibus de facili poteſt falſitas cõmitti: ſed in reliqua diſpoſitione, credo, ꝙ ſufficiat illam eſſe ſcriptam eo modo, quo cæteræ ſcripturæ communiter conſcribi ſolent. Et hic fuit ſenſus Imperatoris, vt apparet in corpore, vnde authentica ipſa ſumpta eſt.

4 Quæro: quid ſi dicta ſcedula non ſit à patre, ſed ab alio ſcripta, ſit tamen ab ipſo patre ſubſcripta, nunquid hoc ſufficiet? Reſpond. ꝙ ſic. Nam ſubſcribens, cenſetur virtualiter ſcribere omnia contenta in ſcriptura, quam ſua ſubſcriptione confirmat. Ita tenet Paul. de Caſt. conſi. xciij. poſt nu. 2. lib. j. & eſt cõmunis ſententia, vt dicit Natta in d. auth. quod ſine, nu. 44. & ſeq. Quam ego etiã ſequor modò in ſubſcriptione fiat mentio, ꝙ ſit teſtamentum. Licet enim regulariter, ſola ſubſcriptio generalis ſufficiat, quid quid dixerit Bart. in l. diuus. §. idem ſenatus. nu. 2. ff. de falſis, contra quem eſt communis opi. vt dixi in frà lib. vij. §. ſcriptura. Tamẽ vbi lex pro forma requirit, ꝙ aliquis manu propria ſcribat, ſemper mihi placuit opi. Bart. ꝙ ſcilicet requiratur ſpecialis ſubſcriptio: quia aliàs de facili ſupponẽdo vnam ſcripturam pro alia, poſſet falſitas fieri, quã præcipuè in hac teſtamentorum materia lex habet valdè ſuſpectam. & ita teneas, niſi ſcedula ipſa aliquo alio argumento, quã tali ſubſcriptione confirmata

5 eſſet. Item quæro, pone, ꝙ reperiatur in arca patris ſcedula continẽs diuiſionem bonorum inter filios, quæ tamen nõ ſit ſcripta, neque ſubſcripta manu ipſius teſtatoris: nũquid talis ſcedula inter ipſos liberos valebit, ita vt ab eis ſeruanda ſit? Reſpon. ꝙ nõ. Eſſet enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita cõmuniter concluditur, vt ait Iaſ. in d. auth. quod ſine, poſt nu. 1. Guli. Bendict. in prima parte repe. c. Raynutius, fol. 156. poſt nu. 87.

6 Sed pone, ꝙ ſcedula ipſa non ſit à patre ſcripta, nec ſubſcripta, ſed tamẽ ſit ſubſcripta ab ipſis filiis, nunquid valebit? Reſpond. ꝙ ſic. & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Natta d. auth. quod ſine. nu. 51. Intelligo ꝙ valet non vt teſtamẽtum, ex diſpoſitione ipſius auth. quod ſine, ſed vt cõtractus, ex conuentione ipſorũ filiorũ, quod nota, quia eſt magni effectus, vt dixi ſuprà, quæſt. proxima.

7 Præterea quæro, ſi reperiatur in lib. Notarij ſcedula teſtamẽti, non tamen in ipſa ſcedula ſit ſcriptum, ꝙ fuerit tale teſtamentum lectum coram teſtibus nũquid valebit inter liberos? Reſpond. Bar. in l. fideicommiſſa. §. quoties, nu. 1. ff. de lega. iij. loquẽdo per verbum fortè tenuit, ꝙ ſic. Contrarium tenuit Bal. in d. auth. quod ſine, nu. 1. etiam in fortioribus terminis, quando ſcilicet in ſcedula reperiuntur deſcripta nomina teſtium, & opi. Bal. communiter tenetur, vt dicit Natta in d. authẽ. quod ſine, nu. 3. Cùm enim lex requirat manum propriam ipſius patris, aliena ſufficere non debet.

8 Sed quæro nunquid diſpoſitio dictæ auth. quod ſine, habeat locũ, etiam ſi filij in ipſa ſcedula non ſint æqualiter inſtituti? Reſpond. ꝙ ſic. & ita dicunt magis communiter Doctores, vt dicit Socin. Iun. conſ. clxxxix. nu. 87. libro 2. & conſ. 24. poſt nu. 9. lib. iij.

9 Vlterius quæro, nunquid diſpoſitio d. auth. ꝙ ſine, extendatur etiam vt locum habeat in fauore piæ cauſæ, ſi reperiatur ſcedula ſcripta manu defuncti, abſque teſtibus, in qua de bonis ſuis diſponat ad pias cauſas, dixi ſuprà verſ. Aliquando enim.

QVÆSTIO XV.

1 *Plura eſſe militum priuilegia in condendis teſtamentis*
2 *Et an requiratur teſtes eſſe rogatos?*
3 *Et an in teſtamento militis poſſit mulier pro teſte interuenire?*
4 *Et an huiuſmodi priuilegia competant militibus etiam non exiſtentibus in expeditione?*
5 *Et an competant aliis perſonis exiſtentibus in caſtris, non tamen militantibus?*

1 DIxi etiam ſuprà quæſt. 3. multum intereſſe inter teſtamentum militis, & teſtamentũ pagani. Habent enim plura priuilegia teſtamenta militum: de quibus toto titulo. ff. & C. de mili. teſta. quæ potes videre elegãter collecta ab egregio Iuriſconſ. D. Petro Bello Conſiliario Ducis Sabaudiæ, compatre, & vti fratre meo honorando, in ſuo tracta. de Re militari, nuper edito, fol. 71. & aliis quatuor ſeq.

2 Quæro: nunquid in teſtamento militis teſtes debeant eſſe rogati? dixi infrà quæſtio. lviii. verſicul. Item quæro.

3 Quæro etiam: an in teſtamento militis fœmina poſſit eſſe teſtis? dixi infrà q. lv. ver. Sed quæro.

4 Sed quæro, nunquid hæc priuilegia militibus conceſſa competant illis, non modò quãdo ſunt in expeditione, ſed etiam poſtquam miſsi ſunt à militia. Reſpon. Aliqui dicunt, quòd duo ſunt genera priuilegiorum, quæ militibus conceſſa ſunt circa teſtamenta conficienda: Primũ concernit perſonam ipſius teſtantis: quia ſcilicet multi, qui aliàs de iure communi non habent teſtamenti factionem, ſi tamẽ ſint milites, poſſunt teſtari. & iſta priuilegia ipſi milites nõ amittunt, etiam ſi miſsi ſint à militia. Secundum vero cõcernit modum teſtandi, quia ſcilicet in teſtamento militis ſublatæ ſunt ſolemnitates iuris ciuilis & huiuſmodi priuilegia eis non competunt: niſi donec ſunt in expeditione belli. Ità dicit gl. in §. ſed hactenus. in gl. j. Inſtitu. de mili. teſtamen. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Apoſti. ad Dec. in l. ius noſtrum. ſub num. 8. ff. de regu. iuris. Alij verò aliter dicunt, quod ſcilicet miles, qui ſit ſui iuris, habet circa teſtamẽti factionem duo priuilegia. Primum, quòd poteſt teſtari minus ſolenniter: Secundum, quòd eius teſtamentum non ſubiicitur querelæ. & hæc ambo priuilegia, miles ipſe amittit ſtatim quòd factus eſt veteranus. Sed filiusfamil. miles habet circa teſtamenti factionem tria priuilegia. Primum, quòd poſsit teſtari. Secundum, quòd eius teſtamentum non ſubiiciatur querelæ. Tertium, quòd poſsit teſtari minus ſolenniter.

Quando

Quando ergo filius famil. efficitur veteranus. retinet duo priora priuilegia,& tertium amittit.& hæc est cõmunis opi.vt dicit Saly.in l.fi.nu.3.& 4. C.de inofficio.testament. Tu in hoc dic cõtrà:nam hodie testamentũ militis tam patris, quàm filij subiacet quærelæ,vt dixi j.quæst.xlij.vers.Et hæc quidem,& quæst.xlviij.vers.Et hæc omnia.

5 Item quæro;nunquid aliæ personæ non militãtes, quæ tamen reperiuntur in castris, gaudeãt priuilegiis militum circa testamentum conficiendum?Respond.distinguendum est.an sint in loco hostili,vel ne.Nam si non sunt in loco hostili,nõ possunt testari,nisi iure communi:si verò sunt in loco hostili,possunt condere testamentum,eo modo,& forma,quo possunt milites.Ita dicit gl.in l.scriniarios,in glo. fi. C.de testamen. milit. quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Paris.cons.xxxij.nu.25.lib.2.

QVÆSTIO XVI.

1 *Militem posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum.idque quomodo intelligendum sit?*

1 HAbent etiam milites hoc priuilegium, ꝙ licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus, sed causa testati trahat ad se causam intestati:tamen hoc in milite locum non habet, ipse enim potest decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus. Sed vt intelligas hanc materiam, quæ prima facie confusa videtur,distinguendi sunt nonnulli casus.

2 Aliquando enim miles nullo instituto hærede vniuersali instituit vnum in aliqua re certa,vel duabus, vel vnum in vna re,aliũ in alia,& hoc casu,aut miles prohibuit in suo testamento ius accrescendi, & ille institutus in re certa,non habet nisi illam certã rem,in reliquo autem succedunt venientes ab intestato.& in hoc differt miles à pagano, quia decedit pro parte testatus,& pro parte intestatus. Paganus enim non potest prohibere ius accrescendi, vt dixi infrà,q.lxxvj.Aut verò miles non prohibuit ius accrescendi,& tunc ille institutus in re certa, per ius accrescendi succedit in tota hæreditate.Ita dicit gl. in l.j.in verbo,Milites,ibi, si autem vnum, C.de testa.milit.quæ vbique magis communiter approbatur,vt dicit Alex,in ea.l.j.post nu.9.verficul.ex quibus vltimis.Et ita communiter tenetur,vt dicit Angel.Aret.in §.hæreditas,nu.2.Inst.de hered.inst.Hãc etiam esse communem opi.attestatur Ias.in d.l.j.nu. 12.Dec.in ea.l.j.nu.9.& in l.ij.in fi.C.eo.tit.& sic isto casu testamentum militis nullum habet priuilegiũ, quia causa testati trahit ad se causam intestati,sicut in testamento pagani,in quo institutus in re certa nullo alio instituto hærede vniuersali, succedit per ius accrescendi in tota hæreditate, vt dixi suprà §.Institutio.Aliquando autem miles habens bona castrensia,& bona paganica, instituit vnum hæredem in patrimonio castrensi, in aliis autem bonis neminem instituit,vel econtrà.& hoc casu bene verificatur regula.ꝙ pro parte decedit testatus,& pro parte intestatus:quia ille institutus in bonis castrensibus, non habet per ius accrescẽdi reliqua bona paganica ipsius testatoris,in quibus nullus reperitur institutus,vel econtrà,sed illa deferẽtur hæredibus ipsius militis ab intestato veniẽtibus.ita dicit gl.in d.l.j.in verbo,Probetur,C.de testa.mil.& ita tenent omnes,vt dicit Salyc.in ea.l.j. nu.7.Hanc etiam dicit esse cõmunẽ opi.Alex.in ea.l.j.nu.19.& ratio est secundum gl.& Doct.ibi:quia eo ipso,ꝙ miles instituit aliquem in bonis tantũ castrensibus,vi detur ꝙ hibuisse,ne succedat in paganicis,& econtra

3 Et hinc infertur,ꝙ si miles instituat vnum in castrẽsibus,& alium in paganicis,& vnus eorum,puta institutus in castrensibus,repudiet,ꝙ ad partem repudiatam nõ admittetur alius institutus in paganicis, per ius accrescendi,sed venient hæredes ab intestato:& hæc est communis opin.vt dicit Dec. in d.l.j. post nu.7.vers.in ea gl. & sic miles pro parte decedit testatus,& pro parte intestatus.

4 Aliquando,& tertiò,miles instituit vnum simpliciter in vna vncia,& aliũ in castrensibus:& hoc casu institutus in illa vncia,habebit semiũciã ex paganicis,& semiunciã ex castrensibus,ille verò alius habebit reliqua bona castrensia.In reliquis autẽ bonis paganicis,ex quo nullus reperitur hæres vniuersalis institutus,succedet ille institutus in vna vncia,per ius accrescẽdi,nõ autẽ ille institutus in castrẽsibus qui,vt dixi,cẽsetur tacitè exclusus à iure accrescẽdi. & ita tenẽt cõmuniter Doctores,vt ait Saly.in d.l.j. n.6.Et circa istas cõclusiones multa possent dici disputãdo.sed in iudicando nõ recedas à cõmunibus. Hæc materia nõ multũ versatur in palatiis.& ego nũq; vidi in facto aliquã ex istis quæstionibus.sed vt plurimũ solent tractari corã auditoribus exercituũ, corã quibus plerunq; huiusmodi ꝙtrouersię decidũtur iute militari,omissis subtilitatibus iuris ciuilis.

QVAESTIO. XVII.

1 *Quæ solemnitates in testamento cæci requirantur?*
2 *Et quid si cæcus velit inter liberos testari,nunquid duo testes sufficiant?*

1 DIcebam etiam ſ. q.3.Aliud esse testamentum cæci,aliud videntis,nam in testamento cæci vltra numerum septem testium,qui de iure cõmuni in testamentis requiritur,necesse est ꝙ interueniat Notarius,vel in defectum Notarij, alius & sic octauus testis:& alia,de quib.in l.hac cõsultissima. C.qui test.face.poss.& hoc propter maiorem timorem falsitatis,qui subest in testamento huiusmodi lumine carentis, quàm in testamento eius qui videt,& cognoscit:& ita de facili decipi non potest.

2 Sed quæro,Tu scis,ꝙ qñ pater vult testari inter,liberos sufficiunt duo testes absq; aliis solẽnitatibus iuris ciuilis,vt dixi ſ.q.viij.Pone; ꝙ pater cæcus velit testari inter liberos,nunquid erunt seruandæ solemnitates de quibus in dicta l.hac consultissima: an autem sufficient duo testes? Respond. ꝙ si cæcus velit testari inter liberos,sufficiũt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma vel solemnitas à iure ciuili introducta. Ita tenet Bal. in dicta l. hac consultissima,nu.1.& seq.& ita concludunt magis communiter Doctores,vt dicit Soc.cons.cclxiij circa prin.li.2.Hanc etiã opi.dicit esse communẽ Ias. in d.l.hac consultissima nu.4.& cons.xxvj. vers.facit etiam multum.lib.j.Bertrand.consilio ccxxj.nu. 2.li.3.in secunda parte.Boer.decis.ccxl.nu.20.Natta cõs.ccx.nu.3.& seq.& in repe.d. §.ex imperfecto. nu.34.& seq.Cessat enim omnis falsitatis suspicio in filiis,qui omnino sunt patri ab intestato successuri,& de quibus lex maximè confidit.Prꝛterea fauor filiorũ,propter quẽ inducta fuit dispositio d.§. ex imperfecto, ita militat in filiis cæci, sicut in filiis videntis.

QVÆSTIO XVIII.

1 *Filiusfam.an possit condere testamentum?*
2 *Et an de peculio aduentitio?*

3 *Et an filiafam. possit de dote testari?*
4 *Et quid si in testamento apposita sit clausula codicillaris?*
5 *Et quid si pater sit captus ab hostibus?*
6 *Et an possit filiusfam.testari de bonis castrensibus?*
7 *Et an de salario quod lucratus est tanquam aduocatus?*
8 *Et an possit filiusfam.testari ad pias causas?*
9 *Et an valeat statutũ disponẽs,quòd filiusfam. possit testari?*

EXplicatis diuisionibus testamentorum: nunc uidendum est quæ personæ habeant testamenti factionem tam actiuè,quàm passiuè id est,qui testamentum facere possint,vel non,& qui ex testamento capere possint,vel non.Nam in iure vtroq; modo dicitur quis habere testamẽti factionem. & in primis quæro,an filiusfa.in patris potestate existens possit condere testamentũ?Respond.ꝙ non, etiã si pater id illi permittat.tex.est in l.qui in potestate,ff.de testa,& sic vides, quòd filiusfam.non est prohibitus testari propter interesse patris,sed quia lex non approbat eius personam,tanquam legitimam,ad condendũ testamẽtum,& ideò consensus patris nõ sufficit ad eius personam integrandã. Doctores multum laborant pro inuenienda ratione, quare filiusfa.non possit testari,etiã cũ patris consensu,& tandem dicũt illud esse,quia testamentum non potest ex alieno arbitrio pendere: & hæc ratio approbatur communiter per Doctores vbique, vt dicit Aret.in d.l.qui in potestate,post.nu.2.illam etiã dicit esse cõmunem rationẽ Ias.in l.senium,nu. 9.C.qui test.face.poss. quæ tñ multas patitur difficultates,vt ꝑ Aret.in loco prælegato,& alios Scribẽtes:Sed qa hæc modicæ sunt vtilitatis,nõ insisto.

2 Vera igitur est & indubitata conclusio,ꝙ filiusfam.etiam cum patris consensu non potest cõdere testamentum.& hæc est communis regula, vt dicit Aret.in d.l.qui in potestate.col.iij.versi.& ad rationem.cui adde jmprimis, ꝙ neq; etiã testari pót de peculio aduẽtitio. & ista est cõmunis opi. vt dicit Alex.in l.sicut certi,circa fi.C.de test.mil.Quæ quidem locum habet,etiã si huiusmodi peculium aduentitiũ spectaret ad ipsum filiũfa.pleno iure, neq; pater haberet in eo vsumfructũ: adhuc enim filius de eo testari non poterit,etiã cum consensu patris Ita sentit.gl.in d.l.qui in potestate,in verbo, nihilo magis.& est cõmunis opi.vt dicit Imola in l.si cum filius.§.Titio decem.col.fi.ff.de donatio.Soci.cons. cxij.post nu.2.vers.Confirmatur,lib.j. quod est duplicatum cons.clxxij.lib.ij.prout illum refert.Apostil.ad Boer.con.xxxiiij.sub nu.1.Licet Socin. In li. meo hoc nõ dicat.Ita etiam communiter teneri attestatur Alex.in l.senium,nu.6.in fi.C. qui test. fac. pos.Eandem opin.dicit esse communem Aret.in d. l.qui in potestate.col.iij.ver.Et priusquam veniam. Ias.in l.fi.nu. 3. C.de inof.testa.& in l.nemo,nu.2.C. qui testa. fac.poss.vbi dicit, quod hæc est communis opin.glo.& Doctorum,nemine discrepante .Alex.in d.l.nemo,nu.2.quem refert Ruin.cons.xxiiij. nu. 11. lib.v.Dec. in ea.l.nemo.per totam lecturam. Bauer.in §.sciendum,nu.2.Instit.de testam.mil.Rubeus cons.xciij. nu.3.& ita seruat communis opi.vt ait Porc.Instit.quib.nõ est permissum fac. testa.nu. 12.& ratio est,quia,vt dixi filius repellitur à testando,non propter interesse patris,sed quia non est legitima persona ad testandum.

3 Secundò adde,ꝙ etiam filia quæ sit in potestate patris,non potest testari de dote sua aduentitia. & ita concludunt communiter Doctores,vt dicit Alex.in d.l.senium.nu.3.Militat enim eadem ratio, ꝙ s.non est integra persona ad testandũ:licet (respectu huiusmodi dotis)habeat integram personam ad comparendum in iudicio, vt dixi suprà lib. ij.§.filius.

4 Sed quæro. Tu scis, ꝙ filiusfam. potest donare causa mortis cum consensu patris, nũnquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposita clausula codicillaris, illud relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? dixi infrà, lib. iiij.§. Donatio.quæst.vj.vers.Sed quæro.

5 Sed pone,ꝙ pater sit captus ab hostib.& ꝙ patre existente apud hostes,filius faciat testamentum,& decedat, deinde pater reuertatur, quæro nunquid tale testamentum valeat?Respond.ꝙ non:sed indistinctè est nullum.Nam propter reditum patris,fingitur semper filius in potestate patris fuisse. ita dicit gl.in l.fi.§.ita tamen,in verbo, Rata.C. de sent. pass.& est communis opi.vt dicit Crottus, in repe. l.si is qui pro emptore,n.18.& seq.ff.de vsucap.

6 Scias tamen, ꝙ de bonis castrensibus, vel quasi põt filiusfa.testari.l.fi.C.de inoffi.test.Sed de castrẽ si potest testari iure militari:si verò testetur de quasi castrensi,debet seruare ius commune, vt ibidem.

7 Sed quid de salario, quod filiusfam. aduocati à clientulis suis percipiunt, nunquid poterunt,etiam si sint in potestate patris,de eo ad eorum libitum testari?Respon.specul.in tit.de Actore,tenet,ꝙ non. Sed contraria opinio est magis communis,vt testatur Ias. in d.l.fi.num.1.C.de inoff. testamen. hoc enim reputatur tanquam quasi castrense peculium, vt dixi suprà lib.ij.§.filius.

8 Item quæro, nunquid filiusfam. possit testari ad pias causas,dixi suprà q.v.ver.Sed nunquid.

9 Quæro etiam,an valeat statutum disponens,ꝙ filiusfamilias possit testari.dixi suprà lib.j.

QVÆSTIO XIX.

1 *Bannitus an possit condere testamentum?*
2 *Et quid si sit etiam condemnatus ad mortem naturalem?*

1 QVæro,an bannitus ab aliqua ciuitate,retineat testamenti factionem? Respon. hæc quæstio habet duo capita.Primum,an possit condere testamentum:Secundum,an possit capere ex testamento.Circa primum,Bar.in l.eius qui.§.j.nu.3.ff.de testam.& in vulgata sua q.prima,incip. Lucanæ ciuitatis.num.26.distinguendo concludit, ꝙ aut bannitus vult testari secũdum statuta ciuitatis, à qua exulat,& non potest:quia propter bannum amisit illorum beneficium:aut vult testari secundum ius cõmune,& potest: quia bãnum illius ciuitatis, nõ potuit illi auferre beneficia iuris communis, & hanc distinctionem Bar.dicit communiter teneri Nullus in tract.bannitorum in prima parte secundi temporis nu.52.Sed ego.aliàs dicebam,ꝙ hæc opin. Bart. ita generaliter & indistinctè intellecta,non videtur vera.Et omittendo auctoritates Doctorum,loquẽtium in hac materia,quæ sunt propè infinitę,dic,ꝙ aliquando quis est simpliciter bannitus:& intelligo simpliciter bannitũ eum,qui est condemnatus in solo exilio,cui non est apposita pœna mortis,etiã si perueniret in fortiã cõmunis,prout videmus quotidie propter aliquod delictũ multos cõdemnari in exilium vel perpetuũ,vel tẽporale,vel etiã arbitrio Principis,vel Senatus, vt dixi j.lib.v.§.fi.q.lxxj.circa prin.& talis nullo modo efficitur intestabilis,ex quacunque causa sit bannitus.ita probat tex. in d. l.eius qui.§.j.ibi,sed relegati: & intelligo,ꝙ poterit testari,non modò secũdum ius commune, sed etiã secũdũ statuta ciuitatis à qua est bãnitus,nisi in ea adsit

adsit statutum, ꝙ banniti non gaudeant beneficio statutorum: prout est in multis ciuitatibus Italiæ. & poterit disponere de bonis suis tam sitis intra territorium ciuitatis, à qua est bannitus, quàm extrà. & quod plus est, etiam si tempore banni, eius bona fuissent confiscata (vt plerunque fit) tamen si post confiscationem aliquid acquireret, posset de eo disponere, & testari, ex quo iuxta cõmunes regulas, in confiscatione non veniunt bona futura, vt dixi in dicto §. fi. quæstio. lxxix. vers. Vlterius quæro.

2 Aliquando verò, quis non modò est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalem, quę illi in sententia comminatur, vbi in fortiam communis peruenerit: & hoc potest dupliciter contingere. Primò, quando sententia mortis precedit bannum, puta quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem, & post condemnationem aufugerit è manibus Iudicum, & deinde iterum ciratus, (vt fit) in contumaciam iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua ꝛ. Secundò verò, quando sententia mortis & exilij simul profertur cõtra absentẽ, prout quotidie fieri videmus, stantibus ordinibus siue statutis, ꝙ contumax habeatur pro confesso: & de istis bannitis non est tractandum, tanquam de condemnatis ad mortem, & ideo dic, ꝙ aut iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pœna mortis, & fuit in processu & sententia seruata dispositio iuris communis, quia scilicet fuit condemnatus præsens, & factis suis debitis defensionibus: & tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis, tãquam seruus pœnæ: & ideò licet aufugiat è manibus Iudicis, adhuc remanet seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari. vt dixi infrà q. xxj. neque intra territorium illius ciuitatis, neque extrà, quia talis sententia lata secundum ius commune illum efficit vbique locorum. Aut verò fuit condemnatus ad mortem pro delicto ex quo imponitur pœna mortis, per statutum illius ciuitatis, & non de iure communi. vel fuit condemnatus contra formam iuris communis. puta in contumaciam, stante statuto, de quo suprà, quòd contumax habeatur pro confesso: & tunc est distinguendum, an iste bannitus peruenerit in fortiam communis, vel non. Nam priusquam perueniat in fortiam communis, secundum magis communem, sententiam, non est adhuc effectus seruus pœnæ, vt dixi suprà libr. j. §. bannitus, & ideò poterit testari. & in hoc omnes concordant, vt dicit Aret. in dicta l. eius qui. §. j. post nume. 3. vers. Vnus est. Neque in hoc ego facio differentiam, an sit bannitus cum confiscatione bonorum vel non: quia ad hoc vt quis dicatur testabilis, vel intestabilis, non considerantur bona, sed status personæ. Ideo dato, ꝙ eius bona essent confiscata. poterit adhuc, testari, & hoc est magni effectus, quia poterit testari de bonis, si quæ habet extra territorium ciuitatis, à qua est bãnitus: illa enim non comprehenduntur in confiscatione bonorum, vt dixi ꝛ. lib. v. §. fin. quæst. lxxviij. vers. Quæro nunquid. Item & de illis quæ acquireret post confiscationem. nam in publicatione bonorum, non veniunt

a bona futura, a vt dixi. Item dato etiam, quòd nulla bona haberet, non est sine vtilitate, vt quis possit condere testamentum, vt dixi infrà quæstio. xxii. vers. Relegatus.

3 Aut verò iste bannitus peruenit in fortiam communis, & tunc non potest testari, vt dixi ꝛ. q. xxi. vers. fic. Aut verò. Et aduerte, quia in hoc articulo ego non facio vim, an talis bannitus, siue ex tenore sententiæ, siue ex forma statutorum, possit impunè offendi, vel non. Cùm enim illa qualitas ꝙ possit impunè offendi, non respiciat statum personæ, non videtur habenda in consideratione, quo ad hoc, an quis efficiatur intestabilis, vel non.

ADDITIO.

a Bona futura. Contrariũ videtur tenere Gram. cons. 7. vide tamen Dec. consilio. 235. 438. & 446. Bart. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. in l. 4. C. de iur. fisc. lib. x. in l. 1. ff. de bon. dam. Item an publicatis bonis veniant legata conditionalia Bart. in l. quod traditum ff. de condit. & demonstra.

QVÆSTIO XX.

1 *Bannitus an possit capere ex testamento.*
2 *Et an saltem bona posita extra territorium ciuitatis à qua est bannitus.*

CIrca secundum an bannitus possit capere ex testamento, multa etiam traduntur per Scribentes maximè in locis ordinariis. Bart. in præallegata quæstio. sua prima: incip. Lucanæ ciuitatis, nume. 29. distinguendo dicit, ꝙ aut bannitus non potest virtute statuti illius ciuitatis impunè offendi: & tunc est capax omnium successionum, quæ illi deferuntur, tam ex beneficio iuris municipalis illius ciuitatis, quàm ex dispositione iuris communis: sed si potest impunè offendi, tunc non poterit succedere in hæreditare sibi delata ex beneficio statutorum illius ciuitatis: erit tamen capax iurium, & successionum quæ illi deferuntur de iure communi. & hanc opin. Bartol. dicit esse communem, Alexan. in l. 1. nu. 4. C. de hæredi. instituendis, quem refert Ruin. cons. xlix. nume. 3 lib. iiij. idem etiam dicit Alex. cons. xxvi. nu. 2. in fin. lib. j. quem refert Vantius de nullit. in Rub. ex inhabilitate, nu. 51. Nellus de bann. in prima parte, secundi temporis, q. v. Corn. cons. xxix. in primis verbis, li. ij. & cons. lv. in litera L. eo. vol. Alex. cons. lxxv. nu. 2. lib. 1. quem refert Blanc. de compromiss. in ij. quæst. nume. 16. Claud. in l. Gallu §. nũc videndũ. post. nu. 4. & inl. ex facto. §. ex facto nu. 4. ff. ad Trebe. Cur. Sen. cons. lix. nu. 19. Curt Iun. cons. clxxxij. nu. 4. Ias. cons. clxvi. col. j. lib. 2. & in l. j. nu. 5. & seq. C. de hæred. instit. Ripa. in d. §. ex facto, nu. 13. ff. ad Trebel. Et sic vides magis communem opi. esse, ꝙ bannitus sit capax successionum quæ ei deferuntur ex dispositione iuris communis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quãtum ad bona sita extra territorium (illa enim non possunt affici ex banno quod emanauit in alieno territorio) & sic remanent in dispositione iuris communis. Sed quid de bonis sitis intra territorium ciuitatis à qua iste reperitur bannitus? Respond. Rayner. in d. l. j. C. de hæred. instit. tenet ꝙ nullo modo iste bannitus possit in huiusmodi bonis succedere. licet enim ius commune illius ciuitatis non possit banniendo tollere ius commune, potest tamen illud offuscare & adumbrare, ita vt in suo territorio effectũ nõ sortiatur. Et hanc opi. dicit esse communem Ias. in præalleg. consil. clxvj. col. 3. vers. Quartò facit, lib. ij. Sed quidquid dicat Iason, credo ꝙ magis communis opi. sit in contrarium, scilicet, ꝙ imò, etiam si bannitus possit impunè offendi, retineat beneficia iuris communis, etiam quò ad bona posita intra territorium illius ciuitatis:

ciuitatis: prout hanc esse magis communem sententiam attestatur Ripa in d. l. ex facto. §. ex facto, nu. 15. Maranta in repe. l. is potest. nu. 119. ff. de acquiren. hæred. & quòd bannitus retineat beneficia iuris communis, etiam in ciuitate à qua exulat, nõ videtur dubitandum: ex quo multi ex doctoribus per me suprà allegatis, ita attestantur esse communem opinionem: & recensent authoritates, quæ facilè dinumerari possunt & illam etiam credo veriorem esse: nam huiusmodi banna, quæ contra absentes proferuntur, sunt valdè exorbitantia à dispositione iuris communis, meritò restringẽda, vt quãtum minus fieri potest, operentur. Bene verum est ꝙ si extaret statutum excludens expressè bannitũ ab omni iure & successione, vel huiusmodi, eo casu procederet opi. Ray. quod ſ. amitteret etiam successiones sibi intra territorium illius ciuitatis delatas etiã ex beneficio iuris cõmunis. Sed alio nõ apparẽte, cõsulendo aut iudicãdo, nõ recedas ab opi. Bar. quæ cõmunis est, & verior. in proposito tamẽ huius q. vide quæ dixi ꝛ. lib v. §. fi. q. lxxj. versi. Dixi autem

QVÆSTIO XXI.

1 *Condemnatus ad mortem an possit testari?*
2 *Et quid si ex manibus iudicum aufugerit?*
3 *Et quid si genus mortis ad quod fuit condemnatus, est à iure prohibitum?*
4 *Et quid si fuerit in contumaciam condemnatus?*
5 *Et an talis condemnatus ad mortem possit testari ad pias causas?*

1 QVæro, nunquid condemnatus ad mortẽ possit testari? Respon. ꝙ aut talis condemnatus est præsens, ita ꝙ post condemnationẽ statim faciẽda est executio: & hoc casu, cùm per condẽnationẽ effectus sit seruus pœnæ, non poterit testari: & hæc cõmunis est opi. vt dicit Bal. in l. fi. nu. 15. C. si à non compet. iud. quem refert Apostil. ad Ang. de malefi. in verbo, Et ibi caput sub nu. 20. Idem dicit Apostil. suprà allegata, sub nu. 23. & hoc siue esset condẽnatus secundum ius commune, siue secundum statuta illius loci. nam vtroque casu proculdubio est intestabilis quãtum ad bona sita in illo territorio. Quò ad alia verò, ita demum efficitur intestabilis, si est condemnatus, seruata tam in processu, quàm in sententia dispositione iuris cõis. Quinimò, si prius condidisset testamentum, illud fieret irritũ. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupto, quod tamen intellige, vt dixi in verſic. Aut verò. Bene verum est, quòd quidquid sit de iure, hodie ferè vbique contrarium obseruatur. Quia etiam illi, qui sunt decapitandi, plerunque in carcere faciunt testamẽta, & instituunt hæredes, quando eorum bona non confiscantur, & ita quotidie de consuetudine obseruari attestatur. Imol. in c. quia ingrediẽtib. nu. 30. in fi. de testamen. quem refert Natta, cons. clxxvij. nũ. 4. Sed certè ego credo, ꝙ talia testamenta de iure parum vel nihil valeant, quidquid tamen sit, non puto esse ab ipsa consuetudine recedendum.

2 Sed quid si reus post cõdemnationem, ante quam fiat executio, ex manib' iudicũ aufugerit, nunquid poterit testari? Respond. ꝙ non: adhuc enim remanet seruus pœnæ, & consequẽter intestabilis. ita tenẽt communiter Doctores, vt dicit Are. in l. si quis post accusationem. nu. 3. ff. de testam. ita etiam cõmuniter teneri attestatur Abbas in Rub. de testa. nu. 4. Sed hoc intelligo, vt procedat in illo territorio, in quo fuerat cõdẽnatus, & quò ad bona intra illud territorium existentia. nam eo territorio, & quò ad bona existentia extra illud territorium, talis sentẽtia eum non efficeret intestabilem: & ideò ipse existens extra illud territorium, posset de eis testari: nisi tamen esset cõdemnatus pro delicto, pro quo de iure communi debuisset ad mortem condẽnari. & in processu esset seruata dispositio iuris cõmunis. nam eo casu vbique, & quò ad omnia semper remanet intestabilis. vt ꝛ. dixi.

3 Sed pone, ꝙ Iudex condẽnat reum ad pœnã mortis, sed genus mortis, quo Iudex eum voluit puniri, est à iure prohibitũ: puta veneni, mallei, vel securis, vel præcipitij, nunquid ex tali cõdẽnatione reus efficitur intestabilis? Resp. ꝙ non: etiã si delictum, ꝙ quo est condemnatus, mereretur pœnã mortis. ita dixit Ang. in l. si quis mihi bona. §. si fisci. ff. de acq. hæred. Et ita concludunt Doctores, vt dicit Apost. ad Ang. de malef. in verb. & ibi caput, post num. 23. hanc etiã opi. dicit esse communem idem Apostil. in eo verbo, sub nu. 29. Ex quo enim huiusmodi pœnæ sunt à iure interdictæ, nõ possunt efficere aliquẽ seruum pœnæ, & sic intestabilem. quod nota in practica, quia est mirabilis decisio.

4 Aut verò talis condemnatus erat absens, sed fuit condemnatus virtute statuti disponentis, ꝙ contumax habeatur pro confesso, & quod contra eũ possit procedi ad sentẽtiã diffinitiuã, & tũc si iste condẽnatus, & bãnitus non veniat in fortiã cõmunis non efficitur seruus pœnæ, & ideo poterit testari. Si autem veniat in fortiam communis, tunc efficitur seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari. & hæc est magis communis opi. vt dicit Aret. in d. l. eius qui. §. j. post nu. 4. vers. Sed dubiũ. Et si priusquam veniret in fortiã cõmunis, fecisset testamentũ, illud redderetur nullũ. Quę tamẽ omnia, vt ꝛ. sępius dixi, intellige, quò ad bona sita intra illud territorium: non autem quò ad alia. nam sentẽtia illa condẽnationis & banni, accipit virtutem & robur ex dispositione statutorum illius ciuitatis, & non à iure communi, merito non potest effectum suum porrigere extra illud territorium: & ita teneas.

5 Quæro, nunquid condemnatus ad mortem possit testamentum cõdere ad pias causas? dixi ꝛ. q. v. ver. Quæro quid in damnato.

QVÆSTIO XXII.

1 *Deportatus an possit condere testamentum?*
2 *Et an possit capere ex testamento?*
3 *Et quid in relegato?*

1 QVæro nunquid deportatus habeat testaméti factionem? Respon. hæc quæstio pariter habet duo capita, intelligendo de factione testamenti actiuè & passiuè, vt dixi ꝛ. q. xviij. Si ergo quæris, nunquid deportatus possit condere testamentum Respon. ꝙ nõ. & de hoc est tex. in l. eius qui. §. j. ff. de test. intelligendo ibi verbũ, deportati, vt stet in casu nominatiuo, non autem in genitiuo, prout intelligit ibi gl. sub audiendo, verbum bona, & malè, iudicio meo. Et hæc opi. ꝙ deportatus non possit testari communiter tenetur, vt dicit Imola in c. quia ingredientibus. post nu. 30. de testam. illam etiam dicit esse communem Maranta in repe. l. is potest, nu. 117. ff. de acq. hær. Natta in repe. §. ex imperfecto, in l. hac consultissima. C. de testam. nu. 51. Amittit enim deportatus libertatem, & bona, & omnia quæ sunt iuris ciuilis, &c.

2 Si autem quæris, nunquid deportatus possit capere ex testamento? Respon. pariter, ꝙ nõ. est enim talis deportatus prorsus incapax omnis successionis, vt dixi suprà hoc eo. li. §. j. & est communis opi.

dicit Alex.in l.j.nu.2.C.de hęred.inst.Hæreditas autem ipsa non applicatur fisco,neque fiscus illam aufert à deportato,tanquam ab indigno,sed perinde succeditur defuncto per alios institutos,vel pervenientes ab intestato, ac si deportatus institutus non fuisset.Et hanc dicit esse magis communem & veram sententiam Alex.cons.26.nu.1.lib.1.

3 Relegatus autem non perdit testamenti factionem,vt probat tex.in d.l.eius qui.§.primo.Non enim amittit libertatem,neque ea quæ sunt iuris ciuilis,& ideò licet in sententia relegationis sint etiã confiscata eius bona,prout sæpè fit,& de iure fieri pōt,vt est tex.in l.relegati.& in l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de interd.& releg.nihilominus(vt dixi) retinet testamenti factionem.Et si dicas,quid operatur testamenti factio sine bonis?Respon. ꝙ multum operatur circa bona,quæ in ipsa confiscatione non comprehenduntur,vt dixi ſ.q.xix.vers.Aliquã do verò.Præterea testamentum & hæreditas vtiq; considerantur etiam in eo,qui nihil in bonis relinquit,neque id prorsus est sine vtilitate.nam qui potest testari,poterit(licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter,quod tamen facere non posset,si non haberet testamenti factionem l.ij.§.filius.ff.de vulgari.Item poterit dare tutorem filiis suis,ꝙ pariter fieri non pōt, nisi in testamento, aut codicillis testamento confirmatis.l.3.ff.de test.tutela.vt eleganter considerat Imol.in d.c.quia ingredientibus,nu.7.&c.

QVÆSTIO XXIII.

1 *Condemnatus ad perpetuos carceres, an perdat testamenti factionem?*

1 QVæro nunquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamenti factionem? Respon.Abbas in rub.de testamen.post nu.4.vers.Dubitatur etiam,dicit, ꝙ si talis condemnatus ad perpetuum carcerem,est laicus, proculdubio efficitur intestabilis. & quòd hæc est communis sententia. Hanc etiam dicit esse communem Franc.in rub.de testa.versic.xij.prohibetur,quem refert Bertrand. consi.cxciiij.post nu.2.lib.j.in ij.parte.Quæ tamen opi.nunquam mihi placuit.Certum est enim,quòd de iure ciuili nõ imponitur hęc pœna carceris,vt dixi j.li.v.§.fi.q.70.vers.pœna aũt.Cùm ergo nõ possit quis effici intestabilis,nisi quãdo imponitur pœna à lege permissa,vt dixi ſ.q.xxj.vers.Sed pone,sequitur,ꝙ talis cõdemnatus ad perpetuos carceres, de iure ciuili non amittit testamenti factionem.

QVÆSTIO XXIIII.

1 *Excommunicatus an possit testari?*

1 QVæro,an excommunicatus possit testari?Respond.glo.in c.decernimus,in verbo,& testificando.de sent.excom.in vj.tener,quod non.& dicit Alberi.in l.j.nu.4.C.de hæred.inst.ꝙ ita tenent communiter Cano. & fortè tempore Albericí illa opi. saltem apud Cano.erat magis communis. Sed hodie contratia opi.ſ. ꝙ imò excommunicatus possit testari,est magis communis,vt dicit Abb. in Rub. de testament.num.5.Barb.in c.quia ingredientibus columna fin.de testamen.quem refert Ioan.Dilect. de arte testandi,tit.j.cautela x.num. 1. Areti. in l. si quæramus.colum.penult.vers.Tertiò.adde.ff.de testamen.quem refert apostil.ad Ang.Aretin.in §.fin. sub numero.10. Inst.quib.non est permiſ.facere testa.& Francus in repet.Rub.de testamen. nume.32. Andr.Bessen.in repet.l.j.nume.65. C.de sacrosanct. eccles.Bertran.cons.ccxvij.nu.11.lib.ij.in prima,parte,& cons.xlj.nu.1.lib.ij. in ij. parte. Et dicit Corn. consi.clxxx.in litera R.lib.4.ꝙ est communis sentẽtia ferè omnium,maximè in occultè excommunicato:& hæc opin.intrepidè tenẽda est vbi duo cõcurrant.Primùm.ꝙ non sit excõmunicatus ex causa,quæ aliàs redderet illum intestabilem.Secundũ, quòd excommunicatio sit occulta.si verò hæc duo non concurrerent, res non esset sine difficultate, sed pro nunc nihil determino.

QVÆSTIO XXV.

1 *Infamis an possit testari?*

1 QVæro,an infamis possit testari? Respõ. quòd sic.ita tenet Bart.in l.is cui.§.si quis ob carmen.ff.de testamen.& ita communiter tenetur, vt dicit Abbas in Rub.de testa.post num.8.versic. xv. prohibetur.Quod intellige,nisi expressè à lege prohibitus sit testari,prout est infamis condẽnatus ob libellũ famosum,vt probat in d.§.si quis ob carmẽ

QVAESTIO XXVI

1 *Vsurarius manifestus non potest testari,nisi præstita cautione de restituendis vsuris.*
2 *Et an præstanda sit cautio pignoratitia?*
3 *Et quid si talis cautio post testamentum conditum præstetur?*
4 *Et quid si vsurarius desierit vsuras exercere?*
5 *Et quid in Iudæo vsurario manifesto?*
6 *Et an vsurarius manifestus possit donare causa mortis.*

1 QVæro, an vsurarius manifestus possit testari? Respond. quòd sic:dummodò præstet cautionem de restituẽdis vsuris,iuxta formam cap. quanquam,de vsur.in vj.Quis autẽ dicatur vsurarius manifestus,dixi j.lib.v.§.vsura,vers.Sed hic quæro.

2 Sed quæro, quia ille text. simpliciter requirit, quòd præstetur idonea cautio, nũquid sufficiat nuda cautio,an autem requiratur pignoratitia, vel fideiussoria?Respon.ꝙ requiruntur pignora,vel fide iussores.ita tenet glos.in d.c.quanquam, in verbo, Idoneæ,quam dicit esse communiter receptam Didacus lib.iij.resolut.cap.iij.num.6.

3 Sed pone,ꝙ conditũ sit testamentum non præstita cautione,iuxta formam d.c. quãquam, sed post testamentũ præstetur talis cautio:nũquid testamẽtum ipsum,præstita ex post facto cautione,recõualescet?Respõ.quòd in hoc artic. magna est controversia inter Scribẽtes.tamen magis cõmunis.opin. est quòd recõualescat,vt attestatur Alex.in l.Gall⁹ §.ille casus,nu.8.licet dicat quod cõtraria opin. est de iure sustentabilior.Eandem opin.dicit esse communem Felin.in c.cùm dilectus.nu.3.de accus.Dec. in l.quod in initio,nu.12.ff.de reg.iur.Didac.in d.c. iij.post nu.9. vers.xij.hoc & hæc opin. tanquam æquior tenenda esset in practica.

4 Item quæro,si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras, nunquid in eo locum habebit dispositio d.c.quanquã, vt ſ. non possit testari nisi præstita cautione ? Respond. quod sic. & hæc est magis cõmunis opin.vt attestatur Socin.consi.cxxvij,ante nu.1.lib.iij. & etiam tutior animæ, propterea iudicando,aut cõsulando non esset ab ea recedendũ. Certum est enim,quòd etiam,quòdquis desinat fœnerari,non tamen propterea definit esse vsurarius, vt dixi infrà lib.v.§. vsura. vers. Vltimo quæro.Sed istam conclusionem intellige,vt procedat in vsurario ,qui vsuras non restituit: nam si vsuras restituisset, & desiisset fœnerari, vtique posset condere testamentum

testamentum,esset enim superflua cautio pro restituendis vsuris,si iam facta esset restitutio.

Quæro etiam,nunquid dispositio d.c.quãquam, habeat locum etiam in iudæis?Respond.ꝙ non:sed eorũ testamenta valent,etiã si publicè exerceant vsurariam prauitatem. & ita videmus communiter obseruari,vt dicit Aret.cons.clviij.in vltimis verbis Cũ.n.Iudęi sint extra gremium Ecclesiæ,non est de eis curandum vt dixi ſ.lib.ij.§.Iudæus

6 Quæro,an vsurari⁹ manifestus possit donare causa mortis,dixi j.li.iiij.§.Donatio.q.vij.

QVÆSTIO XXVII.

1 *Prælatus,aut Clericus an possit testari?*
2 *Et an de bonis suis patrimonialibus,si nullos habeat propinquos?*
3 *Et quid de bonis quæsitis post adeptum beneficium,seu prælaturam?*
4 *Et quid de bonis ecclesiæ.*
5 *Et an Papa possit dare licentiam Clerico testandi de bonis ecclesiæ?*
6 *Et quid de bonis quæsitis ex fructibus ecclesiæ?*
7 *Et an Papa possit concedere prælatis, vt de huiusmodi bonis possint testari?*
8 *Et quid de fructibus extantibus collectis in bonis ecclesiæ?*
9 *Et an Clericus decedens ab intestato tales fructus ad hæredes suos transmittat?*
10 *Et an Clericus possit de quotidianis distributionib.testari?*

1 QVæro,nunquid prælatus,aut Clericus possit testari?Hæc est pulchra quæstio, & sæpissimè contingit in practica.Præmitte ergo in primis pro intelligentia eorum,quæ dicẽda sunt, ꝙ in hoc proposito possunt considerari quinque genera bonorũ.ſ.Bona propria,seu patrimonialia ipsius Clerici,siue prælati.Itẽ,bona ecclesię,siue beneficij.itẽ bona quæsita ex fructibus ecclesiæ.Itẽ,fructus collecti in bonis ecclesiæ.Itẽ,quotidianæ distributiones quas Clericus percipit in ipsa ecclesia.

2 Circa bona patrimonialia,videtur absolutè dicendum,ꝙ quilibet Clericus, siue prælatus possit de eis ad sui libitum disponere, & testari, intellige quãdo sunt quæsita ante clericatũ, vt statim subiiciã. & hæc quidẽ cõclusio de plano ꝓcedit,quãdo prælatus habet filios , vel propinquos sed quid si nullos habeat propinquos,nunquid poterit in bonis suis patrimonialibus extraneum hæredẽ instituere,& eum Ecclesiæ præferre ? Dubiũ facit tex.in c.Episcopus qui filios, xij.q.ij.ibi,alium quàm ecclesiam non relinquat hæredem.Sed dic,ꝙ ille tex. est potius consilij,quàm præcepti:vt sentit glos.ibi, & ideo tene,ꝙ poterit prelatus testando præferre extraneum ecclesiæ & ista est communis opi.vt attestatur Barb.de præstantia Card. in iij. q. basilica primę partis,post nu.40.vers.Nunc venio.quæ etiã est ęquior: vt ſ. vnusquisque liberam de bonis suis disponendi habeat facultatem.

3 Sed quid dicẽdũ de bonis patrimonialibus,quę sitis postquam Clericus ad beneficium seu prælaturam fuit promotus:nunquid etiã de illis poterit testari?Respon.Aut constat,ꝙ prelatus, vel Clericus illa acquisiuit ex patrimonio ecclesię, vel eius cõtemplatione,& tunc non potest Clericus de eis testari:talia enim bona sunt ecclesiæ quæsita,non aũt ipsi Clerico,aut prælato.Aut verò cõstat,ꝙ illa acquisiuit ex suis laboribus,vel industria & tunc efficiuntur propria ipsius Clerici,& consequenter potest de eis testari.& hæc est communis opin.vt dicit Cor.cons. cccxiiij.in litera A.lib.iij. Sed quid si nihil probetur ? Respon.ꝙ in dubio , alio non docto,pręsumptio est ꝙ sint quæsita intuitu Ecclesiæ. Ita tenet Io.And.in c.iij.de testa. quem sequuntur cõmuniter Doctores,vt ait Soc.cons.xcj.nu.1.li.iij. Dicit etiam Alber.in auth.licentiam, post nu.3.C. de epis.& cler.quòd ita tenent communiter Cano. Et hanc opi.dicit esse communem Corn.cõsi.lxxxviij.in litera R.lib.ij.& in d.cons.cccxiiij.in litera E. & cõs.cclxxxviij.in litera E.lib.iiij.Bene verũ est,ꝙ si ꝓbetur,ꝙ Clericus habebat patrimoniũ,vel officiũ,vel exercitiũ,vel aliquid aliud,ex quo potuerit illa acquirere,præsumit acquisiuisse,secũdũ ꝙ magis est verisimile. & in hoc concordant cõmuniter omnes,vt dicit Cor.in allegato cõsi.lxxxviij.in litera R.lib.ij.& ideò hoc casu bonum esset habere Iudicem fauorabilem.

Dixi secundò,ꝙ habet Clericus,seu prælatus bo-
4 na ecclesiæ, seu beneficij, intellige tanquã simplex administrator,etenim est eorum dominus,aut possessor,vt dixi ſ.lib.ij. §. Prælatus. Et de istis bonis non est aliquo modo tractandũ,quia bona Ecclesię sunt Dei,& sunt reseruata,vt de eorũ fructib.sub ueniatur egentibus,c.videntes. xij.q.j.meritò non pōt prælatus,aut Clericus de eis disponere,aut testari.& hoc est indubitatum.

5 Sed quæro, nunquid Papa possit dare licentiam Clerico,testandi de bonis Ecclesiæ? Respon. ꝙ sic. & est communis opin. vt dicit Dec. cons. ccccxij. post nu.3.nam(vt vulgaris est regula)Papa in beneficialibus omnia potest.Debent tamen ex honestate summi Pontifices diligenter aduertere, ne id faciant sine causa:quamuis enim omnia liceant,non tamen omnia expediunt.

6 Tertiò dixi,ꝙ potest habere Clericus bona quæsita ex fructibus Ecclesiæ, & de huiusmodi bonis pariter Clericus seu prælatus testari non pōt.nam talia bona sunt Ecclesiæ,& pertinent ad successores in beneficio,non autem ad hæredes ipsius clerici,siue prælati.& caueant prælati, qui in fraudẽ Ecclesiarum suarum per tertias personas, prædia acquiri faciũt ex pecuniis per eos cumulatis,ex fructibus beneficiorum suorum, vt ea in propinquos suos postea perueniant, quia dum alios fallere putant,seipsos potius deiiciunt in æternum vitæ interitum.Deum enim fallunt, cui nihil est occultum.

7 Sed an poterit summus pontifex cõcedere prælatis, vt de talibus bonis possint testari?Respond. quòd sic.& in specie,quòd Papa possit concedere Cardinali, vt testetur de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorũ,tenuit Hostien. in summa de pœni.& remiss.§.cui confitẽdum,versi.Cui Cardinales.& ita communiter tenetur,vt ait Dec.con. clvij.post nu.1.ver.vlterius etiam.

8 Quartò videndum est , quid de ipsis fructibus extantibus,collectis in bonis Ecclesiæ,nũquid possit clericus,vel prælatus de eis testari? Hæc est ardua quæstio,& quæ indiget pōtificia decisione : vt dicit Barb.in c.fi.de peculio cleric.in hoc aũt articulo habemus gl.ordinariã ad quã semper recurrimus,in c.præsenti.§.potrò,in verbo, Reseruari. de offi.ord.in vj. quæ refert quandã distinctionẽ Host. in dicto c.fi.de pecul.cler.distinguentis in hunc modũ. Aut clericus habet administrationem , & talis clericus,quandiu viuit & sanus est,æquiparatur vsufructuario,& ideò potest de ipsis fructibus donare, moderatè tamen. Cùm autem incipit infirmari, tunc incipit etiam æquiparari vsurario : & sic nihil habet ex fructibus beneficij, præter proprium

vſum & facultatem de eis dandi eleemoſynã pauperibus,non autem poteſt de eis teſtari. Aut verò clericus non habet adminiſtrationem, ſed eſt perſonaliter & ſimpliciter beneficiatus,& talis ſemper cõparatur vſufructuario,& facit fructus ſuos,& de eis poteſt tam in vita,quàm in morte diſponere, & teſtari.& ſubdit gloſ.q̃ hanc diſtinctionẽ approbat quaſi vbique,generalis conſuetudo.Ita etiã de cõſuetudine cõmuniter obſeruari atteſtatur Butrius in ca.peruenit,de fideiuſ.quem refert Cor.in d.cõſ. ccxiiij.in litera B.lib.3.Idem dicit But.in c.j.de cauſa poſſ.& propriè.quem refert Imo.in c.fin.poſt nu. 11.de peculio cler.Calde.in d.c.fi.Imola in c.relatũ, el ij.nu.2.in fi.de teſta.& in c.requiſiſti,nu.45. in fin. eo.titu.& in c.quia nos.nu.5.eo.tit.vbi,q̃ ita communiter ſeruatur,& tenetur.Hanc etiam opin.dicit eſſe communem Imol.in dicto c.peruenit, poſt nu. 31.de fideiuſ.Bellon.conſi.iij.nu.2.& dicit Boer.con. xlviij.nu.1.q̃ illam gloſſ.ſequuntur cõmuniter Scribentes C trariam tamen opi.q̃.ſ.clericus nõ poſſit de fructibus beneficij ſui teſtari , tenuit ſimpliciter glo.in d.capit.fin. in verbo, Obitus, de pecul. cleric.& Archid.in cap.ſtatutum. §. Aſſeſſorem. de reſcrip.in vj.& hanc opin.dicit communiter teneri Car.in cap.fin.quem refert Bolog.in addit.ad conſ. Io.de Anan.lxxxvij.poſt nu.4.Dicit etiam Nic. de Vbald.de ſucceſ.ab inteſt. in vltima particula poſt nu.19.verſicu.Non obſtant motiua,q̃ in quibuſcũque redditibus beneficiorum,clerici in morte æqui parantur vſurario potius quàm vſufructuario.& q̃ hæc videtur magis communis ſententia Doctorũ, Et dicit Iaſ.conſl.xxv.col.ij.verſicul. Nec obſt.fundamentum lib.iij. q̃ hæc opi. eſt magis communis: quòd,imò clericus beneficiatus, ſiue habeat adminiſtrationem,ſiue nõ,indiſtinctè prohibetur de fructibus beneficij,etiam perceptis & reconditis teſtari,& hoc, ſiue ei ſuccedat ipſa eccleſia , ſiue ſucceſſor in beneficio.Sed quidquid dicit Iaſ.tenenda eſt opinio.Hoſtien.& glo.in dicto §.porrò,quam ſemper,& vbique vidi ſeruari,ſaltem in fructibus collectis,& reconditis.Quæ magis etiam de plano procederet,vbi extaret conſuetudo, q̃ fructus ſpectarent hæredi clerici,non autem ſucceſſori in beneficio:nam in caſu proculdubio poſſet clericus de eis teſtari.& ita tenent communiter Doctores,vt dicit Bellon.in d.conſi.iij.nu.10.

9 An autem clericus,ſi inteſtatus decedat,huiuſmodi fructus ad hæredes ſuos tranſmittat , dixi ſuprà hoc eodem libro,§.j.

10 Quintò dixi , q̃ clerici habent etiam quotidianas diſtributiones. Quæro an de illis poſſint teſtari?Reſpon.q̃ in hoc etiam variæ ſunt opiniones inter Doctores:nam aliqui tenent , quòd tam in huiuſmodi quotidianis diſtributionibus,quàm in aliis redditibus beneficiorũ,clerici potius cenſendi ſunt adminiſtratores,& in morte vſuarij,quàm domini vel vſufructuarij,& dicit Nicol.de Vbal.in d.vlt.particula,poſt num.19.q̃ hæc videtur communis ſentẽtia Doctorum.Contrarium aũt opinionem, ſ.q̃ tales diſtributiones quotidianæ efficiantur propriæ clericorum, tenuit Guliel. de Monte Laud. & hanc eſſe magis communem affirmat Pariſ.conſ. xxxiij. num.8.& ſeq.lib.iiij.vbi plures authoritates recenſet.& hęc proculdubio in via iudicij obtineret:prout etiam fateri videtur Nicol.de Vbal.in loco prę allegato. Licet enim negari non poſſit quin quodammodo dicantur acquiſitæ intuitu Eccleſiæ,tamen principaliter dantur intuitu perſonæ , propter diurnam operam, & laborem,meritò clerici eas faciunt proprias,& de eis poſſunt ad libitum diſponere.& ita obſeruatur in practica,maximè in iam exactis,& aduerte,vt ſemper conſulendo,aut iudicando adhæreas communi obſeruantiæ,quia in prædictis quæſtionib.præcipuè eſt attendenda conſuetudo ,quinciç,vt affirmãt Doct.in locis prę allegatis.

QVÆSTIO XXVIII.

1 *Monachus vel religioſus an poſſit condere teſtamentum?*
2 *Et nunquid ante religionis ingreſſum?*
3 *Et quid ſi ſit minor,prodigus,vel furioſus?*
4 *Et an tale teſtamentum ſubſecuto ingreſſu annulletur?*
5 *Et quid ſi tẽpore teſtamẽti cogitauit de religionis ingreſſu?*
6 *Et an poſſit condere teſtamentum poſt ingreſſum religionis ſed ante profeſſionem?*
7 *Et an poſt factam profeſſionem?*
8 *Et an inter liberos?*
9 *Et an poſſit teſtamentum antea conditum reuocare?*

1 QVæro,nunquid monachus vel religioſus habeant teſtamenti factionem?Reſpond. videndum eſt in primis,an poſſint teſtamentũ condere: ſecundò an ipſi poſſint capere ex teſtamento aliorum.Quoad primum, diſtinguenda ſunt tria tempora. Primum eſt, ante ingreſſum , Secundum eſt, poſt ingreſſum,ſed ante factam profeſsionem. Tertium eſt,poſt factam profeſsionem.

2 In primo tempore,certum eſt,quòd quicunque, modo aliàs ſit habilis ad teſtandum,poterit teſtamentũ condere,antequam ingrediatur religionem & illud teſtamentum valebit. Poteſt enim quilibet ante ingreſſum religionis,de bonis ſuis diſponere, prout voluerit.eſt tex.expreſſus in §.illud,in auth. de Monach.Quinimò, ſi aliquis teſtetur ante religionis ingreſſum,contemplatione tamen ipſius ingreſſus,potuerit teſtari,etiam non ſeruata ſolennitate iuris communis.ita tenet Bartol.in auth.ſi qua mulier poſt nu.7.verſ.Ex hoc dico.C.de ſacroſanct. eccleſ.& hanc eſſe dicit communem opin.Dec.cõſ. xxxj.poſt nu.3.Si enim hoc permittitur militibus armatę militiæ,multo magis permittẽdum eſt huic qui de proximo accingendus eſt cœleſti militiæ:& licet hæc opi.in puncto iuris patiatur aliquam difficultatem:tamẽ credo quod in practica obtineret propter authoritatem Bart.& ſequacium.

3 Sed nunquid minor,prodigus,vel furioſus,poterunt ingrediendo religionem, teſtari, vel aliàs diſponere de bonis ſuis,etiam ſine authoritate curatoris,ſi quem habent? Reſpon.q̃ ſic,dummodo appareat,q̃ tẽpore diſpoſitionis & ingreſſus non eſſet furioſus.ita tenet Ioã And.in c.in præſentia, de probatio.& ita etiã cõmuniter teneri,atteſtatur Abb. in eo.c.in præſentia.nu.54.Nam in ſpiritualibus nõ attenditur authoritas patris vel curatoris. Eſt magna.deciſio,& repugnare videtur his quæ diximus ſ.q.ij.ver.2.infertur,& ſeq. nihilominus magna eſt etiã authoritas iſtorum patrum, qui illam tenent.

4 Sed retenta concluſione,q̃ teſtamẽtũ conditum ante religionis ingreſſum valeat,Quæro nũquid tale teſtamentũ per ſubſequentẽ religionis ingreſsũ annulletur? Solemus enim dicere , q̃ monaſteriũ habetur loco filij,vt dixi ſ.lib.vij.§. Eccleſia. ideò ſicut natiuitate poſthumi rumpitur teſtamentum, ita etiam videtur dicendum in religionis ingreſſu? Repſond. ſi loquimur de religione incapace bonorum immobilium , non eſt dubitandum quia non modò teſtamentum non rumpitur per huiuſmodi

huiuſmodi religionis ingreſſum,ſed imò ab ipſo ingreſſu vires aſſumit,non aliter ac ſi ipſe ingrediens naturaliter mortuus fuiſſet,& in hoc proposito vide quæ dixi ſ.§.ſubſtitutio.Si verò loquimur de monaſterio capaci bonorum & ſucceſsionum,tunc eſt diſtinguendum,nam aut teſtator fecit teſtamentũ non cogitans de ingreſſu monaſterij,& hoc caſu p ingreſſum rumpitur teſtamentum,& ita tenet Bartol.in dicta auth.ſi qua mulier, poſt nume. 7. & eſt communis opinio,vt atteſtatur Imola in c.j.nume. 11.de teſt.quem refert Io.Dilect.de arte teſtandi,titiij.caut.ix.num.1.Aret.in l.j.num.9 in fin. ff. de teſt. Quam tamen concluſionem intellige, vt procedat dummodo teſtator in ipſo monaſterij ingreſſu, nõ ſolùm ſeipſum,ſed etiam bona ſua expreſsè monaſterio dedicauerit:aliàs verò licet ingrediens monaſterium,cenſeatur etiam bona ſua tacitè dedicare monaſterio,non crederem,quòd per hanc tacitam voluntatem , dicatur reuocata prior expreſſa voluntas.Item illam intelligo vt procedat quantũ ad inſtitutionem,ſed quoad reliqua, crederem teſtamentum ipſum ſuſtineri , iuxta diſpoſitionem auth.ex cauſa.C.de liber.præter.

5 Aut verò fecit teſtamentum cogitans de ipſo ingreſſu:& tunc ſi aliquid relictum eſt monaſterio, pariter non videtur dubitandum , quin teſtamentum ipſum valeat,maximè ſi fuit relictum titulo inſtitutionis,ſecundum omnes : vt dicit Imola in l.j. num.11.in fi.ff.de teſtamen.ita etiam communiter teneri atteſtatur Abbas in d.capi.in præſentia. nu. 49.in fi.Si verò nihil reliquit monaſterio,variè ſunt opi.inter Doctores,nam aliqui tenent, quòd teſtamentum irritetur præteritione monaſterij,prout etiam rumpitur agnatione poſthumi. & hanc opin. dicit eſſe communem Imola in dicta l.1.nu.11.in fin. quem refert Iaſ.in d.auth.ſi qua mulier,nu.17. in fi. & illam dixit cõmuniter ſeruari Alber.in ea auth. ſi qua mulier.poſt princip.Cotrariam autem opinionem,ſ.quòd imò per ingreſſum religionis non rumpatur teſtamentum, etiam ſi in ipſo teſtamen. nihil relictum ſit monaſterio,tenuit Bart.in d.auth. ſi qua mulier,nu.8.cuius opi.dicit eſſe communiter approbatam Ripa in l.ſi vnquam,q.35.nu.94.C.de reuocan.dona.referens idem atteſtari Dec.in d.cõ. 31.quem ego (ni fallor) fidelius retuli ſ.verſ.In primo tempore.& ab hac opi.ego non recederẽ in practica, attenta diſpoſitione d.§.illud, generaliter loquentis,& quæ mihi iuſtior &æquior videtur , & magis fauet teſtamento,& iudicio meo,hodie eſt etiam magis cõmunis: ſaluo tamen ſemper iudicio ſanctæ eccleſiæ,cui in omnibus me ſubiicio.

6 Dixi,ſecundum tempus conſiderari poſſe poſt ingreſſum,ante tamen factam profeſsionem:& aduerte,quia ego hic accipio ingreſſum pro ſimplici ingreſſu,& aſſumptione habitus:& ſic quando ſolùm eſt nouitius,non autẽ prout propriè intelligitur ingreſſus:quando ſ.eſt facta profeſsio,& tenẽdũ eſt,q̃ talis nouitius põt teſtari,licet ſi decedat inteſtatus,eius bona acquirantur monaſterio,non autẽ venientibus ab inteſtato,vt dixi ſ.hoc eo.libro. §.j.

7 Tertium tempus eſt poſt profeſsionem factã,& circa hoc tempus duo ſunt videnda.Primum: an religioſus profeſſus poſsit condere teſtamentum. Secundum,an poſsit teſtamentum iam conditum reuocare.Circa primum,eſt tex.expreſſus in auth.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccle.q̃ ingreſsi monaſteria,ſe ſuáque dedicant Deo:nec ergo de his teſtantur,vt pote nec domini rerum:quę auth.eſt canonizata in c.quia ingredientib.19. q.3.& intellige , q̃ ſi eſt ingreſſus monaſterium capax bonorum immobiliũ nõ poteſt teſtari, quia tẽpore profeſsionis omnia eius bona ipſo iure tranſlata ſunt in ipſum monaſterium,vt habetur in d.auth.& dixi in loco præallegato.Si verò eſt ingreſſus monaſterium incapax pariter non poteſt teſtari, ſed alia ratione , quia ſ. tẽpore profeſsionis,amiſit dominium omniũ rerũ ſuarum,quod fuit acquiſitum eius hęredibus ab inteſtato venientibus,vt ibi dixi.Vel dic,& fortè melius,q̃ ingreſſus religionẽ non põt teſtari,nõ ea ratione,quia non habeat bona hoc enim non conſideratur,quantũ ad hoc vt quis debeat cenſeri teſtabilis,vel non.vt dixi ſ.q.xix.verſ.Aliquando verò. Sed quia mutat ſtatum,& amittit libertatem quò ad ſæculum:licet vera libertas ſit ſeruire Deo.

8 Scias tamen quòd poterit huiuſmodi profeſſus in monaſterio capaci bonorum immobilium teſtari inter liberos,& iuxta diſpoſitionẽ auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.

9 Quòad ſecundum verò,an profeſſus poſsit teſtamentum anteà conditũ,reuocare , idem eſt dicendum,vt ſ.in quibus caſibus profeſſus poteſt teſtari, in illis etiam poſsit teſtamentũ prius conditum reuocare:iuxta diſpoſitionẽ d.auth.ſi qua mulier , & ſic inter liberos tm̃,non autem inter extraneos.

QVÆSTIO XXIX.

1 *Monachus,vel religioſus an poſſit capere ex teſtamento?*
2 *Duo eſſe genera mendicantium.*
3 *Fratres minores incapaces eſſe relictorum ex teſtamento.*
4 *Et quid in aliis mendicantibus.*

1 REſtat nunc explicandum caput quæſtionis,an ſcilicet monachi vel religioſi poſsint capere ex teſtamento?& in hoc diſtinguendum eſt inter mendicantes & alios religioſos,quorum monaſteriis permiſſum eſt poſsidere bona immobilia. Et quòad mendicantes,fac regulam , q̃ ipſi non poſſunt ex teſtamento capere bona immobilia , & in hoc omnes conueniunt.

2 Debes tamen ſcire q̃ duo ſunt genera mendicãtium.Alij enim ſunt mendicantes ex regula,Alij ex ſuis conſtitutionibus. Mendicantes ex regula, ſunt fratres Minores primi ordinis : illis enim Beatus Franciſcus expreſsè in eorum inſtitutione & regula prohibuit,ne quid proprij prorſus haberent,néve quid immobile poſsiderent in communi.Alij verò ſunt mendicantes nõ ex regula, ſed ex ſuis cõſtitutionibus:& q̃ fratres,ſeu religioſi nõ ſolùm ex regula,ſed etiam ex ſuis cõſtitutionibus iudicentur mendicantes,tenuit Calderinus conſ.xvij. ſub tit.de Regularibus.Et eſt cõmunis opin. vt dicit Decius in c.ad noſtram,nu.11. de appellatio.Et de iſtis poteſt poni exemplum in fratribus Prædicatoribus. illi enim licet ex eorum regula non ſint mendicantes,nam militant ſub regula beati Auguſtini,quæ permittit poſsidere immobilia in cõmuni:dicuntur tamen mendicantes, quia ex eorũ conſtitutionibus id eis eſt prohibitum.Ita tenet Bal.in d.c.ad noſtrã:& eſt cõmunis opi.vt atteſtatur Bertran.conſ.ccvj.nu.3.lib.3.in ij.parte.Et q̃ Prædicatores non dicantur incapaces bonorum immobiliũ ex eorum regula,ſed ex ſuis conſtitutionibus,dicit cõmuniter teneri Bertran.conſ.clij.nu.2,lib.j.in ſecunda parte.qui etiã conſ.cxxij:nu.1.lib.3.in ſecunda parte atteſtatur hãc eſſe magis cõmunem opin.

3 Hoc præmiſſo,dic, q̃ fratres minores nullo modo poſſunt capere ex teſtamento,neq; ex relictis,ſi

quæ eis fieri contingat,aliquid eis acquiritur neq; in proprio,neque in communi.vt est textus expres sus in c.exiit,de verb.sign.in sexto.& in clem.exiui, de verb.signifi.Fratres autem Prædicatores & alij mendicantes,exceptis Minoribus, possunt capere ex testamento,etiam bona immobilia, non tamen vt ea retineant,neque in proprio,neque in commu ni,sed vt vendant,& eorum precium in suas necessi tates conuertant.ita dicit gl.notab.quæ semper ad hoc propositum solet allegari in c.primo,in verbo, Domum de religio.domib.in sexto.Et dicit Calde rinus consilio xlvj.sub titulo de testam.q; hanc cõclusionem tenent omnes Scribentes. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Alexand. consilio lxxxviij. numero primo, libro secundo. Decius consilio cccclix.post num.3,& 4.& in c. in præsentia.nu.69.de probatio.& licet aliqui ex præ allegatis Doctoribus loquantur de bonis eius, qui ingreditur religionem, de quo etiam dixi sup. hoc eodem lib.§.primo.Idem etiam,& fortè plus dicẽdum est in bonis legatis,prout loquitur gl.in d.ca. j.& multi ex Doct.supra allegati. Non enim dicuntur accipere immobilia,ex quo statim illa vendere intendunt,& pretium in suas necessitates convertere.Caue tamen,ne decipiaris,quia licet antiquitus per constitutionem capituli generalissimi fratrum Prædicatorum cautum fuerit, ne proprium quid immobile possiderent,tamen postea per contrariam constitutionem ãlrerius capituli generalis simi,illa prima constitutio fuit reuocata,& sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in commu ni,prout sunt alij non mendicantes. & de hoc e tiam extat amplum priuilẽgium eis concessum à Sixto Papa,eius nominis quarto. & ita indifferenter obseruatur.

4 Quo verò ad alios religiosos non mendicantes, quibus permissum est possidere bona immobilia in communi,dicendum est quòd proculdubio possunt capere ex testamento,non tamen vt sibi acquirant,sed monasterio:& in hoc nemo discrepat.

QVÆSTIO XXX.

1 *Monacho hærede instituto an deferatur hæreditas monasterio ipso iure?*

1 QVæro,pone quòd monachus sit hæres institutus,nunquid hæreditas defertur monasterio ipso iure,an autem prius defertur monacho,& deinde mediante eius persona defertur monasterio? Vtilitas autem huius quæst. potest esse maxima. nam ex resolutione huius articuli, pendet decisio multarum quæstionum, puta si monachus ante aditam hæreditatem decedat, an illam transmittat ad monasterium. Item an monacho instituto,repudiante monasterium præferatur substituto.Item an monasterium,vel etiam solus Abbas possit adire:de quibus omnibus suis locis tractauimus.Scias ergo,q; in hoc articulo magna fuit controuersia inter Cano.& Legistas:nam cõmuniter Cano.tenet, q; ipso iure,& absque aliquo facto ipsius monachi, hæreditas immediatè deferatur monasterio,vt dicit Cor.cons. cclxxij. in litera C. lib.iij. subdens, q; hæc opi. debet præualere in foro canonico, Hanc etiam dicit esse communem opi.Canon.Socin.cõ. clxxxiij.circa princ.lib.2.& consil. ccxlv.num.3.eo. vol.Cur.Iun. consilio xlviij. numc.8. Ripa in l.prima,num.150.ff.de vulg.Paris.in d.c.in præsentia,nu. 203.de probatio.Ex alia parte communiter Legistæ tenent,q; imò prius hæreditas deferatur monacho,& deinde ex persona monachi acquiratur monasterio,vt dicit Bertrand.cons.lxxiij.num.3.lib.iij. in secunda parte.Et hãc esse communem opin. Legistarum attestatur Socin.in d.consi.clxxxiij. circa princip.& consilio lij.nu.19.libro quarto.Ripa in d. l.j.nu.150.Guiliel.de benedi.in secunda parte repe. ca.Raynutius in verb.si absque liberis moreretur. ij.num.81.Purpurat.in l.si.nu.191.C.de pactis. Hæc est ardua quæstio & satis periculosa,propter infinita argumenta,quæ hinc inde adducuntur per Doctores.Propterea in tanto cõflictu opinionũ,credo q; Iudex non erraret,sequendo in foro Cæsaris,opinionem Legistarum,& in foro Canonico, opin. Canonistarum.

QVÆSTIO XXXI.

1 *Filius naturalis an possit capere ex testamento?*
2 *Et an spurius?*
3 *Et an relictum factum spurio applicetur fisco?*
4 *Et quid si relictum sit ab extraneo?*
5 *Et quid si relictum sit à patre extraneo hærede, qui deinde spurium instituat,an præsumatur factum in fraudem?*
6 *Et quid in spurio legitimato?*
7 *Et quid si instituatur spurius sub conditione si legtimabitur?*

1 QVæro,nunquid filius naturalis,vel spurius, habeat testamenti factionem,intellige de passiua,an scilicet possit capere ex testamento:nam de actiua nulli dubium est,quòd potest condere testamentum.Et pro resolutione,omittendo quid esset constitutum de iure Digestorum, habemus text. expressum in Authen,licet.C.de natural.lib.in qua videre potes,in quibus casibus, & in quota parte possunt parentes filios naturales sibi hæredes instituere.cuius quidem Authen.dispositio est in vsu,& seruatur, neque est correcta per dispositionem.c. per venerabilem,qui filij sint legit.& sic obseruanda est etiam de iure canonico, vt latius dixi suprà, lib.2.§.filius.

2 Sed quid dicendum est de filio spurio,& sic nato ex damnato coitu?Respon.quòd huic filio non potest pariter in testamento aliquid relinquere, vt est text.in d.Authen.licet.in fin. Nisi fortè occasione alimentorum. Tenetur enim pater huiusmodi filios alere etiam de iure ciuili,vt dixi in d. §.filius.

3 Sed quid si pater habens filium spurium, illum in testamẽto hæredem instituat,vel aliquid ei relinquat?Respon.quòd talis institutio,& relictum nihil valet,& pro non scripta habetur:illud autem quòd relictum erat spurio,non applicatur fisco,neque fiscus illud aufert ab ipso spurio,tãquam ab indigno sed defertur venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis,si qui extant. ita dicit Bartol. in l.fin. num.8. ff.de his quibus vt indignis, & in l. hæreditas.num.1.C.de his quibus vt indignis. & est communis opinio & conclusio Doctorum vbique,vt attestatur Alex.consil.74.num.6.lib.3.& in l si is qui post num.3. ff. de vulg. Quam tamen intellige, vt procedat,quando eis palàm relictum est,fecus autem si hæres, vel aliquis alius patri testanti fidem accõmodauit:nam eo casu fiscus ab eo auferret,tãquam ab indigno,vt dixi infrà,lib.5.§.fi.q. 79. vers. quando hæres, Ratio autem differentiæ est, quia quando relinquit filio spurio,relictum habetur penitus pro nõ scripto,ex quo ipse spurius est prorsus incapax: & sic fiscus non habet à quo auferat: sed quando relinquitur alteri,qui fidem accommodauit illud dandi filio spurio ille quidem est capax, sed

sed quia fidem in fraudem accommodauit, fiscus ab eo illud aufert,tanquam ab indigno.

4 Regulariter quidem tam spurius, quàm ipsius spurij pater habent testamenti factionem, præter quàm inter ipsos: nam pater spurij potest cuicunque in testamento relinquere,præter quàm ipsi filio spurio:& econuerso filius spurius potest à quocunque, excepto patre, sibi in testamento relicta capere.Poterit igitur ab extraneis spurio relinqui vel etiam inter viuos dari quocunque titulo:vt dicit gl.in Authen.quib.mo. natu. effi.sui.§. vltima.si quidem, in verbo, Participium, quam sequuntur communiter Doctores,vt dicit Ioan. Garo. in l.1. in textual. num.37. in fin.C.de secun. nup.

5 Sed pone,q; pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum hæredem,qui deinde moriens,ipsum spurium hæredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat, nunquid præsumentur hæc facta in fraudem,ita vt fiscus ipsa bona ab eis auferre possit?Respon.quòd non.ita dicit Bart.in d. l. si is qui,nume.3.quem sequuntur communiter DD. vt dicit Alex.in ea.l.si is qui.nume.6. Quod intelli ge,vt procedat,nisi aliquæ alię coniecturæ fraudis concurrerent,puta,quia ille institutus dum viueret semper permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere,vel similes.

6 Scias tamen,quòd hæc omnia intelligenda sunt, vt procedant in filio spurio non legitimato.Nam si esset legitimatus,vtique posset etiam à patre hæres institui, & ei quocunque titulo relinqui. Quinimò si esset à patre in testamento præteritus, illud rum peret ad instar legitimi,vt dixi infrà, quæst. 84. Et hoc quidem de plano procedit,quando est legitimatus,tempore quo à patre hæres instituitur. Sed quid si legitimetur post conditum testamentum, nunquid institutio reconualescet?Respon.Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore,& tunc legitimatio retrotrahitur ad tempus testamenti,& consequenter,institutio conualidatur.Aut verò fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimatio non retrotrahitur,& sic institutio non reconualescit.ita communiter tenetur, vt dicit Alexan. in l. Gallus.§.instituens,post num.2.versic. Si autem filius. Et hanc dicit esse communem opin. Gozad. consil.21.post.num.35.versicu. Ad quintum. Bene verum est,quòd si pater ipse iusisset filium legitimari,crederem idem dicendum,quòd si ipso patre viuente legitimatus fuisset,ad quod faciunt ea,quę dixi 3.lib.2.§.filius.

7 Sed quæro,nunquid possit pater filium spurium instituere sub conditione,si legitimabitur?Respon. quòd sic:& talis institutio valebit: ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cagnol.in l.quandiu, post.nu.3. ff.de reg.iur. Hanc etiam dicit esse communem opin.Bauer.Institu.de hęre.instit.§.hæres. num.6.& seq.Ias.in d.l.Gallus.§.instituens.num.5.& consi.117.col.pen.lib.2.quem refert Ioan. Dilec. de arte test.lib 1.caut.vlt.num.15.Dec.consil.176.post. num.5.versic.Et sic ratio.Curt.Iun.consi.84.num.3. & ita quotidie seruatur.

Præterea quæro,an valeat statutum disponens, quòd pater possit instituere filium spurium. dixi suprà,lib.1.

QVÆSTIO XXXII.

1 *Pater an possit instituere nepotem legitimum, & naturalem natum ex filio spurio?*
2 *Et quid si illum instituat comtemplatione filij?*
3 *Et quid si habeat sobolem legitimam?*

1 DIctum est quòd,pater non potest filium spurium hæredem instituere.quæro,nunquid possit nepotem legitimum,& naturalem natum ex ipso filio spurio sibi hæredem instituere? Respon. q; sic:& est communis conclusio:vt dicit Corn.consil. 1.col.16.in litera F.lib.3.Berous q. 127. circa princ. Cessat enim in eo macula natalium, & licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quàm mediata.

2 Scias tamen in primis, quòd hæc conclusio non ita absolutè procedit,vt scilicet liceat auo in distin ctè huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere, sed distinguendi sunt tres casus,secundum Bart. in d.l.Gallus.§.quod si his.Aut enim certum est, q; auus instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij,vt scilicet filius ipse sentiat aliquod commodum ex tali institutione,puta vsusfructus,vel huiusmodi:& talis institutio corruit, & in hoc nemo dubitat.Aut verò certum est, quòd illum instituit non cõtemplatione filij spurij,puta,quia ipse filius iam sit præmortuus,vel quia auus expessè cauerit in testõ, vt nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, neq; etiã quòad vsumfructũ:& eo casu valet institutio.Aut sumus in dubio,quia scilicet non apparet,an contẽplatione filij fuerit institutus, vel nõ:& tũc pariter valet institutio. & ista est cõmunis cõclusio,vt attestatur Ias.in d.§.quod si is. nu. 21. & seq.In dubio enim semper fauendum est testamento,& sumenda est etiam præsumptio, propter quã delictum excludatur.

3 Item scias,q; hæc conclusio,quòd auus possit ne potem legitimum ex filio spurio hæredem instituere,de plano procedit, quando ipse auus aliam sobolem legitimam non habet, & ita esse communẽ opin.attestatur Alex.in d.§.quod si is,num.7.Cor. consi.25.col.2.libr.1. Dec.cons. 462.num. 17. & seq. Sed quid si extet aui soboles legitima? Respon. q; extante sobole legitima,non potest auus plus relinquere tali nepoti legitimo,nato ex filio spurio,quã potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri. ita tenuit gl.fin.in l.fin.C.de nat. liber.arg. illius legis, quæ in nepotib.ex filiis naturalibus ita distinguit. & hanc opin.dicit esse communem Alex.consil.74. post num.5.lib.3.Ias.in l.hæreditas.num.8. C. de his quib.vt indig.Bertran.cons.177.num. 1.lib.3.in 2. par.Apostil.ad Alex.in d.consi.74.sub num.1.Licet super hoc articulo Doctores varia scripserint: hæc tamen opin.tanquam verior & æquior tenenda esset in practica,Semper enim fauere debemus legitimæ soboli,potius quàm illegitimæ, vt homines ab illicito concubitu,quantum fieri potest, retrahantur.

QVÆSTIO XXXIII.

1 *Prodigus an possit testari?*
2 *Vasallus an possit de feudo testari?*

1 QVæro,nunquid prodigus possit testari? Resp. quòd antequam sit illi interdicta per Iudicẽ administratio bonorum,poterit testari, & eius testamentum valebit.Ita dicit gloss. 1. in l. is cui lege, in prin.in 2.exemplo.ff. de testam.& illa gl.communiter approbatur, vt dicit.Aret. in d.l. is cui,col.2. versic.in gl.posita.

2 Item quæro,nunquid vasallus possit de feudo testari?dixi j.lib.4.§.feudum,q.40.

QVÆSTIO XXXIIII.

1 *Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas?*

2 *Inteſtabiles actiuè, ſcilicet qui non poſſint condere teſtamentum, an etiam ſint inteſtabiles paſſiuè, vt ſcilicet non poſſint capere ex teſtamento?*

3 *Et quid ſi princeps concedat alicui facultatem teſtandi an ille poterit teſtari, non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis?*

1 QVæro, nunquid illæ perſonæ, quæ aliàs ſunt inhabiles ad teſtandum, poſsint teſtari ad pias cauſas? Dixi §.q.5.

2 Item quæro, nunquid perſonæ, quæ ſunt in teſtabiles actiuè, ſcilicet, quæ non poſſunt facere teſtamentum, ſint etiam inteſtabiles paſsiuè, ita vt neq; poſsint capere ex teſtamento? Reſpon. In hoc eſt diſtinguendum: nam aut quis eſt prohibitus teſtari propter aliquod crimen cõmiſſum, vt eſt hæreticus: & talis non poteſt capere ex teſtamento. Aut eſt prohibitus teſtari propter aliquem defectũ, qui non cadit in crimen, vt eſt pupillus, mutus, & huiuſmodi, & non prohibetur capere ex teſtamento. ita tenet gl. in l. is cui. §. 1. in gl. fi. ff. de teſta. quã approbant DD. communiter omnes, vt dicit Aret. in eo. §. 1. col. fin. verſ. in gl. vltima.

3 In propoſito huius materiæ quæro, ſi Princeps concedat alicui facultatem teſtandi, nunquid iſte poterit teſtari, nõ ſeruata ſolemnitate à iure requiſita? Reſpon. aut ille cui Princeps concedit facultatem teſtandi, eſt aliàs de iure communi inhabilis ad teſtandum, & tunc talis facultas intelligitur ſeruata ſolemnitate iuris communis. Aut verò talis facultas eſt conceſſa alicui, qui ſit habilis ad teſtandum, & hoc caſu, vt conceſsio aliquid operetur, intelligitur abſque ſolemnitatibus iuris communis. ita diſtinguit gl. in l. ſi quando. in gl. 1. C. de inoffi. teſta. & dicit Alber. in d. l. ſi quando in fine principij, quòd hæc opinio & diſtinctio communiter tenetur ac ſeruatur. Dicit etiam Dec. in l. Eunuchis, poſt nume. 15. C. qui teſta. face. poſſ. ꝙ eam gloſſ. communiter Doctores ſequuntur.

QVÆSTIO XXXV.

1 *Inſtitutio hæredis in teſtamento neceſſario requiritur.*

2 *Et an ſufficiat tacita?*

3 *Et an valeat teſtamentũ ſecundũ conſiliũ Galli Aquilij?*

1 VIdimus, quibus perſonis permiſſum ſit facere teſtamentum, & quæ perſonæ ex teſtamento capere poſsint. Nunc eſt videndum, quæ in teſtamento ipſo requirantur, & in hoc ſcire debes, ꝙ ex his, quæ de iure in teſtamentis requiruntur, aliqua ſunt, quæ reſpiciunt formam ſubſtantialem ipſius teſtamenti, vt eſt inſtitutio hęredis, aliqua reſpiciũt formam probatoriam, vt ſunt rogitus teſtium ac Notarij, publicatio teſtamẽti, & huiuſmodi, de quibus omnibus ſigillatim videamus.

2 In primis igitur inſtitutio hæredis eſt caput teſtamenti. §. hæredis autem, Inſti. de legatis: neque ſine ipſa dici poteſt eſſe teſtamentum: & conſequenter illa deficiente, teſtamentum ipſum corruit, vt de his omnib. ſunt iura vulgatiſsima. Scias autem, ꝙ duplex eſt inſtitutio hæredis, Expreſſa ſcilicet & tacita. Expreſſa eſt, quando teſtator nominatim dicit Titium hæredem inſtituo. Tacita verò, puta, ſi teſtator dicat, Si ille qui ab inteſtato mihi ſucceſſurus eſt, nollit eſſe hæres, ſubſtituo Caium. Nam hoc caſu videtur tacitè teſtator inſtituiſſe eum qui erat illi ab inteſtato ſucceſſurus. Quæro nunc, an iſta tacita inſtitutio ſufficiat ad validitatem teſtamenti? Reſpon. Aut ille, qui eſt tacitè inſtitutus, erat perſona, quæ de neceſsitate iuris non debebat inſtitui, vel exhæredari, ſed erat extraneus vt collaterales conſanguinei & tunc ſufficit huiuſmodi tacita inſtitutio ad validitatem teſtamenti, & ſubſtitutionis. & in hoc conſentiũt omnes Doct. vt dicit Guliel. de Benedic. in 2. part. repe. c. Raynutius, in verb. Adiiciens vt Alteracha. fol. 4. num. 23. Aut verò iſte erat filius, vel alius qui de neceſsitate debebat inſtitui, vel exhæredari: & hoc caſu non ſufficit, ꝙ ſit eo modo tacitè Inſtitutus, ſed requiritur, ꝙ ſit nominatim & expreſſè inſtitutus. & hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Gul. de Benedic. in loco prædallegato, nu. 23. & ſeq. Ratio autem differentiæ eſt: nam licet vtroque caſu videatur teſtator tacitè inſtituiſſe eum quem poſuit in conditione tamen in ſecũdo caſu hæc tacita inſtitutio non ſufficit, ex quo pro forma traditum eſt à lege, ꝙ filius nominatim inſtituatur, vel exhæredetur, quæ non poteſt per æquipollens adimpleri.

3 Hinc infertur, quòd non valet teſtamentum conditum ſecundum conſilium Galli Aquilij, ſcilicet per illa verba, Si filius meus me viuo morietur, nepotem inſtituo: quia neceſſaria erat inſtitutio filij expreſſa. & hæc eſt communis opin. quidquid dixerit Bar. in d. l. Gallus. in prin. num. 5. & illam communem eſſe atteſtatur Alex. conſi. 108. poſt num. 4. ver. prædictis etiam. lib. primo, quod eſt in ea parte duplicatum, in conſi. 109. num. 7. lib. 2. Idem Alex. cõſ. 185. poſt num. 17. verſic. nec obſt. quod not. lib. 2. & conſi. 199. poſt. num. 12. eo. vol. quem refert Apoſtil. ad Bar. in l. Gallus. in prin. ſub num. 5. Idem affirmãt Scribentes in d. l. Gallus. in prin. & in ſpecie Alex. poſt num. 6. verſic. ex Prædictis, & Claud. poſt num. 10. & iaſ. nu. 44.

QVÆSTIO XXXVI.

1 *Inſtitutio hæredis debet eſſe certa.*

2 *Et quid ſi non ſit ſpecialiter expreſſa perſona hæredis, ſed veniat certificanda per aliam ſchedulam, vel ſcripturã?*

1 AD hoc autem, vt inſtitutio valeat, plura requiruntur, Primo ſcilicet, quod ſit certa. Item, ꝙ ore proprio nomen hæredis exprimatur. Itẽ ꝙ ſit iuſta, & intelligo iuſtam, quia ſi teſtator habet filiũ, tenetur illum inſtituere, &c. Dixi ergo in primis, ꝙ debet inſtitutio eſſe certa, quia niſi perſona eius, qui hæres inſtituitur, ſit certa, teſtamentum ipſum corruit. l. quoties. §. hæres. ff. de hære. inſti. cũ ſimil. Quod tamen intellige ſecundum doctrinam Bart. in l. quidam relegatus, num. 3. de rebus dub. quam dicit eſſe communẽ Pariſ. conſi. 3. nu. 12. & 15. lib. 3.

2 Sed quid ſi teſtator certum hæredem in teſtamẽto ſuo nominatim non expreſſerit, illum tamen deſignauerit per relationem ad aliam ſchedulam, vel ſcripturam, in qua ſit ipſius hęredis nomen expreſſum, ita tamen, quòd illius perſona veniat ſolùm poſt teſtatoris mortem certificanda? Certè talis inſtitutio ſuſtinebitur, & ad hoc allegatur. Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demon. Sed aduertendũ eſt, quia Bar. ibi loquitur in legatis & relictis particularibus, & in illis doctrina Bar. eſt communiter approbata, vt dixi ſuprà. §. legatum, & atteſtatur etiam Iaſ. in l. certum, poſt num, 1. ff. ſi cert. pet. Qui ſubdit contrarium eſſe tenendum in hæredis inſtitutione. & ad hoc ponderat Bar. in l. fin. in fi. C. de fideicom. & dicit, quòd opi. Bar. ibi eſt communis. Sed quidquid dicat Iaſ. Doctores magis communiter idem ſentiunt, etiã in inſtitutione hæredis vniuerſalis, vt dixi §. q. 4. verſ. Sed pone, & hanc opin. ꝙ valeat

valeat huiuſmodi inſtitutio implicitè facta per relationem ad aliam ſchedulam, dicit eſſe cõmunem Pariſ. conſ. 19. nu. 13. li. 3. vbi etiã dicit ita cõmuniter ſeruari Natta, in repe. auth. ꝙ ſine. nu. 26. C. de teſt. Iudicio meo negari nõ pót, quin hæc opinio in pũcto iuris nõ modicã patiatur difficultatem, nihilominus propter auctoritatem Doctorũ illam tenen tiũ, & ſtante etiã cõmuni obſeruantia, non eſſet ab ea in practica recedẽdũ. Illam tamẽ intellige, vt ꝙ cedat modò liquidè conſtet illam ſchedulã, vel ſcripturã, quæ exhibetur, eſſe illã, ad quam teſtator ſe retulit, aliàs diſpoſitio eſſet penitus nulla. ita dicit Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero: & ita omnes vno ore cõcludunt vt dicit Pariſ. in allegato conſ. 19. nu. 26. Vide quæ dixi in d. q. 3. verſ. Sed pone.

QVÆSTIO XXXVII.

1 *Teſtator debet hæredem ore proprio nominare.*

2 *Et quid ſi Notarius nominet ipſe hæredem, & interroget teſtatorem qui reſpondeat, quòd ſic?*

3 *Et quid ſi id fiat ab alio, quàm à Notario?*

4 *Et quid ſi Notarius teſtatorem, non ſpecialiter de hærede ipſo, ſed de toto teſtamento interroget?*

5 *Et quid ſi teſtator articulatè loqui non poſsit?*

6 *Et quid ſi talis interrogatio fiat à perſona ſuſpecta?*

7 *Et quid ſi huiuſmodi teſtamẽtũ ſcriptũ ſit iniuſſu teſtatoris?*

8 *Et quid ſi teſtator prius aliud teſtamentum validum confeciſſet?*

1 DIcebam etiam in inſtitutione hęredis requiri, ꝙ teſtator ipſum hæredem ſuo ore proprio nominet: & de hoc eſt text. in l. hæredes palàm. in princ. ff. de teſtamen.

2 Sed quid ſi Notarius: aut aliquis alius ex aſſtantibus, tẽpore teſtamenti exprimat nomen hæredis, & ipſe teſtator verbis profiteatur ſe agnoſcere, nũquid valebit inſtitutio? Reſpõ. Alber. Papiẽ. tenuit, ꝙ nõ: ſed ꝙ omninò requiratur, ꝙ teſtator ore proprio nominet ipſum hæredẽ. Contrariã verò ſentẽtiam, ſ. ꝙ imò talis inſtitutio valeat, tenet gl. vulgata, quæ ad hoc quotidie allegatur in l. iubemus. in verb. quemadmodũ. C. de teſta. & ideo ſi quis interroget teſtatorem hoc modo: Vis inſtituere hæredẽ Titium, & ipſe reſpondeat illius interrogationi, ꝙ ſic ſuſtinebitur teſtamẽtũ, perinde ac ſi teſtator ore proprio hæredem ipſum nominaſſet. & illam gl. dicit eſſe communiter approbatam Affli. deciſ. 143. nu. 3. & ita communiter teneri affirmat Socin. conſ. 20. poſt nu. 5. lib. 4. Hanc etiam opi. eſſe communẽ atteſtantur Scribentes in d. l. iubemus, & in ſpecie Fulg. qui dicit, ꝙ ita communiter tenetur, relatus per Corne. conſ. 261. in litera P. lib. 4. & Alex. nu. 9. & Iaſ. nu. 10. qui etiam refert Ang. ibi dicentem, ꝙ hæc cõmunis opi. approbatur in iudiciis, & in ſchoIis, licet Ang. in lib. meo hoc non dicat, Alex. conſ. 12. poſt nu. 6. lib. 1. & con. 33. nu. 1. & ſeq. lib. 3. & conſ. 47. nu. 7. lib. 2. Imola. in c. cum tibi. nu. 3. de teſta. quẽ refert Corn. conſi. 73. in litera H. libr. 1. Corn. conſi. 257. circa fi. lib. 1. Bald. Nouel. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. quem refert Apoſtil. ad Alex. in d. l. iubemus ſub num. 9. Iaſ. conſi. 324. in fin. lib. 1. Dec. conſi. 489. poſt num. 3. ver. Et in caſu. Ruin. conſ. 12. num. 9. & nu. 12. lib. 2. Bertran. conſ. 212. poſt num. 17. lib. 1. in 2. parte, Bauer. Inſtit. de teſta. in prin. nume. 64. & ſeq. Socin. Iun. conſi. 144. num. 13. lib. 2. & conſ. 178. num. 16. eo. vol. & conſ. 183. nu. 26. eo. vol. Boër. deciſ. 35. nu. 6. Crauetta conſi. 117. num. 1. D. Bellon. Præceptor meus in Inſtitutionibus, & deinde Mediolani Senator conſ. 62. num. 8. Ioan. Dilec. de atteſtandi, tit. 4. caut. 2. nu. 1. & ita obſeruari atteſtatur Bar. in d. l. hæredes palàm, in fine principij.

3 Et licet Bald. in d. l. iubemus, num. 6. in fin. voluerit reſtringere hanc opin. gloſſ. & communem vt ſolummodo procedat, quando ille, qui interrogat, eſt ipſe Notarius, qui de teſtamento debet eſſe rogatus, & aliqui etiãex prædallegatis Doctoribus referant gl. ipſam loqui in tabellione. Alij verò dicant, quòd gl. primò generaliter loquitur, deinde ſubdit maximè, ſi ſit tabellio, tamen in libro meo illa gl. nullam mentionẽ facit de tabllione, & iudicio meo magis communis intententio Doctorum eſt ꝙ illa deciſ. gl. indiſtinctè procedat, ſiue interrogatus ſit notarius, ſiue quicunq; alius. & ita plures ex Doct. ſuprà allegatis indiſtinctè affirmant illam eſſe cõmunem, & multi etiam idem atteſtantur, conſulentes in caſibus, in quibus teſtator non fuerat interrogatus à tabellione, ſed ab alio extraneo & in ſpecie Rui. conſ. 2. n. 8. li. 2. & ꝙ circunſcriptis his qui loquuntur in Notario interrogante, ſit etiã lõgè magis communis opi. tenentium generaliter, tã in alio interrogante, quàm in Notario, atteſtatur, Corn. conſ. 77. in litera. D. lib. 4.

4 Hanc etiam concluſionem nonnulli extendunt vt procedat, non modo ſi Notarius ſpecialiter de ipſo hærede tantùm teſtatorem interrogauerit. ſed etiam ſi totum teſtamentum in ſcripturam redactum teſtatori legat, & deinde teſtatorem generaliter interrogauerit, an ita teſtari velit. Et ita loquitur Aretin. in Inſtitu. de teſtamen. in prin. poſt nu. 15. verſiculo, Nota iſtam, vbi dicit, quòd ita tenent communiter Docto. quem refert Gratus conſi. 30. num. 20. lib. 2.

5 Sed certè licet fortè propter authoritatẽ tot Doctorum difficile eſſet in practica obtinere contra opi. illius. gl. Mihi (vt verũ fatear) illa nunquam placuit, quia negari nõ põt, quin eam tenẽdo ſit aperta via fraudibus, & aliquando dicebã maximè è republica futurũ, ſi Cæſarea conſtitutione caueretur ne huiuſmodi teſtamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationẽ conficiuntur, aliqua fides adhiberetur, niſi teſtator ſaltẽ per tres dies in bono ſenſu poſt tale teſtamentum conditũ ſuperuixiſſet, nã ſæpe numerò ab infirmis ferè ſtatim morituris ſolent talia teſtamenta extorqueri, vt ego aliquãdò in facto cõtigiſſe intellexi, & ideo de facili, ſi caſus contingeret, tecederẽ ab illa opin. tàm iudicando quàm conſulendo.

6 Scias ergo in primis, ꝙ iſta concluſio gl. quæ habet, ꝙ teſtamentum, & inſtitutio valet, quando teſtator alio interrogante, an velit talem inſtituere, reſpondet, ꝙ ſic, reſtringenda eſt, vt procedat, modò teſtator ipſe non ſit adeo oppreſſus morte, ꝙ articulatè loqui non poſsit, ſed habeat adhuc bonum ſenſum, & bonã memoriã, aliàs ſecus. & ita loquũtur omnes Doctores §. allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat.

7 Item ſcias, quòd dicta concluſio non procedit, vbi talis interrogatio fieret à perſona ſuſpecta, ei qui eſt in vltimo mortis arti. conſtitutus: nã eo caſu, attenta qualitate interrogantis, & ſtatu interrogati, reſultat vehemens ſuſpicio, ꝙ teſtator potius ad ſuggeſtionem & importunitatem illius ita reſponderit, quàm ꝙ talis eſſet eius volũtas. & ita hoc caſu ſequẽda eſſet opi. Alber. Papi. quam his duobus concurrentibus dicit eſſe magis communem. Socin. Iun. in d. conſ. 183. nu. 27. & ſeq. li. 2. vbi etiam refert Guliel. Punta. idem atteſtãtem in l. 1. §. ſi quis

ita

ita col.6.verſ. Limitatur tamẽ. ff.de verb.obliga.

8 Tertiò ſcias, quòd illa gloſ. & communis opin. reſtringenda eſt,vt procedat,quãdo teſtator prius expoſuerat voluntatem ſuam notario, quieam redigit in ſcriptis,poſtea redit ad teſtatorẽ, & illa lecta,eum interrogat,an velit ita teſtari:nam eo caſu ſi reſponderit,quòd ſic,vtique valet, quod geſtũ eſt.& hanc dicit eſſe communem declarationem & limitationem Bello.conſi. 74.nu. 14. Sed ſi quis iniuſſu teſtatoris teſtamentum aliquod ordinauerit,& poſteà coram ipſo , & etiam coram teſtibus lecto tali teſtamento interroget teſtatorem,an ita velit,& teſtator reſpondeat,quòd ſic,tale teſtamentum nihil penitus valebit. & ita communiter tenetur,vt dicit Bertrand.conſ.194.num.3.lib.3.in ſecũda parte.Socin.Iun.in d.conſi.183. num. 32. & licet Alex.in d.l.iubemus,& Deci.in d.conſi.489. & alij etiã ſuperius alleg.in verſi.Sed quid ſi notarij,aſſerant hanc opin. quæ dicitur fuiſſe Alber. Pap. eſſe communiter reprobatam,illud tamẽ non eſt verũ, niſi quatenus ipſe Alber.volebat ſimpliciter,& abſolutè,quod teſtator infirmitate grauatus non poſſet ad alterius interrogationem teſtari. hoc enim repugnabat opin.gl.in d.l.iubemus.quæ proculdubio eſt magis communiter approbata, vt ſuperius dixi,ſed quatenus volebat opus eſſe,quòd ante interrogationẽ appareret teſtatorem ita voluiſſe teſtari,certè opi.Alber.eſt magis communis, magis æqua,& magis tuta.& ideò his duob. concurrentibus,ſ.quòd teſtator ſit valdè infirmitate grauatus, & quòd non conſtet teſtatorem habuiſſe prius animum ita teſtandi, non eſſet ab ea recedendum.& ita ſecundum iſtam opi.in facti contingentia iudicauit Senatus in cauſa Illuſtr.D.Marliani.

9 Quartò ſcias quòd ſi teſtator iam aliud teſtamẽtum validum,& ſolemne confeciſſet,deinde faciat ſecundum ad alterius interrogationẽ,per hoc poſterius illud primum non reuocatur.ita tenuit Paul. de Caſt.conſ. 155.in fi.lib.1.& hæc limitatio eſt magis communiter recepta, vt atteſtatur Socin. Iun. in allegato conſ.183.num.34.& licet iſtæ limitationes videantur ferè deſtruere ipſam concluſionem gloſ.& communem, ego tamen eas conſulendo,& iudicando ſequerer intrepidè & aliis ſequendas conſulerem vt quantum fieri poteſt,malitiis homi num,& fraudibus occurratur.

QVÆSTIO XXXVIII.

1 *Hodie legitima filio relinqui debet titulo inſtitutionis?*
2 *Et quid de iure Digeſtorum,& Codicis?*
3 *Et quid de iure Canonico?*
4 *Et quid in teſtamento inter liberos?*
5 *Et quid in teſtamento condito ad pias cauſas?*
6 *Et quid in teſtamento condito ab eo qui vult ingredi religionem?*
7 *Et quid in legitima quæ relinquitur filiæ fœminæ?*
8 *Et quid in legitima aſcendentium?*
9 *Et quid ſi quantitas legitimæ ſit alterata ex diſpoſitione ſtatuti?*
10 *Et quid ſi pater dicat,relinquo filio meo centum,an cenſeãtur relicta titulo inſtitutionis?*
11 *Et quid ſi dicat,relinquo centum pro legitima,vel Falcidia?*
12 *Et quid ſi teſtator dicat,relinquo filiæ meæ centũ pro dote?*
13 *Et quid ſi pater adiiciat,quòd nihil vltra petere poſſit?*
14 *Et quid ſi teſtator iuſſerit teſtamentum extendi ad dictamen ſapientis, nunquid poterunt addi illa verba:titulo,vel iure Inſtitutionis?*

1 DIxi etiam,quòd inſtitutio debet eſſe iuſta: nõ enim ſufficit in teſtamento aliquem eſſe inſtitutum ad hoc,vt teſtamentum ipſum valeat,ſed requiritur quòd ſi quis de iure eſt inſtituendus, inſtituatur,aliàs teſtamentum eſt nullum.Et poſui exẽplum in filio,qui de iuris neceſsitate debet inſtitui, vel exhæredari,& ideo ſi ſit præteritus, teſtamentũ eſt nullum,vt dixi infrà q.42.in princ.& eſt communis concluſio,vt dicit Curt. Iun. in Auth. ex cauſa, nu.52.C.de lib.præter.Et aduerte, quia de iure nouiſsimo,ad hoc,vt filius non dicatur præteritus,nõ ſufficit q̃ de eo in teſtamento ſit facta mentio, etiã ſi pater ei aliquid relinquat:quod ſit plus quàm legitima illi debita,ſed requiritur,q̃ ſit ei relictum titulo honorabili inſtitutionis.tex.eſt in §. aliud quoque capitulum,in Auth.vt cùm de appel.cognoſ.& licet gloſ.in l.ſcimus.§.cùm autem,in verbo , Celebrari.C.de inoffic.teſta.tenuerit, q̃ ſufficiat ſi filius ſit honoratus per viam fideicommiſsi,tamen contrarium tenent communiter Doct. & illam gl. eſſe communiter reprobatam,atteſtatur Alex.in l.inter cætera,in prin.nu.2.in fin.de lib.& poſthu.& ſic facienda eſt concluſio,quòd omninò ad hoc vt teſtamentum valeat,requiritur,q̃ filio relinquatur legitima,titulo inſtitutionis,aliàs teſtamentũ eſſet nullũ,& ſic filius ſuccederet patri ab inteſtato. & ita tenent omnes indifferenter,vt dicit Iaſ.in Auth.nouiſsima,nu.13.C.de inoffi.teſta. Hanc etiã concluſionẽ dicit eſſe communem Alex.in d.l.inter cętera in prin.poſt.nu.2.verſi.ſed ſuſtinendo. Picus in rep. l.in quartã,poſt nu.50.verſ.Quarta eſt concluſio.ff. ad Treb.Bart.conſil.19.col.1.li.3.in ſecunda parte,& conſ.65.nu.1.eo.volu.& conſ.133.poſt nu.1.eo.vol.

Neque credas,quod hæc diſpoſitio iuris in fauorem filiorum ſit prorſus inutilis, nam ſi filius fuerit in re certa,etiam minima, inſtitutus , proculdubio ſi cohæres vniuerſalis repudiauerit, tota hæreditas accreſcet ipſi filio inſtituto in re certa. Quòd tñ ſecùs eſſet,ſi nõ titulo inſtitutionis,ſed titulo legati,aut fideicommiſsi,vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuiſſet,vt dixi ſuprà. §. Inſtitutio. Item eſt vtilis,quia inſtitutus capit propria auctoritate, non autem legatarius.Item quia hæres ſcriptus poteſt intentare remedium l.fi.C.de edic.diui. Adr.toll.& petere ſe mitti in poſſeſsionem,non autem legatarius,&c.

2 Et hæc quidẽ concluſio de plano procedit de iure nouiſsimo,per tex.in d.§.aliud quoque.& ita loquuntur DD.per me ſuprà allegati.Sed quid de iure Digeſtorum?Reſpon.q̃ etiam de iure digeſtorũ legitima erat filio relinquendo,titulo inſtitutionis & hæc eſt communis opi.vt dicit Gul. de Benedic. in 1.parte repet.c. Raynutius.in verb.in eodem teſtamento relinquens fol.184.nu.15.Iac.de Nigris in rep.rub.ff.de leg.1.poſt num.17. verſ.vltra alios. De iure autem Codicis eſt expeditum,q̃ ſufficiebat filium honorari quocunque relicti titulo.text.eſt expreſſus in l.omnimodo.C.de inoff.teſtam.& in hoc nemo dubitat. Sed quidquid ſit poſtquam habemus certam diſpoſitionem iuris nouiſsimi,fruſtratorium eſt in huiuſmodi quæſtionibus tempus conterere.

3 Hæc etiam concluſio de plano procedit ſecundũ ius ciuile: eſt enim de hoc text.expreſſus in d. §. aliud quoque.& ita communiter teneri atteſtatur Imo.in d. c. Raynutius poſt nume. 51. verſiculo. Sed quidquid, & in hoc modica eſt controuerſia inter Doctores.Sed quid dicendum de iure Canonico?

nico?nũquid etiam illo iure neceſſe eſt, vt legitima filio relinquatur,titulo inſtitutionis? Reſpond. in hoc variæ fuerunt opin.inter doct.nam hoſtien. in d. cap. Raynutius tenuit, quòd de iure canonico, ſufficeret legitimam relinqui quocunque titulo.& hanc opin.dicit eſſe communem Alex.in d. l. inter cætera.in prin. nume.6. quem refert Politus in repet.l.filium quem habentem, nume. 145. in fin. C. fam.hærciſ.& Ruin.conſi.11.nume.2.lib.2. Contrariam autem opin.ſcilicet, quòd imò etiam de iure canonico requiratur,quòd legitima filio relinquatur titulo inſtitutionis,tenuerunt gloſſ.in d.c. Raynutius.in verbo,Relinquens,& in c.ſi pater.in verbo, Inſtituit de teſta.in ſexto: quas dicit eſſe communiter approbatas, idem Alex. ſibi ipſi contrarius conſilio 70 num.6.lib.2.Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Imol.in d. cap.Raynutius.poſt num.51.verſic.Sed dubium. & illam dicit eſſe communem Iaſo.in d.auth.nouiſsima,num.31 & in rub. ff.ſol.mat.poſt num.32.Boër.deciſ.267.num. 1. Berous in d.c.Raynutius,num.38. & ſeq. Ioan. Dilec. de arte teſtandi.tit.3.caut.prima,poſt num.1. Probus in apoſtil.ad Io.Mon.in c.ſi pater,nume.25. de teſta.in ſexto.Ex quo enim hoc de iure ciuili eſt deciſum,non eſt inducenda diſcrepatio inter ius canonicum,& ciuile,vbi expreſsè id cautum in iure non reperitur & licet fortè contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici, tamen propter auctoritatem Doctorum , tenentium hanc ſecundam opini.non eſſet ab ea conſulendo,aut iudicando recedendum.

4 Sed quid in teſtamento inter liberos , nunquid erit etiam neceſſarium, vt filij ſint honorati titulo inſtitutionis?dixi ſuprà,q.8.verſ.Sed pone.

5 Item,quid in teſtamento condito ad pias cauſas ? dixi ſuprà , quæſtione ſexta verſiculo Sextò, infertur.

6 Item quæro,quid in eo,qui teſtatur volens ingredi religionem,nunquid etiam in eius teſtamento requiritur titulus inſtitutionis,ad hoc vt teſtamentum ipſum valeat?Reſpond. Aut quæris,an requiratur,quòd aliquid relinquat titulo inſtitutionis monaſterio,in quod ingredi vult : & vide quæ dixi ſuprà,quæſtio.28.verſic.aut verò. Aut quæris , an requiratur,quòd aliquid relinquat filiis titulo inſtitutionis,& dico quòd nõ ſed ſufficit, quòd relinquat quocunque titulo , & filij nihilominus habebunt ſuam legitimam.ita tenent Bart.in auth.ſi qua mulier,nume.7.& ſeq.C.de ſacroſan.Eccle.& eſt communis opi.vt dicit Claud.in d.l.inter cætera.nume. 12.& ſeq.Nam teſtamentum eius qui vult ingredi religionem,non ſubiacet diſpoſitioni iuris communis,vt dixi in allegata q.28.verſ.In primò.& verſic. Sed nunquid.

7 Sed quid in filia fœmina,nunquid etiam in illa locum habebit concluſio,vt ſcilicet de neceſsitate, etiam illi ſit relinquenda legitima,titulo inſtitutionis?Reſpond.quòd ſic,de hoc non eſt dubitandum poſtquam à lege ſublata eſt in ſucceſsionibus differentia ſexus.l.maximum vitium.C.de lib.præter.Ideo eius præteritione pariter vitiatur teſtamentũ, ſicut præteritione filij maſculi , vt dixi infrà. q.42. verſi.Item quæro.

8 Sed quæro,tu ſcis,quòd iure hodierno,ita eſt aucta legitima aſcendentium, vt legitima deſcendentium,vt dixi ſuprà hoc eod.lib.§.legitima.Nũquid etiam huiuſmodi legitima aſcendentium erit pariter relinquenda titulo inſtitutionis , ſicut legitima deſcendentium?Reſpond.Bart.in dicta auth.nouiſsima,num.4.C.de inofficio.teſt. tenuit , quòd non Sed contrarium tenent omnes Doctores , ſcilicet, q̃ imò ſit etiam aſcendentibus relinquenda legitima titulo inſtitutionis. & hanc opin. contra Bart. eſſe communem atteſtatur Ant.de But.conſ.15.nu. 2.Ale.in l.1.poſt num.4.de bonor.poſſeſ.ſecundum tabulas,Dec.in d.l.1.num.8.C.de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul.Iaſ.in d.auth.nouiſsima, num.37. vbi dicit,q̃ in hac opin.Bart.eſt ſolus.& miratur,q̃ ex tam frequenti caterua Legiſtarum & Canoniſt. Bart.nullum amicum inuenerit , qui tenuerit cum eo,Guliel.de Bened.in prim.parte repet. cap. Raynutius,fol.226.num.249.& ſeq.Bertrand. conſi.34. nume.6.& 7.lib.1.in 2.parte,& conſ.43.poſt num.1. lib.3.in 2.parte.Socin.Iunior conſ.64.nume.1.lib.2. Ioan.Dilectus de arte teſtandi,titulo 3.cautela prima.nu.1.pro qua facit tex.in d.§.aliud quoque,dũ vult ea quæ in filiis conſtituta ſunt etiam in parentibus locum habere:& in practica nefas eſſet conſulendo aut iudicando ab hac opi.recedere.

9 Sed pone,quòd in ciuitate adſit ſtatutũ, loquens de legitima,& aliter circa ipſam diſponẽs,quàm ſit à iure communi diſpoſitũ , nunquid etiã huiuſmodi legitima,ita alterata,erit titulo inſtitutionis relinquenda?Reſpon.Bal.in l.maximum vitium, poſt num.15.C.de liber.præter.tenuit , quòd non. Sed illud dictum Baldi, communiter reprehenditur, vt dicit Claud.in d.l.inter cætera,num.18.Polit.in repet.l.filium quem habentem.nume. 154. C. famil. herciſ.Non enim eſt ita de facili inducenda correctio iuris communis, præter id quòd à ſtatuentibus expreſſum eſt.

10 Sed nunquid tota & integra legitima eſt de neceſsitate filio relinquenda,titulo inſtitutionis?Reſpon.q̃ non,ſed ſufficit,q̃ aliqua res, quæcunque illa ſit,relinquatur titulo inſtitutionis: ſatis enim eſt q̃ in aliqua re,vel minima,filius ſit honoratus illo titulo inſtitutionis,& in hoc nemo dubitat.

Quid vero,ſi pater in teſtamẽto dicat, relinquo filio meo centum,nunquid cenſebitur relictum iure inſtitutionis,ita vt teſtamẽtum ſuſtineatur?Reſpon.q̃ non.& ita magis communiter tenetur,vt dicit Ale.in l.humanitatis.poſt num.2.verſic.Et pro iſta.C.de impub.Nam verbum relinquo, adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad inſtitutionem , vt dixi.infrà.lib.7.

11 Sed quid ſi dicat, relinquo centum pro legitima, vel pro Falcidia,non tamen dicat titulo inſtitutionis,nunquid hoc ſufficiet?Reſpon. in hoc articulo fuit aliquando controuerſia inter Doctores : nam Bart.in auth.vnde ſi parens,num.2.C.de inoffi.teſt. tenet,quòd ſufficiat.& hanc opinionem dicit eſſe communem Alex.in d.l.humanitatis,nume.2.Dec. in d.l.humanitatis,num.4.quem refert Boër.deciſ. 267.col.2.Hanc etiam opi.q̃ ſcilicet ſufficiat pro titulo inſtitutionis, ſi teſtator dicat , Relinquo centum filio meo pro legitima,vel pro parte ſua, dicit eſſe magis communem Alex.conſi.50.circa finem. lib.7.Cõtrariam autem opinionem, ſcilicet q̃ imò non ſufficiat, tenuit Sal. in d. auth. vnde ſi parens, nume.4.& hanc.opini.dicit eſſe communem Ioan. Dilect.de arte teſtandi,lib.3.cautela 1.nume.1.in fi. Sed certè credo,q̃ Ioan.Dilect.in hoc verum non dicat:quia imò opi.Bar.eſt verior & magis communis,& etiam æquior ſufficit enim mentem teſtatoris apparere,licet verba quandoque nõ ita apperta eſſe videantur.Non enim omnis teſtator(vt dicunt

cũt Doctores)scit dicere hęredẽ instituo, vel titulo institutionis relinquo. Et ab hac opi. tãquã æquiorẽ, & quæ magis fauet testamentis censerem non esse in practica recedendum.

12 Quid autem si testator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote, nunquid tale relictum sustinebitur in vim institutionis? Respond. quòd sic. ex quo enim dos est ius vniuersale, vt dixi infrà, li. 4. §. dos sequitur, quòd verbum, Relinquo, illi adiectum debet importare institutionem, per ea quæ dixi infrà lib. 7. Et hanc opin. tenuit Ant. de Butri. in d.c. Raynutius. quã dicit videri veriorem & cõmuniorem Ruin. consil. 14. nu. 7. li. 2. Et ita obseruari attestatur Guliel. de Bened. in prima parte repe. d.c. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens. j. fol. 209. nu. 275. prout illum refert Aposti. ad Al. consi. 17. post num. 20. lib. 3. Sed reuera, Gul. ibi (quod viderim) hoc non dicit: quinimò videtur sentire contrarium, dum ait, quòd hæc limitatio procedit de æquitate canonica, & quòd fortè non seruaretur in terris imperij. Benè dicit, quod secũdum hanc opinionem semper consuluerũt Doctores Tholosani. & sæpè iudicauit suprema Parlamenti curia Tholosana. Ego verò non negauerim. quia ista opin. de iure stricto aliquam patiatur difficultatem. prout etiam multi Doctores contrarium in specie tenuerũt: sed fauore testamenti, vbi res ad hunc solum punctum reduceretur, vtiq; inclinarem in hanc sententiã, maximè si esset iudicandũ secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta.

13 Præterea quæro, Pone, pater reliquit in testamẽto filio suo centũ, deinde adiecit clausulam, quòd nihil vltra petere posset, nunquid eo casu censebitur relictum titulo institutionis? Respond. Baldus in l. si adulta, num. 2. C. de hæred. actio. tenet, quòd sic: Sed in hoc reprehenditur communiter per doctores, vt dicit Claud. in d. l. inter cætera, nu. 22. Nã ex huiusmodi verbis quæ apposita sunt, vt restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari, vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui à testatore expressus non fuit.

14 Vlterius quæro, quid si testator in testamento dixerit quòd volebat testamentũ suum extendi dictamine sapientis, nunquid poterit sapiẽs, cuius dictamine extendendum est testamentum, apponere relicto facto filiis, illa verba, Iure aut titulo institutionis? Respon. Bart. in l. illa institutio, nu. 2. & 3. ff. de hæredib. instituen. tenuit. quòd non. & dicit Claud. in d. l. inter cætera, nu. 62. in fi. quòd eum sequuntur communiter Docto. Contrariã tamen. s. quòd imò posit, & debeat sapiens addere illa verba, iure institutionis, tenuit Bal. in d. l. illa institutio, post nu. 1. vers. in ea gl. statuti, & hanc opi. dicit esse communẽ Soc. Iun. consi. 143. num. 14. lib. 1. Et ita fit de facto, vt attestatur Io. And. in addit. ad Spe. in tit. ad instrum. edition. §. postremò, sub num. 13. quem refert. Imola in d.c. Raynutius, post nu. 55. Soc. Iun. consi. 124. nu. 48. lib. 1. & hæc opin. tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, vt quantum possibile est, defunctorum voluntatibus sustinendis faueamus. & hæc omnia nota, quia quotidie in facto contingunt.

QVÆSTIO XXXIX.

1 *Filius in potestate an possit instituisub conditione potestatiua?*
2 *Et an sub conditione casuali, vel mixta?*
3 *Et quid in nepote qui tenet primum gradum?*
4 *Et an hæc locum habeant iure hodierno?*

1 SVccessiuè quæro, nunquid si filius in potestate possit instituisub conditione? Respon. in hoc proposito possunt considerari tres species conditionum: Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, q; pẽdet à mero arbitrio psius instituti: puta, Instituo te, si feceris testamentum: & sub huiusmodi conditione potest filius instituisub, & testamentum non vitiatur, neque etiam respectu legitimę. & ista est cõmunis opi. vt dicit Ale. in l. cùm posthumus in fi. ff. de liber. & posthum. Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere censetur quasi purè institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacitè paternam hæreditatem repudiare: & licet Bar. consi. 198. num. 1. tenuerit, quòd hæc conditio reiicitur, tu tamen tene contrarium, scilicet. quòd talis conditio potestatiua non reiiciatur ab institutione filij, nisi esset contra bonos mores. & ita esse communem opi. affirmant Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caut. 4. nu. 2.

2 Aliqua vero est conditio casualis, quæ scilicet pendet à casu, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta quæ partim pendet ab arbitrio ipsius instituti: partim ab alieno: puta, si filius meus duxerit Sciam in vxorẽ, &c. & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta, non potest filius instituisub, nisi in defectum conditionis exhæredetur, aliàs testamentũ est nullũ, tex. est in l. si pater. C. de instit. & substit. & ratio est, q; deficiente cõditione, filius non remanet institutus, neque exhæredatus: & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum. & hanc dicit esse communem rationẽ Iaſ. in d. l. si pater, nu. 8. & seq.

3 Et hæc conclusio locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus. scilicet, quem in gradu nemo præcedat, nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali vel mixta hæres institui nisi in eius defectum exhæredetur, aliàs testamentum erit nullum, prout suprà dictum est de filio in potestate. ita tenet gl. 1. in d. l. si pater, & est communis conclusio, vt attestantur scribentes in d. l. si pater, & in specie Iaſ. post nu. 16. vers. in quarta. & Dec, nu. 14. Dec. consi. 236. col. prim. in fi. Est enim & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

4 Sed quæro nũquid hæc cõclusio, quæ habet, q; filio instituto sub cõditione casuali, vel mixta, testamentũ est nullũ, habeat locũ etiam iure hodierno. Dubiũ autẽ facit, quia hodie de legitima filij reiicitur omnis cõditio, vt dixi suprà. §. legitima. meritò filius debet censeri, tanquã in legitima purè institutus, & sic sustineri testamentũ? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorũ opin. nã antiqui omnes vsq; ad Bart. tenuerunt quòd etiã hodie tale testamẽtũ non valeat. & hãc opin. dicit esse communẽ Socin. consi. 97. post nu. 3. lib. 3. & consi. 98. nu. 1. eo. vol. vbi enumerat auctoritates, & op. Bar. qui contrariam tenuit (vt statim subiiciam) communiter improbari affirmat Ioan. Delect. de arte testandi, tit. 3. caut. 1. numer. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd imò hodiè tale testamentum sustineatur, tenuit Barto. in d. l. si pater, nu. 2. & in l. suus quoque in princip. post nu. 3. vers. Re intro ad gl. ff. de hæredib. instituen. & hanc opin. dicit esse communem Iaſ. in d. l. si pater, nu. 19. & sequen. Bertrand. consi. 161 nu. 2. li. 1. in 2. parte, & consi. 135. nu. 1. lib. 2. in secunda parte, & consi. 166. numer. 5. lib. 6. & consil. 245. num. 3. eo. volum. Gratus consi. 112. nu. 3. lib. 2. Aposti. ad Bar.

ad Bar. in d. l. si pater, sub nu. 2. & dicit Pau. de Cast. in d. l. suus quoque, in prin. nume. 1. in fi. quòd opi. Bart. communiter tenetur. Dicit etiam ibi Paul. de Cast. sed non in libro meo, quòd ita seruat totus mundus, prout illum refert Alex. in d. l. si pater, nu. 9. & Corn. consi. 301. in litera F. li. 4. Hanc etiam opi. Bart. magis cõmuniter obseruari, attestatur Corn. consi. 114. in prin. li. 4. Tu ergo, quidquid dicant alij, tene opi. Barto. tanquam magis communem, & veriorem, per tex. in l. scimus. §. cũ autem. C. de inoff. testamen. quem Bart. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrariũ. Cùm etiam hæc opin. sit æquior, & faueat testamentis, & adsint tot Illustres Doctores affirmantes illam in practica communiter obseruari, non puto esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

QVÆSTIO XL.

Filium posse ex causa à patre exhæredari.
2 *Et quid si illum exhæredet nulla inserta causa?*
3 *Et quid sit inserta, sed illegitima?*
4 *Et quid sit legitima, & ab hærede?*
5 *Et quid si non probetur?*
6 *Et an quæ dicuntur de exhæredatione, locum habeant in testamento militis?*
7 *Et an in filio emancipato?*
8 *Et an in legitimato?*
9 *Et an in filia per statutum exclusa?*

1 DIctum est in patris testamento necessariam esse filij institutionem, ad hoc vt testamentũ ipsum valeat, Scire tamen debes, q; potest etiam ex causa filius à patre exhæredari, & ideo dummodò filius in testamento reperiatur, vel institutus, vel exhæredatus, sustinetur testamentum, Vt autem perfectè intelligas hanc materiam exhæredationis liberorum, quam Doctores diuersimodè explicant, & scias, quando testamentum propter exhæredationem reddatur nullum vel inofficiosum, & consequenter in quibus casibus hodie sit locus querelæ, considerandi sunt nonnulli casus.

2 Aliquando enim (& iste est primus casus) pater exhæredat filium nulla inserta causa, & hoc casu testamentum est ipso iure nullum, & sic non est opus querela ad illud rescindendum. & hæc est communis opi. vt dicit Imol. in l. 1. nu. 6. & 7. ff. de testam. & in l. filio præterito, post num. 30. ff. de iniusto rupto. Curt. Iun. in Auth. ex causa, num. 42. C. de liber. præter. & dicit Iaſ. in d. Authen. ex causa, post num. 18. quòd in hoc nemo cõtradicit. Ex quo enim per dispositionem §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cùm de appellatio. cognoſ. cautũ est, vt in exhæredatione nominatim causa inseratur, meritò non inserta causa, & sic non seruata forma à lege tradita, actus remanet ipso iure nullus, & in hoc non est controuersia apud Doctores.

3 Aliquando verò in exhæredatione est inserta causa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis, ex quibus pater potest filium exhæredare, puta, quia dicat, exhęredo filium meum, quia noluit dare operam literis, vel huiusmodi: & tenẽdum est, quòd etiam hoc casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequenter, quòd non sit opus querela. Paria enim sunt, quid non fieri, vel minus legitimè fieri, neque potest dici seruatam esse formam à lege traditam, ex quo talis forma laborat vitio visibili repugnante ipsi legi. & ita cõmuniter tenetur, vt ait Imol. in l. 1. nume. 6. ff. de testa. & in d. l. filio præterito, nume. 30.

4 Quandoque pater in exhęredatione apposuit causam legitimam, & tunc est etiam distinguendum: Aut enim talis causa est vera, q; scilicet hæres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus,) & tunc valet exhæredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelæ, quia cùm testamẽtum valeat, & exhæredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

5 Aut talis causa inserta non probatur ab hærede (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exhæredatio, ex quo non laborat defectu formæ à lege traditæ, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tãquã inofficiosum, rescindi. & hęc conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Cur. Iun. in d. Authen. ex causa, post nu. 42. vers. alias duas. Et ita cõmuniter teneri attestatur Imo. in d. l. 1. nu. 6. ff. de testa. Corn. consi. 158. in litera T. la 1. lib. 2. & consi. 225. in litera E. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. in d. auth. ex causa, nu. 2. Iaſ. in d. auth, ex causa, post nu. 18. Et sic nota, q; ad hoc, vt exhæredatio valeat, duo necessariò requirũtur, Primũ, q; causa legitima nominatim inseratur in testamento. Secundũ, q; ipsa causa ab hærede probetur: & hanc dicit esse communem conclusionem Curt. Iun. in auth. non licet, nu. 17. C. de li. præt. & hic habes casum, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamẽ non debet probari: de quo tamen articulo, vide quæ dixi j. lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si dicat testamentum paternum in quo ipse est exhæredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exhæredationis non fuisse veram, nam si hæres non probauerit illam esse veram, exhæredatio non valebit, & consequenter testamentum ipsum corruet, tãquam à demente & insano conditũ. Hoc tamen quod dixi, secundum communem opi. exhæredationem non valere, nisi causa probetur. intellige vt procedat, quantùm ad hoc, vt exhæredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur, nam ad hoc, vt mero iure valeat, sufficit. q; causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet, nõ probetur. ita dicit gl. in l. 1. in gl. 1. in fi. ff. de test. & est cõmunis sententia, vt dicit Aret. in ea. l. 1. col. 3. vers. in ea. glos. ibi, & col. 4. vers. Sed consequenter.

Neque putes modicam vtilitatem in hoc versari, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum an autem sit impugnandum per querelam, quia hæc differẽtia maximi est effectus. Si enim testamẽtum est nullum, filius habet spaciũ 30. annor. ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio: q; ius dicendi nullum, minore temporis spatio non præscribitur, vt dixi infrà, lib. 7. §. præscriptio. Si verò testamentum valet, sed est, per quę relã rescindendum certum est, q; querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

6 Sed quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, q; iniustè exhæredatus, posit testamentum paternũ rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum etiam in testamẽto militis. Resp. quòd quidquid esset de iure antiquo, hodie procul dubio, etiam contra testamentum militis, habet locum querela. ita tenet gl. in l. fi. in verbo, testamenta. C. de inoff. testa. & est communis opi. vt dicit Alex. in l. centurio, nu. 50. ff. de vulga. & ideo, si pater miles testans de bonis castrensib. prætereat, vel sine causa exhæredet filiũ in potestate, hodie eius testamentũ subiacet querelæ. & hanc dicit esse communẽ opi. Imol.

Universidad de Deusto

in d.l.filio præterito,nu.32.in fi. de iniust. rup.Alex. in d.Auth.ex causa, nu.5.Bauer.in §.illis autem,nu. 17.Inst.de testa.milit.

7 Item quæro, quid in filio emancipato,an & ipse, si sine causa,vel cum causa,quæ deinde non probetur,fuerit exhæredatus,poterit dicere testamentũ nullum,vel illud per querelam inofficiosi rescindere-Resp.quòd sic:nam hodie quò ad exhæredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate,nulla est differentia.& hæc est communis opi.vt attestatur Curt.Iun.in d.Auth.ex causa,nu.43.

8 Vlterius quæro,quid in legitimato,dixi infrà.q.84.

9 Quæro etiam,quid in filia per statutum excluſa,dixi infrà q.42.verſ.Item quæro.

QVÆSTIO XLI.

1 *Quæ sint causæ in iure expressæ,propter quas filius potest à patre exhæredari?*
2 *Et an propter alias similes,vel maiores expressis?*
3 *Et an propter iniuriam verbalem patri illatam?*
4 *Et an ex eo,quod filia sine patris cõsensu alicui nupserit.*
5 *Et an eo casu teneatur pater illam dotare?*
6 *Et an ex eo,quòd filius vasalli dominum offenderit?*
7 *Et an si pater sit prodigus poterit mater filium exhæredare,ne patri quæratur vsusfructus?*
8 *Et quid si filius post commissam ingratitudinis causam,factus sit furiosus,nũquid poterit adhuc à patre exhæredari?*
6 *Et an,secundum ius nouissimum possit filius posthumus à patre exhæredari?*

1 SVperiori quæstione diximus,non posse filium à patre nisi ex causa legitima exhæredari:Nũc videndum est,quæ sint illæ causæ,propter quas filius potest à patre exhæredari:& de hoc habemus tex.in §.causas,in auth.vt cum de appel. cognosci. vbi enumerantur 14. causæ ingratitudinis, propter quas potest pater filium exhæredare.

2 Sed quæro, nunquid filius possit tantum propter illas 14.causas,vel aliquam earum exhæredari? Respon.q̃ potest etiam exhæredari ex aliis causis,quę sint similes,vel maiores illis 14.expressis;puta,quia fuerit proditor patriæ,vel huiusmodi, ita dicit Guliel.de Cun. in auth. non licet.C. de libr.ptæt.& est communis conclusio, vt dicit Alex. in d. auth. non licet.nu.4.Guliel.de Benedict.in prima parte repet. c.Raynutius,fol.211.num.19.Iason in d.auth. non licet,num.6.quem refert Curt.Iun.ibi, post num. 23. verſ.circa istud,& Crottus conſ.115.nu.19.lib.2.Cur. Iun.consil.182. nume. 10.& Ripa in Rubr. de iudic. nume.20.& licet disputando multa dici possent,tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

3 Sed an propter iniuriam verbalem tantùm sibi illatam,poterit pater filium exhęredare? Respon. quòd sic,si sit grauis iniuria,puta,quia illum appellauerit proditorem,vel huiusmodi. ita tenet Ioan. And.in c.fin.col.pen.in prin.de donat.& est communis conclusio,vt attestatur Curt.Iun.conſ.147. nume.1.Grauis enim iniuria verborum ęquiparatur verberibus,præcipuè illata patri,cui iure diuino & humano summus honor , summáque reuerentia debetur.

4 Sed quid si filia sine patris consensu alicui nupserit,nunquid poterit pater ob eam causam illam exhęredare? Respon.q̃ non:nisi etiam turpiter, & obscœnè viuat. & ita tenent communiter Docto. vt dicit Abbas in c.1.num. 5. de despon. impub. quem refert Iaſ.in l.2.§.quod si in patris,post nu.28.verſi. quid tenendum. ff. solu. matri. Et hanc opin,dicit esse communem Bertran. conſ. 161.nume. 9.& 10. lib.1.in secunda parte.

5 An autem teneatur pater dotare huiusmodi filiã, quæ sine ipsius consensu alteri nupsit,præsertim qñ nupsit viro indigno,dixi infrà lib.4.§.dos.

6 Item quæro,Pone,q̃ filius vasalli offendat dominum,nunquid poterit ex ea causa vasallus ipsum filium suum exhæredare? Respon. q̃ non. ita dicit Bald.in c.Imperialẽ.§.insuper,post nu 1.verſi. Item nunquid,de prohib.feu.alien.per.Frid.quem cæteri Doctores sequuntur,vt dicit Iac. de feud. in verbo, Dictiq; vasalli,el 1.nu.8.Hæc enim causa non reperitur posita inter enumeratas ab Imperatore in d. §.causas. Sed hæc ratio Bald. mihi non satisfacit, quia etiam ex causa non expressa, modò sit maior, aut similis expresis,potest filius exhæredari, vt dixi suprà verſ.Sed quæro.Opi.tamen Bald.tanquam mitior tenenda est, quia hæc causa reuera non est neque similis,neque maior expresis.

7 Quæro etiam,quid si pater sit dilapidator & prodigus, nunquid poterit mater ex ea causa filium exhæredare, ne scilicet hæreditas quæratur patri, saltẽ quò ad vsumfructũ,& ab eo dilapidetur?Resp. q̃ sic,dũmodo instituat aliquem aliũ,qui postquam filius sit effectus sui iuris, ei hæreditatem , vnà cum fructibus restituat.ita dicit Guliel.de Cuneo , in d. auth.non licet,cuius opinio cõmuniter tenetur,vt ait Guliel.de Benedict.in j.parte repet.c.Raynutius. in verb.in eodẽ testamẽto relinquens.ij.fol. 211.nu. 18. Talis enim exhæredatio cẽsetur facta bona mẽte , & ad beneficium ipsius filij,meritò sustinetur.

8 Sed pone:filius commisit aliquam ingratitudinis causam,propter quam iure ac meritò poterat à patre exhęredari,deinde correptus est furore,nũquid talis filius,post quã factus est furiosus, poterit à patre exhæredari ex illa causa ingratitudinis per eum ante furorem commissa?Respon.quòd sic.ita tenet Bart.in l.ex facto, nu. 19.ff. de vulga.& est cõmunis opinio , vt dicit Iason in d. l.ex facto , post nu.29. Quæ tamen opin.mihi semper visa fuit dura,videmus enim,q̃ furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem cõmissis,vt dixi j.lib.5.§.fi.q. 60.verſ. Item quæro.& licet aliqui dicant, q̃ potest puniri pœna pecuniaria,licet non pœna corporali,ego tamen contrarium credo esse verius,vt ibi dixi , & ad l.fin.§.sed cum antiquitas.C. de cura.furio. & similes quæ allegantur pro communi opin.posset fortè responderi, quòd ad sui beneficium , vel nepotum ex eo genitorum,vtique potest furiosus exhæredari,vt in simili dixi suprà verſ. quæro etiam non autem in eius odium.& ita aliquando dicebam apertè colligi ex l.pe.§.& maximè.ff.de curato.furio. & si casus contingeret, de facili inclinarem in hanc sententiam,quæ mitior est,& æquior.

9 Præterea quęro,Pone,filius post commissam causam ingratitudinis,propter quam poterat à patre iustè exhęredari,egit viuo ipso patre pœnitentiam ante testamentum ab eo conditum,nunquid poterit ex illa causa postea à patre exhęredari? Respon. quòd non:ita dixit Alex.in l.1.post nu.33.ff.sol.mat. & est singularis,& noua decisio,& communiter approbata,vt ait Cotta in verbo,Filiusfa. qui à patre & licet in puncto iuris non transiret sine difficultate,esset tamen tenenda in practica, quia mitior est, & fauet successioni filiorum,cui iudicio meo,in dubio semper est fauendum.

10 Vlterius quęro,nunquid secũdũ ius nouissimum, posthumus possit à patre exhęredari? Respond. quòd

quòd non.ita tenet gloss.in l.maximum vitium. in glo.pen.C. de liber. præter. & est communis opin. vt dicit Zuccar.in repet.l.posthumo,nume.29.C.de contratabu. Cùm enim posthumus non potuerit aliquam ingratitudinis causam committere,necessariò fatendum est, illum à patre exhæredari non posse.

QVAESTIO XLII.

1 *Testamentũ in quo filius est præteritus,est ipso iure nullũ.*
2 *Quid in emancipato?*
3 *Et quid in testamento militis?*
4 *Et quid in filiis naturalibus?*
5 *Et quid in legitimatis?*
6 *Et quid in filia fœmina?*
7 *Et quid si sit excluſa à statuto?*

1 HAbes ergo expræmissis quæstionibus conclusionem,q̃ testamentum in quo filius est præteritus.est ipso iure nullum. & de hoc est text. expressus in l.inter cætera.ff.de libe.& posthu.& intelligę præteritũ eum,qui in testamento non est instituitus, neque nominatim exhæredatus,etiam q̃ de eo in testamento esset alio modo facta mentio. ita dicit Bart.in auth.ex causa,nu.10.C.de lib. præte.& est communis opin. vt ait Curt. Iun. in d.auth. ex causa,post nu.36.verſi.Circa primam, dixi suprà, q. 38.in prin.Cùm enim lex requirat pro forma,quòd filius nominatim sit institutus, vel exhæredatus,vt dixi suprà q.38.meritò quãdo est præteritus ex defectu formæ, testamentum ipsum corruit. & hæc est communis ratio,vt dicit Porc. Instit. de exhæreda. lib.in princ.nu.3.in fin.

2 Et hæc quidem conclusio sine controuersia procedit in filio in potestate,nam eius præteritio procul dubio reddit testamentum omni iure nullum , d.l. inter cætera:& est communis opinio , vt attestatur Iaſ.in l.3.§.fin.post nu.12.verſ.secundò limitat.ff.de liber.& posthu.& in hoc nemo dubitat.Sed quid in emancipato?Respon.quòd in hoc proposito maxima est differentia inter filium in potestate,& emãcipatum : nam si filius emancipatus sit præteritus sine insertione causæ , testamentum etiam de iure ciuili est ipso iure nullum , si verò sit præteritus cũ insertione causæ,valet testamentum mero iure,sed potest per bonorum possesionem contra tabulas. impugnari. ita dicit glo. quæ in hoc proposito reputatur singularis in §.exhæredatos,in verbo,Noluit.in auth.de hære. & Falsi. quam dicit esse communiter approbatam Iaſo.in d.auth.ex causa,post nu.8.verſ.An autem quando.C.de lib.præter. Crot. in repet.l.Gallus.§.& quid si tantum , nu. 102. ff.de lib.& posth.Deci.in l.sicut certi. nu. 17. C. de testa. milit.Rimi.in d.l.sicut certi.nu.4.& dicit Alex.in d. l.sicut certi,nu. 14. q̃ ita communiter concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin.Alex.conſ. 161.nu.1.lib.2.Si verò filius in potestate patris constitutus, sit in testamento præteritus , siue præteritio facta sit cum insertione causæ,siue sine, semper testamentum est ipso iure nullum,vt dicit glos.in d. §.exhæredatos,superius allegata.& est communis conclusio , vt ait Curt. Iun. in d.auth.ex causa,nu. 37.& in d.auth.non licet,nu.14.C.de lib.præt.

3 Bene verum est , q̃ hoc vltimum non procedit in milite,in illo enim est speciale,vt possit filium cum causa præterire,& talis præteritio pro exhæredatione habetur,si verò prætereat sine causa , etiam testamentum militis annullatur.& hæc est cõmunis opin.vt dicit Iaſ.in l.si cum vel in vtero,quam legit cum l.præcedenti,post nu.8.verſ.quid tenendum.C. de testa.mili.Deci.in d.l.si cum vel in vtero , nu. 5. Ripa in l.centurio,post nu.43. ff. de vulg. Vtilitas autem quæ resultat ex hac quæstione,an scilicet cõpetat ius dicendi nullum , vel bonorum possesio contra tabulas,posset esse maxima,quia ius dicendi nullum durat 30.an.vt dixi infrà libr.7.§.præscriptio.Contra tabulas autem durat solum per annũ, vt est in iure notissimum. Neque prædictis obstat, quòd iure hodierno sublata sit differentia emancipationis , è patriæ potestatis , quia licet sublata sit ab intestato , non tamen est sublata ex testamento,vt suprà,lib.2.§.filius.

4 Sed quid in filiis naturalibus , nunquid si sint præteriti,vel iniustè exhæredati,poterunt dicere testamentum nullum,vel contratabulare ? respon.quòd non , quia filij naturales non admittuntur contra voluntatem patris.ita dicit glo.in l.j.in princ. in verbo,Naturales.ff.de bon.poſſ.contratab.quæ est cõmuniter approbata,vt attestatur Natta in repet.d. §.ex imperfecto.in l.hac cõsultissima.C. de testam. num.72.in fin.

5 Sed quæro,quid in filio legitimato , nunquid etiã illius præteritione testamentum reddatur ipso iure nullum? Respon.quòd sic,ita dixi infrà q. 84.

6 Item quæro,quid in filia fœmina ? Respon. q̃ etiã ipsius præteritione testamentum annullatur.ita est communis opinio,vt dicit Corn. conſ.62. col. 2. in litera G.libr.2.Iaſ.consil.113.nu.1.lib.1. est enim iure hodierno sublata sexus differentia. l. maximum vitium.C.de lib.præter.cum simil. Quę quidem conclusio de plano procedit secundum meros terminos iuris communis.Sed quid si adsit statutum excludens filias fœminas à succesione extãtibus maſculis, prout est communiter per totam Italiam: nunquid stante huiusmodi statuto,filia præterita à patre poterit testamentum paternum impugnare? Hęc est ardua quęstio, & quotidie contingens in practica , in qua Doctores multa variè loquuntur. Tu verò omissis disputationibus scias,quòd in hoc proposito considerari possunt duo casus. Primus casus est,quando maſculi vel agnati , propter quos ipsa fœmina à statuto excluditur, sunt instituti hæredes in testamento paterno : & hoc casu tenendum est,quòd talis filia à statuto excluſa , non potest,si sit præterita à patre in testamento illud impugnare,neque per ius dicendi nullum , neque per bonorum possesionem contra tabulas. & hæc est magis cõmunis opin.vt dicit Paul.de Caſt.conſ.96. circa princ.lib.2.Alexan.in l.filiæ dotem,numero 6. C.de collatio.& in l.Gallus.§.& quid si tãtùm,post nume.16.versicu.primo casu,& consil.47.numero 9.lib.2.quem refert.Dec.conſ.264.col.fi.in princip. & Vantius de nullit.in tit.fin.ſub.nu.20.Aret. conſ. 159.post numero 20.verſ.venio ad vndecimum, quem refert Dec.consil.296.nu. 1.in fi. ſaſ. in auth. nouissima,nu.57.C.de inof.test& in d.l.Gallus. §. & quid si tantùm,nume.58.Cæpolla consi.ciuili 53.nu. 3.Afflict.decis.158.nu.6.Dec.in d.l.filiæ dotem,nu.4. & conſ.105.nu.1.& consil.505.nu.1.Porc.Instit.de exhære. lib. §. fin. num.9.Claud.in d.§.& quid si tantum,post nume.21.Brun. de statu excl. fœmi.in 10. articu. quæst.4. Cro. in rep. d. §. & quid si tantum. nume. 109. & licet Ang.in d.l.filię dotem , tenuerit quòd potest filia expectare , quòd adita sit hęreditas , deinde venire per contratabulas , tamen illa decis.Ang.communiter reprobatur , vt attestantur Doct.suprà allegati,& pro hac communi opin. duo

fundamenta fortissimè stringunt, quæ tamen in effectu reincidunt ferè in idem. Primò clarum est, ꝙ cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum. ita cõmuniter tenetur, vt dicit Corn. cons. 40. in litera F. li. 3. Sed filia exclusa à statuto, nõ põt petere legitimã, neque eius supplementũ, secundum opi. magis cõmunem, quã ego etiam tenui §. Ji. 1. ergo &c. Secundò facit, nã iura veniendi contrà testamentum, communiter regulantur à iuribus succedendi ab intestato. ità communiter tenetur, vt ait Cor. cons. 1. col. pen. vers. Et maximè lib. 2. & cons. 199. in litera D. lib. 3. & est communis conclusio, vt dicit Cor. cons. 62. in litera D. lib. 2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato, est etiam exclusus à successione contra testũ. ita tenẽt cõmuniter omnes legẽdo, & cõsulẽdo, vt dicit Cor. cõs. 126. in prin. lib. 2. & ita communiter teneri attestatur Imola in d. §. & quid si tantum, quem refert Corn. consil. 291. in litera E. lib. 4. Corn. cons. 107. in litera E. lib. 2. & consil. 116. col. 1. in litera E. eod. volu. & est communis opin. vt dicit Gratus consil. 21. nume. 6. & seq. lib. 1. & in specie de contratabulas, quòd exclusus à successione intestati, non possit contratabulare, quando est institutus ille, qui est causa exclusionis, dicit communiter concludi Corn. consilio 40. in litera G. lib. 3. & hoc siue institutus adierit, siue non. & ita esse communem opinio. attestatur Corn. in d. consil. 107. in litera F. lib. 2. & consil. 290. in litera A. libr. 3. Meritò igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successionem, pariter etiam censeri debet exclusa à successione contra testamentum: & hic casus minus habet difficultatis. Secundus est casus, quando in testamento sunt instituti hæredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos fœminæ à statuto excluduntur: & hoc casu Doct. multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est, causa familiæ, & agnationis conseruandæ, vt dixi in loco prælegato & fauor ipsorum masculorũ vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti, & ideo multi tenuerunt, quòd dispositio statuti excludentis fœminas, extantibus masculis, recipiat hãc interpretationem, vt procedat dũmodò illi masculi sint hæredes, tempore quo agitur de exclusione ipsarum fœminarum, de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opin. prima facie videtur habere in se maiorem æquitatem. & illam dicit esse communem Berous in d. c. Raynutius. post nu. 237. referens Alexan. & Soc. dicentes, quòd illam tanquam veriorem, & magis æquam secuti fuerunt Doctores communiter. Contraria tamẽ opinio, quòd scilicet etiam hoc casu filia non possit impugnare testamentum patrem, aliquando mihi magis placuit & nonnulli ex Doct. suprà allegatis in primo casu, indistinctè affirmant magis communem opin. Doctorum esse, quòd nõ possit impugnare testamentũ neque distinguunt an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem fœminarum consideravit tantùm existentiam masculorum, & sic illa solà sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus. vide pro resolutione ea quæ dixi in d. q.

QVÆSTIO XLIII.

1 *Testamentum in quo filius est præteritus, an sit nullum etiam de iure prætorio?*
2 *Et an sit ipso iure nullum, priusquàm impugnetur à filio præterito?*
3 *Et quid si filius ipse præteritioni consentiat?*
4 *Et nunquid hæc approbatio præiudicet alteri ex filiis qui forte in minori parte fuerit institutus?*

1 NVnc prosequendo materiam, Quæro an hęc conclusio quæ habet, quod testamentum in quo filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locum non solùm de iure ciuili, sed etiam de iure prætorio? Respon. glo. in multis locis tenuit, quòd huiusmodi testamentum valeat de iure prætorio. Sed in contrarium est magis communis opin. vt dicunt Scribentes in d. l. posthumo. C. de contratab. & in specie Ias. nume. 28. & Dec. nu. 11. & Curt. Iun. nu. 50. & seq. & Zuccar. nu. 114. Neque obstat, quòd de iure prætorio aduersus tale testamentum detur bonorum poss. contratab. quæ est remedium rescissorium: & sic videtur præsupponi validitas testamenti, ex quo illud, quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contratab. datur potius ad declarandum testamentum nullum, quàm ad illud rescindendum, & saris dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit. & hæc est communis solutio, vt dicit Curt. Iun. in d. l. posthumo, circa nu. 56. vtilitas autem huius quæstionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum possess. ab intestato: puta, Vnde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur: secùs autem, præsupposito quòd testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure nullum, secundum magis communem opin. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando congerant in d. l. posthumo, quæ in practica parum, vel nihil valent.

2 Successiuè quæro, an tale testamentum in quo filius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum, antequam impugnetur ab ipso filio præterito? Resp. quòd sic: & est cõmunis opi. vt dicunt scribentes in d. l. posthumo, & in specie Alex. nu. 16. in fin. & Ias. nu. 23. & seq. & Cur. Iun. post nu. 45. & Riminal. nu. 5. & Zuccar. nu. 48. & seq. Alex. in l. si filius qui in potestate, nu. 1. ff. de lib. & posth. Gul. de Bened. in 1. par. repet. c. Raynutius, fol. 191. nu. 96. Vtilitas autem huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filiis est præteritus, & alij inæqualiter instituti, poterit ille, cui minus quã aliis relictum sit, etiam ipso filio præterito tacente, dicere testamentũ nullum, & omnia reducere ad causas intestati. & hæc est communis conclusio, vt ait Guliel. de Benedic. in loco prælegato nume. 100.

3 Sed quid si ipse filius præteritioni consentiat? Respõd. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso actu testamenti consensit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa præteritione valet testamentum. & hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. l. inter cætera, post nu. 11. ff. de lib. & posth. Ex quo enim principaliter, ob fauorem filiorum introductum est ne à patre in testamento prætereantur, cõueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) possint huic fauori renunciare. Intellige tamen, quòd valet solũ de æquitate prætoria, non aũt de iure ciuili: & ita esse cõmunẽ opi. attestatur Imol. in d. l. filio præterito, nu. 60. ff. de iniusto rupt. qđ est magni effectꝰ, vt dicã j. statim. Secundus verò est casus, qñ ante conditũ testm, vel tẽpore conditi testamenti, filius nõ consensit præteritioni, sed post cõditũ testm illud approbauit: & hoc casu tale testamentũ de iure ciuili remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris ciuilis,

uilis, testamentum quod à principio est nullum, nõ potest tractu temporis reconualescere: sed de iure prætorio secus est, nã ex æquitate prætoria, secuta approbatione filij, testamentum ipsum reconualescit. ita dicit Bart. in d. l. filio præterito, nu. 29. ff. de iniusto rupto. & est communis opi. vt dicit Imola in d. l. filio præterito, nu. 56. Clau. in l. 1. §. fin nu. 1. ff. de vulg. Boer. decis. 66. nu. 5. Curt. Iun. in d. l. posthumo, nu. 59. & seq. Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quib. etiam hodie est necessaria bonorum possess. nam ex huiusmodi testamento, cùm reconualidetur solummodò de iure prætorio, non autem de iure ciuili, non potest adiri hæreditas, sed tantùm bonorum possessio peti. & ita volunt communiter D D. vt dicit Corne. cons. 31. in litera P. libr. 2. Quòd est maximi effectus, vt dixi sup. §. bonorum possessio. Faciunt quæ dixi infrà q. 45. ver. Sed pone: & hæc conclusio, quòd filius præteritus possit testamẽtum ipsum approbare, indistinctè locum habet, siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue etiam extranei, nam vtroq; casu potest filius illud approbare. & ita communiter tenetur, vt dicit Imola in d. i filio præterito, pos. nume. 6. Vtroque enim casu militat ratio, ꝙ quilibet posse debet fauori suo renunciare, vt suprà dixi.

4 Sed pone, tu scis, quòd filius præteritus de iure ciuili habet ius dicendi nullum, & de iure prætorio habet bonorum possessionem contratabulas. Scias etiam, quòd præterito tacente, potest vnus ex institutis, cui fortè minus relictum sit, dicere testamentum nullum, vt dixi suprà versi. successiuè. Modò filius præteritus approbat testamentum. quæro, nunquid hæc approbatio ipsius præiudicet institutis, ita vt nõ possint amplius contratabulare? Respon. quòd nõ præiudicat quo minus ipsi adhuc possint intentare bonorum possessionẽ contratabulas ex persona ipsius præteriti. & hæc est communis opi. vt attestatur Ias. in d. l. posthumo, nu. 9. Boer. in d. decis. 96. nume. 8. Cur. Iu. in d. l. posthumo, numer. 61. Statim enim defuncto patre fuit illis ius quæsitum ad contratabulandum, & sic reducendum omnia ad causam intestati, meritò tale ius per ipsum præteritum non potest ab eis a elli: & licet hæc conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum.

QVÆSTIO XLIIII.

1 *Filia dotata instituta in sola dote sua, an tanquam præterita rumpat testamentum?*

1 SEd hic occurrit alia quæstio. Pone, pater dotauit filiam, deinde condidit testamentum, in quo ipsam filiam instituit in sola dote sua, nunquid talis, institutio valebit, an autem filia tanquam præterita poterit impugnare testamentum? Cùm enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis detrahenda, tanquam æs alienum, videtur in effectu potius præterita, quàm instituta. Contrariam tamen opi. scilicet quòd imò possit pater filiam in sola dote sua instituere, tenuit gloss. ordinaria quæ ad hoc semper allegatur in l. 3. §. sed vtrum, in verbo, patrimonium. ff. de minoribus: quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertran. consil. 183. post nume. 41. libr. 3. in secunda par. Et ita magis cõmuniter concluditur, vt ait Alex. cons. 177. nume. 11. lib. 2. Ita etiam communiter teneri affirmat Imol. in d. c. Raynutius. nu. 9. de testa. quem refert Io. Dile. de arte testandi, tit. 3. caut. 5. nume. 2. Alex. in l. pater filiam. in prin. nume. 7. ff. ad l. Falc. Hanc etiam opi. dicit esse communem Guli. de Bened. in 1. parte repe. c. Raynutius in verb. alterochæ filiæ vltra dotem. fol. 171. nu. 11. Alex. cons. 168. post nume. 11. li. & cons. 176. nume. 13. eo. vol. Guido Papa cons. 63. nu. 6. & cons. 98. nu. 1. Ias. in auth. nouissima nu. 46. C. de ino ff. test. Berous in d. c. Raynutius. nu. 133. & seq. Et dicit Specul. de instru. edit. §. vt autẽ. vers. Sed super forma, quòd ita obseruatur de generali consuetudine. Subdit tamen gl. quòd cùm cautela illam instituat in duodecim imperialibus, vnà cum dote, vt secundum omnium opin. valeat testamentum: & hoc iudicio meo tutius est, & ita etiam de facto obseruari attestatur Bart. in d. §. sed vtrum, in finalib. verbis, quem refert Ias. in d. auth. nouissima. nu. 15. Alber. in d. §. sed vtrum. nu. 4. & 5. vbi etiã dicit, ꝙ ita communiter tenetur. Et ita seruando euitabis omnes difficultates.

QVÆSTIO XLV.

1 *Testamentum annullatur etiam præteritione filij posthumi*
2 *Et quid si posthumus ipse viuo testatore decedat?*
3 *Et quid si nascatur in sexto, vel octauo mense?*

1 STat ergo ex supradictis firma conclusio, quòd testamentum in quo filius in potestate reperitur præteritus, est ipso iure nullum: quæ quidem locum habet, nõ solum in filio, qui tempore conditi testamenti iam natus esset, sed etiam in posthumo, scilicet in eo, qui tempore conditi testamenti nondum erat natus, vel testator ignorabat eum natum esse, vel putabat eum esse mortuum. & in hoc nulla est inter Doctores controuersia.

2 Sed pone, ꝙ huiusmodi posthumus viuo testatore decedat, nunquid adhuc testamentum propter illius præteritionem erit nullum? Respon. quòd de rigore iuris ciuilis testamentum remanet nullum, sed de æquitate prætoria reconualescit: text. est in l. posthumus. ff. de iniusto rupto. & est communis opin. vt dicit Imola in d. l. posthumus, nu. 2. & in d. l. filio præterito, post num. 60. & nu. 63. quem refert. Corn. cons. 176. in litera L. l. b. 2. Ias. in l. si quis eum. §. si suo testamento, nu. 8. ff. de vulga. Et ex hoc sequitur, quòd ex huiusmodi testamento non potest adiri hæreditas, sed tantùm peti bonorum poss. ita firmant communiter omnes, vt dicit Corn. in d. consil. 176. in litera L. in fin. quod nota, quia est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio: faciunt quæ dixi suprà, q. 43. vers. Sed quid si ipse.

3 Sed quid si iste posthumus nascatur in sexto, vel octauo mense, nunquid eius natiuitate rumpetur testamentum? Respon. quòd non, talis enim filius naturaliter viuere non potest. ita determinatur à Doctoribus magis communiter, vt dicit Socin. Iun. cons. 35. num. 12. & seq. libr. 2. meritò non rumpit testamentum. Est enim vera iuris conclusio, ꝙ filius, qui licet natus sit, naturaliter tamen viuere non potest, non rumpit testamentum. & hanc dicit esse communem opin. Socin. Iun. in d. cons. 35. nu. 15. Sic etiam videmus, quòd partus immaturus, & qui secundum iudicium obstetricum non potest viuere, habetur pro non nato, & ei succedi non põt, secundum magis communem opin. vt dicit Crauet. cons. 210. nu. 5. Eadémq; ratione huiusmodi partus immaturus, qui secundũ iudiciũ obstetricum viuere non potest, non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi. ita cõmuniter tenetur, vt dicit Socin. cons. 275. nume. 2. lib. 2.

quem refert Paris.cons.56.nume.9.lib.2.Hāc etiam dicit esse communem opin. Socin. in l. cum auus. nu.110.ff.de condi.& demon.quem refert Crauet.in d.cons,210.nu.6.Et dixi secundum iudicium obstetricum,quia in hoc an partus naturaliter viuere potuisset,vel non, standum est iudicio ipsarum obstetricum,tanquam peritarum in arte,vt dicit Bart.in d.l.Gallus.in princip. in fin.lib. verbis,est communis opi.vt attestatur Paris.in d.consil.56. nume:11.& nume.12.

QVÆSTIO XLVI.

1 *Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis?*
2 *Et quid si posthumus fuerit ignoranter præteritus?*

1 QVæro,tu scis,quòd clausula codicillaris sustinet testamentum nullum in vim codicilli. ita quod hæres,qui succedit ab intestato, censetur rogatus restituere hæreditatem per fideicommissum hæredi scripto,Pone,quòd in testamento, in quo filius est præteritus,sit inserta clausula codicillaris,nunquid eo casu: non obstante præteritione sustinebitur testamentum? Respo. gl.in d. auth.ex causa.in gl.fin.in fi.tenet,quòd vbi testamentum est nullum ex causa præteritionis,clausula codicillaris nihil operatur.& hāc opi.gl.dixit esse communem, Signo.cons.171.nume. 4. & potest esse ꝙ suo tempore hæc esset communis opi.sed si considerentur auctoritates DD. qui scripserūt vsque ad nostra tempora, proculdubio contraria opi. est magis communis.& ideo dicit Alexan. cons. 26. nume. 5. lib. primo,& consilio.142.nume.4.lib.2.quòd illam glos.damnant communiter Doct.Tenenda est ergo contraria opi.quòd scilicet testamētum,etiam hoc casu sustineatur in vim codicilli, & quòd filius præteritus,censeatur grauatus virtute clausulæ codicillaris, restituere per fideicommissum hæreditatem illi,qui est scriptus hæres in testamento:quam quidem opi.sequuntur communiter Scribentes,vt dicit Paris.cons.30.nu.11.lib. 3. Et eam dicit esse communem Bal.consil. 391.nu.4.li.3,quem refert Tiraq. in rep.l.si vnquam,in verbo, Donatione largitus, nu.273. C. de reuoc. dona.Cuman. cons. 126. circa prin. Alex.cons.41.nu.5.in fi.li.1.& cons.86.nu. 8.li.3. & in d.auth.ex causa,post. nu.13.Guliel.de Benedic. in 1.parte repet.cap.Raynutius,fol.205.nume. 242. Dec.in di.l.posthumo. C. de contrata.in 1. lectura, num. 10.in fi.& post nu.11.vers.Secunda est principalis.& cons.228.nu.2.& seq.& cons. 242.num.2.& seq.& cons.369.nu.2.& cons.490.post num,10.vers. Similiter non obstat,& cons.671.in fin.Cur.Iun.consil.148.num.10.& in d.authen.ex causa,nu. 69. Soci. Iun.consil.107.nu.24.lib.1.Zuccard.in repetit.dict.l. posthumo,nu.102.Et hæc conclusio est maximi effectus,quia licet dispositio auth.ex causa, non obstante præteritione,sustineat legata, & fideicommissa etiam vniuersalia,vt dixi inf. q.44.in principio,non tamen sustinet institutionem hæredis, & nunc pendet causa de facto, in qua testator cōdito testamento filium præteriit,& instituit hęredem extraneum,quem grauauit per fideicommissum hæreditatem alteri restituere, & ipso testamento apposuit clausulam codicillarem, prout communiter fieri solet:modò filius præteritus rumpit testamentum.hæres scriptus petit sibi restitui hæreditatem virtute clausulæ codicillaris, fideicōmissarius petit illā sibi restitui virtute fideicommissi vniuersalis, ex dispositione authent.ex causa, & adhuc sub Iudice lis est.

2 Et hæc quidem communis opinio satis de plano procedere videtur in præteritione filij iam nati. Cùm enim testator ipsum scienter præterierit,non videtur dubitandum,quin clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur, vt testamentum non obstante prꝫteritione sustineatur.& hanc dicit esse magis communem opi. Scribentium Soc. Iun. cons.29.nu.7.lib,3.Sed quid in posthumo, scilicet in eo,qui natus est post mortem testatoris,qui tamen nesciebat vxorem suam esse prægnantem, vel in eo qui natus est post conditū testamentū,vel (licet natus esset ante testamentum) tastator ignorabat eum natum esse,vel putabat esse mortuum,nūquid hoc casu clausula codicillaris operabitur, vt nō obstante eius præteritione testamētum valeat, & filius præteritus teneatur hęreditatem restituere hæredi scripto in testamento? Resp.hæc est ardua quæstio,in qua Doctores in varias sententias adeò diuisi fuerunt, vt aliquandò malè discerni posset quæ opi.esset magis communis, teste Curt.Iun.in d.auth.ex causa.nu.70.& Dec.cons. 409.infrà allegando.Et in primis multi tenuerunt, quòd etiam hoc casu locum habeat cōclusio superius facta,ꝙ scilicet clausula codicillaris operetur fideicommissum.& hanc opi. dixit esse communem Alex.in d. auth.ex causa.nu. 14. & in l. qui filiab. in prin. post nu.5.ff.de l.1.& cons. 26.post num,5.vers. Vel potest responderi. li. 1. & cons. 37.nu.3.eod. vol. quem refert Ruin.cons.194. nume.3.lib.2.Tiraq. in repet.l.si vnquam,in verbo,Donatione largitus. nume. 269. Ias.in dict. auth.ex causa. nume. 24. in d. l. qui filiabus.in princ.nume.33.Bertrand.consil.150. nume.3. in 1.parte,Apostil.ad Bartol.in l.1.sub nume. 10.ff. de iure codicil.Quæ opi.secundum aliquos multò magis tenenda esset,quando post ipsius posthumi natiuitatem testator tanto tempore superuixisset,quòd testamentum mutare potuisset, & tamen non mutasset,nam tunc (secundum eos) præsumitur in eadem voluntate,etiam nato posthumo per seueraſſe,& consequenter debet clausula codicillaris non obstante præteritione sustinere testamentum.& hoc casu istam opi, esse communem attestatur Dec.cons.490.nu.7.& 8.Idemq;si aliquo modo apparere posset,ꝙ testator tempore conditi testamenti in specie de futuris liberis cogitasset,nam & hoc casu (secundum eos) valeret testamentum virtutæ clausulæ codicillaris ,non obstante,ꝙ post humus fuisset ignorāter præteritus.& ita esse communem opin affirmat idem Dec. in allegato consil.490.post nu.6.Quinimò plerq; tenuerūt sufficere,si testator in genere de futuris liberis cogitasset & dixerunt satis coniici eum de futuris liberis cogitasse,quando verba clausulæ codicillaris sunt cō cepta etiam in futurum tempus:puta si non valet, vel valebit,&c.& ideo eo casu testamentum valere,non obstante præteritione posthumi ignorāter facta. & ita communiter teneri attestatur Ioan.de Montesperello in d.auth.ex causa.Hanc etiam opi. esse magis communem dicit Alexan. cons. 123. post nume.10.lib.1. & consil.42.nume.9.lib. 2. quod est duplicatum. cons. 103.lib.3.& triplicatum consil. 50.lib.6.Idem etiā dicit Alexan.consil.30. nume.1. lib.3,& consil.31.num.3.eod.volum.Aret.in l.ex ea. §.ex his, colum.2.vers. Super secundo. ff.de testa. Corn. cons. 118.circa fi.libr. 2. & consilio.158.col.10. in litera T.& V,eod.vol.& consilio 244.in litera G. in fi.eod.vol. & consil.133.in litera E.lib.3.& & consilio 235.in lite. Q.eo. volum. Contrariam autem

sententiam,quòd scilicet vbi posthumus fuit à testatore ignoranter præteritus, clausula codicillaris nihil operetur:tenuit Bart.in l.prima.num.10.ff. de iure codicill.& hanc op.dixit esse communem Barbat.consilio 60.col.10.lib.2.quem refert & sequitur Curtius Iunior in d.auth.ex causa.num.70. Io. Dilect.de arte testandi,tit.30.caut.10.nu. 3. Guliel. de Benedict. in prima parte repetit. c. Raynutius. in verb.in eodem testamento relinquens.j.fol.206.nu. 247.Rubeus consi.112.nu.2.& consilio 125.nu.2.& seq. referens ita etiam attestari Aret. in consi. 24. col.1. Socin.Iun.consi.154.in princ.lib.2. Apostill. ad Alexand.in d.consi.26. sub numero quinto , libro primo.Et dicit Ripa in repet.l.si vnquam,post nu. 44. C.de reuoc.donat.quòd plures Doct. maiores auctoritate tenent cum Bart. & hanc opin. ego semper tenui tanquam æquiorem,& veriorem , & quæ hodie proculdubio est magis communis.& illam,si casus contingeret, intrepidè sequerer iudicando, & consulendo. Quæ etiam multò magis sequenda esset, vbi tractaretur de auferendo huic posthumo ignoranter præterito,maiorem,vel etiam æqualem partem hæreditatis:tunc enim iudicio meo impiū esset dicere,quòd clausula codicillaris aliquid operaretur.& ita hoc casu opinionem Bart. esse magis communem fatetur Aret. cons. 188. quod est cons. vlt.nu.7.Socin.cons.94.nu.35.in fine,libr.4.Et in specie,quando pater non habens filios,fecit magna legata,quòd nato deinde posthumo præterito, testamentum non sustineatur,dicit esse communem Iurisconsultorum huius ætatis olim celeberrimus D. Andreas Alciatus, præceptor meus , in tractat. de præsumpt.in prima regu.in 13.præsumpt.nu.1. Ego verò,vt dixi, teneo indistinctè conclusionem Bart. siue legata sint magna,siue parua , & siue testator de futuris liberis cogitauerit,siue non.& consequēter,siue clausula sit concepta per verba præsentis temporis,siue etiam per verba futuri temporis , & siue testator post agnationem posthumi superuixerit,siue non:& ab ista opinione in practica non recedas,quæ vt dicit Socinus in loco prædallegato,est magis æqua,rationabilis,fauens filiis, & secundum verisimilem mentem testantis : & illam in facto secuti fuerunt iudicando,duo Senatores huius Senatus Mediolani , vt refert Iason in dicta authent.ex causa.nume.24.& intellexi quòd hanc opinionem indistinctè vti veriorem,& humaniorem semper secutus est Senatus.& hic fuit primus articulus,super quo consului,post assumptas insulas Doctoratus.& ita fuit iudicatum. Vide quæ dixi j. quæst. 52. vers. Sed quid si posthumus.

QVÆSTIO XLVII.

1 *Filio à matre,vel ascendentibus per lineam maternam præterito,an testamentum valeat?*

1 HActenus de filio per patrem præterito dictum est:quæ omnia etiam in auo & aliis ascendentib. per lineam paternam locum habent. Quæro nunc,quid de filio per matrem , aut ascendentes per lineam maternam,præterito? & in hoc fac conclusionem,quòd mater tenetur instituere,vel exhæredare filium: aliàs , si filius sit à matre præteritus, testamentum est nullum.ita concludunt communiter Scribentes,vt dicit Sapia in Rubr.C. qui admitti.nu.58.Hanc tamen conclusionem intellige,vt procedat,quando mater,vel auus maternus præteriit filium,vel nepotem,in testamento,nulla inserta causa:nam eo casu proculdubiò testamentum est nullum. & ita tenent communiter Doctores omnes vbique, vt dicit Corneus , cons. 118. in litera A. lib.2.Sed si in præteritione sit inserta causa legitima,eo casu præteritio habetur pro exhæredatione Ita dicit glo.ordinaria,de qua suprà in nonnullis locis feci mentionem in §.exhæredatos,in verbo,Voluit,in auth.de hær.& Falci.quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Bertran.cons.1.nu.4. lib.2. in 2.parte,& cons.23.nu.2.eo.vol.

QVÆSTIO XLVIII.

1 *Filius an liceat patrem,aut ascendentes per lineam,paternam,præterire,aut exhæredare?*
2 *Et quid si testentur de peculio castrensi?*

1 QVæro nunc,quid è conuerso,an liceat filiis exhæredare aut præterire parentes suos? Resp. distinguendum est inter patrem,& ascendentes per lineam paternam & matrem, & ascendentes per lineam maternam,Quò ad patrē, & ascendentes per lineam paternam,dic,quòd si pater est à filio exhæredatus sine causa,testamentum est ipso iure nullū, si verò est adiecta exhæredationi causa ingratitudinis,valet testamentum mero iure : sed si ipsa causa non probetur,potest à patre impugnari per querelam inofficiosi : si autē pater sit præteritus à filio in potestate , tunc siue adiecta sit præteritioni causa, siue non,semper testamentum est ipso iure nullum. Si verò sit præteritus ab emancipato , tunc si non est adiecta causa,pariter testamentum est ipso iure nullum,sed si est adiecta præteritioni causa , valet testamentum , sed potest pater illud rumpere per contratabulas.& hæc est communis opin.vt attestatur Gul.de Benedi.in prima parte repet. c. Raynutius,fol.207.nu. 251. in fin. à qua non esset propter fantasiam Bart.in iudicando , recedendum , vt ait ipse Benedict.

2 Et hæc omnia intellige,vt procedant , non modo si filius testetur de peculio quasi castrensi , de quo potest testari,non obstante, quòd sit filiusfamilias vt dixi suprà q.18. sed etiam , si testetur de peculio castrensi:nam hodie non potest filius in potestate condens testamentum,de peculio castrēsi,vel quasi parentes suos præterire,aliàs si eos prætereat , siue cum causa,siue sine causa, testamentum est nullum si verò eos exhæredet , est locus querelæ. ita tenet glo.in l.fin.in verbo,Testamenta.C.de inoff.testam. & ita communiter tenetur vt dicit Fulgos.in repet. auth.ex causa,nu.7. Hanc etiam opin.dicit esse cōmunem Alexan.in l.nemo.in fi.C.qui testamen.fac. poss.1af.in d.l.fin.nu.5.C.de inoffic. testa. Curt. Iun. in d.auth.ex causa, nu. 49. Ripa in l. centurio post nu.43.ff.de vulgar.& pupillar.

QVAESTIO XLIX.

1 *Filius an liceat matrem,vel ascendentes per lineam maternam præterire,aut exhæredare?*
2 *Et quibus ex causis?*

1 QVò verò ad matrem , vel ascendentes per lineam maternam,dic, quòd filius non potest matrem sine causa præterire, neque à legitima excludere.ita communiter tenetur, vt dicit Guliel. de Bened.in secunda parte repet.cap.Raynutius.in verb.si absque liberis.ij. fol.46.post num. 30. Cæterùm cum causa bene potest , & talis præteritio pro exhæredatione habetur. §. sancimus. in auth.vt cū de appellat.cognosc.

2 Quæ autem sint causæ , propter quas filij possunt parentes exhæredare,aut præterire.vide in d.§.sancimus

cimus.cum ibi not.

QVÆSTIO L.

Frater à fratre præteritus,aut exhæredatus non impugnat eius testamentum,nisi in eo sit instituta turpis persona.

2 *Et an rumpatur eo casu in totum,an autem vsque ad legitimam tantum?*

3 *Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit,deinde turpem personam hæredem instituerit.*

1 SVccessiue quæro, quid in collateralibus? Respon.quòd in illis non est tractandum de præteritione,aut exhæredatione.Non enim tenetur frater fratrem in testamento hæredem instituere.Et ideo,siue frater sit præteritus,siue exhæredatus, nó potest aliquo modo testamentum fratris impugnare: vno tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam turpem personam hæredem instituit,nam eo casu datur fratri præterito querela inofficiosi.Et de his omnibus habes text.qui est.clatis in hac materia,in l.fratres,C.de inoff.testa.

2 Sed quæro,nunquid per huiusmodi querelam testamentum rumpatur in totum, an autem vsque ad legitimam tantum ipsius patris,quæ est quarta pars ipsius hæreditatis,vt dixi suprà hoc eod.lib.§. legitima.Respon.quòd odio ipsius turpis personæ institutæ, testamentum rumpitur in totum.& hæc est communis sentẽtia,vt dicit Iason. in d.l.fratres, n.8.quem refert Affl.decis.204.nu.2.& iudicio meo extra propositum,& ideo aduerte,ne æquiuoces,vt faciunt multi in hoc articulo. Aut enim frater in suo testamento, in quo turpem personam hæredem instituit,nihil fratri reliquit:& hic est vnus casus,de quo loquitur Ias.in d.l.fratres,nu.8. Aut verò aliquid reliquit, & hic est alius casus,de quo loquit Affli.& in loco præallegato, & de hoc tractat Iaso. in d.l.fratres,post nume.2.vers.3.extende,non autem,nu.8.prout ipse illum allegat,& de hoc statim dicemus.

3 Pone ergo,quòd frater in testamento aliquid legati nomine fratri reliquerit,deinde turpem personam hæredem instituit:quæro, nunquid hoc casu, adhuc competet fratri querela ad rescindendum testamentum in totum,an autem solummodo poterit agere ad supplementum legitimæ? Respon.in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opi.nam aliqui tenuerunt,quòd testamentum rumpatur in totum:& fuit opi.Gul.de Cun.in d.l. fratres,quam dicit esse communem Ias.cons.71.nume. 3.lib. 1.Dec. cons.530.nu.13.Contrariam verò opi. scilicet quod hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitimæ,tenuit Ang. in l. j.ff.de inoff.testam. & hãc dicit esse magis communem opi.Paris. cons. 64.nume.26.lib.3.& secundum istam opi.Ang.in facti contingentia,iudicauit Cons. Neapolitanum,teste Afflic.in allegat.deci.204.& certè licet hęc opi. videatur æquior,quia magis fauet testamento, nihilominus mihi semper placuit contraria opi. s.ꝙ rumpatur in totum.Nam dispositio l.fratres,non solùm fundatur in fauore fratris, sed etiam in odio personæ institutæ:neque verum est,quod ita tenendo,esset melioris conditionis frater quam filius, quia imò idem esset in filio,si non esset institutus, sed tantum legati nomine aliquid ei relictum fuisset,nam,& ipse proculdubio impugnat testamentum in totum,non autem petit supplementum legitimæ,vt dixi suprà.q.38.& licet fauendum videatur dispositioni testatoris, tamen vbi irrationabilis est,vt in hoc casu,in quo testator prætulit turpem personam fratri,potius esse fauendum illi,qui ab intestatò fuisset successurus:& si casus contingeret,ita consulerem,& iudicarem, licet Cur.Iun.in d.l.1.nu.6.dicat,quòd requisitus,vt consuleret,in casu in quo scripsit Dec.in allega.cons.530. recusauit cõsulere.Possunt tamen in hoc proposito considerari tres casus,& hoc modo distinguendo, omnes opi. ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta, nihil relictum est fratri,& tunc per querelam rumpit testamentum in totum,& ita procedat,quod dictũ est suprà ver. sed quæro.Aut reliquit aliquid,sed non titulo institutionis,& tunc pariter rumpit in totum ad exemplum descendentium.Licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neque eis aliqua legitima debeatur,est tamen speciale,vt dixi, quando turpis persona est instituta, quia eis debetur legitima:& consequenter non est impertinens dicere,quòd talis legitima sit eis relinquenda titulo institutionis.& ita procedat opinio Guliel.de Cun. quam ego sequor.Aut verò, & hic est tertius casus,reliquit titulo institutionis,sed minus legitima,& tunc procedat opi.Ang.& sequacium.Cogita.

QVÆSTIO LI.

1 *De præteritione patroni per libertum in testamento facta*

1 ESset etiam hoc loco aliquid dicendum.de præteritione patroni per libertum in testamento facta:sed quia hæc materia patroni,& liberti ferè in desuetudinem abiit, remitto te ad notata in §. Sed nostra.Institu.de succeſſ.liber.cum similibus.

QVÆSTIO LII.

1 *Testamentum nullum ex causa præteritionis vel exhæredationis,hodie annullatur tantùm quo ad institutionem, cætera autem firma manent.ex dispositione auth.ex causa C.de lib.præter.*

2 *Et quid in præteritione facta per patrem,aut alios ascendentes per lineam paternam.*

3 *Et quid in præteritione filij posthumi?*

4 *Et quid si huiusmodi posthumus sit ignoranter præteritus?*

5 *Et quid si sit præteritus frater,& turpis persona instituta?*

6 *Et quid si exhæredatio facta sit cum causa, quæ tamen deinde probata non fuerit?*

1 PRæcedentibus quæstionib.visum est, quemadmodum testamentum ex causa præteritionis, vel exhæredationis reddatur nullum,vel impugnari possit.Nunc sciendum est, quòd licet secundum iura antiqua testamentum annullaretur in totum, scilicet tam respectu institutionis, quàm legatorum,& aliorum quæ in ipso testamento continentur:Hodie tamen quò ad institutionem benè annullatur,iuxta dispositionem iuris antiqui,sed cætera in testamento contenta firma manent:& hoc ex dispositione vulgatæ auth. ex causa .suprà multoties allegata.& ita tenent communiter omnes nemine discrepante,vt dicit Paris.consil.60.nume.36. lib.2.& consil.64.nume.20.eo.vol.ex quo enim iniuria facta filio præterito, vel exhæredato, erat tantùm circa institutionem,valde rationabile fuit, vt in ea tantùm parte annullaretur, in qua peccatum fuerat.

2 Et quia hæc materia est ordinaria in scholis, & valdè trita,breuiter attingendo tantùm principales conclusiones Doctorum, dico,quòd dispositio d.Auth.proculdubio locum habet in præteritione facta de filio per matrem,aut alios ascendentes per lineam

lineam maternam:quæ quidem præteritio, si facta sit cum causa,habetur pro exhæredatione, vt dixi sup. q.47.& ita tenent communiter omnes Scribentes, vt dicit Paris.in d.cons. 60.nu. 12.ita etiam communiter teneri affirmat Imo.in l.filio præterito,nu.30.ff.de iniusto rupto,Sed quid in præteritione facta per patrem, vel alios ascendentes per lineam paternam? Respon.aliqui dixerunt,quod nó, sed quòd tantummodo locum habet in præteritione materna.& hanc opi.dixit tenere Doctores omnes,Cyn.in d.l.filio præterito.ff.de iniust.rup.Sed in hoc Cy.verum non dixit,vt affirmat Bald.in d. l.filio præterito,post n.2.quem refert,& sequitur Imo. in ea.l.filio præterito,post nu.7.Tenendum est igitur, quòd dispositio d. Authenticæ locum habet, etiam in filio à patre præterito:quam opi. dicit esse communem Imol.in d.l.filio præterito, nu. 12.& seq. & hæc conclusio locum habet, siue talis filius à pãtre præteritus, sit in potestate patris constitutus,siue sit emancipatus: & ita in filio in potestate, concludit Bar.in d.Auth.ex causa,nu.2.& est communis opi.vt dicit Alex.in d. Auth.ex causa, nu.15. Cor.cons.188.col.2.in litera D. lib. 2.Ias.in d.Auth. ex causa,nu.1.Idem in filio emancipato tenet Bar. in d.Auth.ex causa,nu. 8.& ita communiter teneri attestatur Apostill.ad Bar.ibi,pariter sub nu.8.Hãc etiam esse communem sententiam dicit Ias. in ea. Authen. ex causa.nu. 7. Esset enim valdè inconueniens,vt esset melioris conditionis filius emancipatus,quàm suus.Et licet circa hæc multa disputando dici possent,tamen in practica temerarium esset illa in dubium reuocare.

3 Item quæro, an dispositio d. Auth. locum habeat tàm in præteritione filij iam nati,quàm in præteritione posthumi?Resp.ꝙ sic:& quòd habeat locum in præteritione filij iam nati à patre scienter facta, tenuit Bart.in d.Auth.ex causa,nu.4.& hæc est communis sententia, vt ait Curt.Iu.in d. Auth,ex causa, nu.6.& seq. Quòd autem habeat locum etiam in præteritione posthumi, tenuit Bart.in ea. Auth.ex causa,nu.6.licet loquatur,quando scienter fuit præteritus.& ita communiter teneri attestatur Imola in c.cum esses,nu.26.de testa.Hanc etiam opi.dicit esse communem Alex. in d. Auth, ex causa. nume. 17.Cor.in d.cons.158.col.4.in litera R.lib. 2.& cons. 244.in litera G.eo.volu.Ias.in d.Auth.ex causa,n.2. Bertran. consil.150.nu.1.li.3.in 2.par. Cur. Iun. in d. Auth.ex causa,nu. 12.& seq.Paris.cons.60.nu.9.li.2. & cons.64.nu.6.eo.vol.& hoc ferè omnes fatentur.

4 Sed quid si posthumus sit ignoranter præteritus, nunquid etiam hoc casu locũ habebit dispositio d. Auth.ex causa?Respon.ꝙ in hoc articulo Doctores fuerunt multũ varij:multi enim tenuerunt,ꝙ etiã hoc casu locum habeat.& hanc opin.dicit esse cõmunẽ Paris.in d.cons.60.nu.13.& cons.61.nu.14 eo. lib.& in d.cons.64.nu.8.Contrariã verò sententiam, scilicet quòd imò dispositio d.Authen.non habeat locũ vbi posthumus sit ignoranter præteritus,teste Bart.in d.Auth.ex causa,nu.4.& hanc opi.dicit esse magis communiter approbatã Iason, in d. Auth.ex causa, nu.3.& seq.quẽ refert Bertran.cõs. 150.nu.2.lib.2. in 2.par.Hanc etiã dicit magis esse communẽ Aret.consil. 158. quod est cons. vltimũ, prout illũ refert Tiraquel.in repet.l.si vnquã,in verbo,Donatione largitus,nu.263.Gul.de Bened. in 1. parte repe.c.Raynutius,fol.204.nu.232.& seq.Cur. Iun.in d.Auth.ex causa,nu. 17. Apostil. ad Bar.in d Auth.ex causa, sub nu.4.& hæc opi. mihi semper placuit,tanquam verior,& æquior,& magis fauens filiis.& adhærens verisimili menti testatoris, quæ etiam proculdubio est magis communis, & ideo ab ea in practica non recedas, si vis rectè iudicare, & in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi suprà q.46.vers. Et hæc quidem.quæ omnia possunt ad hanc quæstionem satis accommodari.

5 Sed quæro,tu scis,ꝙ frater præteritus, à fratre,si turpis persona sit instituta,potest testamentum fratris per querelam rescindere,vt dixi suprà q.50.nunquid etiã hoc casu erit locus dispositioni d. Auth. ex causa, vt scilicet legata, & cætera in testamento ipso contenta præter institutionem conseruentur? Resp.Hæc est ardua quæstio & quæ indigeret decisione Imperatoris, vt sentire videtur Sal. in l.fratres,nu.9.C.de inoff.test.Communis tamen sententia videtur esse,ꝙ isto casu non habeat locum dispositio d.Auth.sed ꝙ simul cum institutione omnia corruant,teste Ias.in d.l.fratres, nu.3. Quæ tamen opi.mihi semper visa fuit terribilis. Videtur enim (iudicio meo) valde iniquum, ꝙ filius prætritus, rumpens testamentum paternum, teneatur præstare legata,& fideicommissa,non autem frater rumpens testamentum fratris: & sic collaterales sint melioris conditionis,quàm descendentes. Nec quidquam facit,quòd in correctoriis non fiat extensio,etiam ex maioritate rationis,quia posset dici,verba ipsius authenticæ esse generalia,& absque vlla extensione comprehendere casum nostrum. Præterea illa conclusio, quòd in correctoriis non admittatur extensio,etiam ex maioritate rationis, non est sine controuersia:& multi attestantur communẽ opi.esse in contrarium:& habet etiam multas limitationes, quæ possunt ad hoc propositũ optimè accõmodari, vt latè dixi suprà lib. 1. Ideò si casus contingeret in facto, credo quòd non peccaret mortaliter Iudex qui iudicaret contra hanc communem sententiam.

6 Sed nunquid generaliter quocunque modo testamentum impugnetur ex causa exhæredationis, habebit locũ dispositio d.Auth.ex causa? Respon. ꝙ in hoc articulo aliquando fuerunt opi. Nam gl. communiter tenuerunt ꝙ vbi exhęredatio facta est cum causa,quæ deinde nó probatur legitima (quo casu testamentum rescinditur per querelam inofficiosi, tanquam conditũ à demente) quòd non sit locus dispositioni d.Auth.& hanc opi.dixit esse cõmunem.Signor.cons.171.nu.8.in fi.prout illum refert Curt.Iu.in d.auth.ex causa,nu.68.Cõtrariã autem sententiam,scilicet quòd siue exhæredatio facta sit nõ inserta causa legitima,siue causa sit inserta,sed per hæredẽ nõ probata,semp sit locus dispositioni.d.Auth.tenuit Bar.in d.auth.ex causa.nu. 9. & quidquid dicat Signor. in alleg. cons. ita communiter tenetur,vt affirmat Corne.in d. cons. 158. col.5.in litera T. lib.2.& conf 225. in litera E.lib.3. Ias. in Auth. ex causa, post nume. 8. vers. Sequitur tex.Hanc etiam opi.dicit esse communem,Imol.in d.l.filio præterito, nume. 32.ff.de iniusto rup.Alex. in d. Auth. ex causa, nume.8.Vtroque enim casu militant verba ipsius Authenticæ, & eadem quoque ratio.

QVÆSTIO LIII.

1 *Institutio facta in re certa an sustineatur ex dispositione Auth.ex causa.*

1 SEd quia tex.in d.Auth. dicit, quòd testamentum irritatur,quantum ad institutionem quæro,

Universidad de Deusto

10, nunquid irritetur etiam institutio facta in re certa? Respon. quòd quatenus talis institutio sapit vim legati, sustinetur ex dispositione d. auth. quatenus autem potest habere vim institutionis, annullatur. ita tenet Bart. in d. Auth. ex causa, num. 15. & est cómunis opi. vt dicit Alex. in ea. Auth. ex causa. nume. 7. Rubeus cons. 164. nu. 6. Ideo si pater, præterito filio, instituat aliquem in re certa, nullo dato cohærede vniuersali, iste institutus in re certa, habebit solummodò illam rem, in qua fuerat institutus, quatenus autem potuisset per ius accrescendi habere reliquum hæreditatis, non sustinetur eius institutio, vide in hoc proposito quando institutus in re certa sit loco legatarij, vel loco hæredis, quæ dixi suprà. §. Institutio.

QVÆSTIO LIII.

1 *Legata seu, fideicommissa vniuersalia, nunquid sustineantur ex dispositione Auth. ex causa?*
2 *Et an substitutiones pupillares, vel exemplariæ?*
Et quid si factæ sint ipsimet filio præterito? ibidem.
3 *Et an legata facta ipsi filio præterito?*
4 *Et an legata facta turpibus personis?*
5 *Et quid de legatis factis in codicillis?*
6 *Et an huiusmodi legata quæ sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa petantur ex testamento, vel tanquam ab intestato?*

NVnc videdum est, quia text in d. Auth. ex causa. simpliciter dicit, cætera firma manent, an generaliter omnia contenta in testamento præter institutionem, sustineantur: & quidem de relictis particularibus, nulla est inter Doct. controuersia. Sed quid in legatis vel fideicómissis vniuersalibus? Resp. quòd etiam illa sustinentur, ex dispositione d. Auth. ita tenuit Bart. ibi, nu. 18. & ad hoc allegatur gl. in d. l. ita tamen. §. quoties, in verb. compelli debet. ff. ad Treb. quam dicit esse cómuniter approbatã Soc. cons. 92. nu. 3. lib. 4. Et ita communiter teneri attestatur Imo. in d. l. filio præterito, post nu. 36. ver. an autem cóprehendat. Claud. in d. l. ita tamen. quam legit, cum l. omnib. §. quoties, num. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexan. in d. Auth. ex causa, nume. 8. Ias. in d. Auth. ex causa. post num. 6. vers. Quintò limita, & nu. 11. Dec. cons. 95. nu. 3. Gul. de Benedic. in 1. parte repet. c. Raynutius. in verb. in eod. testamento. fol. 205. nume. 237. Curt. Iun. d. Auth. ex causa, post nu. 54. vers. Tertiam conclusionem. Paris. cons. 60. nu. 11. lib. 2. & cons. 61. nu. 11. eo. vol. & cons. 64. nu. 8. eo. vol. Talia enim fideicommissa non impediunt successionem intestati, & ideo, sicut filio instituto potuisset imponi onus fideicommissi, neq; propterea illi diceretur esse facta aliqua iniuria, ita etiam debet in prejudicium præteriti sustineri, cui satis esse debet, si institutio ipsa corruit.

2 Quæro etiam, nunquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplariæ factæ filiis in ipso testamento? Respon. q; sic: ita tenet Bart. in d. Auth. ex causa, nu. 16. & ita magis communiter tenetur vt dicit Bertran. cons. 139. post nume. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imol. in c. Raynutius, nu. 99. de testa. Alex. in d. l. 1. §. fi. nu. 5. de vulg. Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 10. Claud. in d. l. 1. §. fi. nu. 3. Tales enim substitutiones non impediũt successionem ab intestato, vt superius de fideicommisso dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano procedit, quando talis substitutiò pupillaris est facta alteri filio. Sed quid si facta sit ipsimet filio præterito? Respon. q; pariter sustinetur. & ita est communis opin. vt dicit Clau. d. §. fi. nu. 5. Gul. de Benedic. in 2. parte repet. c. Raynutius in verb. si absque liberis moreretur. j. fol. 39. post num. 66. Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est meritò ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam dicetò succeditur ipsi testatori, illa enim procul dubio irritatur, sicut & institutio, aliàs hoc casu dispositio ipsius aut redderetur elusoria, quia substitutus vulgaris admitteretur in defectum instituti, & filius præteritus adhuc remaneret excluſus.

3 Præterea quæro, nunquid sustineantur etiam legata facta ipsi filio præterito, vel exhęredato? Respon. quòd non: ita tenet Barto. in d. Authen. ex causa, nu. 19. & est communis opi. teste Roman. cons. 516. nu. 10. quem refert Goza. cons. 49. nume. 19. Corne. cons. 62. col. 2. in litera F. libr. 2. Ias. in d. Authen. ex causa, nume. 14. & seq. Ripa in l. 2. post nu. 33. ff. de vulga. Io. Nic. Arelaten. in 2. cons. posito post titu. de secun. nup. nume. 3. Qui enim testamentum impugnat, indignus est, vt aliquid ex eo consequatur.

4 Item quid dicendum de legatis, quæ in ipso testamẽto facta sunt per testatorem turpibus personis, nunquid, & ipsa sustinentur ex dispositione d. Authenticę ex causa? Respon. quòd non: & est communis opi. vt attestatur Rubeus in rep. l. Titia. §. Imperator. num. 92. ff. de lega. 2. Sunt enim huiusmodi personæ legibus odiosæ. l. fratres. C. de inoffic. testa. & faciunt in proposito ea, quę dixi suprà q. 52. vers. Sed quæro.

5 Sed pone, testator fecit codicillos, in quibus multa legata fecit diuersis personis, deinde condidit testamentum, in quo filium præteriit, vel nulliter exhæredauit, modo filius impugnat testamentum, quæro, an ex dispositione d. Auth. ex causa. sustineãtur etiam illa legata facta in codicillis? Respon. q; sic: ita tenuit gl. in l. j. in verbo. literas. C. de codicil. quam dicit esse cómuniter approbatam Cur. Iun. in d. Authẽ. ex causa, post nu. 62. Semper enim quãdo quis decedit testatus, codicilli, siue ante testamẽtũ, siue post testamentum conditi sint, accipiũt robur in testamento, & ab ipso pendere dicuntur, meritò de istis legatis idem est iudicandum, ac si in ipsomet testamento relicta fuissent.

6 Pro complemento huius materię quęro, nunquid legata, quę sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa petantur actione ex testamento, an autem tanquam ab intestato, dixi suprà. §. legatum.

QVÆSTIO LV.

1 *In testamẽto regulariter interuenire debent septem testes.*
2 *Et an fœmina possit esse testis in testamento?*
3 *Et quid de iure canonico?*
4 *Et quid in testamento inter liberos?*
5 *Et in testamento militis?*
6 *Et an in codicillis?*
7 *Monachi, & mẽdicantes nunquid possint in testes adhiberi in testamento?*
8 *Legatarius an possit esse testis in testamento?*
9 *Filius an possit pro parte testificari in testamento?*
10 *Testis inhabilis qui communi opinione reputatur habilis, potest in testamento adhiberi.*

EX his, quę proximis quęstionibus tractata sũt. habes satis declaratum primum requisitũ ad testamenti validitatem, scilicet institutionem hęredis. Nunc ad alia transeundo, scire debes, q; regulariter in testamento debent interuenire septem testes l. hac consultissima. C. de testamen.

2 Scias tamen, quòd licet regulariter omnes personæ tàm masculi, quàm fœminæ, possint esse testes in quolibet actu humano modò aliàs sint idonei, tamen in testamento est speciale, quòd aliquæ personæ interuenire non possint, de quibus in l. qui testamento, la 2. ff. de testa. & similibus, Et in primis mulieres non possunt ad condendum testamentũ in testes adhiberi, & hoc quidem de iure ciuili est expeditũ. est enim de hoc tex. expressus in d. l. qui testamento. §. mulier. & ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt dicit gloss. in d. §. mulier. in verbo, Non poterit, quam omnes Doctores sequũtur nemine discrepante, dicit Bellon. consi. 14. nu. 8. & quotidie docet experientia, ideo lex in actu adeò præiudiciali, & in quo sępè solent committi falsitates, & fraudes, de eius integritate non confidit.

3 Sed quid de iure canonico? Respon. si quæratur de testamento condito ad pias causas, res non habet difficultatem, quia in illo absolutè mulier potest testificari, vt dixi suprà q. 6. versi. Tertiò infertur. & ita obseruandum est in vtroq; foro. Sed quid si testamentum sit conditũ ad causas prophanas, nunquid mulier de iure canonico poterit in eo testis adhiberi? Respon. q; in hoc articulo Doctores sunt varij. Multi enim tenuerunt, q; sic: & hanc opi. dicit esse communem Paris. consil. 51. num. 16. lib. 3. Crottus de testib. in 1. part. nu. 10. prout illum refert Didacus in d. c. cùm esses, nu. 14. de testa. Multi etiam tenuerunt contrarium, scilicè quòd immo etiam de iure canonico, mulier in testamento condito ad causas prophanas, nõ possit esse testis. & hanc opinio. dicit esse communem Alex. cons. 84. in fin. libr. 2. prout illum refert Io. Dilect. de arte testan. tit. 2. cau. 2. nu. 7. Ego tamen non reperio Alex. in allegato cons. 84. quod est duplicatum in cons. 177. lib. 2. at testari de communi opi. licet, nu. 5. videantur hoc sentire, & alleget plures autoritates pro hac parte. Fortè melius in ꝓposito posset allegari idẽ Alex. cons. 70. nu. 13. eo. vol. 2. quod est appendix, siue cõfirmatio illius cons. 84. suprà allegati, vbi hoc idem tenet, & valde miratur de quodam consulente qui dixerat communem opi. esse in contrarium. Hanc etiam opi. dicit esse communem Bello. cons. 14. post nume. 8. quam ego etiam sequor, tanquam veriorem, & magis communem. Vbicunque enim non reperitur aliqua dispositio iuris ciuilis expressè immutata à iure canonico, non debemus inducere impugnantiam inter ius canonicum, & ciuile, vt dixi suprà, lib. 10.

4 Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos, an in eo possit mulier in testem adhiberi? dixi suprà q. 8. versic. Secundò infertur.

5 Sed hic quæro etiam, an in testamento militis mulier possit esse testis? Resp. q; sic. & est communis sententia, vt dicit Bauer. in §. planè, nu. 5. Institut. de testam. mili. Est enim in testamento militis remissa omnis solennitas iuris ciuilis, vt dixi suprà q. 15.

6 Item quæro, an mulier possit esse testis in codicillis? dixi suprà §. codicillus.

7 Vlterius quæro, nunquid monachi, & fratres mendicantes possint in testamentis testes adhiberi? Respon. quòd sic: & ita se habet communis obseruantia, & consuetudo, vt attestatur Natta in repet. §. ex imperfecto, post nu. 181. subdens, quòd est valde rationabilis, quia solent à testatorib. adhiberi tanquã legatiores, sub spe, quòd eorum voluntates non reuelent, licet quandoque contrarium contingat.

8 Præterea quæro, nunquid legatarius possit esse testis in testamento? Respon. aut quæris, an si in numero septem testium, qui fuerunt adhibiti in testamento, reperiatur aliquis descriptus, cui testator in testamento legatum reliquerit, an testamentum ipsum valeat, tanquam confectum cum solemni numero testium: & dic quòd procul dubio testamentum erit nihilominus validum, & solenne. d. l. qui testamento, la 2. in princip. ff. de testamentis. Aut quæris, si agatur de probando per testes ipso testamento, vel legato, an legatarius sit idoneus testis. & in hoc remitto te ad ea quæ latè dixi suprà. libr. 2. §. testis. q. 9.

9 Sed nunquid filius poterit pro patre testificari in testamentis? Respon. absolutè, quod non: siue filius sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio hæres in testamento institutus. ita tenet Bar. in d. l. qui testamento. §. quæcunque, nu. 2. & est cómunis opi. vt dicit Aret. in eo. §. quæcunque, post nu. 6. versic. & contra illam. & meritò filius est in hoc suspectus, cùm secundum communes regulas, censeatur vna & eadem persona cum patre.

10 In hoc etiam proposito nota vnũ, quod superiorib. diebus contingit in practica, q; si aliquis aliàs inhabilis adhibeatur in testem in testamẽto, puta, quia sit infamis vel seruus, qui tamen non reputabatur communi opinione pro seruo, neque pro infami, valet testamentum. ita dicit gl. not. in l. cum lege, in gl. fin. in fin. ff. de testam. quam sequuntur communiter Scribentes, vt attestatur Alexan. in l. 1. nu. 11. C. de testamen. Semper enim inclinare debemus in sententiam, secundum quam vltima testatoris voluntas conseruatur, & sustinetur.

QVÆSTIO LVI.

1 *Regulariter in testamento interuenire debẽt septẽ testes?*
2 *Et an huiusmodi numerus testium sit de substantia ipsius testamenti.*
3 *Et quid tempore testis?*
4 *Et quid in testamento condito inter liberos?*
5 *Et quid in testamento condito ad pias causas?*
6 *Et quid in testamento condito à rusticis?*
7 *Et quid si quis testetur coram Imperatore?*
8 *Et an sufficiant sex testes, & Notarius?*
9 *Et quid si adsit statutum, quòd testamentum possit fieri coram quinque testibus?*

1 NOn sufficit testes, qui in testamento adhibiti sunt esse idoneos, nisi etiam sint secundum numerum à lege constitutum: licet enim regulariter in quolibet actu duo testes sufficiant, iuxta illud: in ore duorum vel trium, &c. tamen in testamentis, in quibus, vt dixi, sæpissimè fiunt fraudes, & falsitates, requiritur, q; ad minus septem testes interueniant.

2 Et scias, quòd iste numerus testium, non solùm est de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali. Ita tenet Bar. in l. nemo potest, in prima oppo. ff. de leg. 1. & est communis opi. vt attestatur Ripa. in d. l. nemo potest. post nu. 27. Didacus in c. cum esses, num. 8. de testa. & hoc est maximi effectus. Nam si non esset de forma substantiali, posse testator in suo testamento iubere, vt licet confectum esset cum minore numero testium, valeret: quod tamen facere non potest, vt concludunt communiter DD. in allega. l. nemo potest. Est etiam in alio magni effectus: quia si esset de forma probatoria tantùm sequeretur, quòd si

si pars confiteretur testamentum factũ fuisse coram testibus,sed non septem,tale testamentum valeret, tanquam solemne,& probatum ex confessione patris:qua probatione nulla melior esse potest,quod tamen est falsum.

3 Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit, quando testamentum fit in tempore,in quo de facili potest haberi integer numerus testium. Sed quid si testamentum fiat tempore pestis, in quo propter suspicionem contagionis, personæ non ita facilè ad infirmos,accedũt,neque inuicem inter se conuersantur , prout faciunt tempore sanitatis? Rspon.in hoc articulo magna est controuersia inter Doctores:nam aliqui dicunt,quòd tempore pestis sufficit,ꝙ testamentũ fiat cum quinq; testibus: & fuit peregrinum dictũ originale Bal. in l. fi.nu. 1. in fi.C. de testa. & hanc opi. dicit esse communem Dec.cons. 286.nu. 5. in fi.quem refert Io.Annib.in rep.l.nemo potest,nu. 65.in fi.ff. de leg.1.Paris.cons. 32.num.6.lib.2.& cons.33.nu.26.eo.vol.Io.Dilect.de arte testan.tit.2.cau.2.nu.2.Contrariam autem opi. quòd scilicet etiamsi testamentum confieiatur tempore pestis,propter hoc iura nihil dispensent circa solemnitates in ipso testamento requisitas,& consequenter,quòd etiam eo tempore requiratur integer numerus septem testium, dicitur tenuisse Ang. in d.l.fi.C.de testa.qui tamen in libro meo hoc non dicit.& ita attestatur communiter teneri Alex. cõs. 177.nume.8.lib.2.quem refert Iason in d.l.fi.nume.4.& Rubeus cons. 165.nume.1.& Boer.dec. 228.post nu. 10.Hanc etiam dicit esse communem Alex. consil. 70.post nume. 16. lib. 2.quem refert Ripa tract.de peste,in priuilegiis vltimarum voluntatum, num.7. Cor.cons.68.in litera I.lib.1.Soc.cons.85 nume.6.in fi.lib.4.Crottus in tract.de testib. nume. 11.Bertran. cons.212.nu.3.libr.1.in 2. par. & cons.233.post nu. 8.lib.2.in 2.parte. Apostil. ad Aret.in l.hæredes palàm. in prin. post num.6.ff.de testa.Bauer. in §.sed hæc quidem,nu.23.& seq.Instit.de testa. Afflict.decis.25.nu.2.vbi etiam refert ita judicasse consilium Neapolitanum, prout etiam iudicauit parlamentum Burdegalense,vt refert Boer. in allegata decis. 228.in casu tamen in quo pestis non erat magna. Hæc est ardua quæstio, & indigeret Cæsarea decisione,vel saltem prouisione, vt sensisse videtur Bar. in l. 1. ff. de bon. poss.ex testa.mili. Si computentur auctoritates credo proculdubio hanc opi.contra Bal.esse magis communem.Opinio tamen Bald.mihi semper magis placuit , modò duo concurrant, quód scilicet ipse testator tempore conditi testamenti ægrotaret morbò pestis:secundum quòd eo tempore pestis esset talis,vt verisimiliter maior copia testium ibi haberi non posset.Hoc casu intrepidè,secundum hanc opi.Bald.consulerem,& iudicarem:& certè etiam illi qui tenent contra.Bald.fatentur ferè omnes , quòd ipsius opi.est æquior & humanior : quod est notandum,quia Senatus noster,qui semper ferè in iudicando amplectitur æquitatem , credo,ꝙ de facili inclinaret in sententiam Bald.nisi aliqua suspicio fraudis aut falsitatis subesset. Vnum tamen scias , quòd licet nonnulli dixerint,quòd tempore pestis etiam duo tantùm testes in testamento sufficerent , eorum tamen opinio nullo modo esset tenenda. ideo dic , quòd ad minus quinque requiruntur. & in hoc omnes ferè concordant , vt dicit Con. consil.297. in litera B.libr.4.

4 Quæro an in testamento condito inter liberos sufficiat minor numerus,quàm septem testium?dixi suprà,quæst.8.versi.Hinc infertur.

5 Item quæro , quid in testamento condito ad pias causas ? dixi suprà q.6.versic. Hinc infertur.

6 Sed quid in testamentis conditis in rure per rusticos,nunquid hæc solennitas numeri septem testiũ pariter erit necessaria ? Respon. ꝙ non : sed in illis est speciale,quòd sufficiant tantum quinque testes & hoc ex dispositione l. & ab antiquis. quæ est lex fin.C. de testa.vbi est de hoc tex. expressus : & hæc quidem conclusio locum habet,siue huiusmodi rusticus testetur in scriptis,siue sine scriptis.& ita cõmuniter tenetur,vt ait Alex.in d.l.fin.post num.8.in gl.in verbo , Scriptura. Hanc etiam dicit esse communem opin.Iason.in d.l.fi.post nu.2.vers.4. extende, & ita obseruatur communiter, vt attestatur Bar.in d.l.fi.nu.1.Valet enim regulariter argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatiuum , & è conuerso. Scias tamen , quòd hoc priuilegium quod conceditur per d.l.fin.conceditur personæ, & loco, copulatiuè,scilicet rusticis,& in rure testantibus:& ideò,vt sit locus dispositioni d. l. fin. requiritur , ꝙ vtrunque concurrat:si ergo rusticus testetur in ciuitate,vel ciuis in comitatu,non gaudebunt beneficio illius legis.ita dicit Bar.in d.l.fi.nu.2. & est cõmunis sententia,vt dicit Boer.decis.228.post nu.10. & hoc etiam si esset tempus pestis , de quo tamen vide quæ dixi suprà,vers.Et hæc quidem.

7 Est etiam alius casus valdè notabilis in hac materia , quia si aliquis testetur coram Imperatore,nõ est necessarius numerus septem testium , & est de hoc tex.expressus in l.omnium.C.de test.Sed quomodo quis dicetur testari coram Imperatore?Respon.ꝙ si quis porrigat preces principi , in quibus exprimat , qualiter de rebus suis disponat, dicitur testatus coram principe , etiam si princeps super huiusmodi precibus nihil rescripserit.ita colligitur ex tex.in d.l.omnium. Sed quid , si quis non porrigat preces , sed oretenus coram Imperatore dicat se instituere Titium hæredem,vel similia verba nũquid dicetur testatus coram Imperatore ? Respon. ꝙ sic,dummodo de hoc appareat per aliquos testes,& licet sit magna controuersia inter scribentes quot testes hoc casu requirantur, tamen magis cõmunis opi.est,quòd saltem duo requiruntur,vbi nõ apparet preces fuisse porrectas : & quòd duo sufficiant,sensit Bart.in d. l. omnium , nu. 1. & hanc esse communem opin.attestatur Soc.Iu.cons.138.num. 10.lib.1.à qua,vt ipse dicit ; non esset consulendo, aut iudicando recedendum,quem refert Didac. in Rub.de testa.in 1.parte,nu. 2. Hæc tamen rarò contingunt in practica.

8 Quæro etiam, si adsint sex testes , & præterea tabellio , qui de ipso testamento debet esse rogatus an sufficiat ? dixi 8.lib.2.§.Notarius.

9 Vlterius quæro , quid si adsit statutum disponens, quòd testamentum confectum coram duobus vel tribus testibus valeat:dixi suprà,lib.primo.

QVÆSTIO LVII.

1 *Numerus septem testium an requiratur in testamentis etiam de iure canonico , tractaturque materia c. cum esses.de testam.*
Et an dispositio illius c.locum habeat etiam in testamentis conditis ad causas profanas?
2 *Et an in foro temporali ?*
Et an extra terras ecclesiæ?
3 *Et an sufficiant duo testes loco parochiani ?*
4 *Et an duo testes sine parochiano?*

HAbes ergo conclusionem , ꝙ ad validitatem testamenti requiritur numerus septem testium,quidem,secundùm ius ciuile , nullam habet difficultatem.Sed quæro,quid de iure canonico,an minor numerus testium sufficiat? Hæc est ardua,& difficilis quæstio,quæ tota versatur circa intellectũ c.cùm esses,de testa.vbi summus põtifex ait,Testamẽta,quæ parochiani coram presbytero suo,& tribus vel duabus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate,firma decernimus permanere.Videndum,est igitur,nũquid hæc conclusio quæ elicitur ex illo text.s.quòd in testamento sufficiunt duo testes,cum presbyteri sui interuentu habeat locum solummodò in testamentis conditis ad pias causas:an autem locum habeat , etiam in testamentis conditis ad causas profanas:deinde præsuppositio, ꝙ habeat locum etiam in conditis ad causas profanas,an procedat in vtroque foro.s. tam in temporali,quã in ecclesiastico,& tàm in terris imperij, quam in terris ecclesiæ.Et in primis quidem multi tenuerunt,ꝙ dispositio illius c.solummodò locum habeat in testamẽtis ad pias causas, & dixit Apostil.ad tex.in d.ca. cùm esses,quòd hæc est crebrior opi.Sed quidquid ipse dicat, tenenda est contraria opi.ꝙ scilicet ille tex.procedat etiam in testamentis conditis ad causas profanas.& ita communiter teneri attestatur Ruin.cons.14.nu.4.li.2.& ꝙ de iure canonico in qualibet vltima volũtate sufficiãt duo testes,& sacerdos,& dicit esse communem Alex.cõsil.clxxvij.num.2.lib.ij.Corn.cons.cxxxvij.in litera A.lib.ij.& consil.cclxj.col. penul.in litera C. lib.iiij. quẽ refert Didacus in d.c.cùm esses,nu.12. Soc.cõs. cxxxviij.nu.5.li.primo , ꝙ est duplicatum cons. 335. lib.ij.Boer.decis.xciij. num.2.& seq.Si enim in relictis ad pias causas sufficiunt duo testes, secundum communem conclusionem Doctorum , vt dixi suprà q.vj.versic.Hinc infertur,certè non potest in illis habere locum dispositio d.c.cùm esses, per quã, vltra duos testes requiritur etiam præsentia sacerdotis. & ab hac opi. quæ est magis communis, vt etiam ex infrà dicendis apparebit,& quam consuetudo approbat vbique locorum,iudicio meo valdè temerarium esset in practica recedere.

2 Quæ quidem conclusio de plano procedit in terris ecclesiæ,in illis enim non videtur dubitandum, quin sufficiant duo, vel tres testes,cum interuentu parochiani,iuxta dispositionem d.cap.cùm esses:& hæc opin.proculdubiò est magis communis, vt attestatur Alexand.consilio xlvij.numero 2. lib. 2. & consilio cxlvj.numero 6.eod. volum. Corn. consil. xviij. in litera T. lib. 2. & consilio cxxxvij. in litera A.eod.vol.& consi.clxviij.in litera B. eod. volum.& Ripa de peste in priuileg.contractuum,nu.12.Paris. cons.li.nu.13.lib.3.Bello.cons.xliij.nu.3.Ioan. Dilect. de arte testandi.ti.2.caut.2.post nu.2.& intellige, ꝙ hæc conclusio locum habet in terris ecclesiæ,nõ solùm in foro ecclesiastico,sed etiã in foro temporali, vt statim dicã.Et licet Fulg.cõs.xxix.nu.1.& 2.dicat, ꝙ hæc opi.non est cõmuniter approbata, & ꝙ imò contraria opi.est communis,ꝙ scilicet in terris subiectis temporali iurisdictioni Ecclesiæ,non valet testamentum in nõ pias causas cõditũ,nisi seruata solemnitate iuris ciuilis,credo,ꝙ de hoc dicto Fulgos. parũ sit curandũ,cùm ferè omnes Doctores teneãt contrariũ,vt videri potest.& hæc etiã cõmunis opi. est cõsuetudine roborata,vt dicit Imol. in d.c.cùm esses,nu.13. & sic non esset iudicando aut consulendo ab ea recedendũ. Extra verò terras Ecclesiæ,& sic in terris imperij,non habet locum dispositio d.c.cùm esses,sed omninò debẽt interuenire septẽ testes:ita volũt cõmuniter Doct. vt dicit Corn.cons. cclxj.col. 3.in litera H.li.4.& hæc opinio videtur de generali consuetudine roborata,vt dicit Bertrand. cons.clxxviij.in fi.li.3.in secũda parte.Quod tũ intelige,vt procedat in foro sæculari.nã in foro ecclesiastico,ẽt in terris imperij:seruatur dispositio d. c.cũ esses,vt statim dicã.Et sic ex his omnib⁹ collige cõclusionẽ,ꝙ dispositio d.c.cũ esses.est obseruanda in foro Ecclesiastico vbiq;,& in terris Ecclesiæ in vtroque foro.& hęc est cõis sententia.teste Cor. cõs.xxxj. in litera B.li.2.& cõs.clxviij.in litera B.eo.vol.& cõs. clviij.in litera A.lib.4.à qua nõ recedas in practica, quia quantũ ego vidi,apud omnes ita seruatur sine controuersia.Bene verum est,quòd illi duo testes, qui debent vltra parochianum interuenire , debẽt esse idonei,& sic omni exceptione maiores. & hæc est communis opi. vt dicit Alexand. consilio 187. post nu.4.versic.Secundò respondeo lib. 2. de qua non videtur dubitandum , ex quo in ipsomet cap. cùm esses,dicitur,personis idoneis,&c. quis autem dicatur testis idoneus,dixi suprà lib.2.§.testis.

3 Sed pone , aliquis fecit testam , in quo adhibuit quatuor testes idoneos, nõ tũ inter testes aderat sacerdos parochianus,nũquid isti duo testes adhibiti vltra alios duos,supplebũt absentiã parochiani,ita vt testamentum valeat,perinde ac si ipse parochianus vnà cũ duobus testibus adhibitus fuisset, iuxta dispositionẽ d.c.cũ esses? Respõ.ꝙ sic:ita tenet Spe. de instr.editio.§.compendiosè, post nu.12.& hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Bertrand.cons.41.nu.6.lib.3.in secunda parte.Et dicit Ale.cons.105.nu.15.li.4.quòd ita tenent communiter omnes.Hanc etiam op.attestatur esse cõmunem Dec.cõs.284.nu.8.quem refert & sequitur Bello.cons. 14.post nu.3.& Didacus in d.ca.cum esses, nu.13.Paris.cons.31. post nu.15.libro tertio. & licet hæc opin.fortè in puncto iuris non transeat sine difficultate,tamen propter auctoritatem Doctorum illam tenentium,credo ꝙ in practica obtineret,neque ego auderem consulẽdo,aut iudicando, ab ea recedere,vbicunque essemus in foro ecclesiastico, vel etiã in vtroque foro in terris ecclesiæ,& quãuis Cor.cons.77.in litera D.li.1.& cõs.137. in litera C.li. 2.dicat cõmunem opi.esse,ꝙ in vltimis voluntatib. in quib.nõ interuenit presbyter proprius testatoris remanet ius ciuile immutatũ , & ꝙ ita obseruatur in practica:nihilominus ex suprà allegatis apparet magis communem opinionem esse in contrarium. Pro qua facit,quia semper plus creditur duobus testibus,quàm vni,quantæcunque dignitatis sit, si ergo sufficiunt duo testes cum parochiano,d.cap. cùm esses, multò magis sufficient quatuor testes.

Sed quid si duo tantùm testes in testamento interuenerint sine parochiano,nunquid tale testamẽtũ valebit de iure canonico,secundum quod dicitur quòd in ore duorũ vel trium stat omne verbũ? Respo.aliqui dixerunt,ꝙ sic.& hanc opin. dicit esse communem Bald.consil.404.lib.4.prout illum refert Io.Dilec.de arte testandi,tit.2.caut.2.nu.4.Ego non reperio illud consil.Bald,quia fortè allegatur secundum aliam impressionem. Sed quidquid dicat Bal.contraria opi.est verior,scilicet, quòd vltra duos testes debet etiam parochianus interuenire: & est etiam magis communis,vt attestatur Imola in d.c.cũ esses.post n.13.& qa res est nimis clara,stultus esset,qui ab hac sententia recederet in practica.

QVÆSTIO LVIII.

Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos.
2 *Et quid in testamento nuncupatiuo?*
3 *Et quid in testamento ad pias causas?*
4 *Et quid in testamento condito inter liberos?*
5 *Et quid in testamento militis?*
6 *Et an sufficiat testes esse rogatos ab alio quàm à testatore*
7 *Et an testes in dubio præsumantur rogati?*
8 *Et an requiratur etiam Notarium esse de ipso testamento rogatum?*

1 NOn sufficit in testamento septem testes idoneos adhibitos fuisse, nisi etiam appareat illos, vt testamento interessent, fuisse rogatos. Est de hoc tex. expressus in l. hæredes palàm. §. in testamẽto. ff. de testam. licet enim regulariter in aliis actibus humanis non requiratur, quòd testes sint rogati. l. ad fidem. ff. de testibus, & dixi supra lib. 2. §. testis. tamen in testamẽtis, in quibus, vt sæpè dictum est, maximus subest timor fraudis & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, vt diligentius ad omnia animaduerterent.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis confecto. l. hac consultissima. in prin. C. de testamen. Sed quid in nuncupatiuo? Respon. quòd pariter in nuncupatiuo debẽt testes esse rogati: & hoc siue huiusmodi testamentum nuncupatiuum fuerit sine scriptura cõfectum, siue etiam fuerit in scriptis redactũ. Ita tenet gl. in §. fi. in verbo, adhibitis, Insti. de testament. & est communis opinio, vt dicit Boerius de tisio. 34. nu. 8. Nulla enim (iudicio meo) subest in hoc concludens ratio differentiæ, inter testamentum in scriptis, & nuncupatiuum. & quia hæc opi. notissima consuetudine vbique approbatur, non est aliquo modo de ea dubitandum.

2 Quæro, an in testamento condito ad pias causas requiratur, q̃ testes sint rogati, dixi suprà q. sexta. vers. Secundò infertur.

3 Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos? dixi suprà q. 8. vers. tertiò, infertur.

4 Item quæro, quid in testamẽto militis, an scilicet in illo sit necessarius rogitus testium? Respond. q̃ sic: text. est in l. diuus. ff. de testa. mil. & est communis sententia, vt ait Natta in repe. d. §. ex imperfecto, post nu. 164.

5 Scias tamen, q̃ non requiritur ad testamenti validitatem, q̃ testes sint rogati ab ipsomet testatore, sed sufficit, q̃ sint rogati à Notario, vel etiã ab alio extraneo, præsente tamẽ & patiente ipso testatore. ita colligitur ex gl. in auth. rogati, in gl. 1. C. de testibus, & est communis opi. vt dicit Ias. in l. hac consultissima, in princ. post nu. 2. vers. & debent. C. de testam. & ita etiam obseruat consuetudo, vt dicit Ias. in l. ferui electione, nu. 41. ff. de legat. prim. ita etiam tenere Doctores, affirmat Iac. de Rauenna in §. fin. Insti. de testa. quem refert Soc. in l. si quis ita, nume. 3. ff. de rebus dubiis. subdens hoc esse notandum, quia aliàs fuit multum dubitatum super hoc. & ita fuit consultum per omnes Doctores Italiæ, & ideò, quòd ab hac sententia nullo modo esset in practica recedendum. Reperio tamen quòd Bauer. in §. sed hæc quidem, post nu. 41. Insti. de testa. videtur affirmare contrariam sententiam esse magis communem quòd scilicet testes ab ipsomet testatore, & non ab aliquo alio debeant esse rogati. Sed, vt ex prædictis colligitur, procul dubio in hoc Bauerus deceptus est. Propterea à priore sententia non recedas, quæ verior est & communior, æquior, & consuetudine roborata.

6 An autem testes in dubio præsumantur rogati, & quomodo probetur rogitus testium, dixi suprà. lib. 2. §. testis.

7 Quòd verò dictum est in testib. idem dicendum est in Notario. Ad hoc enim vt Notarius possit de ipso testamento conficere instrumentum, requiritur quòd, & ipse sit de hoc à testatore rogatus. ita dixit glossa, in §. nos autem. in verbo. Iniungatur, in auth. de tabellio. quam dicit esse communiter approbatam Socin. Iun. consil. 178. num. 3. lib. 2. & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum non habet in testamento condito inter liberos, vt dixi ſ. q. 8. versic. tertiò infertur.

8 An etiam in dubio rogitus Notarij præsumatur, dixi ſ. lib. 2. §. Notarius.

QVÆSTIO LIX.

1 *Speciale est in testamentis, vt requiratur quòd testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem.*

1 LIcet aliàs in contractibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas voces contrahentium, vt dixi suprà, lib. 2. §. testis. Tamen in testamentis ob maximam suspicionem fraudum, quę in illis quotidie committuntur, specialiter requiritur, quòd testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem. tex. est in l. si non speciali. C. de testam. & ita cõmuniter tenetur per Legistas, vt dicit Abba. in c. ex literis, post num. 5. de consuet. & dicit Corn. consil. 18. in litera D. lib. 2. quòd in hoc concordare videntur Doctores omnes. Hanc etiã dicit esse communem ferè omnium sententiam Corne. consilio 166. in prin. lib. 3. Paris. consilio. 33. nu. 1. lib. 2. Rimi. in d. l. si non speciali. nu. 3. Et ideo, si in testamento conficiendo esset cortina, vel paries inter testes & testatorem, non valeret testamentum, etiamsi testes haberent notam vocem testantis. ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Alex. in d. l. si non speciali, nu. 6. Nec quidquam facit, quod glos. in l. 2. §. idem Labeo, in verbo, Meminerint. ff. de aqua pluuia arcen. tenuerit contrarium, quia illa glos. communiter reprobatur, vt dicit Rap. ibi, quẽ refert, & sequitur Corn. consil. 200. in litera G. lib. 2. Porc. Insti. de testa. milit. in princ. post nu. 8. Bauer. in §. Sed hæc quidem. nu. 4. in fin. Institut. de testa. Nostris tamen temporibus quædam mulier sagax maritum statim postquam expirauerat, è lecto extrahi fecit, & alium pro eo suppposuit, qui feneſtris thalami ferè in totum clausis, & capite pannis inuoluto, simulans se propter infirmitatem vix loqui posse, condidit testamentum, in quo vxorem instituit hæredem, & aliis personis diuersa legata reliquit, & omnes testes credebant ipsum esse verè eius maritum, qui quasi in extremis laboraret: fuit dein de quasi diuino miraculo res omnis detecta, & nisi mulier ipsa vnà cum Notario, qui solus erat particeps fraudis, fuga sibi consuluisset, credo, quòd nõ euasisset pœnam vltimi supplicij.

QVÆSTIO LX.

1 *Duo an possint in eadẽ charta coniunctim facere testamẽtũ.*

1 OCcurrit etiam in hac materia pulchra quæstio, nunquid duæ personæ possint coniunctim in eadem charta facere testamentum, & se inuicem instituere, & de bonis suis disponere Respond.

Respond. quòd sic: & est communis opinio, vt ait Bello. consilio 85. nu. 9. erunt tamen quasi duo testamenta separatim facta. Sed hæc rarò contingunt.

QVÆSTIO LXI.

1 *Voluntatem testatoris pro lege haberi.*

1 DIctum est, quæ solemnitates in testamento requirantur. Nunc de ipsius, testatoris dispositione videamus: & vulgaris quidẽ est regula: quòd in quolibet actu humano duo præcipuè considerantur. Potestas, scilicet, & voluntas: In primis ergo videndum est, quid testator in suo testamento facere possit, deinde de eius voluntate coniecturanda nonnulla subiiciemus. In hac autem materia faciendа est generalis conclusio, quòd voluntas testatoris pro lege habetur. tex. est vulgatus in §. disponat. in auth. de nuptiis. cum simil. Quam tñ intellige, vt procedat in his quæ ab ipsius, testatoris voluntate dependent. Cæterum non potest testator facere, quò minus leges in suo testamẽto locum habeant l. nemo potest. ff. de lega. 1. ita dixit gloss. in verbo, Cautione. C. de vsu & habita, quam dicit esse communiter approbatam Soc. Iun. consil. 115. nu. 19. lib. 1.

QVÆSTIO LXII.

1 *Testator an possit prohibere Trebellianicæ detractionem.*
2 *Et an in codicillis.*
3 *Et an possit testator illam tacitè prohibere?*
4 *Et an si vsus sit testator vniuersalibus, vel æquipollentibus, censeatur detractionẽ Trebellianicæ prohibuisse.*

1 TV scis, quòd hæres grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem alteri, potest de ipso fideicommisso detrahere Trebellianicam, vt dixi suprà, hoc eo. lib. §. substitutio. Quæro nũquid possit testator in testamento prohibere Trebellianicæ detractionem. Hæc est terribilis & ardua quæstio, in qua adeò variæ fuerunt Scribentium sententiæ, vt aliquando vix discerni posset, quæ opi. esset magis communis. Sed omittendo superflua, facias conclusionem, quòd testator potest hæredi prohibere Trebellianicæ detractionem. ita tenuit gloss. in §. sed quia stipulationes. in verbo, Liceat, Instit. de fideicommiss. hæred. & ita magis communiter concluditur, vt ait Rom. consil. 206. nume. 5. in fin. Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alexan. consil. 29. post. nume. 2. lib. 5. quem refert Cassiodor. decis. 4. de testament. nume. 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola in l. Marcellus. in fi. princip. vers. Et per hoc etiam, ff. ad Trebel. quem refert & sequitur Benedict. de Bened. de Perusio, & vulgò, Capra nominatus, consil. 36. circa prin. & consil. 83. vers. Circa secundum. Comensis consil. 25. nu. 3. Alex. in d. l. Mercellus, in prin. nu. 8. & consil. 67. nu. 1. lib. 1. & consil. 5. nu. 16. lib. 3. & consil. 201. num. 15. lib. 6. referens idem attestari Paul. de Ca. in auth. sed cum testator C. ad l. Fal. quem tamen in lib. meo id dicentem nõ reperio Ang. Aret. in d. §. sed quia stipulationes. nu. 3. Barb. consil. 10. col. 10. lib. 4. quem refert & sequitur. Io. Dilec. de arte testandi, tit. 5. caut. 31. nume. 2. in fi. Aret. consil. 37. nu. 10. Roman. consil. 239. post num. 3. Corn. consil. 207. in litera H. lib. 2. Petr. Mathe. in repet. l. filium quem habentem, nu. 107. C. fam. herciscunde. quem refert & sequitur Ias. in d. l. Marcellus, in prin. nu. 40. Bal. Nouel. de dote. in 6. parte, priui leg. 13. post nu. 2. & in eadem 6. parte, priuilegio 62. post nu. 1. Ias. consil. 84. post nu. 9. lib. 1. & consil. 89. post nu. 2. vers. Successiuè, eod. vol. & consil. 99. col. 5. vers. Transeo ad secundum, lib. 4. & consil. 156. nume. 5. eo. volum. & in d. l. filium quem habentem, post nume. 11. C. fam. herciscunde. Dec. consil. 81. nu. 3. Claud. in d. l. Marcellus in prin. vbi etiam dicit, quòd hæc opi. fertur in pract. Bertrand. consil. 96. post nume. 1. lib. 1. in 2. parte, & consil. 130. nu. 4. lib. 3. in secunda parte, & consil. 144. nu. 2. eod. vol. & consil. 158. post nu. 17. eod. volum. & consil. 205. numero quarto, eo. vol. Galiaula in repet. l. centurio, post nume. 87. vers. Aduerte itaque primò. ff. de vulg. Picus in repet. l. in quartã, post nume. 101. ver. secundò & fortius. ff. ad legem falc. vbi etiam subdit, quod ita solet teneri in scholis, & seruatur etiam in practica. referens idem attestari Paul. de Castro in l. j. §. ad municipũ. ff. ad Trebell. qui tamen in lib. meo hoc non dicit Crott. in repet. d. l. nemo potest, nu. 30. Probus in Apostil. ad Io. Mon. in c. si pater, nu. 16. de test. in 6. Goza. consil. 45. nume. 21. Ruin. consil. 37. nume. 15. lib. 1. & consilio 77. num. 1. lib. 2. & consil. 111. nume. 17. eod. vol. & consil. 160. nume. 11. eod. volu. Ripa in d. l. nemo potest, numero 44. & sequen. ff. de leg. 1. & in l. 1. in princ. post num. 15. ff. ad Trebell. Cotta in verbo, Trebellianica licet Soc. Iun. consil. 131. post nume. 7. libro 1. & consilio 137. nume. 6. eod. volum. & consilio 170. post nu. 19. lib. 2. Io. Anni. in rep. d. l. nemo potest, nume. 235. Paris. consilio 16. num. 58. libro secundo, & consilio 21. nume. 33. libro tertio, & sic ex quo adsunt tot illustres Doctores attestantes de communi opi. Doctorum, & obseruantia, fatuus, & temerarius esset Iudex, qui in practica auderet illam in dubium reuocare.

2 Et hęc cõclusio satis de plano procedit in testamento: sed quid in codicillis dixi ſ. §. Codicillus.

3 Habet etiam hæc conclusio minus difficultatis, vbicunque liquidò apparet testatorem ita voluisse puta, quia expresè dicit, Prohibeo hæredi meo detractionem Trebellianicæ: & hoc modo cõmunem conclusionem esse, quòd prohiberi possit, affirmat Paris. consilio 21. nu. 34. lib. 3. Sed quid si hoc expresse non dixit, potest tamen ex eius verbis colligi, eũ ita voluisse, nunquid dicendum est, posse testatorẽ etiam tacitè hanc Trebellianicæ detractionẽ prohibere? Respond. quòd sic: & est communis opin. vt dicit Paris. in d. consil. 21. nu. 35. Bello. consilio 65. nu. 2. Dicitur autem testator tacitè illam prohibere, quãdo verba appositа à testatore sunt huiusmodi, vt nihil aliud possint importare quàm Trebellianicæ detractionem: & hæc etiam est communis cõclusio vt attestatur Bello. in d. consil. 65. nume. 3. quam tamen intellige secundum ea quæ statim dicam, nam ita absolutè intellecta, non esset cõmunis nec vera.

4 Sed nunquid si testator vsus sit verbis vniuersalibus, vel æquipollentibus, censebitur tacitè Trebellianicã detrahi prohibuisse, putà, si dixerit: volo vt hæres meus restituat totã & integrã meam hæreditatem, vel sine aliqua diminutione, vel pleno iure, vel huiusmodi? Respon. in hoc articulo magna est inter Doctores altercatio. Aliqui enim tenuerunt, quòd per hæc verba non censetur prohibita detractio Trębellianicæ. & hanc opinionem dixit esse cõmunẽ Rom. consil. 239. post nu. 3. Capra in d. consil. 36. in fi. & consil. 83. in fi. quẽ refert Gratus consil. 103. nu. 14. lib. 2. Crottus in repe. l. nemo põt. nu. 35. ff. de leg. 1. vbi reprehẽdit Ale. qui dixerat contrariã opi. esse magis cõmuniter approbatã, Bertrãd. consil. 148. li. 3. in 1. parte, Bello. cõs. 65. nu. 1. & cõs. 97. nu. 1. Cõrariã vero sententiã. ſ. q̃ per huiusmodi verba vniuersalia vel æquipollentia censeatur prohibita detractio

Trebellianicæ,dicit esse communem Alex. cons.5. post nu.15.libr.3 quem refert & sequitur Curt.Iun. cons.16.post nu.12.& Ripa in l.cum filiofam. n.96. ff.de leg.1.& in l.1.§.sed & quoties.nu.5.ff.ad Trebellia.& Ioan.Dile.in d.cau.36.nu.3.Corset de potestate regia in materia Trebellianicę in 2.dubio,nu. 10.& sequitur Guido Papæ dec.537. post nu.2.vers. sed cõtrariũ videtur Galiaula in rep.l.centurio,nu. 399.Dec.cons.395.nu.23.Clau.in d.l.centurio, nu.33. vbi dicit quòd fallitur Roma.qui dicit contrariũ, Bertran.sibi contrarius cons.241.li.2.in prima parte. Ripa in d.l.centurio, nu.130.Io.Annib.in repe. d.l.nemo potest,nu.250.Paris.cons.93.nu.45.li.2.& cons.9. num.9.& Io.lib.4.& cons.21.nu.35. eo.vol.& cons.52.num.11.eo.volu. Franciscus Maruffus inter cons.Bello.cons.64.nume.1.& licet contraria opin. æquior videatur,nihilominus ego semper hãc opi. secutus sum,tanquam veriorem, & magis communem.In vltimis enim voluntatibus,in quibus mens & voluntas testatoris maximè dominatur, sufficit quomodocunque de ipsa mente testatoris appareat,vt dixi infrà q.76.in 1.regula:& ab hac opin.in practica non recedas,nisi tamen ex aliquibus coniecturis colligi posset testatorẽ aliter sensisse: hoc enim casu tenenda esset contraria opin.quæ, vt dixi, æquior est.& in his casibus bonum esse habere iudicem fauorabilem quia in huiusmodi opinionũ controuersia,multum potest iudicis religio in perscrutanda mente defuncti,cui semper in iudicando adhærere debemus.

QVAESTIO LXIII

1 *Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ in filiis primi gradus?*
2 *Et quid si possint detrahere duas quartas?*

1 SED hæc quidem omnia satis de plano procedunt,in liberis non primi,sed vlterioris gradus illis enim potest proculdubio testator prohibere Trebellianicæ detractionem:& hæc est communis opi.vt attestatur Guid.Papæ,cons.140.nu.5.de quastantibus his,quæ in prælegatis locis tradita sunt per Doctores,non est aliquo modo dubitandũ.Difficultas est,nunquid testator possit illam prohibere etiam in filiis primi gradus: & in hoc articulo, tantus est opinionum conflictus,vt multi adhuc dubitẽt,quæ sit magis communis sententia.Et in primis quidem,q̃ testator possit prohibere detractionem Trebellianicæ,etiam in filiis primi gradus,dixit esse communem opi.Cors.de potestate regia in materia Trebellianicæ,in primo dubio,per totum, quem refert Paris.cons.17.nu.18.lib.2.& cons.18.nu. 98.eo.vol.& cons.26.nu.26.eo. vol.in quibus tamẽ consiliis ipse Paris.non aperit quam putet esse magis communem Galiaula in repe.d.l.centurio,post nu.56.vers.Secundo,in quantũ.Bertran.cons.152.nu. 12.lib.1.in secunda parte,& cons.130.nu.5.lib. 3.in secunda parte,Picus in repe.d.l.in quartam,post nu. 101.Alcia.in l.cum proponas.C.de pactis.quem refert Cotta in verbo, Trebellianica, licet Rubeus cons.2.nume.24.& cons.43.nume.12.vbi dicit, quòd Dec.qui contrarium asseruit, non bene enumeravit Doctores,& cons.73.nu.11.Bello.cons.80.nu.20.

Contrariam verò sententiam, q̃.non possit pater prohibere Trebellianicã in filiis primi gradus tenet Bar.in l.iubemus,nu.2.& nu.8.C.ad Trebel.quã decis.dicit esse cõmuniter approbatam Ias.in l.Marcellus.in prin.num.53.& seq.ff.ad Trebell. quem refert Gozad.cons.97.nu.14.& Paris.cons.15.num.59. lib.2.& cons.93.nu.46.eo.vol.Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Ias.cons.99. col. 6.vers. Et ista opi.lib.4.& cons.146.nu.6.eo. vol.Dec.cons. 81. post nu.3.& cons.269.nu.13.quem refert Goza. cons.104.quod est consilium vltimum,nu.25.& Io. Dilect.de arte testandi in d. caut.31.nu.4. Gozad. cons.81.post nume.15.& cons.94. post nu.19. Curt. Iun.cons.70.nu.16.& cons.160.post nu. 10. vers.Accedit.Ripa in d.l.Centurio,nu.65.in fin.& in d.l.nemo potest,nume. 52. Rubeus sibi contrarius cons. 120.in fin.& cons. 104.nu.1.& cons.143.nu. 6. Socin. Iun.cons.131.nu.58.lib.primo,vbi enumerat auctoritates,& cons.138.nu.7.eo.vol.vbi pariter recenset authoritates,& dicit ita fuisse iudicatũ,& cons. 28. nume.2.lib. 2.& cons.112. nume. 3.lib. 3. vbi dicit, quòd errant, qui dicunt communem opin.esse in contrarium, Paris.inter cons.Socin. Iun. cons.132. num. 1.lib.1.Gratus cons.160.num. 25.li.2.Insignis Doctor,& præceptor meus d.Iacob. Alba consil.7. nume.6.in fi. Et hanc opin.seruari in curia Delphi, attestatur Guido Papæ decis.50.nu. 1. & in d. cons. 140.nu.5.Non potest negari,quin verè passus sit arduus,& authoritates magnæ hinc inde,ita vt in tanta varietate Doctorum mirum non sit, si aliquando Iudices vacillant & bene dixit Curt. Iun. cons. 154.nu. 2. quòd hæc difficultas indigeret decisione Imperatoria.Nihilominus diligenter enumerando authoritates Doctorum,iuxta supputationem huius temporis,proculdubio opin.Bald.est magis cõmunis, quòd scilicet non possit per testatorem prohiberi detractio Trebellianicæ in filiis primi gradus, quæ etiam tanquam æquior,& magis fauens filiis esset tenenda in practica:& ita,si casus contingeret,secundum illam consulerem,& iudicarem,si hæreditas esset restituenda extraneo.Sed si hæreditas esset restituenda descendentibus, cessaret ratio æquitatis in fauorem filij,& militaret fauor conseruandæ agnationis,& sustinendæ voluntatis defuncti,in fauorem descendentium: quo casu non putarem errare Iudicem, qui adhæreret contrariæ opinio.quòd scilicet,etiam filio primi gradus potuisset Trebellianica prohiberi, secundum quam,vt scribit Cotta in d. verbo, Trebellianica licet,sæpè fuit iudicatum per nõnullos Doctores venerandi Collegij Mediolanensis:& cogita super hac distinctione,quia iudicio meo sapit magnam æquitatem:& in dubiis semper tenenda est æquior sententia,& per quam opiniones contrariæ ad concordiam reducuntur. Benè verum est, quòd vbi in aliqua ciuitate vel prouincia esset altera ex istis opinionibus vsu recepta,non putarem esse in iudicando à communi obseruantia recedendum.

2 Sed retenta indistinctè opinio.Bald.& communi, quòd scilicet testator in filiis primi gradus non possit prohibere detractionem Trebellianicæ, dicunt aliqui,quòd illa intelligenda est, vt procedat, quãdò tales filij non possunt,nisi vnam quartam ex fideicommisso detrahere,prout est,quando sunt grauati purè hæreditatem restituere.Secùs autem,quãdo possunt detrahere duas quartas,prout est,quando sunt grauati restituere hereditatem sub conditione,vt declaraui suprà,§. Substitutio.Nam tunc, secundum eos,bene potest testator illis prohibere Trebellianicæ detractionem. & ita communiter intelligi attestatur Bello.cons. 80. suprà allegato,post nu.29.versic.Secundo respondeo:& fuit noua declaratio Pauli de Castr.ad l.iubemus. C.ad Trebel.vt ipse ait in l.mulier.§.cùm proponeretur, post nu.4.ff.ad Trebel.quam secutus est Alex.cons. 29.post nu.2.lib.5.& dicit seruari in practica, Picus in d.l.in quartam,prout illum refert Paris. cons.16. nu.25.lib.2.& cons.18.nu.105.eo.volu.& cons.26.nu. 37.eo.vol.& cons.93.nu.99.eo.volu.Ego, vt verum fatear,nunquam potui intelligere, quid sibi velint isti Doctores.Nam quando filius est grauatus purè,quo casu non potest detrahere nisi vnam quartam,& sic legitimam,non video quomodo tractari possit,an valeat prohibitio Trebellianicæ facta, per testatorẽ, cùm præsupponamus eius detractionem eo casu iam esse prohibitam à lege,quæ non vult, quòd possit nisi legitimam detrahere: & sic ista declaratio destrueret totam cõclusionem. Neque in hoc credo,quòd D. Bello.præceptor mens verùm dicat,quòd scilicet hæc intelligentia sit communis,quia in terminis l.iubemus,ego ostendi cõmunem opinionem esse in contrarium suprà in d. §.Substitutio,quòd scilicet dispositio d. l.iubemus. locum habet,etiam quãdo detrahuntur duæ quartæ.neque ego reperio Picum in d.l.in quartam, dicentem,quòd hæc declaratio seruetur in practica, & si diceret, credo,quòd non esset hoc ei credendum.vt ibi dixi.Propterea non attenta hac intelligentia & declaratione,vtroq; casu persisto cum cõmuni opinione,scilicet,quòd indistinctè pater non possit filiis primi gradus prohibere detractionẽ Trebellianicæ, siue possint detrahere vnam quartam,siue duas.& hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

QVÆSTIO LXIIII.

1 *Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri?*
2 *Et quid respectu bonorum mobilium?*

1 TV scis, quòd vsufructuarius tenetur præstare hæredi cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri,& de restituendis rebus finito vsufructu,& de præstanda æstimatione earum rerum,quæ vsu consumuntur,de quo dixi suprà hoc eo.lib.§.legatum.Quæro,nunquid testator possit in suo testamento remittere vsufructuario, quò minus teneatur dictam cautionem præstare?Respon.quòd non: tex.est expressus in l.1. C.de vsufruc.& hæc est etiã communis opi.vt dicit Socin.consil.131.numer.14. libr.1.quem refert,& sequitur Bello.cons.54. nume. 3.& Io.Dilect.de arte testandi,tit.8.cau.1. nu. 1.Hãc etiam conclusionem dicit esse communiter approbatã Ioan.Annib.in repet.l.nemo põt,nu.164.ff.de leg.1.nã ex tali remissione præstaret vsufructuario occasio malè vtendi,& consequenter delinquendi.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in bonis immobilibus,in q̃bus propriè cadit vsusfructus, & militat ratio allegata, ne scilicet vsufructuarius inuitetur ad delinquendum.Sed quid in bonis mobilibus,quæ vsu cõsumũtur?Resp.Pet.in d.l.1. tenuit,quòd hoc casu cautio à testatore remitti possit, ex quo non subest timor delinquendi, cùm vsufructuarius non teneatur res ipsas restituere, sed earũ æstimationem iuxta tempus traditionis. Contrarium tenuit Bart.in d.l.1.nu. 10. & hæc est communis opi.vt dicit Alexan.cons.58.nu.10.li.3.Dec. cons. 565.n.5.tum quia illa lex generaliter loquitur, ideo est etiam generaliter intelligenda, vt vtroque casu locum habeat:tũ etiã quia id à lege introductũ fuit in fauorem hæredis,quia ita militat in vno casu,sicut in alio,cui quidem fauori hæredis testator non potest renunciare.ita dixit glo.in l.scire debetis.in glo. fi. C. vt in poss. legatum, quam dicit esse approbatam per Doctores,Guido Papæ cons. 63. nu. 4. Sed hæc secunda ratio non satisfacit,quia imò potest testator de bonis hæredis, sicut de propriis disponere,secundum communem opi.vt dixi infrà quæst.71. & consequenter etiam illius fauori, sicut a proprio renunciare,a & est communis opin.vt dicit Crauetta cons.174.nu.10.vbi dicit, quòd Guid. Papæ in allegato cons. inaduertẽter locutus est,dicendo,quòd illa glo.est per Doct. approbata, quia imò est communiter reprobata,vt ibi per eum,qui in hoc proposito eleganter loquitur.An autem hæres possit hanc cautionem vsufructuario remittere, dixi suprà.§.legatum.

ADDITIO.

a A Renũciare.Adde Bar. in l. nemo potest. in 3 oppos.& ibi Ias.col.fi,in 1.& ij.lect.ff.de leg.1.

QVÆSTIO LXV.

1 *Testator an possit prohibere insinuationem testamenti à statuto requisitam?*
2 *Et quid si interuenit iuramentum?*

1 QVæro,stat statutum,quòd testamenta insinuẽtur, aliàs non valeant:Modò testator in suo testamento prohibet illud insinuari,nunquid testamentum valebit non obstante defectu insinuationis?Respond.quòd non, quia testator non potest prohibere insinuationem à statuto requisitam. ita tenuit Bar.in d.l.nemo potest.nume.8.ff. de legat.1. & est communis opin.vt attestantur Scribentes in ead.l.nemo potest.& in specie Ias.in 2.lectu. nu.41. & Ripa,nume.67.& Ioan.Annib.nu.272. faciunt ea quæ dixi suprà,quæst.61.

Sed quid si interuenisset iuramentũ? Vide quæ dixi infrà,li.4.§.Donatio.q.18.

QVÆSTIO LXVI.

1 *Inuentarium conficere qui teneantur?*
2 *Testator an possit remittere cõfectionẽ inuentarij hæredi?*
3 *Et an vsufructuario?*
4 *Et an tutori?*
5 *Et quid si non prohibuit,sed simpliciter remisit confectionem inuentarij?*
6 *Et an eo casu possit Iudex,non obstante huiusmodi remissione,cogere tutorem,vt inuentarium conficiat?*

1 QVæro,an testator possit in suo testamento remittere confectionem inuentarij? Hæc quæstio potest multipliciter contingere,prout etiam multæ sunt personæ quę tenentur inuentarium cõficere.Primò,tenetur hæres cõficere inuentarium.l. fin.in prin.C.de iure delib.de quo dixi infrà,hoc eo. li.§.fi.Itẽ vsufructuarius tenetur inuentariũ cõficere,de quo dixi suprà hoc eo.li.§.legatum. Tenetur etiam tutor conficere inuẽtarium.l.tutor qui reperit.ff.de admi.tutor.de quo dixi suprà.li.2.§.tutor.De his ergo singulis videndum est.

2 Quò ad primum de hærede; Aliqui simpliciter dicunt,quòd testator non potest remittere hæredi confectionem inuentarij. & dicit Franc. Crem. inter consilia. Alexand.consilio 62. numer. 1. libro 4.quòd ita tenent communiter Doctor. Sed hæc resolutio ita indistinctè intellecta, non est vera. Ideo debes considerare, quòd ex non confectione inuentarij, oriuntur plures effectus in præiudicium hæredis, quorum aliqui concernunt

neficium creditorũ defuncti,puta;quia si hæres nõ facit inuentarium,tenetur creditorib.vltra vires hę reditarias,& sic de proprio satisfacere,vt dixi in d. §.fin.aliqui verò concernunt beneficium legatario rum,& fideicommissariorum,quia hæres non con ficiens inuentarium , non detrahit Falcidiam,neque Trebellianicam , sed tenetur præstare integra legata & fideicommissa,vt dixi infrà, §.substitutio. Dico ergo; aut quæris,an testator possit remittere hæredi confectionem inuentarij in præiudicium & fraudem creditorum , & respon.ꝙ nõ potest, quia creditoribus suis non potest aliquo modo testator in suo testamento præiudicare.& ita volunt communiter Doctores,vt dicit D. Crauetta compater meus,cons.174.nu.11.ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Io. Annib. in repet. d.l.nemo potest,nu.406.& ideo huiusmodi remissione non attenta,si hæres non confecerit inuentarium,tenebitur nihilominus ipsis creditorib.in solidũ satisfacere.Aut verò quæris , an possit testator illam remittere in præiudicium legatariorum & fideicom missariorum,& Bal.in l.fi.n.6.C. arbi.tutelæ,tenuit, ꝙ non.Sed in contrarium est communis.opi.quòd scilicet in præiudicium legatariorum & fideicommissariorum & cohæredum,possit testator remittere confectionem inuentarij.& dicit Paris.cons.68. nu.57.lib. 2. ꝙ ita communiter concluditur. Hanc etiam opinio.contra Bal.esse communem, attestatur Crauet.in d.cons.174.nu.11.Dida.in ca.1.nu.17. de testa.& ideò hoc casu poterit hæres,etiã si inuentarium non confecerit,retinere sibi Falcidiã,& Trebellianicã in eorum præiudicium. Sicut enim potuit testator ipsis nihil relinquere,ita multò magis & in eo quod reliquit,poterit eis præiudicare.faciunt quæ dixi infrà q.70.

3 Quòd ad secundũ,an scilicet possit testator remittere vsufructuario cõfectionẽ inuentarij:dic, ꝙ nõ. & hæc est cõmunis opi.vt dicit Socin. Iun.cons.115. nu.18.lib.1.Bellon.cons. 54.nume. 3.quod manifesta ratione comprobatur:si enim testator non potest remittere vsufructuariò cautionem de vtendo &c. vt dixi supra q.64.neque etiam debet posse remittere confectionem inuentarij:quæ est necessarium antecedens,ad ipsam cautionem præstandam.

4 Quòd ad tertium,an possit testator remittere tutori confectionẽ inuentarij,dic,ꝙ sic:tex. est clarus in l.fi.C.arbit.tute.& ita tenuit Barto.in d. l. nemo potest,nume.12. & ita communiter,tenetur,vt ait Clau.ibi,nu.31.Hanc etiam opin.dicit esse communem Ias.in d.l.nemo potest,in secunda lectu.nu.65. & seq.Licet enim tutor,qui inuentarium non facit, videatur esse in dolo. d.l.tutor cui repertorium.in prin.tamen ex quo aliquando interest pupillorum illud non confici,ne secreta patrimonij pandantur, vt ibi,præsumendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli,& ideò dicendum est,huiusmodi remissionem confectionis inuẽtarij à testatore factam,valere,& obseruandum esse.

5 Sed hoc quidẽ de plano procedit,vbi testator expressè prohibuit confici inuentarium.Potest enim videri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli,vt suprà dictum est. Sed quid si non expressè prohibuit , sed simpliciter remisit tutori ipsius inuentarij confectionem,quò casu potius videtur id in gratiam tutoris fecisse?Respond.quòd vtroque casu idem dicendum est. Verbalis enim tàntùm est differentia vtrùm dicatur,Veto fieri,inuentarium:vel Remitto confectionem inuentarij, & ita Doc.cõmuniter non faciunt hanc differentiam , vt dicit Cror.in rep.d.l. nemo potest. nu.49.quem refert Io.Annib.in repet.eiusdem l.nemo potest ,nu. 388.Et hanc opi. quòd vtroque casu idem sit dicendum , attestatur magis esse communem Ripa,in d. l.nemo potest:nume 85.Vt verum fatear,subtiliter considerando,contraria opi.est multum colorata, & sapit etiam maiorem æquitatem , & aliquando dum essem scholaris Bononiæ,illam disputando sustinui in circulis:tamen in practica non recedas à communi.

6 Sed quid si testator confectionem inuentarij tutori in testamento remiserit, nunquid poterit Iudex illum cogere,vt inuentarium conficiat,remissione ipsa non attẽta?Respon.ꝙ sic,si ita minori expedire a ei visum fuerit:ita tenet Bar.in d. l. nemo potest,nume.12 qui in hoc est communiter receptus, vt attestatur Didacus lib. 2. resolutionum, cap.14. nu.4.Potuit enim testator putare è re pupilli futurum,vt inuẽtarium nõ conficeretur,vt in hoc falli:vel fortè tale quid post testamentum conditum, aut mortem testatoris emersit, quod noua prouisione indigere videtur.& hæc opin.tanquam verior & æquior tenenda est.

ADDITIO.

a Expedire. Vide text. in l.vtilitatem vbi Bart. ff.de confir. tut.Ang.consil.144.circa fin, Ias. in l.cum necessitatem. C. de fideicom Guid.Pap. q.352.& de remissione inuentarij:vide eundem Guid.Pap.cons.63.

QVAESTIO LXVII.

1 *Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredes?*
2 *Et an vsque ad certum tempus?*

1 QVæro, an testator possit prohibere diuisionem inter hęredes? Respon.quòd nõ:& hanc opi.fatetur esse communem Curt. Iun. consil.112. numero 1.

Scias tamen,quòd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat quando testator absque aliqua adiectione,in perpetuum diuisionem ipsam prohibuit. Sed si prohibitio facta esset ad tempus certum,vel vsque ad vitam alicuius personæ tantùm , vtique valeret.& hæc est communis opinio , vt dicit Gratus consil. 66.num.24.libro 2.Hanc etiam conclusionem dicit esse ab omnibus approbatam Crot.in repet d.l.nemo potest.nu.88. Vide quæ dixi infrà, lib.4.§.pactum.

QVÆSTIO LXVIII.

1 *Testator an possit concedere legatario licentiam,vt propria autoritate capiat possessionem rei legatæ?*
2 *Et quid si hæres resistat?*

1 TV scis,ꝙ legatarius debet capere rem legatã de manu hæredis,aliàs si eam accipiat propria authoritate, illã amittit,vt est in iure notissimum , & tradunt omnes in l.non est dubium. C.de lega.Quæro.nunquid possit testator in suo testamento condere licentiam legatario,vt propria authoritate capiat possessionem rei legatæ? Respon. quòd sic.ita dicit Bart.in d.l.nemo potest,nume.10. & est communis opinio,vt attestantur Scribentes, ibi,& in specie Ias.in 2. lectu. nume. 48. & Ripa nu. 61.Cùm enim illud in hæredis fauorem à iure introductum fuerit: meritò potest testator illi derogare,vt dixi suprà.q.64.versic.Et hæc quidem.

2 Sed quid si hæres rem ipsam legatam possideat, & legatario volenti propria authoritate eam apprehendere

apprehendere virtutẽ licentię sibi à testatore concessæ resistat,nunquid poterit etiam per vim illam apprehendere?Respon.quòd non:& est communis opinio,vt dicit Ripa in l.centurio,num.52. & seq.ff. de vulg.quem refert & sequitur nouissimè D.Plotrus in sua eleganti repe.l.si quando. C. vnde vi,post nume. 54.

QVÆSTIO LXIX.

1 *Testator an possit priuare hæredem hæreditate , si aliquid fecerit,vel non fecerit?*
2 *Et quid operetur eiusmodi priuatio ?*
3 *Et cui restituenda sit eo casu hæreditas , si testator id non expressit?*

1 QVæro, nunquid testator possit priuare hæredem hæreditate,si aliquid fecerit,vel non fecerit contra eius voluntatem, putà , si nupserit sine consilio alicuius vel huiusmodi?Respon.ꝙ sic:& est communis opin.vt dicit Crauetta,cons.1. post nu.3. vers.Non obstat. Sicut enim licet testatori rei suę adiicere quamcunque conditionem voluerit , non turpem,neque improbam,ita & licere ei debet , in ipsius conditionis defectum hæredem priuare hæreditate sibi relicta.

2 Intellige tamen, non vt talis priuatio ipso iure operetur,ita vt hæres desinat esse hæres : hoc enim secũdum communes iuris regulas esse non potest. Sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicommissi,vt scilicet,si contra fecerit,teneatur hæreditatem restituere per fideicommissum. ita tenuit Paul. de Cast.cons.300.nu.1. lib. 1. & est communis opin. vt dicit Bertran.cons.191.nu.5. lib.3. in secunda parte, Crauetta in d.cons.1.num.6.

3 Sed pone,testator non dixit cui hæreditas restitui debeat in casum priuationis:quæro,si hæres cõtrafecerit,cui teneatur illam restituere? Resp.quòd si adsunt cohæredes,vel substituti illis debet restitui,si verò non adsint,debet restitui venientibus ab intestato. ita dixit Bart.in l.paterfamilias,nu. 7. ff. de hære.instit. & est communis cõclusio,vt attestatur Ias.in l.fin. §. fin. post nu.3.ff.si cert.petat.Quod nota,quia quotidie testatores relinquentes vsumfructum vxoribus suis solent apponere pœnam priuationis hæreditatis , si hæres aliquam molestiam illis intulerit.

QVÆSTIO LXX.

1 *Testator an possit in suo testamento iubere , ne eius bona pro legatis sint tacitè hypothecata?*

1 TV scis quòd bona testatoris sunt pro legatis per eum relictis, tacitè hypothecata legatariis,de quo dixi suprà §.legatum. quæro , nunquid testator possit in suo testamento iubere,ne eius bona sint legatariis hypothecata? Respon.ꝙ sic:ita dicit glo.in l.2.in glo. vnica C. vt in poss. legat. quam sequuntur magis communiter Doctores,vt attesta tur Alex.in d.l.nemo potest,nu.13. Ita etiam tenere communiter scribentes attestatur Crot.in repet.d. l.nemo potest,nume.45.Sicut enim potuisset testator nihil eis legare,ita potuisse debuit illam qualitatem adiicere legato , quæ sibi placuit : & in proposito faciunt ea quę dixi supra q. 66. versic. quò ad primum.

QVÆSTIO LXXI.

1 *Testator an possit obligare bona hæredis.*
2 *Et an possit prohibere hæredi alienationem rerum suarũ.*
3 *Et an possit grauare fideicommisso hæredem super re prius ab eo ipsi hæredi donata?*

1 SEd nunquid poterit testator expressè obligare & hypothecare bona hæredis? Respond.Doctores in hoc articulo variè loquuntur,Tu dic, aut testator obligauit bona hæredis,nomine hæredis, vel pro eo de rato promisit,& tunc potuit testator illa hypothecare:intelligẽdo tamen,vt suprà dixi:quia scilicet hæres adeundo hæreditatem, censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum, Aut verò defunctus in ipsa obligatione nullam mentionẽ fecit de ipso hærede:sed simpliciter obligauit eius bona,& tunc per additionem hæreditatis factam per hæredem , non censetur confirmata ipsa hypotheca,quantùm ad hoc,vt creditor possit agere hypothecaria contra hæredem possidentem ipsam rem obligatam à defuncto,sed bene si creditor ipsam rem possideret , & hæres vellet ab so illam auocare , posset creditor repellere hæredem exceptione, & opponere confirmationem obligationis factæ per defunctum,resultantem ex eius adi tione,posset etiam creditor agere contra hæredem actione pignoratitia contraria, quæ est personalis, vt scilicet tradat pignus sibi constitutum à defuncto,iuxta not.in l.si Titio.ff.de pignori.hypothecaria verò,vt dixi,agere non potest: & hæc distinctio colligitur ex traditis per Alex.in l.hæredis seruus. col.2.vers.in ea.gl.ibi.ff.de lega.1.quam ita declaratam dicit esse veriorem,& magis communem,Negusan.de pignor.in 2.membro secundæ partis , nume.57.in fin.

Item quæro,nunquid posset testator prohibere hæredi alienationem rerum ipsius hæredis ? Respõ. quòd non:ita tenet Bart.in l. filiusfam. §. diui. post nu.8.ff.de leg.1.& est communis opin. vt dicit Ripa in d.§.diui.nume.54.& seq.

2 Sed pone , Testator donauerat inter viuos alteri aliquam rem , deinde illum sibi hæredem in testamento instituit. quæro,nunquid poterit in ipso testamento super re iam per eum donata grauare hę redem fideicommisso? Respond. glos. in l.si mulier. in prin.in verbo.Si mortis.ff.de leg.3.tenet,quòd nõ quasi onus imponi non possit rei , quæ non sit habita ex iudicio vltimo.Sed tu dic contrarium, modò testator in specie , & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicommissum. textus est clarus in l.sequens quæstio.in fin.ff.de lega.2. Nec curandum est de illa glo.in d.l.si mulier, quia per Doctores communiter reprehenditur, vt attestatur Paris. cons.2.nume.47.lib.3.& consilio 33. nu.79. eod. vol. Benè verum est quòd si testator in genere grauaret hæredem suum ad restituendum quidquid ad eum peruenisset:in tali fideicommisso non venirent ea,quæ testator prius inter viuos hæredi donasset; sed solum ea quæ ex vltima eius voluntate ad eum peruenissent.

QVÆSTIO LXXII.

1 *Testator an possit prohibere filio,ne detrahat legitimam de fideicommisso.*
2 *Et quid si non ipse filius grauatus sit, sed eius hæres , vel substitutus pupillaris?*
3 *Et quid si filius ad pubertatem peruenerit?*
4 *Et quid si fideicommissum simpliciter iniunctum fuerit?*

1 DIxi suprà quæst. 62. quòd testator potest prohibere hæredi detractionem Trebellianicæ: quæro nunc,an possit in suo testamento prohibere filio,ne detrahat legitimam de fideicommisso?Hæc quæstio licet prima facie videatur facillimæ resolutionis,ex quo secundum communes regulas,non

poteſt pater in præiudicium legitimæ filiorum aliquid ordinare,ſed de ipſa legitima reiicitur omne onus,omnis conditio & grauamen,vt dixi ſuprà §. legitima.Eſt tamẽ ardua quæſtio,& in ea multi Doctores æquiuocarunt. Tu igitur pro intelligentia diſtingue tres caſus:Primus eſt, quando filius ipſe nominatim eſt fideicommiſſo grauatus. Secundus eſt,quando non filius,ſed eius hæres,vel ſubſtitutus pupillaris, eſt in ſpecie grauatus fideicommiſſo. Tertius eſt,quando fideicommiſſum eſt ſimpliciter iniunctum,puta,quia teſtator non grauauit in ſpecie,neque ipſum filium,neque eius hæredem , aut ſubſtitutum pupillarem,ſed ſimpliciter dixit, volo, vt hæreditas mea reſtituatur Titio , ſi filius meus ſine liberis deceſſerit,&c.

Circa primum,quando filius ipſe eſt grauatus fideicommiſſo,fac concluſionem, quòd ſiue teſtator expreſsè prohibeat filio ne de fideicommiſſo detrahat legitimam,ſiue ſimpliciter illum grauet, vt hæreditatem reſtituat, ſemper filius poteſt legitimam ex fideicommiſſo detrahere, quia teſtator non poteſt (vt dixi) legitimæ filiorum aliquod onus imponere:& conſequenter non poteſt etiam expreſsè grauare filium primi gradus,ne detrahat ipſam legitimam de fideicommiſſo.& hæc eſt communis opi.vt dicit Galiaul.in repet.l.Centurio. nu. 407.& quòd non valeat grauamen iniunctum in legitima,quando nominatim eſt iniunctum ipſi filio, atteſtatur eſſe communem opi.Curt. Iun. conſi.71. nu.8.& ideò poterit hoc caſu filius (non obſtante ipſa prohibitione) detrahere legitimam de fideicommiſſo,& ſi ipſe non detraxerit, poterit eius hæres vel ſubſtitutus ex perſona ipſius filij illam detrahere. nam hoc ius detrahendi legitimam ad hæredes extraneos tranſmittitur, ſecundum concluſionem quæ eſt indubitabilis, & de plano procedit ſecũdum omnes vt dicit Pariſ. conſ.30.nu.8. lib.3.& hic primus caſus modicam habet difficultatem:Et hæc quidem concluſio locum habet etiam in milite . licet enim aliàs miles poſſet in ſuo teſtamento prohibere , ne legitima de fideicommiſſo detraheretur,ſecundum communem opin.de qua per Galiaul.in repe.d.l.centurio,poſt nu. 87. Ripa in ea. l. centurio,nu.45.Hodie tamen ſecùs eſt.nam de iure nouiſsimo miles non poteſt priuare filiũ legitima.

2 In ſecundo caſu , quando expreſsè grauatus eſt hæres vel ſubſtitutus pupillaris ipſius filij, pariter non videtur dubitandum , quò minus poſsit pater eos grauare vt totam hæreditatem , tàm ipſius patris quàm etiam filij,per fideicommiſſum reſtituãt. tex.eſt clarus in l.ſi Titio.§.fin.ff.de leg.j.& eſt communis ſententia,vt atteſtatur Iaſ.in d.§. fi.nu.15. & ſequen.& num.30.& in l.ex tribus , nu. 2.& ſeq. C. de inoff.teſta.Neque hoc caſu tractandum eſt de legitima,quia cum hæredi,ſiue ſubſtituto pupillo,ex eorum perſona nulla debeatur legitima, non poſſunt ipſi illam detrahere ex fideicommiſſo : & ita ſe habet communis opin.vt dicit Iaſ.in locis præalleg. Ioan.dilect.de arte teſtan.tit.5.caut. 34. in fin. Non etiam poſſunt ipſi ex perſona filij illam detrahere, quia filius non fuit grauatus,ideò,quantũ ad ipſum non eſt locus detractioni alicuius legitimæ:eſſet bene ex eorum perſona locus detractioni Trebellianicæ,ex quo ipſi ſunt grauati fideicommiſſo,niſi teſtator illam prohibuiſſet tacitè vel expreſsè, quod proculdubio facere potuiſſet, cùm non eſſent ipſi ex liberis primi gradus,vt latè dixi.ſ. q.63. Et ſi dicas,nónne filius tranſmittit detractionẽ, ſeu deductionem legitimæ ad ſuos hæredes , etiam extraneos?Reſpon.quòd filio,qui non erat grauatus,nó competebat aliquod ius detrahendi legitimam, vt ſtatim dixi,meritò illud ius quod non erat, non potuit ad hæredes tranſmitti.Poſtquam autem talis legitima peruenit in ipſos hæredes filij, non habet amplius nomen legitimæ , ſed de ea iudicatur tanquam de reliquo hæreditatis , meritò potuit hæres filij vel ſubſtitutus pupillaris in ea grauari:ipſi enim huiuſmodi hæreditatẽ habere dicuntur ex iudicio & diſpoſitione ipſius patris teſtantis,& conſequenter potuit pater in ipſa hæreditate illis quodcunq; grauamen imponere.& hæc eſt cómunis ratio Doctorum,vt dicit Iaſ.in d.§.fi.nu.6.

3 Et ideò hæc omnia ceſſarent, vbicunque filius ad pubertatem peruenisſet,vel tempore facti fideicõmiſsi iam pubes fuiſſet:his enim caſibus , poteſt filius de ſua legitima liberè diſponere & teſtari,non obſtante ipſo fideicommiſſo:& ſi non teſtetur , vel de ea diſponat , cenſetur non teſtando voluiſſe illam relinquere hæredi ſuo ab inteſtato , meritò illius hæres,ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato poſſet ex perſona filij ſibi legitimam retinere ex fideicommiſſo,quia illam habere videtur ex iudicio ipſius filij , non autem ex diſpoſitione teſtatoris,& propterea ab ipſo teſtatore in illa grauari non potuit,& ſic iſtud fideicõmiſſum,ſiue grauamen, quãtùm ad legitimam , & quantùm ad propria bona ipſius filij , ſtatim eueniente pubertate euaneſcit. Et hoc ſine dubio eſt de intentione omnium Doctorum,vt dicit Ruinus conſilio 58. poſt nu. 19. lib. 2.ſubdens,ꝙ aliter ſentire , vel dicere eſſet erroneũ.

4 Tertius eſt caſus,quando teſtator in ſpecie aliquẽ fideicommiſſo non grauauit,ſed ſimpliciter dixit: ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, volo quòd bona mea reſtituantur Titio. Et in hoc Doctores multum torquentur , an cenſeatur tale fideicommiſſum iniunctum filio, an verò eius hęredi. Vtilitas autem eſt maxima , quia ſi eſt iniunctum filio, poterit ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex perſona filij,ſi verò eſt iniunctum hæredi,non poterit hæres detrahere legitimã,neq; ex perſona filij, quia ipſe nõ fuit grauatus,neq; ex perſona propria, quia illi non debetur legitima : & magis cõmunis ſententia eſt, ꝙ fideicõmiſſum in dubio cenſeatur relictum ab eo,à quo relinqui poteſt,& ſic ab hæredę filij,vel ab eius ſubſtituto pupillari , non autem ab ipſo filio : & conſequenter quòd iſte hæres filij non poſsit de ipſo fideicommiſſo aliquo modo detrahere legitimam , & ita paſsim allegatur tenere Bart.in l.qui duos.in fi.ff.de vulga.quem communiter omnes ſequuntur,vt dicit Ale.conſ.67.nu. 2.lib. 1.& in l.1.§.fi.poſt nu.3.ff.de vulga. Hanc etiam opi. dicit eſſe cõmunem Alex. conſ.12. nu.32.lib.3.& in l.cohæredi §.cum filiæ.nu.7.& ſeq.ff.de vulga. quem refert Pariſ.conſ.81.nu.9.& 10.lib.2.Iaſ.conſ.186.col. 7.verſ.Non obſtat in quantum quarto loco.lib.2.& conſil. 98. col.2.verſ.Imò fortius lib.4.& in l.ex tribus,nu.5.C.de inoff.teſta.& in d.§.cum filiæ. nu. 16. quem refert Curt.Iu.in d.conſ.71.nu.8.& ſeq.& conſ. 72.nu.10.& Pariſ.conſ.21.nu.48.libr.3.& Ioan.Dilec. de arte teſtandi,tit.5.caut.34.nu.2. Clau. in d.l.1.§. fi.num.7.& ſeq.Pariſ.conſ.45.nu . 44.lib.2. Crottus cõſ.134.nu.45.l.1.& cõſ.103.nu.12 . l.2 Apoſt.ad Alex.in d.conſ.12.ſub nu.12.l.3. Cõtrariã tñ opinionẽ ꝙ.ſ. indubio fideicommiſſum ſimpliciter relictum cenſeatur iniunctum ipſi filio inſtituto , non autem eius hæredi,tenuit Bar.in d.l.cohæredi.§.cum filiæ, ver

ver.Quod ſi hæredem , nu.3.& hanc opi. dicit eſſe magis communem Ripa in d.l.Centurio , poſt nume.128. Dicit etiam Galiau.in d. l. Centurio , poſt nu.409.verſ.aliquando autem facit.ſe putare,quòd d.Iaſ. decipiatur. aſſerendo contrariam opin. eſſe magis communem,& re vera,neque Bar. in d.l.qui duos , dicit id ad quod allegatur , neque multi ex Doctoribus,qui pro hac parte adducuntur,loquũtur in his terminis,vt oſtẽdi Galiaula in loco præallegato.Cæterum , quicquid ſit de ſtricto iure , non eſſet in practica recedendum à prima opin. quæ proculdubiò eſt magis communis, vt ex prædictis apparet.Fauendũ eſt enim voluntati teſtatoris,quãtum fieri poteſt,tantò magis vbi de præiudicio filiorum non tractatur:& aliàs cum hæc dubitatio fuiſſet mihi propoſita in facto à quodam arbitro non Doctore,in loco Sarauallis agri Alexandrini, & ego,aliis etiam negotiis implicitus,petiiſſem terminum octo dierum,ad deliberandum quid ſentirem in hoc articulo,ille arbiter dixit ſe valdè mirari , ꝙ ego peterem terminum in quæſtione tam clara,in qua duo alij DD. eximprouiſo reſponderant,dixi mei moris non eſſe,in quæſtionibus præſertim arduis, non inſpectis libris reſpondere.Tandem excitatis nonnullis motiuis, cùm res non videretur carere difficultate,partes acquieuerunt vt amicabiliter componeretur,& ita factum fuit.

5 Hæc autem omnia intellige vt procedant,quando filius ipſe eſt adhuc pupillus.nam ſi eſſet pubes tẽpore iniuncti fideicommiſsi , vel etiam poſtea ad pubertatem peruenisſet,tunc indiſtinctè,ſiue fideicõmiſsum ſit iniunctum expreſsè ipſi filio, ſiue eius hæredi ſiue ſimus indubio,ſemper detrahitur legitima de fideicommiſso,per rationem,quam poſui ſuprà verſ.Et ideò.

QVÆSTIO LXXIII.

1 *Teſtator an poſſit prohibere filio alienationẽ ſuæ legitimæ?*
2 *Teſtator an poſſit legare adminiſtratori vel tutori liberationem á ratione reddenda?*
3 *Teſtator an poſſit prohibere hæredi, ne detrahat Falcidiã.*
4 *An prohibere poſſit detractionem Trebellianicæ?*

1 QVæro nunquid teſtator poſsit prohibere filio alienationem ſuæ legitimæ?dixi ſuprà hoc eo. lib.§.legitima.

2 Item quæro,an poſsit teſtator legare adminiſtra
a tori vel tutori liberationem à ratione reddenda?a dixi ſuprà,hoc eo.lib.§.legatum.

3 Sed quæro,nunquid teſtator poſsit prohibere hæredi,ne detrahat Falcidiam?Reſpon. quòd ſic:tex. eſt in auth.ſed cùm teſtator. C.ad l.Falcid.& eſt cõmunis opi.vt dicit Io.Annib.in repet.d.l.nemo poteſt,nu. 191..ff.de lega.1.& in hoc nemo dubitat.

4 An autem poſsit prohibere detractionem Trebellianicæ,vel legitimæ?dixi ſuprà q.62. & ſeq.& q. 72.

ADDITIO.

a A ratione reddenda.Adde quòd tutori nõ prodeſt teſtatoris prohibitio de non reddenda ratione ſi quid ex dolo fecit.Bart.conſ.68.lib. 2. & Dec.conſ. 78.dicit communem opin.eſſe etiam ſi dictum ſit per teſtatorem , quòd non teneatur reddere rationẽ:& quòd omne in quo fuerit condemnatus , vult per hæredem ſibi reſtitui. vide Alciat. in tract. præſumpt. reg. j. præſumpt.vj.nume.2.

QVÆSTIO LXXIIII.

1 *Teſtator an poſſit prohibere ius accreſcendi?*
2 *Et quid in ſucceſſione vniuerſali?*
3 *Et an eo caſu res reducatur ad cauſam inteſtati?*

1 QVæro,nũquid teſtator poſsit in ſuo teſtamẽto prohibere ius accreſcendi?Hæc eſt trita queſtio,ſed non ab omnibus bene intellecta. Scire igitur debes, quòd ius accreſcendi poteſt dupliciter cõſiderari, ſcilicet in particulari, & in vniuerſo. In particulari habet locum ius accreſcendi , puta, inter legatarios , quando ſunt inter ſe coniuncti, iuxta notata in l.re coniuncti ff. de lega .3. quia altero repudiante , illius portio alteri accreſcit , de quo dixi ſuprà hoc eo.lib.§.ius accreſcendi.In vniuerſo autem conſiderari poteſt ius accreſcendi inter ipſos inſtitutos,quia ſi alter hæredum repudiet hæreditatem , vel decedat priuſquam adeat,illius portio accreſcit cohæredi , vt habetur per Doctores in rubr.C.quando non peten. part. & dixi in d. §. Ius accreſcendi. & hoc caſu procedit ius accreſcendi,non ſolum inter inſtitutos in quota parte hereditatis, ſed etiam inter inſtitutum in re certa, & hæredem vniuerſalem: non ſi hæres vniuerſalis repudiet hæreditatem,vel decedat priuſquam adeat tota hæreditas accreſcit inſtituto in re certa , vt latius dixi ſuprà hoc eod. lib.§. inſtitutio . Si ergo quæris, nunquid teſtator poſsit prohibere ius accreſcendi,eſt diſtinguendum:nam aut loquimur in iure accreſcendi quod verſatur circa particularem ſucceſsionem , prout eſt in legatis, & in fideicommiſsis etiam vniuerſalibus , & in illis poteſt teſtator prohibere ius accreſcendi,ſiue expreſsè,ſiue etiam ſimpliciter prohibendo , ne plus petere poſsit,& eo caſu,ſi coniunctus repudiet legatum,vel fideicommiſſum , accreſcet hæredi inſtituto. & hic caſus apud DD.nullam habet difficultatem.

2 Aut verò loquimur in ſucceſsione vniuerſali, & ſic in inſtitutionibus, puta, ſi teſtator inſtituat aliquem in re certa,& prohibeat ne quid vltra petere poſsit,& contingat hæredem vniuerſalem repudiare,nunquid poſsit prohibere,ne reliquum hæreditatis accreſcat illi inſtituto in re certa? & videtur quòd nullo modo id facere poſsit,quia ſi illud refiduum non accreſcit inſtituto in re certa , neceſſe eſt quòd deuoluatur ad hæredes ab inteſtato,& ſic 1
reſultaret abſurdum, quòd ſcilicet inſtitutus in re 1
certa ſuccederet ex teſtamento in ipſa re ſibi relicta:in reſiduo aũt ſuccederẽt proximiores ab inteſtato.& ſic daret caſus,in quo aliquis decederet ,ꝑ parte teſtatus & ,ꝑ parte inteſtatus,ꝛ cõmunẽ regulam iuris, de qua in l. ius noſtrum. ff.de reg. iur. Breuiter non videtur dubitandum in hoc,quod ſicet teſtator non poteſt prohibere ius accreſcendi in inſtitutionibus,& quòd talis prohibitio non valet,quantum ad hoc,vt teſtator poſsit decedere pro parte teſtatus,& ,ꝑ parte inteſtatus,qa hoc eſſet valdè abſurdum,vt ſtatim dixi:& in hoc omnes cõueniunt,vt affirmat Dec.in d.l.ius noſtrũ., nu.4.

3 Punctus eſt, vtrum, prohibitio ipſa non valeat quò ad hoc, in ea non obſtante , ſit locus iuris accreſcendi,& ſic inſtitutus in re certa habeat totam hæreditatem,an autem prohibitio valeat,ita quod nihil accreſcat ipſi inſtituto in re certa,& conſequẽter teſtamentum annulletur , etiam quòd ad ipſam inſtitutionem in re certa, & res penitus reducatur ad cauſam inteſtati, & in hoc variæ ſunt opin.Docto. Aliqui enim tenent , quòd non obſtante prohibitione

hibitione tota hæreditas accrescat instituto in re certa:& hæc fuit opinio Dy.quam dicit esse communiter approbatã Gul.de Benedi.in prima parte rep.c.Raynutius.in verb.in eo.testamẽto 1.fol.208. num.272.Hanc etiam dicit esse communẽ Ale.in l. si quis priore,post n.9.ff.ad Trebel. Dec.in d.rub. C.quando nõ pet.part.in prima lectura, post nu.3. ver.sed ista responsio.& in secunda lectura,n.21.Sapia in l.vnica.nu.61.C.quan.nõ.pete.part.Cur.Sen. cons.74.nu.3 quẽ refert & sequitur Soc.Iun.cõs.111. nu.16.li.1.Crot.in repet.l.re cõiuncti,nu.61.& sec.Ripa in d.l.re cõiuncti,nu.134.Gratus cons.58.nu.108. lib.2.Apostill.ad Ale. cons.162.sub numer.10. libr. 2.Contrariam autem sentẽtiam,scilicet, quòd imò talis prohibitio valeat, & consequenter,quòd testamentum ipsum corruat, & res tota reducatur ad causam intestati,tenuit Bart.in l. quoties.§. fi duo. nu.1.& sequ. ff.de hæred. instit. & hanc opin. dicit communiter teneri Corn.in l.quoties,num.37.in fi. C.de hæred.instit.quem refert Dec. in l. 1.num.2.C. de testam.milit.Hanc opin.dicit esse communem Ias.in d.l.re coniuncti,& consilio 8.column. 9.versi. Decimò istud,lib.3.quem refert D.Crauetta in suo elegantissimo tractatu de antiq.temp. in 4. parte, sectione prima,nume.130.Vt vides opin.Dyn. contra Bart.est proculdubiò magis communis.Ego tamen considerabam, quòd ius accrescendi dicitur prouenire ex tacito iudicio testatoris,vt latius dixi in d.§.ius accrescendi.Propterea, vbicunque testator verbis ad id expressè conceptis prohiberet ius accrescendi,non dubitarem sequi opin. Bartol. quia vbi expressè quid à testatore dispositum reperitur,illud debet præferri tacitæ eius menti,quæ ex coniecturis colligi possit. Pariter etiam vbi subessent coniecturæ adeò liquidæ,vt apertè coniici posset testatorẽ nullo modo voluisse,ꝙ talis institutus in re certa haberet residuum hæreditatis, facilè inclinarem in sententiam Bar.quia bonus Iudex semper debet amplecti in iudicando illam opi.quæ magis conuenit verisimili menti testatoris. Consulo tamen,ꝙ de facili quis non recedat ab opin.Dyn, quæ magis fauet sustinendo testamento,& præterea (vt dixi) est magis communis,& ideo in practica sequenda.

QVÆSTIO LXXV.

1 *Contractus an possit in testamento celebrari?*

1 QVæro, nunquid in testamẽto possit celebrari contractus? Respon.gl.vulgaris quę semper ad hoc solet allegari in l.hæredes palã.§.fi.in gl.fi.in fi.c.ff.de testam tenuit simpliciter,quòd sic:& illam dicit esse communiter approbatam Paris. consil.2. nu.19.lib.3.& cons.46.nu.36.lib.4.& dicit Ro.cons. 171.n.6.in fi.ꝙ communis omnium sententia illam sequitur.quem refert Dec. cons.196. post nu.1.ver. Ex quibus omnibus. & cons. 283. post nu.2. vers. Verum supradictis,& Boer.decis.353.num.4.Dida. in Rub.de testa.in 3.par.post nume.17.Illam tamen intellige,vt procedat,quando conuentiones & contractus qui celebrantur in actu testamenti, nõ sunt penitus extranei ab ipso testamento: sed si essent contractus penitus extranei,non possent in ipso testamento celebrari. Ita declarãt Doctores per me suprà allegati:& hanc dicit esse communem sententiam Ale.in l.1.§.qui præsens,nu.21.ff.de verb.oblig. & ita tene.

QVÆSTIO LXXVI.

1 *Testatoris voluntas ante omnia attendi debet.*
2 *Et quid in fideicommissis?*
3 *Et quid in aliis substitutionibus?*
4 *Vbi clarè non apparet de mente testatoris,verbis est inhærendum.*
5 *Vna pars testamenti per aliam declaratur.*
6 *Verbum æquiuocum positum in vna parte testamenti,debet interpretari prout reperitur clarè positum in alia parte testamenti.*
7 *Et quid si in vna substitutione testator mentionem fecerit de filiis masculis,in alia verò simpliciter tantũ de filiis?*
8 *Et nunquid hæc regula locum habeat etiam de vno testamento ad aliud?*
9 *Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem quàm fieri possit.*
10 *Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium.*
11 *In dubio mens testatoris præsumitur conformis dispositioni iuris communis.*
12 *Vbi adsunt statuta mẽs testatoris præsumitur conformis dispositioni statutorum.*
13 *Dispositio testatoris facta de personis,quæ sibi ab intestato succedere possent, intelligitur facta eo modo & ordine quo de iure ad successionem vocarentur.*
14 *Testator substituens proximiores, an censeatur vocasse proximiores vltimi decedentis,an ipsius testatoris.*

1 DIximus de potestate testatoris: nunc de eius voluntate videndum est.In hac autem materia,cùm præcedentibus.§§.præsertim vbi de substitutionibus & fideicommissis tractatum est,multa iam à nobis explicata sint,hoc loco breuiter (præmissis nonnullis conclusionibus) duas tãtum quæstiones attingemus.

1 In vltimis voluntatibus,vbicunq; de aliquà re controuerti cõtingat,semper & ante omnia, ipsius testatoris voluntas attẽdi debet,l.nõ aliter. ff.de leg. 3.cum simil.& est communis reg. vt attestatur Paris.cons. 41.numer.15.lib. 2.& consil.52.numero 6. eod.volu.& consilio 78. nu.16.eod.vol.& consil. 90. nu.10.eod.vol.& consil.23.nu.9.lib.3.& consil.25.nu. 31.eod.vol.& cons.53.nu.10.eo.vol. & hãc regulam dicit esse ab omnibus approbatã So.Iun.cons.110. nu.10. lib.3.Adde, quòd non solùm attendenda est testatoris voluntas expressa(hoc enim absque dubio procedit,vt dixi suprà.q.61.) sed etiam illa,quę ex coniecturis colligitur,l.cùm proponebatur.in fi. ff.de leg.2.cum simil.& est communis reg. vt dicit Dec.in l.prima post nu.4.C.de collatio.

2 Idq; maximè in fideicommissis locum habet: in illis enim licet voluntas testatoris ex verbis expressis colligi non posit,sed tantùm ex coniecturis, illa tamen attendenda est, adeò vt plerunque propter coniecturatam mentem testatoris,à vi,& proprietate verborum fit recedendum l.hæredes mei. §.cùm ita.cum ibi not.ff.ad Trebel.& est communis conclusio,vt dicit Paris.consilio 43.nu.24.lib.2. & consilio 75.nu.50.eod.vol.& cons.17.n.17.lib.2.& cõsilio 75.nume. 50.eod.vol.& cons.17.nu.17. lib.2. cõs.25.nu.35.eo.vol.Quinimò fideicõmissa ipsa ampliãtur,restringuntur,extenduntur, declarantur,& limitantur per rationem & causam,propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum,adeò vt talis ratio & causa potius attendi debeat,quàm verba expressa l.cum pater. §.dulcissimis,vbi nota.ff.de legat.2.& est communis conclusio,vt dicit Paris. consi. 6.numero 20.lib.3.& consil. 18.numero 21.eo.vol.& cons.22.num.37. eod. vol.& cons.25.nu.29.eo.vol.& coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeò potens est, vt plerunque operetur, quòd aliqui admittantur, qui aliàs non admitterentur

admitterentur.& aliqui excludantur,qui aliàs non excluderẽtur,& est communis regula vt dicit Curtius Iunior.cons.57.nu.6.

3 In aliis tamen substitutionibus,si quæ in testamentis factæ sunt,hæc conclusio non ita absolutè procedit:in eis enim vltrà in illis contenta nihil est subaudiendum.Et hæc est communis reg.vt dicit Socin. Iun.consil.101.nume.3.li.1.maximè vbi de substitutione nõ extẽdenda,aut declaranda, sed inducenda ageretur:tunc enim non ita de facili cõiecturas tacitæ mentis admittimus,sed illud fideicommissum siue substitutio quæ in testamento expressa nõ reperitur,non debet dici facta,& dicens contrariũ debet illud ostendere.& hæc est communis regul.vt dicit So.Iun.cons.176.nu.8.lib.2.& cons.78.nu.4.li.3. In proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi suprà,§.substitutio.

4 Vbi clarè non apparet quæ sit mẽs testatoris, tũc inhærẽdũ est verbis ipsius.& hæc est cõmunis cõclusio,vt dicit Curt.Iun.cõsi.169.nu.1.Cæterũ si etiam verba ipsa dubia essent,ita vt colligi nõ posset quæ mens testatoris,tũc ante omnia spectãda est ipsius testatoris cõsuetudo,deinde regionis in qua versatus est,præterea qualitas personarũ,charitas,& necessitudo.Itẽ & ex præcedẽtibus,aut sequẽtibus verbis cõiiciendũ est,quid testator senserit. sunt verba Iurisc̃o.in l.si seruus pluriũ.§.fi.ff.de leg.primo.Qui ordo à Iurisc̃o. traditus ad inuestigãdam mẽtem testatoris,formaliter & præcisè est obseruãdus,ita vt prima cõiectura præferatur secundæ,& sic successiuè. & hæc est communis opin.vt dicit Ias. in d.§. fi.nu.2.quod nota.

5 Dixi,ꝙ vna pars testamẽti per aliam declaratur:& hoc receptissimum esse attestatur Æmi.Ferret.in l. qui filiabus.in prin.num.4.ff.de lega.1. Regulariter enim mẽs testatoris præsumitur fuisse in vna parte, quæ fuit in alia.ita dicit Barto.in l. Centurio,col.9. vers.Vel quid si in præcedentibus. ff. de vulg.quem sequuntur communiter Doctores,vt dicit Soc.Iun. cons.101.nu.7.lib.1.

6 Hinc infertur, quòd si reperiatur aliquod verbũ æquiuocum,vel commune;puta, Substituo, in vna parte testamenti,debet illud verbum interpretari, prout reperitur clarè positum in alia parte testamenti.ita dixit Bart.in loco præallegato, quem sequuntur communiter Scribentes,vt dicit Paris.cõs. 73.nu.48.libr.2.& cons.86.nu.55.eo.vol. & consil.72. nume.42.lib.4.

7 Sed pone,quòd testator in aliqua substitutione fecerit mentionẽ de filiis masculis,deinde in alia substitutione fecerit mentionem simpliciter de filiis, nunquid in hac secunda substitutione debet etiam subintelligi de masculis? dixi suprà §.substitutio.

8 Sed nunquid,sicut præsumitur de vna parte testamenti ad aliam,ita etiam erit præsumendũ de vno testamento ad aliud? Respond.quòd non:& ideó,si testator in primo testamento aliquid disposuit cũ vna qualitate,& postea faciat secundum testamentum,in quo repetat eandẽ dispositionem (omissa illa qualitate)intelligitur talis qualitas potius reiecta,quàm repetita in secundo testamento.ita tenet Bar.in l.Statius Florus.in princ.nu.2.ff. de iure fisc. qui in hoc per omnes approbatur,vt dicit Curt.Iunior,consil.163.nume.14.

9 Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem quàm fieri possit.l.vnum ex familia.§.fi rem.ff.de le.2.& est communis regula, vt dicit Soc. Iunior.cons.9.nu.4.lib.1.

10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extẽditur ad alium,l.commodissimè,ff.de li.& posth. & est communis regula,vt dicit Paris.cons.87.num. 50.lib.2.Hanc tamen conclusionem intellige,vt procedat quando aliter de testatoris ipsius mente non apparet,nam eo casu benè procedit regula,ꝙ casus omissus habetur pro omisso sed si subsit coniecturata mens testatoris,vtique dispositio facta in vnum casum extẽditur ad alium.l.Titius.§. Lucius, ff.de lib.& posth. & est communis regula, vt dicit Dec.in l.si mater,post nu.2.versic.Sed iste.C.de instit.& substit. In proposito huius regulæ videnda sunt,quæ dixi suprà.§.substitutio.

11 In dubio mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis ita allegatur dicere Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Trebel. quem in hoc dicit communiter approbari Curt. Iun.cons.57.post nu.8.Hanc etiam cõclusionem attestatur esse communem Galiaula in repe.l.Gallus. §.quidam rectè,post nu.21.

12 Scias tamẽ ꝙ vbi adsunt statuta,præsumitur mẽs testatoris potius fuisse conformis dispositioni statutorum quàm iuris cõmunis: & ad hoc allegatur Bar.in d.§.cum ita.nu.4.ff.ad Trebel.& est communis conclusio,vt attestatur Soc.cons.51.nu.33. lib.4. Curt.Iun.cons.168.post nu.63.lib. 2.Hinc infertur, quòd stante statuto, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant,si testator in testamento suo simpliciter instituat filios suos,nõ censetur instituisse fœminas à statuto exclusas: ita allegatur tenere Bal.in l.tres fratres.quem tamen ego ibi hoc dicentem non inuenio.ff.de pac.& est communis conclusio,vt dicit Curt.Iunio.de feud.in prima parte tertiæ partis principalis,in 12.limitat.

13 Secundò infertur,ꝙ dispositio testatoris facta de personis,quæ sibi ab intestato succedere possent,in dubio intelligitur eo modo & ordine,quo de iure communi,vel municipali ad successionem ab intestatò vocarentur:ita colligit ex nota. per Bar.in d. §.cum ita,nu.4.quem omnes sequuntur,vt dicit Socinus Iun.cons.104.nu.26.lib.1.& ideo,si plures vocati sunt ad fideicõmissum sub nomine collectiuo, puta; substituo omnes de familia mea, censentur vocati ordine successiuo,ita vt gradatim proximiores admittantur,secundum quod succeditur ab intestato.ita tenuit gloss.in l.cum ita §. in fideicommisso, in verbo,nominati sunt. ff. de leg. 2. quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Paris.cons. 3.nume.41.lib.primo,& consi.38.nu.1.lib. 2. & cons. 51.numero 16.eod. vol. & consilio 75. numero 16. eod.vol.& consilio 76.nu.6. eod. vol. & consilio 83. numero 14.eodem volum.& consilio.5.6.nume.26. libro tertio,& cons.50.nu.18.eod.vol. & cons.65.nu. 48.eod. volu.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Soci.consil.43.nu.8.lib.3.& cons.86.nu 8. eodem volum. Curt.Iun.cons. 22. nume. 12.Vide. quæ dixi suprà quæst.70. in prima conclusione.In proposito etiam illius gloss.videnda sunt ea quæ dixi suprà. §. substitutio: vbi diffusius de eius veritate tractaui.

4 Sed hic occurrit pulchra quæstio,& quæ sæpè cõtingit in practica,Pone,quòd habens plures agnatos,vel cognatos,vnũ instituat,& eidem per fideicommissum substituat alios proximiores agnatos,& cognatos.quæro,nũquid præsumãtur ex tali substitutione vocati illi agnati,vel cognati qui erũt proximiores ipsius testatoris,an aũt proximiores ipsius grauati, cui facta est substitutio? Resp.Aliqui

qui dicunt, quòd censentur vocati proximiores ipsius testatoris, quos in dubio præsumitur testator magis dilexisse quã proximiores eorum quos instituit. & hanc opinio. dixit esse communem Ioan. Dilect. de arte testan. ti. 3. cau. 31. num. 3. Hæc tamen opinio mihi nunquam placuit, & videtur directò contrariari regulæ supra positæ: Si enim testator præsumitur voluisse in suis bonis succedi iuxta ordinem à iure communi constitutum in successionibus ab intestato, de necessitate iudicio meo fatendum est, ꝙ semper voluerit proximiores illius, de cuius hæreditate agitur, illi succedere, non aũt eius remotiores, licet sint proximiores ipsius testatoris, quos illi de iure cõmuni proculdubio excluderent. Nec dicatur, quòd in fideicommissis succedatur fideicommittenti, non autem grauato, vt dixi suprà. §. substitutio. Quia per hoc non tollitur quò minus inter vocatos ab ipso testatore sit succedendũ eo gradu & ordine, secundum quem ipse testator dispoſuisse præsumitur, scilicet secundum quem inter ipsos procedet successio ab intestato. & licet hæc sententia mihi verior videretur, tamen propter authoritatem tenentium contrarium, non audebam me firmare, tandem reperi, Soc. Iu. consil. 126. lib. 1. qui per totum illud consilium tractat eleganter hãc quæstionem, & post multa concludit secũdum hãc opinionem, ꝙ scilicet attendatur proximitas vltimò morientis, siue grauati, non autem testatoris. & post relatas multas authoritates Doctorum, qui illam tenuerunt, nu. 56. attestatur eam esse magis communem, subdens; quòd nefas putaret ab ea recedere in iudicando. Hanc etiam opin. dicit esse communem Gozad. consil. 4. post nu. 31. vers. Ad sextum. Cùm ergo hæc opi. sit verior, & ex allegatis per Socin. Iun. in d. consil. appareat, eam etiam esse magis communem, dicerem consulendo aut iudicando nullo modo esse ab ea recedendum. Vide in hoc proposito, quæ dixi suprà. §. substitutio.

1 Quatenus testator dilexit, instituendo, censetur etiam dilexisse substituendo, est communis regula, vt dicit Curt. Iun. consil. 91. nu. 8. Hanc infertur. ꝙ si testator in institutione excludit fœminas propter masculos, censetur eas pariter voluisse excludere in substitutione. ita dixit Bar. in l. fi. nu. 2. ff. ad Treb. & est communis conclusio, vt dicit Cur. Iu. consil. 11. circa fin. Rub. consil. 62. in fi. Hoc tamẽ limita, vt nõ procedat, quãdo ita intelligẽdo sequeretur mala grãmatica: nam eo casu præsumendum est illam fuisse mentem testatoris, quæ secundum rationem recti sermonis procedere potest. Ita dicit Bartol. in d. l. fin. post num. 2. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. Iuni. consil. 57. post nume. 6. quem refert & sequitur Bello. consil. 53. nume. 6. & libr. 4. supputa. c. 20. num. 6.

QVÆSTIO LXXVII.

1 *Filij, vel descendentes positi in conditione, an censeantur vocati.*

2 *Et quid si adsint aliquæ coniecturæ?*

1 NOn est hoc loco, in quo de mẽte testatoris cõiicienda principaliter agitur, omittẽda trita illa & vulgaris quæstio, nunquid filij, vel descendentes positi in conditione censeantur vocati. In qua quidem, ne in authoritatibus citandis (quod semper abhorrui) minus esse videret, mihi modum potius, quàm copiam quærendam esse animaduerti. Citaui itaque tantùm locos magis insignes, cæteris, in quibus obiter huius quæstionis fit mentio de industria prætermissis. Pone ergo, quòd testator in suo testamento ita cauerit: instituo Titium mihi hæredem, voloq́ue, vt si ipse Titius sine filiis decesserit, restituat hæreditatẽ Mæuio. quæro, nunqd isti filij Titij, qui non sunt expresè à testatore instituti vel substituti, sed tm̃ positi in conditione, censeãtur vocati? Vtilitas autẽ huius quæstionis est maxima, quia si censentur vocati, non poterit Titius tanquã per fideicõmissum grauatus, vt illis restituat hæreditatem, in eorũ præiudiciũ aliquid de ipsa hæreditate disponere: si verò nõ censentur vocati, sed solummodo intelligitur eis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato, ipsi quidem si Titius intestatus decesserit, proculdubio erũt Mæuio substituto præferendi, ex quo per eorum existentiam defecit conditio sub qua Mæuius erat vocatus: sed si Titius facto testamẽto aliũ hæredẽ reliquerit, ipsi remanebunt exclusi à successione testatoris. & in hoc articulo semp allegatur vulgatissima illa Glosella in l. Lucius, la 2. in gl. fi. ff. de hære. instit. quæ voluit, ꝙ testator ipsos liberos censeatur prætulisse substituto ab intestato tantũ, & sic, ꝙ isti filij & descendentes nõ censeãtur à testatore vocati, sed solũmodò sit illis reseruatũ ius legitimę successionis ab intestato. Hanc aũt opi. gl. attestãtur esse cõmuniter receptã ac canonizatã tàm in iudiciis, quã in scholis, atq; ab ea non esse consulendo aut iudicãdo recedendum, hi qui sequuntur. Imol. in l. si filiusfa. §. cùm quis. vers. & hæc faciunt. ff. de leg. 1. & in d. l. Lucius, post nu. 2. vers. in gl. fi. ff. de hær. instit. quẽ refert. Alex. consil. 149. nu. 6. lib. 2. Pau. de Cast. in l. cum acutissimi, post nu. 4. C. de fideicom. Rapha. Comen. in d. l. filiusfam. §. cùm quis, quem refert Alex. consil. 38. post nu. 6. vers. & per prædicta, lib. 6. Rom. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebe. quem refert Guido Papæ consil. 25. nu. 1. & consil. 27. nu. 2. Ioan. de Ana. consil. 68. circa. fin. Alex. consil. 91. nu. 6. lib. 1. & consil. 108. nu. 3. eo. vol. & consil. 66. nu. 5. lib. 2. & consil. 109. nu. 4. eo. vol. & consil. 185. num. 15. eod. volum. & consil. 33. nume. 3, lib. 3. & consilio 13. post nume. 10. lib. 4. & consil. 55. nume. 14. eod, volu. & consil. 139. nume. 7. lib. 9. & consil. 201. nume. 2. lib. 7. & consil. 133. nu. 2. eod. vol. & in d. l. ex facto. §. ex facto, post nu. 3. in glo. in verbo Defecisset. ff. ad Trebel. quem refert Soci. Iun. consil. 26. nu. 14. lib. 1. & Boër. decis. 147. post nu. 15. vers. sed ad prædicta, Aret. consil. 27. in fi. Corne. consil. 21. in litera C. lib. 1. & consil. 118. in litera G. lib. 2. & consil. 119. in litera P. eo. vol. & con. 146. in litera A. eo. vol. & consil. 186. in litera C. eod. vol. & consil. 207. in litera B. eod. volu. & consil. primò, colum. 10. in litera V. lib. 3. & consil. 186. in prin. eod. vol. & consil. 243. in litera S. eod. volu. & consil. 89. in litera E. lib. 4. & consil. 101. in litera A eodem volu. & consil. 180. in litera A. eodem volum. & consil. 226. in litera B. eodem volu. & in l. 1. numero 9. C. de condi. infer. Soc. in l. cùm auus, post num. 11. ff. de cond. & demonst. & consil. 140. num. 2. lib. primo, & consil. 42. num. 1. lib. 3. & consil. 116. nume. 1. eod. volum. & consil. 33. num. 1. lib. 4. & consil. 33. nu. 30. eod. vol. & consil. 74. nu. 2. eod. volu. quem refert Soc. Iun. consil. 176. nu. 16 lib. 2. & consilio 177. num. 8. & seq. eod. volu. Guidò Papæ consil. 140. paulò ante nu. 1. & consil. 216. num. 9. & consil. 218. nu. 2. Iaſ. in l. pecuniam. nu. 1. in fi. ff. si cert. peta. & in l. generaliter, in princip. nume. 2. C. de insti. & substit. & consil. 143. post num. 6. lib. 2. & consil 206. nume. 3. eod. vol. & consil. 228. col. 3. versi. Pro eadem, eod. volum. & consil. 41. circa fi. lib. 3. & consil. 108. col. 5. vers. Non quoque obstat. lib. quart, Cur. Sen. consil. 42. nũ. 14.

nu. 14. & consilio 45. num. 12. quod consilium fuit compilatum per ipsum Curt. & D. Christophorum Burigellã nomine venerandi Collegij Papiensis, & consil. 63. nume. 3. & 4. & in repe. d. l. 1. nu 6. C. de pact. Dec. in d. l. 1. num, 15. C. de pact. & consil 91. post nu. 4. vers. Sed respondetur, & consil. 270. post nu. 1. & consil. 291. in fin. & consil. 422. nu. 2. Claud. in l. Centurio, nu. 44. ff. de vulg. & in d. l. ex facto. §. ex facto, nu. 2. ff. ad Treb. Ruin. consil. 40. nu. 3. in fi. lib. 1. & consil. 108. nu. 11. li. 2. & consil. 111. nu. 3. eo. vol. & consil. 113. nu. 3. eod. vol. & consil. 179. num. 1. eo. vol. Pet. Girard. sing. 61. Habes. Bertrand. consil. 18. post nu. 21 lib. 1. in secunda parte, & consil. 82. nu. 5. & 6. eod. volu. & consil. 31. num. 4. li. 2. in secunda parte, & cõsil. 96. nu. 6. eod. vol. & consil. 103. post nu. 7. vers. Prẽterea præmitto, eod. volu. & consil. 170. nu. 1. eod. vol. & consil. 183. nu. 21. li. 3. in secunda parte, & cõ 182. nu. 2. eod. vol. & cõsil. 236. nu. 1. eo. vol. & consil. 250. nu. 4. eod. vol. & consil. 286. nu. 4. eod. vol. Gozad. cõsil. 104. quod est consil. vlt. nu. 7. Ripa in l. Centurio. nu. 159. ff. de vulg. & in d. l. ex facto §. ex facto nu. 10. ff. ad Treb. & in d. l. 1. nu. 7. C. de pact. Corset. in reper. Abbatis in verbo, Substitutio Apostil. ad Guid. Papæ. consil. 22. sub nu. 5. Rubeus consil. 144. post nume. 1. Paris. consi. 18. num. 10. lib. 2. & consi. 31. numero 3. eodem volum. & consi. 37. numero 19. eodem volũ. & consilio 63. numero 9. eodem volum. & consi. 74. numero 3. eodem volum. & consil. 75. numero 44. eod. volum. & consil. 78. num. 6. eod. volum. & consil. 86. nu. 6. eod. volum. & consil. 87. nu. 7. eod. vol. & cõsil. 14. nu. 5. lib. 3. & consil. 17. nu. 27. eod. vol. & con. 42. nu. 2. eod. volu. & consil. 53. nu. 9. eod. vol. Cotta in verbo, Filij in conditione, Bello. consil. 81. nu. 4. Purpurat, in d. l. 1. nume. 112. C. de pact. Soc. Iun. consil. 60. numero 65. lib. 1. & consil. 111. nu. 25. & num. 30. eod. vol. & cõsil. 118. nume. 19. eod. vol. & consil. 119. nu. 9. eod. volu. & consil. 126. nu. 29. eod. vol. & consil. 108. num. 6. lib. 2. & consil. 141. num. 3. eod. vol. & consil. 151. nu. 10. eod. vol. & consi. 154. nu. 4. eod. vol. Crauetta consil. 109. num. 2. & consil. 155. nu. 2. & consil. 288. post num 3. versic. 3. considero A Emil. Ferret. in d. l. 1. num. 6. C. de pact. Zuccard. in repe. d. l. 1. numero 74. & seq. Gratus cõ 106. nu. 43. lib. 2. Io. Dilect. de arte testandi, ti. 5. cau 19. nu. 1. & caut. 24. nu. 2. & caut. 36. nu. 1. Et dicit Guido Papæ decis. 39. post nume. 1. quòd hanc opin. seruat curia parlamenti Delphinalis in iudicando.

Contrariam verò sententiam quòd scilicet, filij positi in conditione censeantur à testatore vocati, saltem tacitè, tenuit Oldra. consil. 21. in fin. cuius opi. multos etiam habuit sequaces, quos recensẽt Barb. consil. 55. col. 5. & seq. lib. 2. subdens, quòd licet Ioan. de Imola in d. l. Lucius, dixerit opinio. gloss. esse magis communem, tamẽ salua pace sua, quòd ista est verior & communior, quem refert Boer. decis. 155. post nume. 33. & Socin. Iun. consi. 168. nume. 75. libr. 2. Dicit etiam Socin. consil. 77. post nume. 4. lib. 1: quòd multi Doctores tenent contra illam gloss. & quòd vidit consultum per multos solemnes Doctores, qui dicebant hanc esse communem opin. Moder. quem refert Gratus. consil. 32. nume. 1. libro 2. & consi. 101. nu. 13. eo. volu. Dicit etiam Curt. Seni. cõsil. 51. post numer. 22. quòd cùm hanc opin. tenuerint plurimi Doctores supremæ authoritatis, & cùm sit æqua opinio, vt omnes fatentur, certè illa in iudicãdo sequenda est, quia multoties errãt homines discedentes ab æquitate, vbi locum habere potest, sequendo subtilitates, referens verba Ang. in l. sequitur, in prin. ff. de verb. oblig. monentis, vt caueant aduocati, Doctores & iudices, quando sequi possunt æquiorem sententiam, ne rigorosam amplectãtur, quia pernicioſè errarent: & tandem subdit, ꝙ hæc opi. non potest dici, nisi communis, & sequenda, quem refert Paris. consil. 50. nume. 37. lib. 3. Dicit etiam Socin. Iun. consil. 158. numero 71. lib. 2. & consil. 174. numero 21. eodem volum. quòd ab hac opinio. tanquam veriori, & fortè hodie communiori, non esset iudicando recedendum, & in vtroque consil. latè recensẽt authoritates, dicens, quòd non est dubium communem opinio. posse mutari temporis cursu, ex quo sæpè contingit, quòd aliqua opinio, quę à quinquaginta, vel sexaginta annis suprà communiter tenebatur, definat esse communis, si plurimi ex sequentibus contrarium teneant: & quòd ita fortasse cõtingit in ista difficultate. Idem etiam dicit idem Socin. Iun. consilio 110. numero 20. libro 3. & consilio 145. numero 36. eod. volum. Et dicit Gratus consil. 48. nume. 22. libro primo, quòd licet olim opin. illius gloss. esset communis. hodie tamen est dubium, an sit communis, & reuera negari non potest, quin magnæ sint authoritates hinc inde. Tamen vt potes ex prædictis colligere, non videtur dubitandum, quin etiam hodie opin. illius gloss. sit magis communis, & credo, quòd sint plures Doctores qui attestantur illam esse communem, quàm illi qui tenent opinion. contra gloss. nihilominus, quia contraria opin. vt omnes fatẽtur, est æquior, & fortè etiam est verior in puncto iuris, non est ita absolutè adhærendum opinioni illius gloss. sed pro concordia, etiam ex communi mente Doctorum, putarem ita posse distingui. Aut ille, qui fuit institutus in testamento, erat extraneus ipsi testatori, & intelligo extraneos omnes illos, qui non sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine coniuncti. & tunc procedat opin. gloss. in d. l. Lucius, vt scilicet eius filij in conditione positi non censeantur vocati: & hic casus procedit absque dubio, vt dicit Curt. Sen. in d. consil. 45. nume. 2. quod consilium vt dixi, fuit editum sub nomine Venerãdi Collegij Papiẽsis, vt dicit Socin. cõsilio 72. post nu. 30. libro quarto quòd opi. glo. in trãsuersalibus est multum communis, & indubitata in cõsulẽdo & iudicando. Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter considerari, vt eorum fauore dicatur voluisse imponere instituto onus fideicommissi. Aut isti filij positi in cõditione erãt descẽdẽtes ipsius testatoris, & tunc aut nulla subest coniectura, quod testator eos vocare voluerit, præterquam, quod simpliciter eos posuit in conditione: & hoc casu etiam procedat opi. glo. & magis communis scilicet ꝙ solúmodo cẽseatur testator voluisse eis reseruare ius legitimæ successionis ab intesta to, nõ autẽ voluisse grauare hæredem institutum, vt hæreditatẽ illis restituat. Nam cõditio ipsa nihil ponit in esse: & regulariter nõ inducitur tacitum fidei commissum, nisi vbi ex coniecturis colligitur mẽtẽ testatoris illam fuisse, vt fideicommissum induceretur. & ab hac opi. vbi nullæ subsint coniecturæ, temerarium esset iudicio meo, consulendo aut iudicãdo recedere. Aut verò aliqua subest cõiectura mẽtis testatoris, ꝙ voluerit istos filios in cõditione positos vocare, & tunc intrepidè tenenda est opi. Oldrad. & sequacium, quòd censeantur tacitè vocati. & ita dicunt communiter Doctores nostri, etiam qui regulariter negãt eos vocatos esse, vt dicit Soc. Iun. consil. 128. nu. 73. lib. 2. Dicit etiam Crauetta cõsil. 62. num. 6. ꝙ licet Doctores magis communiter

videantur sequi gl.in d.l.Lucius.tamen cùm tot, & tantæ sint authoritates in contrarium,de facili ex aliquibus coniecturis receditur ab illa communi opi.Idem etiam dicit Soc.Iu.in d.cons.110.post nu. 20.vers.Verùm si quis.li.3.& hanc conclusionem,q vbi adest aliqua coniectura, filij seu descendentes. positi in conditione censeantur vocati, non solùm ad exclusionem vltimo loco substituti , sed etiam ad hoc,vt possint grauari dicit esse communẽ Soc. cons.63.lib. 3. prout illum refert,& sequitur Paris. cons.78.nu.7.lib.2.& licet ego non reperiam Soc. in allegato cons.id attestantem , hæc tamen conclusio proculdubio tanquam communis tenenda est in practica,neque ab ea esset consulendo aut iudicando recedendum.

QVÆSTIO LXXVIII.

1 *Prosequitur eundem articulum,tractaturque quid si testator huiusmodi filios in conditione positos grauauerit?*

1 SEd videndum est,quæ sint huiusmodi coniecturæ,propter quas sit præsumendum, quòd testator voluerit tales filios in conditione positos vocare:& in hoc diligenter aduerte,quia non sufficit dicere testatorem ita verisimiliter voluisse, nisi coniecturæ sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint.& ita communiter concluditur , vt dicit Paris.consil.77.nume.18.libro secundo. In primis autem Bartol.in d.l.Centurio,nume.37.tenuit, quòd si testator ipsos filios grauasset,censeretur etiam in necessariam consequẽtiã eos vocasse,aliàs enim non valeret grauamen,tanquam relictum ab eo,qui non fuisset honoratus:& ideò si testator iusserit hæreditatem suam restitui Titio,si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit,& etiã si filij ipsius filij quem instituit,pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opin.Barto.videbuntur tacitè vocati etiam filij ipsius filij,qui fuit institutus,licet tãtum positi in conditione,ex quo testator eos pariter grauauit,iubendo , eis decedentibus sine filiis, hæreditatem suam Titio restitui.quos tamen gravare non potuisset , (vt dixi)nisi præsupponamus, quòd eos prius honorasset,& sic vocasset.& hanc dixit esse communem theoricam Doctorum Corne.consil.primo,col.9,in litera R.lib.3.Socin.consi. 259.nume.5.lib.3.Dicit etiam Corn.consi.22.col. 3. in litera.R.li.2.& cons.258.in litera R.lib.3.se vidisse quosdam consulentes qui allegabant Paul. de Cast in l.ab eo.C.de fideicom.dicentem,quod hæc opin.Bart.sit communis,& credo,quòd Corne. in consiliis suprà allegatis sentiat de Alex. qui ita allegat cons.64.nu.2lib.5.licet reuera Paul.de Castr. in lecturis,quæ communiter habentur ibi , hoc nõ dicat.Dicit etiam Cur.Sen.cons.51.post nu.20.vers. Si ita est.quem refert Bertrand.cons.173.post num. 24.libro 6.quòd videtur magis communis ista sententia Bartol.quotiescunque cum grauamine concurrit aliqua coniectura mentis testatoris.Hanc etiam opin.dicit esse hodie magis communem So. Iun.in d.cons.110.num.21. Ferd.Loaz.in Apostil.ad rep.Galiaul.supra d.l.centurio,sub nu.548.& hanc opin.Bar.dicit seruari in actu practico , iudicando, & consulendo,Ang.Aret.in §.fin.in fin.Inst.de pupil.substit.quem refert Dec.in l.1.post num.15.C.de pact.Et secundum hanc opin.Bart. in facti contingentia iudicare solet curia parlamenti Delph.vt dicit Guido Papæ in d.decis.39.& refert etiam se audiuisse Crauetta cons.155.nu.5.illam etiam dicit teneri iudicando & consulendo Mantua.cons.92. nu. 10.lib.1.& secundum illam fuisse iudicatum attestatur Ripa in d,l.1.nu.11.C.de pact.prout etiam intellexi proximis diebus iudicatũ fuisse in Vener.Collegio huius ciuitatis.

Sed quidquid dicant prædicti Doctores(salua eorum reuerentia)opi.contra Bart.est magis communis,quòd scilicet ex eo quòd filij positi in conditione sint grauati, non tamen propter hoc censeantur vocati,sed quod quantum ad ipsos tale grauamen prorsus reiiciatur tanquam iniũctum personis,à testatore non honoratis , & censeatur iniunctum sub duplici conditione, scilicet si ipse sine liberis decesserit,vel si eius filij pariter sine liberis decesserint.& ita hanc opinio.contra Bar.esse magis communem attestatur Alex.cons.219.nu.2.li. 2. vbi dicit,quòd opi.Bar.est damnata,& consilio 13. col.fi.lib.4.prout illum refert Soc.cons.69.post nu. 7.vers.Præterea & secundò,lib.3.& consil.104.post nu.8.vers.2.respondeo,lib.3. Ego tamen non reperio Alex.in d.cons.13.attestantem de communi in hoc articulo,licet multos alleget qui tenent contra Bar.eandem opi.contra Bar.attestatur esse magis communem Soc.cons.62.post nu.10.lib.3.Ias.in d.l.Centurio,nu.57.& in d.l.1.post nu.12.C.de pact. vbi dicit,quòd Bar,solet communiter in hoc reprehendi per Scribentes,& cons.35.col.2.vers.sed præmisis,& col.fi.lib.3.Curt.Sen.cons.42.nu. 7.& cõs. 45.sæpè allegato,nu.15.& cons.63.num.6.quem refert & sequitur Ruin.cons.136.nu.16.lib.3.Dec,cõs. 270.post nu.1.vers.Nec obstat & cons.291.in fin.& cons.384,post nu.6.versic.Secundò non obstat, & cons.422.nu.2.Curt.Iun.cons.11.nu.2.Ruin. consil. 113.nu.4.lib.2.& cons.114.nu.4.eo.vol.A Emil. Ferret.in d.l.1.num.8.C.de pactis.& cons.59. post nume.5.Bertran.cons.129.num.1.lib.2. in secunda parte,& cons.182.nu.3.lib.3.in 2,parte,& cons.136.post nu.1.eo.vol.& cons.251.nu.3.eo.vol.Ripa in d.l. Centurio,nu.166.& seq.& in d.l.1.nu.11.C.de pactis.Bello.cons.81.post nume.5.Paris.cons.31.numero 4.lib. 2.& cons.44,num.7.eo.volum.& cons.87.nume.13. eo.volum.Soc.Iun.sibi contrarius cons.112.num.4. lib.primo,& cons.118.nu.22.eo.vol. & nouissimè idem attestatur Illust.vir,& summæ eruditionis. D. Didacus in c.Raynutius.§.3.nu. 3. cuius scripta in titulũ de testamentis nuper edita ad manus meas peruenerunt postquam hic §. iam ferè pro maiori parte erat impressus,vbi dicit apud se dubium non esse hanc sententiam contra Bart.frequentiori calculo receptam fuisse.Et sic(vt vides)non est dubitãdum.quin hæc opinio contra Barto.sit magis communis.Quia tamen multi, & magnæ authoritatis Doctores tenuerunt cum Bart. cuius sententiæ meritò deferre debẽt omnes iuris professores, bonum esset etiam ex communi mente Scribentium opiniones concordare,distinguendo tres casus : Primus casus.est , quando expressè grauamen iniunctum est ipsi filio instituto,sub duplici tamen conditione,puta,instituo filium meum,& si filius meus sine filiis decesserit,vel eius liberi sine filiis decesserint,volo,vt prædictus filius meus restituat hæreditatem meam Titio , & hoc casu ex quo filius expressè est grauatus,non autem eius filij , non videtur tractandum, an tales filij censeantur vocati,vel grauati,cùm illis nullum sit grauamen iniunctum, & ita etiam videtur fuisse de mẽte Bar.quem omnes sequuntur,ita vt nemo discrepet , vt ait Bello.in d. consil.81.num. 6. qui refert ita attestari Socin.consi.218.col.3.libro 2.Curt.Iun. consilio 239. numero

nu.20.qui dicit quòd in hoc omnes transeunt cum Bart.Secundus est casus, quando expressè grauamen est iniunctum ipsis filiis in conditione positis, puta:quia testator dixit,instituo filium meum,& si filius meus sine filiis decesserit,volo vt restituat hæreditatem meam Titio, & si filij nati , vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filiis decesserint,volo vt restituãt hæreditatem meam eidem Titio,quo casu,vt verum fateamur,opi.Bart. videtur magis cõformis menti testatoris,& etiam æquior. Dico ergo, quòd aut isti filij sunt ex descendentib. ipsius testatoris,& tunc teneo opin. Bartol. quòd censeantur vocati,ex quo in illis consideratur ordinata affectio testatoris,vt sui descendentes illi succedant. Aut sunt extranei, scilicet qui non sunt descendentes testatoris, & tunc absolutè teneo opinio.contra Bartol.quòd non censeantur vocati,sed quòd quantùm ad ipsos,grauamen reiiciatur. Tertius autem est casus , quando grauamen non est expressè iniunctum ipsi filio instituto, neque etiam eius filiis in conditione positis, sed simpliciter testator dixit,si filius meus sine filiis decesserit, vel ẽt eius filij sine liberis decesserint,volo , vt hæreditas mea perueniat ad Titium:& hoc casu pariter est tenenda opi.contra Barto.quæ(vt dixi)proculdubio est magis communis, vt scilicet tales filij in conditione positi non censeantur vocati,nec grauati,sed censeatur iniunctum grauamen filio instituto sub duplici conditione, vt suprà dixi. Benè verum est, quòd si tales filij essent ex descendentibus testatoris,& vltra grauamen adesset aliqua alia etiam leuis coniectura mentis testatoris , de facili inclinarem in sententiam Barto.& secundum hanc distinctionem,si casus contingeret,intrepidè consulerem & iudicarem.

QVAESTIO LXXIX.

1 *Successiuè tractatur quid si testator in tali substitutione apposuerit verbum masculis?*
2 *Et quid si sint ex descendentibus ipsiusmet testatoris?*
3 *Et quid si testator digressus sit ad plures gradꝰ substitutionũ*
4 *Et quid si testator adiecerit,quia vult bona sua in familia conseruari?*

1 PRrosequendo alias coniecturas,ex quibus colligi possit mentem testatoris fuisse , vt filij in conditione positi censeantur vocati.reperio,quòd Guido Papæ decis. 184. dicit sibi videri optimam coniecturam,si testator in conditione ipsa apposuerit verbum,Masculis,puta , quia dicat , si filius meus sine liberis & descendentibus masculis decesserit,substituo Caium: nam hoc casu , secundum eum, illa qualitas masculiniratis adiecta operabitur , vt censeantur vocati. Sed tu tene contrarium Eadem enim ratio vtroque casu militat,& propterea ista coniectura communiter non recipitur , vt attestatur Ripa in d.l.Centurio , numero 162.& in d.l.prima,numero 8.C.de pactis , quem refert excellens Doctor,& multæ eruditionis.d.Hieron.Mãfred.lib.primo attentatorũ in sexta parte,numero 2.vbi,& ipse fateri videtur contra Guidon.Papæ esse communem Doctorum opinio. Hanc etiam opin.b.contra Guid.Papæ,dicit esse magis communem Paris.consilio 31.numero 22. libro secundo & consilio 44.nume.1.eodem volum.Socin.Iun. consil.118.numero 15.libro primo,& consil.177. nume. 10.& seq.lib.2.& ita contra istam coniecturam in facti contingentia iudicauit curia parlamẽti Delphina.vt ipsemet Guido Papæ refert in d.decis.184. & decis.600.Et licet Dec.cons.548.circa prin.dicat,q illud dictum Guid.Papæ non est contra communẽ opi.& quòd imò non habet contradicentem:tu tamen ipse per te videre potes in locis prælegatis, an Dec.verum dicat.& ideo consulendo, aut iudicando nullo modo adhæreas dictæ opi.Guid.Papæ, quia caret substantia veritatis.

2 Tertia coniectura allegatur,quando isti filij positi in conditione sunt ex descendentibus ipsius testatoris : & secundum hanc coniecturam conclusio gl.in d.l.Lucius.esset limitanda, vt non procederet in descendentibus.& hæc fuit opi. Salyc.in l.1.nu.5. C. de cond.insertis, pro qua facere videntur ea,quæ dixi suprà.§.substitutio.Sed tamen hæc fallentia communiter damnatur , vt dicit Ripa in d.l.Centurio,post nu.159.vers.3.verba:& dicit Soci. consil.116.post nu.8.col.fin.vers. Ex quibus patet, quòd communis opin.est in contrarium.& ita inter authores suprà allegatos in q.77.potest videre multos in specie loquentes de descendentibus,& attestantes etiam in illis,opi.gl.esse magis communem & de hoc non est dubitandum.

3 Quarta allegatur coniectura,quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum , semper adiecta illa conditione,si sine filiis &c.quo casu cùm testator toties posuerit istos filios siue descẽdentes in conditione,videtur eos maximè dilexisse, & consequenter sumendam esse cõiecturam, q eos vocare voluerit:& hæc fuit opi.Pet.de Anch.consi. 74.nu.2.in fi.vbi subdit,quod hæc modificatio ad dictam gl.sibi videtur iustissima & æqua.Hæc tamẽ coniectura ita simpliciter deducta communiter reprobatur,vt dicit Ripa in d.l.Centurio,nume.165. & reuera multi ex Doctoribus sequentibus opini. glo.& attestantibus illam esse communem,loquuntur in casu,in quo testator fuerat digressus ad plures gradus substitutionum:& tamen eo non obstãte,transeunt cum opinio.ipsius gloss. Ideò propter hanc solam coniecturam non esset in practica à cõmuni opin.recedendum.

4 Quinta est coniectura,quando testator expressit rationem,quia scilicet volebat bona sua in masculis,& familia conseruari,nam eo casu vtique censetur voluisse inter ipsos descendentes inducere fideicommissum,& consequenter etiam, si tantummodò sint in conditione positi , tamen censentur vocati.& hæc est communis & firma conclusio, vt attestatur.Paris.cons.6.nu.16.lib.3.Sed in hoc proposito videnda sunt ea,quæ dixi ẽ.§.substitutio.

In his tamen omnib.coniecturis,maximè versabitur religio iudicare debentis, qui secundum suam conscientiam diligenter æstimabit,an testator veri similiter ipsos filios siue descendentes in conditione positos,vocare voluerit:& licet singulæ fortè nõ prodessent,secundum communes sententias superius relatas,si tamen duæ vel plures concurrant,& conscientia ita suadeat.poterit intrepidè iudicare contra opi.illius gl.Præsuppositio tamen semper,q isti in cõditione positi,sint ex descendẽtibus ipsius testatoris:aliàs non esset à communi opin. aliquo modo recedendum,vt ẽ.sæpius dixi.

QVÆSTIO LXXX.

1 *Quando plures simul sunt instituti.vel substituti,an censeãtur vocati simul & semel,an autem ordine successiuo?*
2 *Et quid si vocati sunt copulatiuè?*
3 *Et quid si in eo casu cadat inter ipsos,nõ solũ ordo charitatis*

sed etiam necessitas instituendi?
4 *Et an censeantur vocati per fideicommissum, an vulgariter substituti?*
5 *Et quid si sint vocati per alternationem?*
6 *Et quid si per dictionem C V M?*
7 *Et quid si sub nomine collectiuo?*

1 ALia nunc est quæstio absoluenda circa testatoris mentem interpretandam valdè vtilis, & quotidiana, Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo. Et quia materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita, vt quantum fieri possit, clarior reddatur. Sciendum tamen in primis, quòd inter personas à testatore vocatas, duplex ordo potest considerari, charitatis scilicet seu affectionis, & necesitatis. Ordo charitatis seu affectionis est, quando personæ vocatæ sunt positæ in diuersis gradibus ab intestato, puta, quia instituo fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Certum est enim, quòd frater meus est mihi in gradu proximior, quàm eius filij, neque erga istas personas à testatore institutas, potest considerari aliqua necessitas eas instituendi, sed tantummodò voluntas & sic charitas vel affectio. Ordo autē necesitatis est, quando personæ, quas testator instituit, erant de necesitate ab ipso testatore instituēdæ. Intelligo de necesitate causatiua, quia, scilicet eis non instituris, testamentum posset esse nullum, puta, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum vel nasciturum. Quo casu videtur, non solùm filium de necesitate instituisse, quem omninò instituere tenebatur, vt dixi suprà q. 38. sed etiam nepotem, ne testamentum rumperetur, casu quo filius esset prçmortuus & ipse nepos qui primum locum teneret, reperiretur præteritus.

2 Hoc præmisso, prima sit conclusio, quod quando plures vocantur per copulam, inter quos solùm cadit ordo charitatis & affectionis, absque vlla necesitate instituendi, vel substituendi, puta, instituo Titium fratrem meum, & eius filios, tūc tales personæ censentur vocatæ simul, & semel, non autem ordine successiuo. & licet Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. tenuerit contrarium, hæc tamen conclusio magis cōmuniter tenetur, vt dicit Alex. cons. 129. nu. 7. lib. 5. Dec. cons. 95. nu. 2. & dicit Cæpolla. cons. ciuili, 53. post nu. 4. quòd ita tenent communiter Doctores Legistæ & Canonistæ Hanc etiam conclusionem attestantur esse cōmunem Scribentes in d. §. quidam rectè. & in specie Imol. post nu. 20. vers. Interdum verò, & d. Iacob. Butri. Doctor. clarissimus & conciuis meus, & Ias. nu. 22. & seq. & Rubeus, pariter conciuis meus, nu. 37. & seq. Idem etiam dicit Alexand. cons. 22. post. nu. 8. lib. 3. quòd est duplicatum in cons. 13. lib. 4. Cor. cōsi. 229. in litera I. lib. 3. Socin. cons. 90. num. 1. lib. 1. & cons. 113. nu. 1. eod. vol. quod est duplicatum in cons. 238. lib. 2. Guido Papæ cons. 122. nu. 1. & con. 135. post nume. 1. vers. Sed circa præmissa, & con. 136. post nu. 1. vers. Sed an dubium. Ias. consil. 206. nume. 2. lib. 2. Dec. consil. 205. post nu. 2. & consil. 237. post numero 1. col. 2. vers. Sed illa, & cons. 248. nu. 2. & consilio 253. post nume. 3. & in fin. consil. & consil. 291. nume. 1. Ruin. cons. 168. nu. 9. lib. 2 Bertrand. cons. 9. nu. 1. li. 1. in secunda parte, & cons. 215. nu. 5. lib. 2. in secunda parte. Curt. Iun. cons. 22. nu. 4. & cons. 128. post nume. 1. vers. Aut quæro. Boer. decis. 185. nu. 6. Io. Dile. de Arte testandi, tit. 4. cau. 6. num. 1. Berous in capi. Raynutius, nu. 82. & seq.

3 Quando inter eos qui vocantur per copulam, cadit non solum ordo charitatis, sed etiam concurrit necesitas instituendi, saltem causatiua, vt est quando instituuntur filius, & nepos ipsius testatoris: eo casu nō cēsentur vocati simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet, filius solus imprimis, deinde nepos post eum & hæc est communis opi. vt attestantur Scribentes in d. §. quidam rectè, & in specie Alex. post nu. 6. vers. In ea gl. ibi, & Ias. nume. 16. Idem dixit Alexand. cons. 14. nu. 10. lib. 1. Corne. consil. 159. in litera H. lib. 4. Bertrand. in d. cons. 9. nu. 1. lib. 1. in secunda parte, & cons. 82. nu. 2. eod. volum. & consilio 182. numero 1. libro 3. in secūda parte. Curt. Iun. in d. cons. 128. nu. 1. Berous in cap. Raynutius nume. 68 & seq.

4 Sed quæro, an hoc casu censeantur isti filij & nepotes vocati ordine successiuo per fideicōmissum, ita vt filij censeantur grauati fideicommisso, vt restituant hæreditatem nepotibus, an autem solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, scilicet nepotes vulgariter substituti in casu in quo filij non sint hæredes? Respond, quòd solum modò censentur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum, & hæc est cō munis opi. vt attestatur Dec. cons. 205. post nu. 9. & cons. 248. post nu. 6. Paris. consi. 82. nu. 11. libro 2. AEmil. Ferret. cons. 10. nume. primo. Vtilitas autem est euidens & maxima, quia si censeretur inductum fideicommissum, non posset filius de ipsa hæreditate liberè disponere & testari, sed teneretur illam restituere ipsis nepotibus si verò tantūmodò est vulgaris substitutio, filio adeunte, statim expirat, iuxta ea quæ dixi 5. §. Substitutio.

5 Quando plures personæ, inter quas cadit ordo charitatis, vocātur per alternatiuam. puta, instituo Titium vel eius filios, tunc videntur vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet, primò, Titius, & deinde eius filij per fideicommissum, & in hoc Doctores omnes conueniunt, vt dicit Dec. cōs. 95. nu. 4. circa fi. Et ideò, si quis substituat filios, vel nepotes Titij, hęc alternatiua posita inter personas inter quas cadit ordinata affectio, stat propriè, & non resoluitur in coniunctam, & donec vnus ex filiis supereſt, nullus ex nepotibus admittitur, ita cō muniter cōcluditur, vt dicit Paris. cons. 21. nu. 11. li. 3.

6 Quando plures personæ inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per dictionem, C V M, puta, instituo Titium cū Mæuio eius filio: hoc casu Titius & Mæuius admittuntur simul & semel, non autem ordine successiuo, & hæc est communis conclusio, vt attestantur Scribentes in d. § quidam rectè: & in specie Ias. nu. 30. vbi dicit, quòd cū ista decisio. omnes indifferenter tenent.

7 Quando plures personæ vocātur sub nomine collectiuo cum aliis sub duplici denominatione, puta, instituo Titium, & nepotes Meuij, isti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideò faciendæ sunt duæ partes, nulla habita ratione, q nepotes Mæuij sint plures numero & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. Iun. consil. 104. nu. 25. lib. 1. & hæc omnia nota, quia quotidiè contingunt in practica.

QVÆSTIO LXXXI.

1 *Præteritione filij an testamentum annulletur?*

Explica-

EXplicatis quæstionibus, quæ ad testatoris voluntatē interpretandā pertinent, videndū est, quibus modis testamenta infirmentur: & in primis quæro, an præteritione filij: testamentum ipso iure annulletur? dixi latè suprà, quæstio 42. & seq.

QVAESTIO LXXXII.

1 *Præteritione parentum, vel collateralium, an testamenta annullentur?*

1 QVæro etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, testamenta annullentur? dixi suprà, quæst. 48. & sequen.

QVAESTIO LXXXIII.

1 *Exhæredatione filiorum, vel parentum. an testamentum rumpatur?*

1 QVæro, an propter exhæredationem filij testamentum rumpatur? dixi suprà, quæst. 40. & 41. dixi ex quibus causis filius à patre exhæredari possit.

QVÆSTIO LXXXIIII.

1 *Legitimatione filij naturalis, vel spurij, an testamentum rūpatur?*

1 QVæro, an legitimatione filij naturalis vel spurij testamentum rumpatur? Resp. quod sic per inde ac si ipse post testamentum legitimus natus fuisset, & ideò si pater post conditum testamentum filium naturalem legitimauerit, vel etiam iam legitimatum præterierit, vel sine causa exhæredauerit, rumpitur testamentum, poteritque talis filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum, vel contratabulare, & si sit exhæredatus, habet querelam, & hæc est communis conclusio, vt attestatur Ale. in Rub. ff. de lib. & posthu. post nu. 3. & cons. 139. nu. 1. lib. 2. quem refert Dec. in l. posthumo, in additio. ad primam lecturam, nu. 17. in fin. C. de bon. possess. contratab. Socin. cons. 126. nu. 5. libro 2. prout illum refert, & sequitur Paris. cons. 7. nu. 2. libro 2. & cons. 55. num. 2. lib. 3. Ias. in d. rub. ff. de lib. & posthu. nu. 5. & seq. & cons. 202, col. 2. ver. Stat ergo lib. 2. Dec. cons. 52. & cons. 343. post nu. 2. ver. Nec obstat si dicatur, & cons. 395. post nu. 7. vers. Quartò, concludunt, & cons. 366. nu. 5. Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, vt dixi suprà, lib. 2. §. filius. & ideò omnia iura loquentia de filiis legitimis, habent etiam locum in legitimatis. & hæc est communis conclusio, vt dicit Socinus in allegato cons. 226. post nu. 5.

QVAESTIO LXXXV.

1 *Testamentum an rumpatur per ingressum religionis?*

1 QVæro, an per ingressum religionis testamentū rumpatur? dixi suprà, quæst. 28. versiculo. Sed retenta.

QVÆSTIO LXXXVI.

1 *Testamentum an rumpatur resurrectione testatoris?*

1 QVæro, si testator moriatur, & deinde resurgat an rumpatur eius testamentum? Est pulchra quæstio, sed rarò contingentibus: si tamen contingeret, prout in Lazaro, quem Christus Dominus noster à mortuis suscitauit, tenēdum est, quòd Lazarus à mortuis resurgens hæreditatem suam de iure recuperauerit, & ruperit testamentum, si quod prius condiderat, vel tanquam ipsemet (non enim videtur defunctus, qui tam citò reuixit) vel tāquā posthumus, qui de nouo natus esset. Ita tenuit glo. in l. ex his, in gl. 1. ff. de leg. 16. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Albe. in d. l. ex his, nu. 2. Alex. in l. si marito, in prin. nu. 5. ff. sol. mat.

QVÆSTIO LXXXVII.

1 *Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullū?*

1 QVæro, nunquid testamentum conditum per metum, sit ipso iure nullum, an autem veniat rescindēdum ex capite metus? dixi 5. lib. 7. §. metus

QVAESTIO LXXXVIII.

1 *Vltima voluntas an vitietur falsa latinitate.*

QVæro, nunquid vltima voluntas, vel fideicōmissum vitietur mala grammatica vel falsa latinitate? dixi suprà hoc eod. lib. §. substitutio.

QVAESTIO LXXXIX.

1 *Testamentum in quo debitæ solemnitates non interuenerūt an sit ipso iure nullum.*

QVæro, an testamentum, in quo non interuenerunt debitæ solennitates, sit ipso iure nullum? Respō. quòd sic: tex. est in l. 1. ff. de iniusto rup. Quæ autem sint solennitates in testamento requisitæ dixi suprà q. 35. & seq. Hanc tamen conclusionē intellige, vt procedat regulariter. Sed si sit testamētū priuilegiatum, puta, conditum à milite, vel inter liberos, vel ad pias causas, istis casibus, etiamsi solēnitates à iure aliàs requisitæ, deficiant, testamentū sustinetur, vt latius dixi 5. q. 6. & q. 8. & q. 15. &c.

QVAESTIO XC.

1 *Ex testamēto minus solēni an oriatur naturalis obligatio?*
2 *Et quid in legatis?*
3 *Et an legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis?*
4 *Et an hæres teneatur in foro conscientiæ persoluere legata in huiusmodi testamento relicta?*
5 *Et quid in hæreditate?*
6 *Et an hæres scriptus possit eam retinere in foro conscientiæ*
7 *Et quid si hæres aliquibus ex legatariis legata persoluit, an possit cogi etiam aliis præstare?*

1 SED quæro, an testamentum minus solenne, vel aliàs invalidum, sit adeò nullum, vt aliquē iuris effectum producere non possit? Resp. q lex adeo fauet defunctorum voluntatibus sustinendis, vt non patiatur eorum dispositiones etiam nullas, & inualidas, omni prorsus effectu carere, sed illis etiā præstat aliquod iuris fomentum: & in primis quidem videmus, quòd licet testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis, sustinētur tamen omnia in ipso testamento contenta præter institutionem, de quo latè dixi 5. q. 52.

Præterea ex testamento, vel vltima voluntate minus solenni, oritur naturalis obligatio. ita tenet gl. in l. prima, in gl. 1. ff. de cond. inde. & est communis opi. vt attestatur Alber. in l. cùm quis. circa prin. C. de iuris, & facti igno. Bald. in l. si post diuisionem facti, in fin. C. de iur. & facti igno. Corn. cons. 261. in litera. Q. libro primo & consilio 119. colum. 8. in litera G. lib. secundo, in quibus consiliis allegat Paul. de Cast. idem attestantem in l. C. de fideicomisis, qui tamen in libro meo hoc non dicit Socin. in d. l. 1. colum. 2. verfic. Circa secundum. ff. de condi. indebit. Alciat. in capit. nouit, post numerū 30. extra

de iud. Dicit etiam Io. Anni. in rep. l. nemo potest, nu. 3. ff. de leg. 1. quòd ita dicunt communiter. Doctores.

2 Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, vt procedat in legatis, nam illa, licet in testamento minus solenni relicta sint, debentur legatariis naturaliter. & ita loquitur glo. in d. l. 1. & est cõmunis opi. vt dicit Ias. in d. l. cùm quis, nu. 9. & seq. & in l. plane. 8. si coniunctim, post nu. 15. ff. de leg. 3. & cons. 82. col. pen. lib. 3. quem refert Didacus in c. cùm esses, nu. 5. de testa.

3 Hinc infertur, quòd si legatarius possideat ipsam rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solenni, poterit illam retinere ope exceptionis. ita tenet Bart. in l. nemo potest, nu. 18. ff. de lega. 1. quẽ omnes Doctores sequuntur, vt dicit Capic. decis. 89. nu. 2. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ias. in d. l. nemo põtest, in 2. lect. nu. 84. quem refert Io. Dile. de arte testan. ti. 3. cau. 3. nu. 3. & Didacus in d. c. cum esses, post nu. 10. ver. tertiò ex hoc, Hanc etiã opinionem dicit esse communem Bertrand. consil. 212. nu. 19. lib. 1. in 2. parte.

4 Secundò infertur, quòd hæres tenetur in foro cõscientiæ persoluere legata in huiusmodi testamento minus solenni relicta. Ita tenet Abb. in d. c. cùm esses, nu. 10. & seq. & est communis opi. vt attestatur Didacus in eo. c. cùm esses, post nu. 5. Quæ tamen opi. fortissimis argumentis conuincitur à Didaco in loco prẽallegato, vt per te videre potes: & certè, si casus contingeret, facilè posset sustineri contrariũ.

5 Cæterùm in hæreditate secùs est, illa enim si relicta sit in testamento minus solenni, non debetur hæredi scripto, neque naturaliter: & ideò non potest neque ad illam consequendam intẽtare aliquã actionem, neque si illam possideat, retinere ope alicuius exceptionis, si hæredes ab intestato illam petãt, sed tenetur omnino eam illis restituere, & hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. l. nemo potest, in prima lectura, nu. 75. & in d. l. si post diuisionem. nu. 5. & seq. Bertrand. in d. cons. 212. nume. 21. in fi. Ripa in d. l. nemo potest, nu. 202. Regulariter enim lex multo plus fauet sustinendis legatis, quàm institutioni hæredis, vt de hoc multa exempla cõgerunt Doctores in locis prælallegatis.

6 Sed quid si iste hæres scriptus hæreditatem ipsam possideat, & hæredes ab intestato eum non molestent, nunquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro cõscientiæ? Respon quod sic: & ita concludunt Doctores, vt dicit Capic. in d. decis. 89. nume. ro 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa in d. l. nemo potest, nume. 99. quæ tamen (vt verum fatear) mihi nunquam placuit, prout neque etiam placet Didaco in d. c. cùm esses, post nume. 10. vers. sextò non possum. Si enim talis hæreditas non est illi, neque naturaliter debita, non video, quo iure posse debeat illam retinere: & hoc multo magis, si esset in mala fide: quia scilicet haberet scientiam nullitatis testamenti, & certè non auderem pro hac parte consulere, saltem ante factum. Bene post factum posset retineri communis opin. vt excusaretur ipse hæres à restitutione perceptorum, maximè si fuisset in bona fide. Cogita.

7 Sed hic occurrit vna quæstio super qua proximis diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solemne, & consequenter inualidum, in quo pluribus personis diuersa legata reliquit, Hæres scriptus, adita hæreditate, nonnullis persoluit legata à testatore relicta. Cùm deinde alius ex legatariis peteret etiam ipse legatum sibi relictum, hæres opponebat testamentum esse inualidum, quærebatur, an talis exceptio illi prodesset? Respondeo, quòd sic: & consequenter, quòd non potest cogi ad alia legata præstanda. ita tenet glos. in l. non dubium. in gl. fi. C. de testam. & est communis opi. vt dicit Alex. in ead. l. non dubium, num. 3. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

QVÆSTIO XCI.

1 *Testamentum contraria voluntate reuocatur.*
2 *Et an requiratur, quòd fiat aliud testamentum solenne?*
3 *Et quid si concurrat cursus decennij?*
4 *Et à quo tempore computandum sit huiusmodi decennium?*

1 DIctum est ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur: nunc videndum quem admodum testamenta reuocẽtur. Et in primis quidem sciendum est, quòd testamentum à testatore conditum contraria voluntate reuocatur, idque rationi est valdè consentaneum, sicut enim in testamentis condendis voluntas testatoris maximè cõsideratur. ita etiã in illis reuocandis eiusdem testatoris voluntas præcipuè consideranda est, vt iuxta communes regulas, eo genere quodque dissoluatur, quo colligatum est, vulgata l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.

2 Sed quæro, nunquid ad reuocationem testamenti sufficiat, quòd testator etiam coram septem testibus dicat se testamentum condidisse, & quod non vult tale testamentum valere, sed illud reuocat, & annullat, &c. Respon. quòd nõ, sed requiritur, quòd faciat aliud testamentum solemne, cum institutione hæredis, & aliis in testamento requisitis. ita tenet Bar. in l. si iure. nu. 3. de leg. 3. cuius opi. communiter approbatur, vt dicit Natta in repet. auth. hoc inter, nu. 10. C. de testa. Et est communis opin. vt dicit Alex. cons. 159. post nu. 8. lib. 7. Ruin. cons. 6. num. 1. lib. 2. Rubeus cons. 41. nu. 4. & 5. Soc. Iun. cons. 42. nu. 1. lib. 3. Non enim potest testamentum solenniter conditum infirmari, nisi aliud testamentum cõditum sit, ex quo hæreditas adiri possit.

3 Benè verum est quòd si cum huiusmodi reuocatione coram testibus saltem tribus facta, cõcurrat perseuerantia longi temporis, & sic cursus decennij, vtique his concurrentibus, censebitur reuocatum primum. tex. est singularis in l. Sancimus. C. de testa. & est communis opin. vt dicit Alex. in d. l. sancimus, post nu. 8. versic. Extra gl. Bertr. cons. 213. nu. 3. lib. 1. in secunda parte.

4 Sed nunquid istud tempus decennij est computandum, vt currat a die conditi primi testamenti, an autem à die reuocationis respon. quòd est computandum à die cõditi primi testamenti. ita quòd si talis reuocatio fiat intra decennium à die conditi primi testamenti, nihil operabitur. ita dicit gl. in d. l. sancimus, in glo. fin. quam Docto. magis communiter sequuntur, vt dicit Ias. in ead. l. sancimus. nu. 15. & hanc opin. communiter teneri attestatur. Ruin. in d. cons. 6. nu. 2. Illam etiam dicit esse magis communem Guliel. de Bened. in prima parte repe. c. Raynutius, fol. 158. nu. 8. in fi.

QVÆSTIO XCII.

1 *Si testator coram septem testibus reuocet testamentum, quia dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat?*

1 QVæro, quid si testator coram septem testibus dicat, Reuoco, & annullo testamentum à me prius cõditũ, quia volo decedere intestatus, nũquid hoc sufficiet ad reuocationẽ testamẽti? Resp. quod sic: ex quo enim testator asserit se velle intestatum decedere, censetur instituere venientes ab intestato, iux. tex. in l. prima, §. si hæres. ff. si tab. testa. nul. exta. & ita tenet Bart. in d. l. si iure. post nu. 3. ff. de leg. 3. & ita præcedens conclusio comuniter limitatur, vt dicit Bertrand. cõsilio duodecimo, post nu. 2. libro secund. in secunda parte. Hanc etiam esse communem opinio. attestatur Alex. in d. l. sancimus, numero nono, & consilio 30. nu. 3. lib. 3. quem refert Decius consilio. 582. numero primo, & Bertrand. cons. 25. in princip. lib. 3. in prima parte & Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 10. caut. 3. nu. 2. & Didac. in rub. de testa. in 2. parte, post numero 11. versi. Sexta conclusio, Natta in d. authen. hoc inter, num, 11.

4 *Et an eo casu, facta reuocatione, testator dicatur periurus.*
5 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ derogatoriæ.*

1 QVando testator post conditum primum testamentum, condit aliud, & sic secundum testamentum validum, & solemne, nulla est inter Doctores controuersia quin regulariter primum tollatur per secundum. tex. est in §. posteriore. Insti. quibus mod. testa. infir. & hæc est communis regula, vt dicit Dec. cons. 264. nu. 1. circa fi.

2 Et hæc quidem conclusio locum habet non solũ in testamentis priuatim confectis. sed etiam in testamento facto coram Imperatore, vel etiam auctoritate ipsius Imperatoris confirmato: adhuc enim per aliud testamentum etiam sine consensu Imperatoris postea conditum, reuocatur. ita dicit Bart. in l. omnium, nu. 3. C. de testam. qui in hoc est communiter receptus vt ait Didac. in Rub. de test. in 2. parte. post nu. 2. Faciunt quæ dixi suprà lib. 1.

3 Sed quid si testator in primo testamento appositum iuramentum, promittendo, & iurando, quod illud non reuocaret, nunquid si postea condat secũdum testamentum, illud primum censebitur reuocatum, non obstante illo iuramento? Respon. Aliqui dixerunt, quòd secundum testamentum factũ post primum iuratum non valet: & dicit Albe. in l. 1. circa fin. C. de sacrosc. Eccles. quòd ita tenent communiter Canon. Tu verò tene contrarium, scilicet, quod non obstante iuramento, primum testamentum per secundum reuocatur: & ita tenet gl. in c. vltima voluntas, in glo. vnica post med. 13. q. 2. & ita concludunt omnes, vt dicit Ale. in l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 5. ff. de verb. obli. quem refert Didac. in rub. de testa. in 2. parte, post nu. 15. & dicit Imol. in c. cùm contingat, nu. 31. de iureiur. quòd in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem determinationem Doctorum, Paul. de Ca. cons. 339. post nu. 1. lib. 1. Alex. in l. pactum quod dotal. nu. 3. C. de pact. & cons. 18. nu. 2. lib. 2. Mayner. in l. nemo potest mutare. col. 25. & 26. ff. de reg. iur. quẽ refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchio. Velez. fo. 384. nu. 160. Alc. in d. c. cum contingat, nu. 77. Cotta in verbo, Testatorem inducere, col. 1. & sic vides, quòd hæc est magis communis opi. Legist. & Canon. quæ etiam optima ratione fundatur, quia nemo potest sibi legem inducere, quò minus dispositionem suam in tempus mortis collatam, ante mortem qnandocunque mutare possit.

4 Sed nunquid testator reuocando illud primum testamentũ erit periurus? Respond. Bartolus in dicta lege si quis in principio testamenti, in principio, numero 14. ff. de leg. 3. tenuit, quòd non & dicit Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, colũ. 2. & ita tenent communiter Legistæ, quem refert Cotta in d. verbo, Testatorem inducere, col. 2. & Didacus in d. secunda parte. post nu. 15. vers. Secunda opinio. Sed contrarium est verius. scilicet quod imò est periurus, & ideò debet petere absolutionem à iuramento. & hæc est communis opi. vt dicit Alexand. in d. cons. 18. nu. 2. Alc. in d. c. cùm contingat, nu. 78. Natta in d. authen. hoc inter nu. 83. & de hoc non videtur dubitandum.

5 Vnum tamen nota in hoc proposito, quòd tale iuramentum appositum in primo testamento, habet vim clausulæ derogatoriæ: sic operatur, quòd non poterit per aliud testamentum reuocari, nisi in ipso secundo testator apposuerit reuocationem ipsius

QVÆSTIO XCIII.

1 *Si testator testamentum à se conditum incidit, vel cancellet, annullatur illud testamentum.*
2 *Et an eo casu hæreditas applicetur fisco, vel venientibus ab intestato?*

1 QVæro, quid si testator voluntatem suam non verbis, sed facto declaret, puta, quia testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet, nunquid tale testamentum annullabitur? Respõ. quòd sic. tex. est in l. nostram. C. de testa. & ita concludunt communiter Doctores, vt ait Crauetta cons. 228. nume. 1. Hanc tamen intelligo, vt procedat in testamẽto condito in scriptis, sed si esset testamentum nuncupatiuum in scriptis redactum, prout hodiè communiter testamenta conduntur, & testator forte habens à Notario exemplum authenticum, illud incideret. vel cancellaret, non crederem hoc solum sufficere ad annullandum vel reuocandum ipsum testamentũ. Benè verum est, quòd si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud Notarium cancellari faceret, crederem tale testamentũ prorsus reuocatum, & annullatum censeri debere, dummodo legitimè appareret cancellationem coram septem testibus factam fuisse ex iussu ipsiusmet testatoris.

2 Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factæ, hæreditas transeat ad venientes ab intestato, an autem applicetur fisco, tãquam si hæredes à testatore fuissent reputati indigni, & consequẽter fiscus eam ab illis auferre posset? Respond. quòd si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. ita communiter dicitur, vt ait Imola in cap. cùm esses, post num. 30. vers. An quando de testa. Si verò non apparet de voluntate testatoris, tunc in dubio tenendum est, quòd hæreditas vadit ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum. & hæc opin. est magis communis vt dicit Alex. in d. l. nostram, nu. 3. dicit etiam Ang. Aret. in §. ex eo. post num. 2. versic. 2. principaliter, Instit. quib. mo. testa. infir. quòd ita dicunt cõmuniter Doctores. Intellige, quando testator totũ testamentum incidit, sed si tãtummodo deleat nomina hæredum, videtur illos reputasse indignos, & ideò fiscus ab illis auferre poterit hæreditatem, exclusis venientibus ab intestato.

QVÆSTIO XCIIII.

1 *Regulariter primum testamẽtum reuocatur per secundum.*
2 *Et quid in testamento condito coram Imperatore?*
3 *Et quid si in primo testamento appositum sit iuramentum?*

ipsius iuramenti.ita dicit Bar.in d.l.si quis in principio testamenti.in princ.nu.15.post Io.And.in Mercurial.in cap.quod semel,de reg.iur.in sexto,quem sequuntur communiter Doct.vt dicit Bertrand.cõsi.143.nu.2.lib.3.in secunda parte.Hanc etiam opi. dicit esse communem Soc.in d.l.si mihi & tibi.§.in legatis,col.pen.vers.Sextò infertur.ff.de leg. Natta in d.auth.hoc inter,nu,56.C.de test.

QVÆSTIO XCV.

1 *Donatio facta in pœnam mutationis testamenti an valeat?*
2 *Et quid si hæres promittat legatariis legata præstare?*

1 QVæro etiam, quid si testator in actu condendi testamẽti dicat,se ita testari,& nolle ipsum testamentum aliquo modo reuocare, & quòd si illud aliquando reuocaret,eo casu ex tũc donat omnia bona sua hæredi scripto,&c.Nunquid talis donatio facta in pœnam mutationis testamenti valebit,ita quòd testator non possit illam per aliam posteriorem voluntatem reuocare?Respon.Dy.in ca. quod semel.in fi.verbis,de regul. iur.in 6.tenuit, q talis donatio irreuocabiliter valeat.& hanc opi.dixit esse communem Bald.consil.338.lib.2.prout illũ refert Io.Dilect.de arte testandi tit.10.cau. 2. nu. 1. Contrariam verò sententiam scilicet,quòd imò talis donatio non valeat,tenuit Cy.in l.1.C. de sacrosanct.eccle.& hæc opi.est magis communis, vt dicunt Scribentes in d.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor.oblig.& in specie Alex.nu.3.& Ias. nu.7.Crot.nu.13.& Butigella,nu.7.Idem dicit Roma.consil.181.circa princip.Maria de oblatio. in libello 13.nu.17.qui dicit,quòd ita concludunt communiter Doctores.Alex.consil.25.nu.6.lib.3.& consil. 156.nu.5.lib.7.vbi dicit quòd ita communiter concluditur.Didac.in Rub.de testa.in 2.parte, numero 17.Apostill.ad Dyn.in d.c.quod semel,in fi.Nam lex (vt dixi) noluit reperiri aliquem modum,per quem tolli possit libera testandi facultas,cùm ambulatoria sit hominis voluntas vsque ad mortem.

2 In hoc tamen proposito nota cautelam, quid si testator faciat, quòd hæres promittat legatariis, vel fideicommissariis præsentibus,vel si sint absentes,Notario eorum nomine stipulanti, præstare illis legata,vel fideicommissa in testamento relicta: an eo casu talia legata transeant in vim contractus & poterunt probari per duos testes tantùm: & ita poterit hæres ex tali promissione conueniri.Ita colligitur ex dictis Bartol.in l.nemo potest, circa principium,versicu.Contra hoc.ff.de lega.1.quem Scribentes communiter sequuntur,vt dicit Cotta in d. verbo,Testatorem inducere,col.2.Hanc etiam dicit esse communem opi.Crot.in repet.d.l.nemo potest,nu.19.Quæ tamen decisio præsupposita reuocatione testamenti mihi non placet, quia hæres videtur promisisse tanquam hæres,non autem de proprio,argum.eorum quæ notat Bartol.in l.cùm quis decedens.§.qui testamento.ff.de legat.3.& fortè etiam intentio Bar.in d.l.nemo potest,non fuit hæc ad quam allegatur.Cogita.

QVÆSTIO XCVI.

1 *Vbi ex secundo testamento non fuerit adita hæreditas,nũ quid primum censebitur nihilominus reuocatum?*

1 DIxi suprà,quod primum testamentum reuocatur per secũdũ:Quæro,quidsi ex secũdo testamẽto nõ fuerit adita hæreditas,nunquid nihilominus primũ testamẽtũ cẽsebitur reuocatũ?Resp.q sic.Satis enim est,quòd contigerit hæreditatem ex ipso testamento adiri potuisse, licet adita non fuerit.& ita communiter tenetur,vt dicit Alex.cõs. 37. nu.3.lib.1.& consil.87.nu.7.libro secundo,quẽ refert Didac. in dicta 2.parte,post nu.21.vers.Septima cõclusio.Quinimò,etiamsi illud secundum testamentum non fuisset à principio validum, neque postea conualidatum fuisset,sed bene potuisset aliquo casu recõualidari,prout potes videre exempla suprà quæst.43.versi.Sed quid si ipse,& quæstio. 45. vers. Sed pone,adhuc tamen primum testamentum censetur per illud secundum reuocatum,& annullatũ. & hanc dicit esse communem opinionem Ruin. cõsilio 8.nu.8.libro tertio. Ego tamen non credo hãc opi.esse magis communem neque veram, Omnes enim ferè Doctores in hac materia loquentes concludunt,ad hoc,vt primum testamentum reuocetur,requiri,quòd secundum sit validum, & solẽne, ita,quòd ex eo aliquando potuerit hæreditas adiri.Propterea opinio illa, quam Ruin.dicit communem,non esset iudicio meo in practica tenenda. & ita etiam Ruin.ipse in loco præallegato super ea se non fundat,sed transit ad alia fundamenta.

QVAESTIO XCVII.

1 *Quandoque etiam per secundum testamentum minus solenne reuocatur primum solemne,nonnullis concurrentibus,de quibus in l.hac consultissima.§.si quis autem. C.de testa.*
2 *Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset præteritus vnus ex filiis testatoris?*
3 *Et an ex hac vltima voluntate dicatur succedi ex testamento,an autem tanquam ab intestato?*

1 VNus tamen est casus,in quo testamentũ perfectũ & solẽne,tollitur per secundũ testamentũ licet imperfectum & minus solẽne, quando scilicet hæc tria concurrunt.Primum, quòd in illo primo testamẽto fuerint instituti extranei .Secundũ, quòd in secundo testamento fuerint instituti veniẽtes ab intestato.Tertiũ,quòd in secundo interuenerint saltem quinque testes.Est de hoc tex.singularis in l.hac consultissima.§.si quis autẽ.C.de test.

2 Sciàs tamen,quòd dispositio d.§.si quis autẽ,non habet locũ , quando in secundo testamento esset præteritus aliquis ex filiis ipsius testatoris. ita tenet Bart.in l.si ex duobus,la prima.§.si prius. nu.2. ff.de bon.poss.contratab.& est cõmunis opi. vt dicit Alexan.in d.§.si quis autẽ,nu.9,Faciunt in hoc proposito,ea quæ dixi suprà,quæst.8.versiculo.Sed quæro.

3 Item scias,quòd hæc vltima voluntas,quę validatur ex dispositione d.§.si quis autem,non est testamentum, sed defertur ex illa successio ab intestato.Ita dicit Bald.in d.§.si quis autem, ante nu.1.& ita cõmuniter tenetur,vt ait Corne.consil.172.col.3. in litera H.lib.2.Quod nota,quia est mirabile quòd causa intestati trahat ad se causam testati, contra regulã quã posui infrà §.fin.Et ex hac conclusione resultare potest maxima vtilitas , vt dixi suprà quæstio.13.

QVAESTIO XCVIII.

1 *Testamentum inter liberos an posteriore testamento reuocetur?*
2 *Et quid si in eo sint pariter instituti filij?*

1 REtenta prædicta conclusione,quòd primũ testamentũ reuocatur per secundũ,Quæro,nunquid locũ habeat in testamento condito inter liberos,ita vt,& ipsum testamentũ inter liberos conditũ,simpliciter confecto alio posteriore testamento reuocetur?Resp.quòd non,nisi in hoc secundo testamento duo concurrant.Primũ , quòd sit confectũ corã septẽ testib.Secũdũ,q in eo pater expresse dicat,se primũ testamentũ reuocare : est de hoc tex.expressus in Auth.hoc inter.C.de testa.& quòd de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis,aliàs non censeatur reuocatum per secundũ,est cõmunis opi.vt dicit Gomes.in c.1.nu.171.de constitu.in 6.Boer. decis.240.post nu.10.

2 Hoc tamen intellige, vt procedat quando in secundo testamento est institutus hæres extraneus, nam eo casu vtique illa duo requiruntur,de quibus suprà. Sed si in secundo testamento pariter essent, instituti filij,& illud secũdum esset ipsis filiis magis fauorabile,non modò primùm non solenniter cõditum reuocatur per secundum solemne,sed quod plus est,etiamsi primum esset perfectum & solenne & istud secundum magis fauorabile esset imperfectum,& minus solemne,primum intelligitur reuocatum per istud secundum ita dixit gl.in Auth. de testamentis imperfectis,in princip.in verbo,Perfecta,quæ est communiter approbata,vt dicit Ias.in d.auth.hoc inter,nu.1.in fi.Soc.Iu.consil.145.nu.58.libro 2.Hanc etiam opin. dicit esse cõmunẽ Rimin. in d.auth.hoc inter.col.1.quem refert Paris.consil. 35.nu.23.lib.2.Crot.in c.1.col.8.de const.in 6.quem refert Didac.in rub.de test.in 2.par.post nu.19. vers Sextò deducitur.Soc.Iu.consil.127.nu.10.lib.1.sub, dens,q cùm hoc sit in iure nostro exploratissimũ non est super eo hæsitandum.

QVAESTIO XCIX.

1 *Primum testamentum , in quo adsit clausula derogatoria, an tollatur per secundum?*
2 *Et quid si talis clausula erat derogatoria potentiæ,non voluntatis?*
3 *Et quid si vnum tantum testamentum præcesserit?*
4 *Et quid si primi testamenti derogatorij testator in secundo specialem mentionem fecit?*
5 *Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio?*
6 *Et an hæc locum habeant in testamento inter liberos?*
7 *Ex quib'modis dici possit facta mẽtio clausulæ derogatoriæ*
8 *Et quid si appareat testatorem omninò voluisse secundum testamentum præualere?*
9 *Et quid si inter ipsa duo testamenta effluxerit spacium decem annorum?*
10 *Et quid si in secundo testamento appositum sit iuramẽtũ?*
11 *Et quid si secundum testamentum conditũ fuerit apud acta?*
12 *Et quid si in clausula derogatoria non expressa à testatore, sed à lege subintellecta?*

1 QVæro,tu scis,quòd eo ipso, quòd testator facit secundum testamentum,censetur reuocasse primũ,etiamsi de eo nulla mentio facta sit.Pone modo,quòd testator in primo testamento apposuerit clausulam derogatoriam,puta,quia dixerit, & hoc meum testamentum volo valere,non obstante quocunque testamento per me posthac condendo:vel,nolo aliud testamentum per me in futurum faciendum valere,nisi in eo sit descripta tota oratio Dominica vel Aue Maria,vel huiusmodi: nunquid si deinde testator cõdat aliud posterius testamentum,illud primum cẽsebitur reuocatum, & annullatum·Resp.hæc est valdè intricata quæstio : in qua Scribentes variè loquũtur.Propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus casus est,quando testator in secundo testamento nullam mentionem fecit primi testamenti,neque clausulæ derogatoriæ in eo insertæ.& hoc casu omnes concordant,quod per huiusmodi testamentum non sit reuocatum primum habens clausulã derogatoriã,intellige, quãdo est derogatoria volũtatis,vt statim dicã,Præsumitur enim in secũdo testamento defectus voluntatis.& ideò firmum remanet primum.& in hoc nulla est controuersia inter Doctores.

Secundus est casus,quando testator in secũdo testamento apposuit clausulã generalẽ reuocatoriã omniũ testamentorũ à se prius conditorum,puta, quia dixit,cassans & reuocans, omnia & quæcunque testamenta à me hactenus condita,quæ clausula cõmuniter solet à Notariis apponi in omnib. testamentis:& in hoc pariter omnes concordant q illa nõ sufficiat ad reuocationẽ primi testamẽti habentis clausulã derogatoriã.Talis enim reuocatoria generalis,etiãsi expresse posita nõ sit,tacitè tñ inest ex natura actus,meritò expressa nihil operatur.

2 Hoc tamen nõ ita absolutè procedit,debes enim scire,quòd clausula derogatoria potest dupliciter concipi,vt declarat Bart.in l.si quis in principio testamenti,in prin.nu.4.in fi.ff.de leg.3.Primò per verba respicientia potentiam,puta,nolo me posse cõdere aliud testamentum,vel , nolo posse hoc testamentum reuocare.Secundò cõcipi potest per verba respicientia voluntatem, puta:si cõdidero aliud testamentum,nolo illud valere.Dic ergo , quod si quidẽ est concepta per verba derogatoria volũtatis, procedit conclusio , vt non sufficiat generalis reuocatio,sed si esset concepta per verba derogatoria potentiæ vtique sufficeret.Et hoc dictum est magis commune,vt dicit Corn.consil.86.in lit.B.lib. 3.& consil.21.& in lite.P.lib.4.Hanc etiam sententiã fatetur esse communem Didac.in Rub.de testa. in 2.parte,post nu.19.ver.Secunda conclusio. Cùm enim nemo possit sibi auferre liberam facultatem testandi,talis clausula derogatoria potentiæ nihil operatur,& pro non apposita habetur.

3 Et hæc quidẽ conclusio de plano procedit,quando duo testamenta,vel plura præcesserunt illud vltimum testamentũ in quibus omnibus vel altero eorum essent appositæ clausulæ derogatoriæ: nam eo casu proculdubio generalis reuocatio non sufficit,sed necesse est fieri mentionem ipsius clausulæ derogatoriæ,secundum magis communes conclusiones,vt dixit Alexand.in l.2.nu.2.ff.de liber.& posthum.Sed quid si vnum tantùm testamẽtũ præcesserit,in quo sit inserta clausula derogatoria,nũ quid sufficiet,q in hoc vltimo dicat,Cassans,& irritans & omne aliud meũ testamentũ,&c.Respon. Bar.in d.l.si quis in principio testamenti.in princi. nu.9.tenuit,q hoc casu talis reuocatio generaliter facta sufficiat:quæ tamen verba Bartol. aut in meo codice sunt corrupta,aut à Doctorib.non fideliter recitata,& dicit Gui.Papæ,cõs.65.nu.26.& cõs.125. post nu.3.vers.Et hãc vltimã,q ita determinãt Do. omnes indistinctè.Sed quidquid dicat Guido Papę illa opi.Bar.cõmuniter reprobatur,vt dicit Ias.in l. sancimus,post nu.14.vers.Quartò fallit.C.de testa. Rub.consil.24.nu.12.Natta in d.auth.hoc inter , nu. 35.& dicit Ruin.consil.5.post nu.9.versicu. Nec obstat,lib.2.q.contra Barto.in hoc tenent communiter Doctores , & ideò , etiamsi vnum tantummodo testamentum præcesserit, tenend um est,quòd non

non sufficiat generalis reuocatio, sed requiratur, quòd de ipsa clausula derogatoria fiat specialis mentio.& hæc opi. contra Bartol. est magis communis,vt dicit Alex.cons.25.nu.4.lib.3.& cons.7.li. 4.quod est duplicatum cons.44.eo. vol.Idem Ale. cons.156.num.3.lib.7 & cons.163.post num.7. eod. volu.& cons.172.in principio eod.volu.quem refert Felyn.in c.nonnulli,nu.5.de rescrip.& Tiraquel. de Legib.connub.gl.7.num.131.Ruin.cons.10.circa fi. lib.2.Apostil.ad Bart.in d.l.si quis in principio, sub num.9.Didac.in d.Rub.de testa.in secunda parte, post nu.19.vers.Tertium hanc.passus est arduus,& multæ sunt authoritates Doctorum hinc inde,vt videri potest apud Iason.in d.l.2.nume.11.ff.de liber. & posthum. qui multos refert tenentes cum Bart. & subdit,quòd si d.Alexand.vidisset illas authoritates, non ita passim dixisset communem sententiam Doctorum esse contra Bar. Sed certè negari non potest,quin opi.contra Bart.sit magis communis,propterea consulendo aut iudicando non esset ab ea recedendum.Illa enim clausula derogatoria in primo testamento appositа,facit præsumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausulæ derogatum,fuisse confectum potius ad suggestionẽ, vel importunitatẽ alterius,quã ex volũtate ipsius testatoris:quæ ratio eodẽ modo militat,siue vnum testamentum tantum,siue plura præcesserint.

4 Tertius est casus, quando in secundo testamento testator fecit specialem mentionem primi testamenti derogatorij,& illud reuocauit: & tunc concludunt Doctores,quòd primum sit reuocatum,& annullatum.Ita tenuit Dyn.in c.quòd semel,col. fi. de reg.iur.lib.6.& ita se habet communis opi.vt dicit Sal.in d.l.sancimus,post nu.6.in 5.q. C. de testa. quem refert Alex.cons.7.nu. 18.lib.4. quod est duplicatum.consil.44.eod.vol.Alex.in d. l. sancimus, nu.5.Cor.in d.cons.86.in litera B.& in litera.R.lib.3. Natta in repet.Auth.hoc inter,nu.25.

5 Sed quæro,quomodo dicatur facta specialis mentio seu reuocatio primi testamenti derogatorij? Resp.Bar.in d.l.si quis in princ.testamenti, in prin. nu.8.tenet,q̃ tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria in ipso testamento inserta puta,quia dicat:non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam.& dicit Corn. in d. cons.86.in litera M.q̃ ista opi.Bar.est cõis.& q̃ requiratur specialis mentio clausulæ derogatoriæ,dicit esse cõmunem Soc.cons.163.post n.7.vers.2.prẽmitto,& post nu.14.li.2.Gui.Papę.con.64.nu.2.subdens,q̃ hãc communem opi.approbat communis vsus in iudiciis,& obseruantia.Ruin.in d.cõs.10. nu. 3.li.2.Soc.Iun.cons. 124.nu.3.lib.1.quem refert Dida.in d.Rub.de test.in 2.parte,post nu.15.vers.tertia cõclusio.Hæc tamẽ opi. q̃ scilicet non aliter dicatur fieri specialis mẽtio primi testamenti,nisi facta mentione clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, mihi semper visa fuit dura,& contra omnem æquitatem.Non enim video qua ratione non deberet dici facta specialis mentio primi testamenti derogatorij,quando testator in secundo testamento diceret, non obstante alio testamento per me condito,in quo instituit talem, vel de quo fuit rogatus talis,quæ demõstratio saltẽ respectu testamenti,videtur esse nõ modò specialis,sed etiã singularis, & indiuidua,& ita credo fuisse de mente gl.in l. si mihi,& tibi,§.in legatis.ff.de legat.1.& in d.l.si quis in principio testamenti.in princ.in verbo,Accipiat.& Dy.in d.c.q̃ semel,prout etiam videtur fateri Bart. in d.l.si quis in principio testamẽti.nu.8. & hãc sententiam multi Doctores secuti sunt.Nihilominus, quia contraria opi.fortè est magis communis, posset ita distingui,etiam ex mente Bar.in loco præallega. quòd aut clausula derogatoria in primo testamento,inserta,erat simpliciter concepta,puta,si fecero aliud testamentũ, nolo illud valere, & hoc casu sufficiat,quòd fiat eiusmodi singularis, & indiuidua mentio testamenti, etiamsi non fiat mentio de ipsa clausula derogatoria. Aut verò dicta clausula derogatoria habet insertã aliquã specialẽ formã,puta:nolo aliud testamentum per me faciendũ valere,nisi in eius principio sit posita oratio dominica, vel huiusmodi & hoc casu procedat communis opi.q̃ scilicet debeat fieri mentio ipsius clausulæ derogatoriæ.Cogita,quia articulus propter varietatem opinionum est valdè dubius.& dicit Soc. in d.§.in legatis,col.4.vers.4.infertur, quòd in hac quæstione Iudex ex variis circunstantiis posset aliquando in vnam,aliquãdo in alteram partem moueri,& ideò bonum esset habere Iudicem fanorabilem:distinctio tamen per me posita,iudicio meo,sapit magnam æquitatem,& credo,quòd Iudex,qui illam sequeretur,non erraret.

6 Hæc autẽ conclusio,q̃ in secundo testamento debeat fieri specialis mentio clausulæ derogatorię in primo testamento insertæ, locum habet, siue primum testamentum conditum sit inter extraneos, siue inter liberos:nam si in testamento inter liberos sit apposita clausula derogatoria expressa,non sufficeret in secundo testamento dicere,non obstãte testamento condito inter liberos, sed opus etiã esset addere,& non obstante clausula derogatoria in eo inserta.ita dicit Pau.de Castr.in auth.hoc inter.nu.5.C.de testam.& est communis conclusio,vt dicit Rub.cons.24.nu.13.Io.Dilect.de arte testa.tit. 10.caut.1.post nu.3.Didac.in d.2.parte,post nu.19. vers.Hinc scribit Pau.

7 Sed in hoc proposito scire debes,q̃ tripliciter potest fieri mentio clausulæ derogatoriæ,scilicet generaliter,specialiter, & in indiuiduo. Generaliter, puta,si testator dicat,Cassans,& reuocans quodcũque testamentum à me prius conditum, & omnia in eo cõtenta.Specialiter,puta,si dicat,cassans,& irritans omne testamentum à me priùs conditum, non obstante aliqua clausula derogatoria in eo inserta. In indiuiduo, puta,si dicat,non obstante illa clausula derogatoria in primo testamento inserta, quod scilicet nolebam illud posse reuocari, nisi in secundo testamento apposuissem orationem dominicã,vel huiusmodi.Quæro ergo qualis reuocatio in isto secũdo testamento requiratur,ad hoc,vt sit derogatum illi clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ?Respon.si tantum sit facta generalis reuocatio,sine vlla mentione clausulæ derogatoriæ:ferè omnes in hoc conueniunt, quod illa non sufficiat,sed necesse sit,quòd fiat specialis mẽtio ipsius clausulæ.& hæc proculdubio est communis opi.vt dicit Cor.in d.cõ.86.in litera R.li.3.Guid. Papæ in d.con.64.post.nu.2.Iaſ.in d.l.si mihi & tibi §.in legatis,nume.12.Rub.cõs.24.nu.4.Natta in d. auth.hoc inter,nu.29.& seq.AEmil.Ferret.cõs. 45. nu.3.Didac.in d.2.parte,post nu.15.vers.Secũdũ nõ esse.Pũctus est,an sufficiat specialis derogatio, an autem requiratur. quod in indiuiduo fiat mẽtio verborum ipsius clausulæ derogatoriæ.Dic, quòd sufficit specialis mentio, non autem requiritur indiuidua,

indiuidua,& ideò satis erit,si dicatur,non obstante aliqua clausula derogatoria in ipso testamento inserta.& hanc opinionem dicit esse magis communem Alexand.consil.134.post nume.15,versiculo:& ex prædictis.& in fine consil.libr.prim. Socin. in d.§.in legatis.colum.3.versic.Ex quibus patet.Iaſ.in d.§.in legatis,nume.12.Rube.in d.consilio 24. post nume.4.& post num.9.Pariſ.consil.24.nume.9. lib. 2.vbi dicit,quòd ita communiter concluditur.Apostil.ad Dy.in d.c.quod semel,col.fi.

8 Cæterum,hæc conclusio,quæ habet,primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoria,non reuocari per secundum,nisi in isto secundo etiã sit facta mentio ipsius clausulæ derogatoriæ, limitanda est,vt non procedat,nisi ex verbis in vltimo testamento appositis, vel aliter appareret testatorẽ ex aliqua causa mutasse voluntatem, & voluisse illud vltimum testamentum prævalere.nam eo casu etiamsi ipsius clausulæ derogatoriæ nulla sit facta mentio,adhuc tamen secundum testamẽtum prævaleret primo.ita dicit Bal.in d.l.sancimus,post numerũ 6.C.de testa.quem attestatur esse communiter receptum Didac.in d.2.parte post num.29. versiculo.Quarta conclusio,& est communis conclusio,vt dicit Socin.consil.2,post nume.12.versiculo. Præterea.libro 2.Pariſ.consi.24.nume.32.& sequen. libro 2.& consil.34.num.57.eod.vol.& consil.10.nume.21.lib.3.Socin.Iun.consil.116.numero 6.libro 1. & cons.124.nu.52.eo.volum.Io.Dil. de arte testan. tit.10.caut.1.post num.3.Semper enim in vltimis voluntatibus ipsius testatoris voluntas ante omnia spectanda est.

9 Scias etiam, quod si inter primum & secundum testamentum effluxerit tempus decem annorum, validum erit secundum,etiamsi in eo non sit facta mentio clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ.ita dicit Bal.in d.l.sancimus,num.6. in fi. loquendo per verbum fortè.& est communis opi. vt ait Pariſ.in d.consil.10.numero 17.libro 3.quem refert Didac.in d.2.par.post num.19.versicu.Nonò non erit.Rubeus in d.cons.24.numero 7.Nam per lapsum decennij inducitur præsumptio obliuionis,vt dixi infrà lib.7.§.possessio.& ideò non præsumitur in secundo testamento omissa reuocatio clausulæ derogatoriæ ex voluntatis defectu,sed potius ex defectu memoriæ : & sic non obstante tali omisione,testamentum sustinetur,

10 Item scias,quod si in secundo testamento iurasset testator,se velle illud esse suum vltimum testamentum,eo casu hoc secundum prævaleret,etiamsi in primo fuisset inserta clausula derogatoria. ita tenet Bald.in d.l.sancimus,post nume.6.& est communis conclusio,vt ait Natt.in d.auth.hoc inter,numero 41.& seq.Habet enim iuramentum vim clausulæ specialis derogatoriæ,vt dixi infrà lib.7.§.iuramentum,ad quod faciunt quæ dixi suprà q.94.ver. Vnum tamen.

11 Vlterius scias,quòd si testator condiderit secundum testamentum apud acta, hoc casu istud ex vi actorum prævalet primo,etiam habenti clausulam derogatoriam.Ita dicit Bald.in d.l.sancimus, post numerũ 6.& est communis sententia, vt ait Natta in d.auth.hoc inter,nu.47.Non enim est præsumendum,quòd testator voluerit coram publicis personis actum eluſorium facere.

12 Præterea scias,quòd prædicta omnia locum habent,siue clausula derogatoria in primo testamento posita sit expressè à testatore,vel sit tacitè à lege subintellecta.Sunt enim aliqui casus,in quibus etiã si testator non apposuerit clausulam derogatoriam tamen lex illam vult haberi pro appositа:& ideo etiã illis casibus opus est speciali reuocatione ipsius clausulæ.Et potest poni exemplum in testamento inter liberos,in quo lex semper subintelligit clausulam derogatoriã.& ideò,nisi in secundo testamẽto sit de ipso facta mentio specialis, non censetur reuocatum per secundum, iuxta not. in auth.hoc inter.C.de testa.& dixi supra quæst.prox. Potest etiam poni exemplum in iuramento, quia si in primo testamento sit appositum iuramentum, habet à lege vim clausulæ derogatoriæ,& ideo non tollitur per secundum testamentum,nisi de eo fiat specialis mentio,vt dixi suprà quæst.94.ver.Vnum tamen nota.

QVÆSTIO C.

1 Si producantur duo testamenta eodem die confecta quod eorum prævalebit?

1 QVæro,pone quòd producantur duo testamẽta eodem die confecta,quòd nam eorum prævalebit?Respon.si quidem ex lectura ipsorum testamentorum,aut aliter,apparere potest, quòd fuerit posteriore loco conditum,illud prævalebit,si verò non apparet de prioritate vel posterioritate,eo casu propter incertitudinem neutrum valet.Ita dixit gl.in l.fi.in verbo,Missus est.C.de edict. diui Adria. toll. vbi dicit , quòd hæc est quæstio Sabbatina. & hæc est communis opinio , vt dicit Bertran. consil. 223.lib.1.in 1.par.quem refert Boer.dec.311.nume. 2. Idem dicunt Scribentes in d.l.fin.& in specie Sapia nume.148.& Curt.Iun.num.89.& hæc in præsentia sufficiant.

Illustris

ILLVSTRISS. PRINCIPI CONSALVO FERDINANDO A CORDVBA, *DVCI SVESSAE, &c. AC INSVBRVM.* MODERATORI,

IVLIVS CLARVS S. D.

QVAE res in hac vita omnibus hominibus iucundissima esse solet, Gloria & laus rectè factorum, Magnanime CONSALVE, illam dij immortales nulli sine labore ac periculo contingere posse voluerunt. Eo quidem (vt opinor) cõsilio, vt humanæ mẽtes sua natura laudis auidæ, hoc veluti proposito præmio, ad virtutis studia ardentius incenderentur. Neque enim ea quæ communi ratione mortalium animos ab otio & inertia ad virtutem alliciunt, priuata scilicet aut communis vtilitas, aut voluptas, tantæ vim in nobis habent, quantum amor ipse virtutis ac gloriæ. Quis enim vnquam ob publica aut priuata commoda vitam contempsit? qua nihil homini solet esse charius. Quis filiorum salutem, qui nostri corporis imaginem quandam præse ferunt, cæteris rebus non anteposuit? At hæc omnia, & si quid præterea nobis iucundius esse potest, cogimur desiderio veræ laudis non curare, atque contemnere. Huius autem rei si quis forte exempla desideret, illa iam non ex antiquis Imperatoribus, sed ex te vno, Princeps Illustriss. petenda sunt. Qui siue cum hoste cominus est pugnandum siue inimicorum propugnaculis aut muris succedendum, inter hostium tela adeò intrepidus versaris simul & militis fortissimi, & egregij Imperatoris obiẽs munera, vt nemo iam sit, qui tuo exemplo vitam, parentes, liberos, fortunas, omnia denique humana præ virtute non despiciat & pro nihilo putet. Tu certè (quod nullus negare ausit) munitissimis hostium oppidis expugnatis, omnium Imperatorum in hac prouincia primus, vinciposse. Gallos docuisti, ita vt plerique suspicentur, illos non modo Philippi inuicti regis nostri (à quo superiore anno, exercitu, castris, oppidis, exuti fuerãt) sed etiã tua virtute ac fortitudine planè perterritos, ad satis æquas pacis conditiones descendisse, ne quas nunc in hac regione vrbes atque oppida ex fœdere sponte restituunt, illa tu armis vendicares, totisque præterea Italiæ finibus arceres. Non solum autem militaris hæc vestra laus, sed illa etiam, quæ ex bonarũ literarum eruditione proficiscitur, quamuis minore periculo, multo tamen sudore ac labore studiosis quærenda est. Nemo vnquam somniculosus atque iners, bonus orator aut philosophus euasit. Nemo iuris scientiam quæ apud omnes gentes summo semper in precio fuit, sine maximis laboribus ac vigiliis est assequutus. Neque verò hoc a me dictum quis putet, quòd literarum studia bellicæ virtuti comparare aut præponere velim, vetus iam nimis & trita est sententia, quam hoc loco in disceptationem quæstionemque vocare nihil attinet, præsertim apud te, qui nõ modò fortissimus Imperator, sed etiam Orator disertissimus, id quod hac ætate paucis adhuc contigit, nactus es, vt in te Dij immortales eruditionem atque eloquentiam cum fortitudine atque animi magnitudine coniũgerent. Cedant pacis tempore legibus arma nos vicissim dũ belli vigebit furor, Iurisconsultis ac philosophis Imperatores ac milites anteponi æquo animo feremus. Illud verò quòd à principio dicere orsus fueram, sine controuersia vtrisque commune est, scilicet neque pace, neque bello, veram virtutis laudem sine labore ac periculo parari aut acquiri posse. Memini ego patrem meum virum clarissimum hoc argumento sæpè me ad virtutis studium, propositis maiorum meorum exemplis incitare solere. Ille omnibus turpe esse dicebat, in otio inertem vitam ducere, iis autem præcipuè quibus deorum munere fœlicia ad bonas artes capescendas ingenia contigissent. Mihi verò turpissimũ fore, cuius Auus frater, auunculus, in sua patria. Iuris vtriusque scientia præ cæteris floruissent. Pater etiam, Mediolani Senator, Proauus apud Siculos consiliarius, amplissimos essent dignitatum gradus consecuti. Quibus ego simulis concitatus, ita me totum literarum studiis tradidi, vt nihil aliud dies, nocteque haberem in animo, quàm vt maiorum meorum gloriam aliquo modo possem non solum æquare, sed etiam superare. Itaque cùm primum in Iurisconsultorum ordinem fui cooptatus, summo quidem labore corporis atque animi, magnum hoc & arduum opus, & omnium fortè eorum, quæ hoc scribendi genere hactenus tractata fuerunt, longè maximum, efficere sum aggressus, vt scilicet inter dubias & controuersas Iuris quæstiones, receptiores interpretum sententias, septem libris explicarem. Horum ego cùm particulas quasdam (vulgò paragraphos appellamus) in lucem mittere decreuissem illas tibi dedicare constitui, Princeps Illustriss. tum vt hoc quamuis leui munusculo, testatum erga te animum meum omnibus facerem, tum etiam vt libellus ipse amplissimi nominis tui ornamento auctus, illustrior in publicum prodiret, Tu itaque illum humaniter accipe, neque enim minor est animi magnitudo, exigua aliorum munera magni æstimare, quam aliis multa & magnifica largiri, Vale. Calen. Nouemb. M. D. LIX.

Mediolanen.

IVLII CLARI ALEXANDRINI
IVRISCONSVLTI CLARISSIMI AC REGII SENATORIS.

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum,

§. DONATIO.

CAPITA QVÆSTIONVM.

1 *Donatio vnde dicta sit, & an sit contractus nominatus?*
2 *Donatio conditionalis, an sit propriè donatio?*
3 *Donatio remuneratoria, an sit propriè donatio?*
4 *Donatio causa mortis quid sit?*
5 *Donatio causa mortis, an potius æquiparetur contractibus, quàm vltimis voluntatibus?*
6 *Filius familias an possit donare causa mortis?*
7 *Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis?*
8 *Pater an possit donare filio?*
9 *Donatio inter virum, & vxorem, an valeat?*
10 *Ornamenta quæ mittuntur sponsis, an censeantur donata?*
11 *Donatio propter nuptias, an hodie peti possit?*
12 *Donatio an possit fieri absenti?*
13 *Et quid si fiat donatio stipulanti?*
14 *Donatio an perficiatur nudo pacto?*
15 *Insinuatio quid sit?*
16 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.*
17 *Et quid in donatione facta ecclesiæ? &c.*
18 *Et quid in donatione iurata?*
19 *Donatio omnium bonorum, an valeat?*
20 *Et quid si sit iurata?*
21 *Donatio potest ob ingratitudinem reuocari.*
22 *Donatio reuocatur propter superuenientiam liberorum.*
23 *Et quid si sit iurata?*
24 *Donatio inofficiosa potest per filios reuocari?*
25 *Donatio ob causam, & donatio causa mortis quomodo possint reuocari?*

HÆC Donationũ materia antiquis tẽporibus frequens erat & quotidiana: Nunc autem, cùm liberalitate propè extincta, mentes hominum auaritia occuparit, non ita, vt solebat, in iudiciis foróque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nonnullæ ex quæstionibus quæ ad hunc Tractatum pertinent.

QVÆSTIO I.

1 *Donatio vnde dicatur?*
2 *Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus?*
3 *Et an sit de sui natura contractus reuocabilis?*

1 QVAERO vnde dicatur donatio? Respon. Donatio dicta est à dono, quasi doni datio. Ita dicit Iurisconsultus in l. Senatus. §. donatio. ff. de don. causa mortis.

2 Item quæro, nunquid donatio sit contractus nominatus, vel innominatus? Resp. Glo. in l. in ædibus §. 1. in verbo, Ex rebus, ff. de donat. & alibi sæpè, videtur tenere, quòd olim esset contractus innominatus, hodie verò sit nominatus. Et certè in hoc, quòd hodiè sit contractus nominatus, non est magna inter Doctores controuersia. & ita esse hanc communem opi. attestatur Corn. cons. 101. circa prin. lib. 1. Ripa in l. fi. nu. 121. C. de reuoc. dona. Tu verò tene indistinctè, quòd, & olim, & hodiè, Donatio sit contractus nominatus: & hanc opi. tenuit Bart. vbique, quam dicit esse communem Alex. in l. iurisgentiũ. in prin. nu. 6. ff. de pac. Ias. in d. l. iurisgẽtium. in prin. nu. 8. & in l. fi. nu. 13. ff. de cond. causa data. Gomes in §. in personã, post nu. 40. Inst. de actio. Habet enim speciale & elegans nomen, meritò debet inter contractus nominatos connumerari, iuxta ea quæ dixi suprà, hoc eod. lib. §. 1.

3 Et ex hac conclusione infertur, quòd sicut cæteri contractus nominati non possunt per pœnitentiã reuocari, ita etiam donatio est de sui natura cõtractus irreuocabilis, & in quo pœnitentia non admittitur: & ad hoc solet allegari text. in l. Aristo. ff. de donatio. & hanc opi. dicit esse communem Bertach. in verbo, Donatio reuocatur, versi. XXVII. & quòd donatio perfecta regulariter reuocari non possit, dicit esse communem regulam Imol. in c. fi. post nu. 25. versic. Secundò potest. de donatio. Quã tamen limita, & declara, secundum ea quæ dixi infrà quæst. 21. & sequen.

QVÆSTIO II.

1 *Donatio conditionalis an sit propriè donatio?*
2 *Donatio reciproca an sit propriè donatio?*

1 QVæro an donatio conditionalis sit propriè donatio? Respond. Glo. in l. 1. in princ. in verbo, secutum, ff. de donatio. tenuit, quòd dicatur propriè donatio: & illã gl. dicit esse cõmuniter approbatã Cur. Iun. in l. 1. num. 73. ff. si certum peta. Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam actus, & ideò non definit esse vera, & propria donatio.

2 Item quæro nunquid donatio reciproca siue vicissitudinaria dicatur propriè donatio? Respon. quòd non: ita dicit glo. in l. licet, in verbo, Mortis causa, C. de pact. quæ est communiter ab omnibus approbata, vt ait Curt. Iunior, cons. 82. nu. 5. Nam propter vicissitudinem dicitur habere onus annexum, quia tantum quis dat, quantùm habere sperat, & ideò non potest propriè dici donatio: & ex hoc infertur quòd non indiget insinuatione, vt dixi infrà q. 17 vers. Sed nunquid.

QVÆSTIO III.

1 *Donatio remuneratoria, an sit propriè donatio?*
2 *Et an valeat, etiam si de meritis aliter quàm per assertionem donantis non appareat?*
3 *Et an ad hoc vt talis donatio valeat, requiratur quod merita æquiualeant donationi?*
4 *Et quomodo dicantur merita æquiualere donationi?*

1 QVæro, an donatio remuneratoria, vel antidoralis sit propriè donatio? Respon. q. non põt propriè dici mera donatio, vel mera liberalitas. ita probat expressè text. in l. Aquilius Regulus. ff. de

don.& ita magis communiter tenetur, vt dicit Soci.fun.cons.94.nu.13.lib.2.Hanc etiam dicit esse cõmunem Dida,in c.cùm in officiis post nu.10. de testa.Licet enim fiat nullo iure cogente, non tamen negari potest,quin saltem naturali ratione, qui beneficium accepit,benefacienti sit obligatus: & hæc conclusio est maximi effectus, nam ex ea sequitur, quòd talis donatio non indiget insinuatione. Item non reuocatur propter superuenientiam filiorum, vt dixi infrà q. 23. versic. Item quæro. Item valet etiam inter patrem & filium:vt dixi infrà quæst.octaua.versic.Hæc tamen,& huiusmodi.

2 Sed hic occurrit pulchra quæstio, an scilicet talis Donatio,quæ sit propter merita,valeat etiam si de ipsis meritis aliter, quã per assertionem donantis non appareat?Respon. quòd sic : neque est necesse ad ipsius validitatem,quòd merita ipsa probentur. Et hanc dicit esse communem conclusionem Bertrand.consil.118.post nu.1.libro 2. in secunda parte Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez,fol.133.nume.37. Quam tamen intellige.vt procedat,quando donatio fit à persona,quę potest liberè donare,licet nulla merita subessent,& ita dicit esse communem opi.Curt.Iun. cons.142. nume. 3.quem refert Bellon.consil.74.post nume.17. secundum quam in facti contingentia iudicauit parlamentum Delphinale,vt attestatur Guido Papæ decis.95.Secùs autem si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas:nam eo casu non statur assertioni donantis,sed requiritur probatio meritorum. ita dicit glos.in l.si donatione, gloss. fin. C. de collati. quæ ad hoc propositum solet semper allegari, & quam dicit esse communiter approbatam Bellon. in d.cons.78.nume.5. Illam etiam ab omnibus approbari attestatur Alexand.in d.l.si donatione.nu. 5.Et ita communiter teneri affirmat Bertrand.consil.138.nume.22.lib.2.in secunda parte.Et hanc esse communem opinio.attestatur Paul.de Castro consil.345.post num. 4.versic. Tertiò videtur, libro 1. Corn.consil.143.in litera H.lib. 2. Si enim standum esset assertioni donantis, semper posset eludi prohibitio legis,attestante donatore merita præcessisse,quod nullo modo est dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter personas prohibitas,puta, inter patrem & filium,inter virum & vxorem,& huiusmodi,de quibus infrà suis locis dicemus.

3 Sed nunquid,ad hoc,vt talis donatio remuneratoria valeat,requiritur,q̃ ipsa merita æquiualeant donationi?Respon.quòd sic.ita sentit Bar.in l.si quis pro eo.§.primo.in fi.ff.de fideiussor.& est communis opin.vt ait Dec.in l.petens. nu. 17. C.de pactis. Intellige,quãdo sit inter personas prohibitas: nam limitata causa,limitatũ producit effectum, & ideò non possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quàm ascendat valor ipsorum meritorum,in residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria,sed erit donatio simplex. & hæc est communis conclusio, vt dicit Bertrand.consilio 164.nu.2.lib.2.in secunda parte. Vide quæ dixi infrà q.8,ver.Sed pone.Si verò sit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita æquiualeant donationi,vel ne, ex quo etiã nullis subsistentibus meritis donatio valuisset. & in hoc nulla est controuersia.

4 Sed quæro,quomodo dicantur in his casib. merita æquialere donationi?Respon.q̃ in hoc,& an attentis meritis donatio dicatur moderata,vel ne,nõ potest dari certa, & determinata regula, sed standum est arbitrio Iudicis. Ita concludunt communiter Scribentes,vt attestatur Iason consil.154. nu. 5.lib.2.quem refert Episcopus Loazes in suis allegationibus pro Marchione Velez,fol.193.nu.3. Regulariter enim vbicunque aliquid non est à lege certò determinatum, statur arbitrio Iudicis vt dixi§. lib.2.§.Iudex.Quod nota, quia si casus contingeret bonum esset habere Iudicem fauorabilem.

QVÆSTIO IIII.

1 *Donatio causa mortis quid sit.*
2 *Et an donatio in dubio debeat iudicari causa mortis vel inter viuos?*
3 *Et quid si fiat ab infirmo?*
4 *Et quid si in donatione sit facta mentio mortis.*
5 *Et quid si donator promittat donationem non reuocare?*

QVæro,quid sit donatio causa mortis?Respon.
1 mortis causa donatio est cùm quis habere se mauult,quàm eum cui donat,magisque eum cui donat,quàm hæredem suum. Sunt verba Iurisconsulti in l.j.ff.de donatio.causa mortis.

2 Sed quæro, nunquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos,an causa mortis?Vtilitas autem hnius quæstionis est maxima: nam si est donatio inter viuos,non poterit postea reuocari, secùs autem si est donatio causa mortis,vt est in iure notissimum.Dic ergo,quòd si quidem in donatione nõ est facta mentio mortis,quia scilicet non est collata in tempus mortis,hoc casu tenendum est in dubio,quòd sit donatio inter viuos, non autem causa mortis.Ita tenet gl.in l.apud Celsum.§.Iulianus, in verbo,Spopondisset.ff.de doli mali.& met.exceptio.& est communis opi.vt dicit Ias.in l.quæ dotis nu.26.ff.sol.mat.hæc enim qualitas,q̃ sit causa mortis,in dubio præsumi nõ debet,ideò qui illam allegat,debet eam probare,aliàs standum est in regula: q̃ quicunque donat,cẽsetur velle dominium in donatarium transferre, & consequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare.

3 Et hæc quidem conclusio de plano procedit quãdo donatio fit ab homine sano,vel non minus grauiter infirmo.Sed quid si facta sit ab infirmo, præsertim existente in articulo mortis,& quem verisimile sit de morte ipsa cogitasse, licet fortè in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Resp. Ant.de But.in c.2.de consuet.tenuit, q̃ censeri debet donatio causa mortis.Sed in hoc Ant.de Butr. communiter reprobatur,vt dicit Guliel. de Bened. in repet.c.Raynutius.in verbo,Testamentum, el 4. num.21.& ideo tenendum est,quòd imò etiam hoc casu iudicari debeat donatio inter viuos, non autẽ causa mortis.& ita tenent cõmuniter DD. vt ait Ripa tract.de pest.in priuil.contractuum. post nu.175. Hanc etiam opi.dicit esse cõmunẽ Ripa,li.3.resp.c. 9.post nu.7.& eo.lib.c.11.nu.7. Nã, vt dicit tex.in l. Seia.§.fi.ff. de don. causa mortis. talis videtur potius moriens,quàm mortis causa donare.Quã opi. ego etiam sequor,dummodo talis donatio sit facta in forma contractus,sed si esset facta in testamento, vel codicillis,ab infirmo,præcipuè existente in mortis articulo, crederem tutius esse adhærere opin. Anton.de Butr.

4 Cæterùm si in donatione sit facta mentio mortis tunc proculdubio tenendum est,quòd sit donatio causa mortis,non autem inter viuos.& hæc conclusio communiter tenetur,vt ait Dec.in l.fi.nu.20.C. de pactis, illám etiam dicit esse communem Paris. cons.

Paris.cons.16.nu.4. li. 2.Non enim debemus in dubio à vi & proprietate verborum aliquo modo recedere.Intellige tamen,q̃ non sufficit,quòd simpliciter sit facta mentio mortis,sed duo copulatiuè requiruntur,scilicet quòd in donatione sit facta mentio mortis,& quòd sit collata in tempus mortis:ita concludunt Doctores omnes,vt dicit Sigismundus cons.feud.5.post nu.4.Quòd nota perpetuò.

5 Sed pone,quòd aliquis dicat se donare causa mortis,& in donatione ipsa promittat illam non reuocare:quæro,an dicatur donatio inter viuos, an autem causa mortis? Rep. q̃ ex illa promissione de nõ reuocando,debet censeri donatio inter viuos, non autem causa mortis.Text.est expressus in l.vbi ita donatur.ff.de dona.causa mortis.Et est communis opin.vt ait Didac.in Rubr.de testam. in 2.parte post nu.11.Et dicit Natta cons.104.nu.6.& seq. q̃ in hoc neminem reperit contradicentem ? Hæc enim qualitas,scilicet quòd sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donationi causa mortis, vt sit illi incõpatibilis, & ideò necesse est hoc casu interpretari illud verbum,causa mortis, positum in donatione, vt dicamus,donantem potius motum fuisse ad donandũ propter causam mortis, quàm voluisse mortis causa donatæ, vt dicit Iurisconsultus in d. l. vbi
4 ita donatur.

QVÆSTIO V.

1 *Donatio causa mortis,an magis comparanda sit contractibus,quàm vltimis voluntatibus?*
2 *Et an quantum ad confirmationem?*
3 *Et quid si donatio causa mortis facta sit in testamento?*

QVæro,nunquid donatio causa mortis magis
1 cõparanda sit actui, quàm vltimæ voluntati? Vtilitas autẽ huius quæstionis est euidens,nam ex hoc scire poteris,an donatio causa mortis debeat regulari secundum leges,& statuta loquentia de vltimis voluntatibus,an autem secundũ iura loquentia de contractibus.In hoc autem articulo, magna fuit aliquando inter Doctores cõtrouersia. Quidã enim simpliciter dixerunt,q̃ donatio causa mortis magis accedit cõtractui,quàm vltimæ voluntati. & hanc dixit esse cõmunẽ opi.Boër.cons.34.nu.12. Alij verò simpliciter dixerunt, q̃ est magis vltima voluntas,quàm contractus,& hanc dicit videri magis communem Marsil. sing. 136. longa. Tu dic, q̃ donatio causa mortis quo ad modum, & ordinationem, scilicet dum in esse deducitur, equiparatur contractui, sed postquam est in esse deducta, quo ad effectum & efficaciam, cẽsetur vltima voluntas: & ita intelligenda est gl.ordinaria,quæ ad hoc propositum semper allegatur in l.2.in prin.in verb. Legatum.ff. de dote præleg. quam dicit esse communiter approbatam Soci.cons.130.nu.9.li.1. quod est duplicatũ cons.235.lib.2.Ias.in l.cum antiquitas, nu. 2.C.de testa.Hanc etiam opi.dicit esse communem Iaso.in l.2.nu.1.ff.de lega,1.& in l.seniũ,nu.8.in fi. C. qui testa.facere possunt, Ripa in d.l.2.nu.15.Alcia. in l.2.in prin.nu.10.ff.de verb.oblig. Et ideo si statutum disponat,q̃ in cõtractibus cõficiendis debeãt interuenire duo Notarij,ita seruandũ erit in donationibus causa mortis.Si verò aliud statutum disponat,q̃ vltimæ voluntates habeant executionem paratam,pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem.Quia illud statutum disponit circa contractus,prout sunt in fieri,meritò comprehẽdit donationem causa mortis.Hoc autem disponit de vltimis voluntatibus iam in esse deductis, ideò locum habet etiam in donatione causa mortis.Econuerso autem si statutum disponeret,quòd in vltimis voluntatib.conficiendis deberent interuenire duo Notarij,non comprehenderet donationem causa mortis, &c.

2 Scias tamen, quòd licet donatio causa mortis, quò ad effectum & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, vt suprà dictum est, non tamen illis æquiparatur quò ad cõfirmationem. Nã vltimæ voluntates non confirmantur nisi adita hæreditate. Donatio autem causa mortis confirmatur sola morte donantis, etiam eius hæreditate non adita. ita colligitur ex glo.in l.post legatum. §. qui mortis, in verbo Legatario. ff. de his quibus vt ind. & est communis opi.vt dicit Alexan.in l.illud, post nu.4. versic.Tamen donatio.C.de collatio.Picus in reper. l.in quartam.col.21.ff.ad leg.falcid.quem refert Didacus in Rub.de testamen.in 3.parte,nume.22.Ripa in d.l.2.num.18.ff.de leg.1.Rubeus consi.11.nu.6.Statim enim secuta morte donantis,donatio ipsa,quæ in tempus mortis erat collata, suam recipit perfectionem,non expectata hæredis aditione: secus autem in testamento,quod non recipit perfectionem nisi hæres adeat hæreditatem,neq; legata,quę pariter de manu hæredis sunt accipienda.

3 Sed pone,quòd aliquis fecerit donationem causa mortis in testamento,nunquid censebitur tãquam legatum,vel tanquam donatio causa mortis ? Respon. si est facta præsenti, censetur donatio causa mortis,sed si est facta absenti, valet in vim fideicõmissi. ita dicit Bart.in l. 1. circa finem. ff. de donat. causa mortis.cuius opinio communiter tenetur,vt dicit Imola in eadem l.prima,nu.1. quẽ refert Dec. cons.196.nu.2.in fin.Bertrand.cons.168.nu.6. lib.3. in secunda parte.Paris.cons.88.nu.98.lib.3.qui dicit quòd ita tenent communiter Scribentes,quem refert & sequitur Soc.Iun.cons.67.num.17.lib.tertio. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat modò talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatem testandi,aliàs enim non valeret, neque vt donatio,quia facta absenti,neque vt fideicommissum,quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum.& ita loquuntur Bart. & Doct. in locis præallegatis,& dixi infrà q.prox.ver.Sed quæro:& hanc conclusionem nota pro declaratione ad conclusionem quam posui infrà q.12.q̃ .s. donatio facta absenti non valet.&c.

QVÆSTIO VI.

1 *Filiusfamilias an possit donare?*
2 *Et an inter viuos?*
3 *Et an causa mortis?*
4 *Et an cum patris consensu?*
5 *Et an talis consensus interuenire debeat respectu sui præiudicij,an autem ad integrandam personam filij?*
6 *Et an debeat expressè interponi?*
7 *Et an filiusfa.possit donare causa mortis ipsimet patri suo?*
8 *Et an clausula codicillaris sustineat donationẽ causa mortis,factam per filiumfa.in testamento?*
9 *Et quid si expressè non dixerit,quòd volebat valere in vim donationis causa mortis?*

NVnc videndum est, quæ personæ donare possint,vel non. & in primis quæro,an filiusfamilias possit donare?Resp.q̃ non, etiamsi habeat peculium. text. est in l.filiusfam. ff. de dona. Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & doctores in ea multum variè loquuntur,ideò distinguendum est hoc modo.
1
2 Aut quæris, vtrum filiusfam. possit donare inter

Universidad de Navarra Biblioteca

vinos,& tunc vtique procedit conclusio superius facta,scilicet,quòd regulariter non potest donare, & ratio est,quia cùm pater habeat in bonis filij vsumfructum,non debet posse filius, in præiudicium paterni vsusfructus,de bonis ipsis disponere,ex hac ratione infertur,quòd si filius haberet aliqua bona,in quibus patri non quæreretur vsusfructus, posset illa donare inter viuos,etiam sine consensu patris. & in hoc Doctores communiter conueniunt, vt dicit Crauetta,consi.84.nu.9.& conf.92.post num. 1.vers. Sed posito.vbi dicit,q in hoc nemo est, q dubitet.

3 Aut verò quæris,vtrum possit donare causa mortis,& tunc rursus est distinguendum:Aut enim quæritur,an possit donare causa mortis sine consensu patris:& est expeditum apud omnes, q non potest donare,neque etiam bona aduenticia,& quæ ad ipsum spectant pleno iure.& hanc opi.dicit esse communem,Abb.consil.40.in fin.lib.2.Rubeus conf.46. nnm.2.& seq.Et dicit Socin.conf.112. nume. 1. lib.1. quod est duplicatum in conf.172.lib. 2. quòd hanc opin.arbitratur indubitanter esse de mente Doctorum cõmuniter,prout re vera est magis communis quidquid dixerit Crot.in repe.l.frater à fratre,post nu.32.vers.Sextò quæritur.ff.de cond. indeb. quem refert Didac.in Rub.de testa.in 3.parte,nu.8.& licet Bar.in Auth.vt liceat matri,& auiæ,nu.7. tenere videatur,q imò possit filiusfam.huiusmodi bona donare causa mortis,etiam sine patris consensu, non tamen propter hoc esset à prima opi.recedendum, quæ (vt dixi) proculdubio est magis cõmunis,tantò magis cùm non parua sit controuersia inter Doctores,an illa lectura super Authenticis sit Bartoli, vt dixi infrà,lib.7.Bene verum est,q Doctores multum laborant in inuenienda ratione, cur potius sit ei permissum huiusmodi bona donare inter viuos, quàm causa mortis:sed hæ disputationes in practica parum vel nihil prosunt.

4 Si autem quæritur, vtrùm possit donare causa mortis cum patris consensu,dicendum est,quòd sic & est de hoc tex.in d.l.filiusfam. & hanc conclusionem tenent omnes,vt dicit Iaf.in l. fenium,nu.8.C. qui testamen.fac.poss.Crot.in repe.l.frater à fratre, nu.74.Quæ autem sit ratio,cur filiusfamil.non possit,etiam cum patris consensu,testari,vt dixi suprà, lib. 3. §. Testamentum.q. 18. possit tamen donare causa mortis,non satis bene Doctores se explicant. Communiter tamen dicitur,q testamentum, cùm sit vltima voluntas,nõ potest ex alieno arbitrio pẽdere. & hanc dicit esse communem rationem Iaf.in d.l.fenium,nu.9.vbi multa in hoc popositio cõgerit.

5 Habes ergo,quòd in donatione causa mortis,quæ fit per filiumfam. requiritur patris consensus. Sed quæro,an huiusmodi consensus requiratur ratione præiudicij,quod ipsi patri fit respectu sui vsusfructus in donatione,quam filius facit alteri,an autem etiam requiratur ad integrandam personam ipsius filij? Hæc est ardua quæstio, & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt, quòd non requiratur ad integrandam personam filij,sed solummodò fauore patris, & sic pro interesse sui præiudicij.& hanc opi. dixit esse communem Ioan.Maria Rusi.in d.l.fenium, prout illum refert Rubeus conf.127.nu.1.Et dicit Alex.in d.l.1. §. fuit quæsitum,post nu.8.ff.ad Trebell.q Bart.& Doctores,communiter reprehendunt glo.in l.fi.§.necessitate. C. de bon. quæ liber. tenentem q requiratur ad integrandam personam filij. Idem dicit Ripa in d.§.fuit quæsitum,nu.3.Contrariam autem sententiam,scilicet quòd imò requiratur patris consensus non modò respectu eius præiudicij, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum,plerique alij tenuerunt.& hanc dicit esse communem Soci.in d.conf.112.post nu.8. versic. Hoc etiam voluit.& in d.l.1.§. fuit quæsitum. ff. ad Trebel.quem refert Didacus in d.Rubri.in 3.parte, num.6.in fi.Rubeus conf.49.num.5.& conf. 127. nu. 8.& hæc opi.tanquam verior & magis communis, tenenda est.Nam si patris cõsensus requireretur solummodò respectu eius præiudicij, sequeretur, quòd posset filius donare causa mortis, aduentitia sibi pleno iure quæsita sine eius consensu,quod tamen est falsum,vt dixi suprà versi.Aut verò quæris, vel saltem quòd posset illa donare ipsi patri cum eius consensu,cuius contrarium magis communiter tenetur,vt dixi infrà vers.Quæro etiam:& tamẽ hoc casu nullum prorsus præiudicium patris considerari potest,imò potius euidens vtilitas, vt patet ad sensum.

6 Successiuè quæro,an huiusmodi consensus patris, qui in donatione causa mortis per filium facienda requiritur,debeat expresè interponi,an autem sufficiat,q pater ipsi donationi simpliciter,aut tacitè consentiat?Respon.quòd requiritur expressus consensus patris.ita dicit gl.in l.qui in potestate.in princip.in verbo,Nihilo magis.ff.de testa.& in hoc nullus contradicit,vt ait Socin.in d.conf.112.nu.7.in fi. quem refert Tiraquel.de legib.connubial. in glo.8. nu.9.& ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta,quòd scilicet talis consensus requiratur ad solennitatem actus, non autem respectu præiudicij. Quia vbicunque agitur de præiudicio alicuius,tunc sola præsentia,aut scientia,& taciturnitas, inducit consensum sufficientem ad conualidandũ actum,vt dixi infrà,lib.7.§.consensus.

7 Quæro etiam, nunquid filiusfam. possit donare causa mortis ipsi patri,cuius consensus (vt suprà dictum est) in ipsa donatione requiritur? Respon. in hoc quoque articulo magna est controuersia inter Doctores,adeo, vt cùm aliquando in facto fuisset hæsitatum, quæ opi.esset magis communis, opus fuerit maxima librorum reuolutione.In primis autem multi tenuerunt,quòd possit pater consensum suum interponere filio sibi donanti causa mortis.& hanc opin.dicit esse communem Alex.in d.l.1.§ fuit quæsitum.ff.ad Trebellian. prout illum refert Guliel.de Benedic.in 1.part.repet.c.Raynutius. in verbo,Matrem insuper cleram.nu.46.Ego tamen non reperio Alex.ibi,maximè,nu.8.vbi tractat hunc articulum,attestari de communi opi.nisi fortè Guliel mus senfit de verbis Alex. quæ ego superius recũli in vers.Habes ergo.Idem dicit Bertran.conf.156.nu. 10.lib.1.in secunda parte,& conf.162.post nu. 1. lib. 1.in 2.parte. Iaf.in d.§.fuit quæsitum,nu.3. qui dicit, quòd ita magis communiter tenetur.Ripa in d. §. fuit quæsitum, nu.2.

Contrariam autem sententiam,scilicet quòd imò pater non possit interponere consensum suum filio sibi donanti causa mortis,tenuit gl.in l.1.in princip. in verbo,Rem acquirit.ff.de auctor.& cõs.tut.& dicit Soc.in d.§.fuit quæsitum, col.4. vers.Postremò, quòd ita tenent communiter Doct.Hanc etiã opi. dicit esse cõmunẽ.Bal.conf. 62. nu.3. li. 4.quẽ refert Soc.in d.cõs.112.post.nu.4.vers.Vnde in tãto.& Dec. in d.l.seniũ.nu.56.C qui test.fac.poss.& cõs.245.nu.6. circ.fi.& cõs.612.circ.fi.& Tiraq.de Legib.cõnubial. in gl.8.n.115.Imol.i d.§.fuit q̃stiũ,col.fi.vers.extra gl. adde adde.qui dicit.q illa glo.ordinaria in d.l.1. communiter approbatur, quem refert Soc.conf.23.nu.15.li. 4.& Didac.in d.Rub.de testa.in 3.parte,nu.7.Coru. conf.294.circa princ.lib.1.quem refert Ioan.Dilect. de arte testandi,titu.1.cau.2.num. 4. & Dec. consil. 279.nume.5.Et dicit Paris. consil.97.numer. 21.li.3. quòd ista opi.reputatur communis. & sic vt vides, ex prædictis non est dubitãdum,quin opinio gl.sit, magis communis,& etiam verior,maximè præsupposito pro constanti, quòd consensus patris in donatione filij interuenire debeat, non tantum ratione præiudicij, sed etiam ad solemnitatem actus,& sic ad integrãdam personam filij, vt dixi suprà versic.Habes ergo.Videtur ergo potius præstatio auctoritatis,quàm simplex consensus:quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri,vt in simili dixi suprà li.1.Et ab hac opi.non recedas in iudicando.& si patres volent à filiis suis sibi facere huiusmodi donationes,poterunt adhibere auctoritatem Iudicis,& sufficiet, secundum ferè omnes in locis. superius allegatis.

8 Sed quæro,Tu scis,q filiusfam.non potest testari, vt dixi §.li.3.§.testamentũ.q.18.Pone q in testamento aliquid relinquat alteri interueniente consensu patris,& q in ipso testamento apposita sit clausula codicillaris, q si non valet iure testamenti,valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis,&c. nunquid tale relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? Resp. aut tale relictum est factum absenti,non interueniente nuncio, vel epistola,neque aliquo recipiente nomine ipsius absentis:& tũc proculdubio non potest valere in vim donationis causa mortis,cùm ad validitatem donationis requiratur stipulatio, vel pactum, vt dixi infrà q.12.& q.14.& in hoc videtur cõcordare omnes Doct.vt dicit Soci. in d.conf.112.nu.5.lib.1.Aut verò ille cui relinquitur, est præsens, & tunc benè valet in vim donationis causa mortis:& in hoc pariter videntur concordare Doctores. vt dicit Soc. in loco præallegato,vers.Aliquando, & secundò.& hoc etiam si expresè non acceptet,nam talis præsentia donatarij cum taciturnitate, inducit eius consensum,& consequenter valet donatio, vt dixi in d.q. 14.vers.Sed pone.

9 Et hæc quidem sine difficultate procedunt, quando expresè filius dixit,quòd volebat etiam valere in vim donationis causa mortis:Sed quid si solummodo dixit,quòd volebat valere in vim codicillorum,vel cuiuscunque vltimæ voluntatis? Respon.q adhuc sustinebitur in vim donationis causa mortis. & hæc est communis conclusio,vt dicit Socinus in consil.125.ante nume.1.lib. 3.Latè enim sunt verba interpretanda,vt actus sustineatur.

QVÆSTIO VII.

1 *Vsurarius manifestus,an possit donare causa mortis?*

1 QVæro,tu scis, q vsurarius manifestus nõ potest testari, nisi præstita cautione iuxta formam c.quanquam.de vsur.in sexto,vt dixi suprà li. 3. §. Testamentum.q. 26. nunquid poterit donare causa mortis? Respon. variæ sunt in hoc articulo opin.Doctorum.Nam Bald.in l.executorem, num. 11. C. de execut. rei iudi. videtur tenere,quòd sic, (licet dicat se tremulentius id asserere,& supponat se iudicio sanctæ ecclesiæ) & affirmat, quòd multi valentes Doctores venerabilis collegij Mediolanensis pro hac parte consuluerunt, quam dicit sibi videri magis communem Ripa in l. 2.nu.7. ff.de leg.1.quem refert Didacus in Rub.de testa,in 3.part.nu.11. Contrariam tamen sententiam, scilicet, quòd imò vsurarius manifestus non possit donare causa mortis,multi tenuerunt. Et dicit Alex. in d.l.discretis,nu.2.C.qui testa.face.pos.q hæc opi. videtur esse magis communis, quem refert Curt. Iun.in l.eius qui in prouincia, nu.4.in fi.ff.si cer.peta.refert etiam,& sequitur Io.Dilect.de arte testandi,lib.1.caut.7.nu.4.Et hanc ego etiam sequor tanquam tutiorem,& magis communem: aliter enim facilè eludi posset dispositio d. c. quanquam. Quæ opin:multò magis procederet,vbi huiusmodi donatio causa mortis esset facta in testamento,vel esset de omnib. bonis, vel eorum maiori parte,prout etiam fatentur illi,qui tenent contrariam partem,tunc enim proculdubio appareret illam esse factam in fraudem.& ab hac opi.quæ fauorabilior est animæ,non recedas in iudicando.

QVÆSTIO VIII.

1 *Pater an possit donare filio in potestate?*
2 *Et an in remunerationem meritorum?*
3 *Et an requiratur,quòd merita æquiualeant donationi?*
4 *Et quid si non æquiualeant in totum, sed excedant dimidium eius quod donatur?*
5 *Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis?*
6 *Et an ex causa studij?*
7 *Et an donatio facta à patre filio,morte confirmetur?*
8 *Et an confirmetur iuramento?*

1 QVæro,nunquid pater possit donare filiofami. in eius potestate existenti?Respond.q regulariter donatio inter patrem & filium nihil valet. tex.est in l.donationes quas parentes.C. de donatio.inter virum & vxorem. & hæc opin. communiter per Doctores approbatur,vt dicit Alber. in l.si pater.circa prin.C.de in offi.testa.Illam etiam dicit esse communem Paris.conf.16.nu.16.nu.19.li.2.Cũ enim regulariter,quidquid acquirit filius,acquirat patri,impossibile est iuris impossibilitate, q pater aliquid donare possit filio, ita vt dominium in illum transferatur, cùm neque momento apud ipsum remanere possit,sed omninò sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

2 Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat in simplici donatione,scilicet quæ nullam causam habet annexam,nisi puram, & meram liberalitatem.cæterum si donatio innitatur alicui causæ,facilè sustinetur.Hinc infertur: quòd si filius in patrẽ aliqua beneficia contulerit,poterit pater illi donare in remunerationem huiusmodi meritorũ,& donatio ipsa valebit.Ita tenet gl.in l.si donatione, in gl.1.C.de colla.cuius opi.communiter approbatur, vt ait Dec.in ea.l.si donatione,nu.10. Rimin. consi. 240,nu.3.Talis enim donatio, quæ fit in remunerationem meritorum,non est propriè donatio,vt dixi suprà q.3.Sed aduerte,quia in hoc non statur assertioni patris attestantis de meritis,etiam si illa ex primeret in specie,sed merita ipsa probãda sunt per filium.ita communiter tenetur,vt dicit Iaf.in repe. l.frater à fratre,post nu.44.vers. Secundò limita.ff. de cond.indeb.Corn.conf.289.col.fina.in litera D. lib.4.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ruin.conf.44.circa fin.lib.5.Vbicunque enim donatio fit inter personas prohibitas,semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi in allegata q.3.versic.Sed hic occurrit.

3 Scias tñ, q non sufficit subesse aliqua merita,sed requiritur

requiritur, q̃ ipsa merita æquiualeant donationi, aliàs autem donatio ipsa nõ valebit, nisi quatenus capiunt merita: pro residuo verò censebitur donatio simplex, vt dixi in ea.q.3.vers.Sed nunquid.

4 Sed pone, q̃ merita non æquiualeant in totum donationi, excedant tamen dimidiam eius, quod donatur, nunquid sufficiet ad hoc, vt merita dicantur æquialere donationi? Respõ. Bal. in auth. ex testamento.col.2.ver. Sed contra hoc facit. C.de col. lat. videtur tenere, q̃ sufficiat, q̃ merita saltem non sint intra dimidiam iustæ mensuræ, argum. l.2.C.de rescin.vendi. sed in contrarium est communis opi. vt attestatur Socin.conſ.19.nu.9.lib.1.scilicet, quòd hoc nõ sufficiat: aliàs enim facilè esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magni valoris sibi per filium donari, vt ipse deinde posset illũ duplum donare, quod nullo modo est dicendum: Veritas igitur est, quòd in hoc an scilicet merita æquialeant donationi, vel ne, standum est arbitrio iudicis, vt dixi in d.q.3.vers.Sed quæro.

5 Secundò infertur, q̃ si pater aliquid donet filio in præmium emancipationis, talis donatio valet, vt traditur in l.vt liberis.C.de collatio. & ita communiter concluditur, teste Soc.conſ.127.nu.13.lib.3. Et si dicas, quòd imò talis donatio dicitur donatio simplex, non autẽ ob causam, quia in emancipatione filius dicitur potius acquirere, & sic fieri melioris cõditionis, & ideo impropriè videtur dici huiusmodi donatio fieri in præmiũ emãcipationis: & q̃ sit donatio simplex, attestatur communiter teneri Alex.consil.21.post nu.9.lib.3.quam etiam opin.dicit esse communem Rimin.conſ.409.nu.8. Respon. q̃ satis potest dici talis donatio fieri præexistente causa emancipationis, vt scilicet filius emancipationi consentiat. Nam filius non potest à patre inuitus emancipari. §. generaliter. in auth. quib. mod. natu. effi. sui. cum simil.

6 Tertiò infertur, quòd si pater libros, vel aliquid aliud filio donauerit ex causa studij, talis donatio facta, præexistẽte dicta causa, sustinetur, nec potest à patre reuocari: Ita tenet Ang. in l.1.in vlt. verbis. ff. soluto matri. & est communis opi. vt ait. Iaſ. in ea.l.1.nu.52.subdens, q̃ ab ea nõ esset recedendum. Hęc tamen decisio nõ trãsit sine difficultate. Multi enim Doctores, & magnæ auctoritatis tenuerũt cõtrarium: ſ. quòd imò talis donatio nõ valeat: & hãc dicit videri magis communẽ Ripa, in d.l 1. nu. 140. Dicit etiã Ale. in l.in quartam, nu.22. in fine, ff. ad l. Falc. quòd magis communis conclusio videtur esse, q̃ si filius est in potestate, & non sit Doctor, talis donatio nõ valeat. Sed quidquid sit, ego si casus contingeret, non recederem à prima opi. modo donatio non esset immodica, neque aliàs vlla suspicio fraudis subesset. Est enim hæc causa studiorum valdè fauorabilis, vt scilicet adolescẽtes erudiãtur, quod reipub. maximè interest. An autem si pater tradiderit filio libros ex causa studij, censeatur eos illi donasse, & an filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratrib. conferendi, dixi sup. lib. 3. §. collatio.

7 Scias etiam, quòd hæc conclusio, quæ habet, q̃ pater non potest filio donare, intelligenda est, vt procedat ab initio: stãte enim iuris impossibilitate, de qua superius dixi, nõ potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim cõtractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam nõ reuocauerit, benè eius morte cõfirmatur. & hęc est communis opi. vt dicit Alber. in l. si pater, circa prin. C.de inof. test.

8 Sed quæro, tu, scis quãta sit virtus iuramẽti, de quo latè dixi infrà. lib.7. §. Iuramentum. Pone q̃ pater in donatione quam facit filio, apponat iuramẽtum, nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa cõfirmabitur: ita q̃ statim ab initio valida sit? Resp. super hoc articulo aliquãdo fuit cõtrouersia inter Doctores. Nũc autem ferè omnes trãseũt cum hac sententia, quòd confirmetur iuramento. quam in primis tenuit Bald. in l. fi. num. 8. C.de vsucap. pro donat. & dicit esse cõmunem Alex. conſ.8.li.2. prout illũ refert Rui. conſ.121. post nu.1.li.1. licet in lib. meo Alex. nume. 3. & vbi attestatur de communi, loquatur de donatione inter virum & vxorem. Corneus consil.289.libro 4. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol.84. post nu.20. So. conſ.91.nu.8.libr. 1. & consil. 107.nu.1.lib.3. & conſ.131.nu.3.lib.4. Iaſo. in lectura. l. frater à fratre, col. pen. & fin. ff. de condict. indeb. & conſ.184.col.fi.vers. Præterea talis, lib. 2. & cõſ.118. nu.1.lib.4. Dec. in l. si donatione, nu.33. C. de collatio. & conſ.216.nume.2. & conſ.239.nu.1. & cõſ.414. nu.12. & conſ.432.nu.5. & conſ.631. post nu.5. & conſ. 688. post nu.11. Bertran. conſ.39.nu.1.lib.1. in secũda parte. & conſ.89.nu.2. eod. volu. & conſ.144. num.1. eod. vol. & conſ.173.nu.3. eo. vo. & cõſ. 206. nu. 7. in fi. eo. vo. & conſ.8.nu.1.lib.2. in secũda parte, & cõſ. 138.nu.4. eo. vo. & conſ.97. post nu. 1. versi. Præterea. lib.3. in secunda parte, & conſ.203. nume.5. eo. vol. & conſ.208.nu.6. eod. volu. Ripa in l. si vnquam, nu. 35. C. de reuoc. donatio. & lib.3. respõ. cap.5. nume.4. post nume.8 Rubeus conſ.130.nume.5. & conſ.145. num.10. Pariſ. conſ. 53. nume.3. lib.1. & conſ.33. nume. 35. lib.3. Alciat. in c. cùm cõtingat, nume. 207. de iureiur. & in l. probrũ, in verbo, Nõ natura. ff. de verb. signi. Bello. cõſ. 15. post nu. 12. Crauetta conſ. 19. nu. 1. & conſ.102 post nu.1. vers. Sed præmissis, & conſ. 136. nu. 2. Gratus conſ. 7. nu. 8. libro 2. & consil. 36. nu 23. eod. vol. Toã. Dilect. de arte testandi, tit. 3. cautela secunda, nu. 2. Duẽnas regul. 219. in secũda amplia. vers. Pro qua opi. Neuiza. consil. 8. post nume. 3. vbi recenset auctoritates. Apostilla. ad Rimin. cõſ. 383. sub. nume. 14. Et secũdum hãc opi. in facti cõtingentia iudicauit parlamẽtum Delph. vt per Guid. papæ decis. 146. Hæc enim incapacitas, quæ est in contractibus inter patrem & filium. est à iure ciuili introducta, & sic non impedit oriri naturalem obligationem, qua præsuppositа, non videtur dubitandum quin iuramẽto confirmetur. Et quia hæc res in practica nullam solet habere difficultatem, ineptus esset aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere. faciunt quæ dixi ỹ. quæst. prox. vers. Sed quid si in ipsa.

QVÆSTIO XI.

1 *Donatio inter virum, & vxorem, an valeat?*
2 *Et quid in donatione causa mortis?*
3 *Et quid si appositum sit iuramentum?*
4 *Et quid si talis donatio sit simulata, vel præsumpta?*
5 *Et quid si facta sit in compensationem senectutis vel ignobilitatis?*
6 *Vt an confirmetur morte donantis?*
7 *Et an eo casu retrotrahatur ad tẽpus factę ipsi⁹ donationis*
8 *Et quid si excedat summam quingentorum solidorum?*

1 QVæro, nunquid donatio inter virum & vxorem valeat? Resp. quòd regulariter non valet. lege. 1. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne scilicet coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicit textus ibi.

2 Et hæc quidem conclusio locum habet, non solũ in donatione inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis, nam, & ipsa inter coniuges facta nihil valet. ita dicit glos. in l.2. in prin. in verbo, Legatum, ff. de dote prælegata, quam dicit esse ab omnibus probatam Didacus in rub. de testa. in 3. parte, numer. 2.

3 Sed quid si ipsa donatione appositum sit iuramentum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? Resp. quòd in hac quæstione variæ fuerunt Scribentium opiniones: nam Bart. in l. qui testamentum. ff. de probat. tenuit, quòd talis donatio non confirmatur iuramento. Et dicit So. consil.66.nume.12. & sequen. lib.1. quòd longè plures, & excellentiores Doctores, & longè maioris auctoritatis tenent hanc partem. Contrariam autem sententiã, scilicet, q̃ imò huiusmodi donatio inter virum, & vxorem confirmetur iuramẽto tenuit Bar. sibi contrarius in l. Seius, & Augurius. in fin. ff. ad legem Falcidiam. Et dicit Soci. pariter sibi contrarius conſ.77. post nu.15. vers. Nec obstat septima. libr. 1. quòd ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imola in c. cùm contigat, post nu.89. de iureiur. Alexand. conſ.8.nu.3.li.2. & consil.157.num.17. eod. volum. & & consil.152.nume. 6. lib.6. & conſ. 54. num.8. libr. 7. Areti. conſ.74.nu.6. quem refert Socin. Iun. conſ. 44.nu.6.lib.2. Ruinus cõſ.132.nume.3.libr.4. & cõſil. 137.nu.2. eod. vol. Corn. conſ.163. in litera B. libr. 1. & conſ.37. in litera C. lib.4. Abb. in cap. fi. numer.9. de donat. inter virum, & vxorem, vbi dicit, quòd hæc opi. communiter tenetur, & conſ.96.numer.1. libr.2. quem refert Grammat. decis.103. nume.73. Iaſ. in l. pacta quæ contra, numero 5. C.de pactis, Dec. ia dicta. l. pacta quæ contra. nume. 7. & consil. 202. post nume.2. & consilio 222. post nume.6. & cõ ſil.240.nume.1. Claud. in l. is cui bonis, numero 24. ff. de verborum obligat. & in l. si diuortio. nume.11. eodem titulo, Ruin. consilio 190. numero 3. libro primo, & consilio 179. numero tertio, eodem volu. Bertrand. consilio 175. nume. tertio, libro primo, in secunda parte, & consil.163. post nume.1. libro secun. in secunda parte, & conſ.208. numero 5. libro tertio, in secunda parte, Rubeus consil. 25. numero quinto, & consil.54. nume. tertio, Pariſ. consilio 86. numero 14. libro tertio, Ripa lib. tertio, respons. ca. quarto, nume.6. & cap. sexto, per totum, & c.17. nu. 1. Alciat. in dicto cap. cùm contingat, nume. 196. & in l. probrum, in verbo, Non natura, ff. de verbor. signi. Bellon. conſ. quarto, nume.2. in fi. & conſ.87. nu. 3. Crauetta consil. 81. post nu. 1. vers. Sed præmissis, & conſ.229. post nume.4. versiculo, Quæ conclusio, & conſ.245. post nu.12. versic. Nec dicatur, Socin. Iun. conſ.47. nume. 15. lib.3. Duennas regula 219. in secunda ampliatione versicu. Secùs tamen, Alba conſ.4. nume.12. Didacus in rubrica de testamen. in secun. parte, nu.10. & ab hac opin. tanquam apud Doctores nostri temporis indubitabili, non esset iudicando, aut consulendo recedendum. Potest enim hoc casu iuramentum ipsum obseruari sine interitu salutis æternæ, ideò seruandum est, cùm non sit præstitum super promissione, quæ dici possit esse contra bonos mores. Faciunt quæ dixi suprà quæstio. proxima, vers. Sed quæro.

4 Hæc tamen conclusio, quæ habet, quòd donatio inter virum & vxorem confirmatur iuramento, intelligenda est, vt procedat in vera donatione: nam si esset donatio simulata, vel præsumpta, puta quæ resultat ex confessione dotis receptæ, in casibus in quibus præsumitur facta animo donandi, talis donatio non confirmatur iuramento. ita dixit Cyn. in l.1. in fi. C.de sacrosſ. Eccleſ. & est communis opi. vt ait Soc. conſ.61.col.3.lib.1. prout illum refert, & sequitur Didacus, lib.1. resolut. c.7. nu.5. Curt. Iun. conſ.95.nu.4. Gratus conſ.55.nu.40.li.1. Cùm enim inter cætera, iuramentum, ad hoc vt valeat, debeat habere comitem veritatem, præsuppositа simulatione contractus, nihil potest operari. Bene verum est, quòd huiusmodi donatio simulata & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi ỹ. vers. Scias autem, & in hoc proposito, quando confessio dotis recepta censeatur facta animo donandi, videnda sunt ea quæ dixi infrà. §. Dos.

5 Sed pone quòd maritus ignobilis, aut senex, duxerit puellam, vel nobilem, in vxorem, nunquid ipse dederit in compensationem suæ ignobilitatis vel senectutis aliquid illi donare? Respond. quòd sic. talis donatio valebit: ita videtur sensisse glos. vt in l. si voluntate. C.de dotis promiſſ. & est communis opi. vt attestatur Bal. nouell. de dote. in 10. parte nu.8. & seq. Iaſ. in l. si diuortio. ff. de verb. obli. prout illum refert Pariſ. conſ.86.nu.18.lib.3. licet ego nõ reperiam Iaſ. ibi id attestantem, Tiraquell. de nobilitate, ca.18.nu.19. & dicit Bart. in d.l. si voluntate. in fi. quòd ita obseruat consuetudo, prout illum refert Iaſ. in d.l. si diuortio. post nu.13. quamuis Bart. in libro meo hoc non dicat: & hæc conclusio. licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate, esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum, & communem obseruãtiam. Item quia est fauorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis, & reuera non potest negari, quin hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo, vt procedat in ipso actu dotis constituẽdæ: sed si fieret post constitutam dotem, crederem de illa esse iudicandum, prout de cæteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt vxorib. aliàs puellæ, & iuuenes, quæ maritos habent senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitum. solent enim viri, qui sunt ad venerem minus validi, nihil non concedere vxorib. suis, vt quod ex vna parte deficit, ex alia suppleatur.

6 Scias autem quòd hæc conclusio, quæ habet, q̃ donatio inter virum & vxorem non valet, declarãda est, vt procedat quantum ad hoc, vt ab initio sustineatur, ita quòd reuocari non possit, cæterum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsa morte mariti confirmatur. l. donationes quas parentes. C.de donat. inter virum & vxorem, & sustinetur in vim relicti, potius quàm in vim contractus: & ideo de illa detrahitur Falci. sicut de legatis &c. Sed hoc intellige vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenerit traditio vera, vel ficta & sic aliquid, q̃d fungatur vice traditionis, aliàs verò si interueniſſet sola promissio, nõ cõfirmaretur morte. Ita dicit Bar. in l. Papin. ff. de don. inter virũ & vxorẽ. & ita tenent cõmuniter Doctores, vt ait Cepol. conſ. ciuili 8. nu. 3. Dicit etiam Cor. conſ.124. in litera B. lib. 4. q̃ in hoc Doctores omnes concordant. Hãc etiam dicit esse communem Pau. de Caſt. conſ.138.nu.1.li.1. vbi attestatur, quòd ita Doctores communiter tenẽt quem refert Didacus in d. rubri. de testam. in tertia parte, nu. tertio. Pariſ. conſ.128.nu.8.li.1. Et in hoc pro-

propósito, quando scilicet aliquid dicatur fungi vice traditionis, duo possunt exempla adduci. Primum, quando in donatione est appositum constitutum: illud enim habet vim fictæ traditionis, vt dixi infrà libr. septimo, & ideò operatur quòd donatio ipsa morte donantis confirmetur. & hæc conclusio communiter approbatur, vt dicit Soci. in l prima. §. si vir, col. tertia, vers. quarta, & vltim. ff. de acquir. poss. & dicit Cæpolla in dicto cõsil. octauo, nu. 4. ℭ ita tenet communiter Doctores. Hãc etiam dicit esse communem, Paris. in d. cõs. 128. nu. 19. Secundum exemplum poni potest, quando non est vera donatio, sed præsumpta seu simulata: puta quia maritus cõstante matrimonio confessus fuerit se recepisse dotem, nam huiusmodi confessio præsumitur facta animo donandi, vt dixi in d. §. dos. Et confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet vim fictæ traditionis. ita dicit mirabiliter gl. in l. quod de suo. in gl. fi. C. de dote cau. non nu. quam dicit esse communiter approbatam Soc. cons. 79. post nu. 1. li. 4. Hanc etiam dicit esse communem Bal. nouuell. de dote in 10. parte, nu. 7. So. in l. 1. num. 71. ff. solu. matri. quem refert Didacus li. 1. resolut. c. 7. post nu. 4. versi. Quod si confessio. Quæ omnia nota, quia sæpè contingunt in practica.

7 Sed quæro, nunquid hæc cõfirmatio quæ fit per mortem mariti, operetur, ℭ donatio ipsa cẽseatur facta tempore mortis ipsius mariti, an aũt retrotrahatur etiam ad tempus factæ donationis? Resp. ℭ respectu dominij non retrotrahitur ad tẽpus factæ donationis, sed benè trahitur retro respectu fructuũm perceptorũ. ita dicit gl. in l. talis scriptura, in gl. fi. ff. de l. 1. & hæc opi. cõmuniter tenetur, vt dicit Pau. de Cast. in d. l. talis scriptura, nu. 4. & seq. Alex. in d. l. talis scriptura, nu. 8. Hãc etiã opi. dicit esse cõmunẽ Crottus in rep. l. si is qui pro emptore, nu. 15. ff. de vsuca. vbi subtiliter examinat hunc articulum Didacus in rubrica de testam. in tertia parte, nu. 5.

8 Quæro etiam nunquid huiusmodi donatio confirmetur morte mariti, etiam si excedat summam quingentorum solidorum dato, quòd non sit insinuata? dixi infr. q. 17. vers. Sed quæro.

QVÆSTIO X.

1 *Ea quæ socer vel maritus mittunt sponsæ, an censeantur donata?*
2 *Et quid in his quę ei dantur à cõsanguineis vel affinibus?*
3 *Et quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas mariti faciunt vxoribus.*

1 CIrca hãc materiam donationis inter virum & vxorem, occurrit alia quæstio quotidiana, nũquid si maritus, aut eius pater, mittant aliquid spõsæ, prout quotidiè fieri videmus, præsumatur illud ipsi sponsæ donatum? Resp. Aut expressè dictum est, ℭ donatur: & tunc vtique censetur donatum. Aut simpliciter, missum est nulla facta mentione donationis: & tunc in dubio censetur traditum causa ornamenti, non autem animo donandi. ita distinguit Angelus consilio suo, incip. Nicoletus de Tartagnis. quod est sub nume. 251. in consiliis compilatis & correctis per d. Nicolaum Gambarutũ auum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsum appellat præstantissimum doctorem, Dominus Paulus de Montepico in repet. l. Titia. ff. de legat. secundo, post nu. 56. in consiliis autem Ang. secundum impressionem. quam ego habeo. illud consilium est sub num. 330. Hæc autem distinctio Ange. est per Doctores approbata, vt dicit Cagnol. in l. contractus, nume. 35. ff. de reg. iur. ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Corn. consil. 65. in litera A. lib. 3. & dicit Alex. consilio. 155. n. 10. li. 7. ℭ ita magis cõmuniter cõcluditur.

2 Sed nunquid ea, quæ donantur sponsæ à consanguineis, vel affinibus, cẽsentur donata contemplatione mariti, an autem contemplatione vxoris? Respon, Aut sunt donata à consanguineis ex parte viri, & cẽsentur donata contemplatione viri, aut sunt donata à consanguineis vxoris, & censentur donata contemplatione vxoris. ita distinguit Barto, in l. sed si plures. §. in arrogato, nu. 4. ff. de vulga. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Ias. in l. vt liberis, num. 17. C. de collatio. Hanc etiam sententiam dicit esse magis communiter receptam Cagn. in d. l. contractus, nu. 38.

3 Succesiuè quæro, quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori, nũquid censeantur donatæ vxori, an autem illi concessæ ad vsum, & ornamentũ tm̃? Res. Aut istæ vestes, siue iocalia, sunt vilia, & ad quotidianum vsum, & censentur donata: & sic fiunt propriæ vxoris. Aut verò sunt preciosa, & non censentur donata, sed cõcessa ad vsum tantùm. ita tenet Bal. in l. in his rebus, quæ est lex. penultima. §. primo. nu. 2. ff. sol. mat. & est communis opi. vt dicit Corn. cons. 81. in litera L. lib. 1. Bertrand. consil. 24. ante nu. 8. lib. primo in secunda parte. & consil. 208. nu. 2. lib. secundo, in secunda parte. Socin. Iun. consil. 134. num. 40. lib. 1. & quòd vestes, preciosæ & alia ornamenta festiua tradita vxori vel sponsæ, per sponsum, vel maritum, non censeantur donata, est communis ferè omnium sententia, vt dicit Corn. consilio 114. in litera G. lib. 4. Videmus. n. ℭ mariti illas fieri faciunt potius honoris sui causa, vt scilicet vxores ornatiores conspiciantur, quã in gratiam, siue beneficium ipsarum vxorum, & ab hac opin. nullo modo esset in practica recedendũ, & multo magis hoc tempore, quo infœlices mariti obsequentes ambitioni vxorum, plus expendunt in earum ornamentis, quàm recipiãt pro earum dote. Mortuo igitur marito, si inter vxorem, & inter hæredes mariti sit cõtrouersia de vestibus dic, ℭ aut constat, ℭ maritus eas voluit concedere ad vsum vxoris tantum, & sunt hæredum viri: Aut constat, ℭ voluit donare, & sunt vxoris, quia talis donatio fuit ipsius mariti morte confirmata: Aut verò sumus in dubio, & tunc vestes necessariæ ad vsum remanent mulieri, aliæ verò remanent hæredib. viri. & hæc est communis conclusio. vt dicit Alex. in l. si is qui quadringenta. §. dos legata, num. 2. ff. ad legem Fal. à qua consulendo, aut iudicando recedi non solet.

QVÆSTIO XI.

1 *Donatio propter nuptias. an hodiè sit in vsu?*
2 *Et an censeatur ipso iure constituta, an autem agendum sit. vt constituatur.*

1 POstquam hoc loco de donationibus inter virum & vxorem tractari cæptũ est, non imperti nens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.

Scias ergo, quòd de iure communi dos data, donationem propter nuptias meretur, & sic maritus cogitur dare tantum vxori ex causa donationis propter nuptias, quantũ ipse ex causa dotis ab vxore recepit: & hoc ex dispositione auth. dos data. C. de donatio. propter nupt. Dispositio tamen illius auth. scilicet, quòd fiat cõtrà dos, siue donatio propter

nuptias vxori, hodie nõ est in vsu, vt attestatur gl. in auth. æqualitas, in glo. fi. C. de pact. conuentis, ℭ refert Paris. cõs. 95. nu. 35. li. 2. & Canar. de insinua. in 2. parte, in 6. q. Bald. in d. auth. dos data. nu. 2. in fi. Alba. cons. 22. num. 8.

2 Sed quæro retenta dispositione iuris communis, nunquid huiusmodi donatio propter nuptias censeatur esse ipso iure constituta, an autem vxor teneatur agere, ℭ constituatur? Respon. Azo. quem refert glo. in d. Auth. dos data in gl. 1. in fi. tenuit, ℭ huiusmodi donatio censeatur ipso iure constituta, æquialens doti. Et dicit Apostil. ad Bald. in eadem Auth. dos data, sub nu. 3. quòd ista videtur esse communis opin. Sed certè ego credo, ℭ hæc opi. Azo. non sit communis, nec vera, quinimò si donatio propter nuptias non fuit petita constitui constante matrimonio, non potest poste, a soluto matrimonio pet. & ita tenet gl. in d. Auth. dos data, in verbo, Exactio, quam dicit esse communiter approbatam Afflic. deci. 242. nu. 1. Gramma. decis. 97. nu. 4. Benè potest peti, ℭ constituatur constante matrimonio, licet tempore datæ dotis, vel promissæ, non fuerit petita, neque constituta: & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. in d. Auth. dos data.

QVÆSTIO XII.

1 *Donatio facta absenti non valet, nisi nuncius vel epistola interueniat.*
2 *Et an requiratur, quòd talis nuncius sit ad id specialiter destinatus?*
3 *Et quid si donatarius apprehendit possessionem rei donatæ?*
4 *Et quid si facta sit præsenti, & tacenti?*
5 *Et quid si facta sit absenti, coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi?*
6 *Et an donatio ad pias causas facta absenti valeat?*

1 PRæcedentibus quæstionibus visum est, quæ personæ donare possint, vel non: Nunc videndum est, quæ in ipsa donatione requirantur: & in hoc scire debes, quòd donatio debet fieri præsenti, aliàs si fiat absenti, nõ valet: tex. est in l. absenti. ff. de donatio. & ita volunt Doctores communiter omnes, vt dicit Corne. cons. 43. in litera C. lib. 3. Hãc etiam dicit esse communem Paris. cons. 88. nume. 15. lib. 3. Intellige nisi interueniat nuncius, vel epistola, nam nuncio, vel epistola interueniente, potest donatio fieri absenti ita colligi videtur ex gl. in l. nec ambigi. in gl. 1. C. de donatio. & est communis opi. vt dicit Card. cons. 254. col. 3. prout illum refert Capic. decis. 180. nu. 8. licet ego illum non inuenerim.

2 Scias tamẽ, quòd ad hoc vt valeat donatio facta absenti cum interuentu nuncij, requiritur, ℭ talis nũcius sit ad hoc specialiter à donante destinatus, aliàs nõ perficitur donatio, neq; sufficeret, ℭ aliqs motu proprio illã donatario notificaret. Ita tenet gl. suprà allegata in d. l. nec ambigi. quam sequitur cummunis Doctorum sententia, vt ait Roma. cõs. 295. num. 1. & seq. quem refert Corne. consil. 254. in litera A. lib. 3. quem fortè voluit allegare Capic. vbi suprà. Et dicit Marc. in l. si quis ne quæst. nume. 69. ff. de quæst. ℭ illam gl. sequuntur communiter Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guido Papæ decis. 222. num. 2.

3 Sed pone, quòd non solùm donatio absenti facta sit verbotenus, sed etiã postea ipse donatarius acquisiuerit possessionem rei donatæ, nunquid valebit donatio? Resp. quòd adhuc non dicitur perfectus cõtractus donationis, quo ad acquisitionẽ dominij, nisi nuncius, vel epistola interueniat. & hęc videtur esse communior opinio, vt dicit Capic. in allegata decis. 180. post nu. 9. Cùm enim donatio nõ possit perfici nisi interueniente pacto, & sic consensu vtriusque, scilicet tam donãtis, quàm donatarij, non potest dici inter absentes consensus efficax interueniisse, nisi vel nuncius, vel epistola intercedat, vt suprà dictum est.

4 Sed quid si donatio facta sit præsenti? sed tacenti? dixi j. q. 14. vers. Sed pone.

5 Quæro etiam, quid si donatio facta sit absenti coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi? dixi suprà q. 5. vers. Sed pone.

6 Item quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet; ℭ donatio facta absenti non valet, habeat locum etiã in donatione, quæ fit ecclesiæ, vel piæ causæ, vel pauperib. absentibus? Resp. ℭ sic: & ideo si aliquis pro ipsis non acceptet, donatio nihil valet. ita dicit gl. in l. illud. in verbo, Alia causa. C. de sac. san. eccl. quã. communiter approbant Doct. vt ait Rui. cons. 13. nu. 10. li. 4. & cons. 37. nu. 14. eo. vol. Quòd nota, quia de facili quis responderet contrarium.

QVÆSTIO XIII.

1 *Donatio facta absenti, notario stipulante, an valeat?*
2 *Et an possit reuocari, priusquã ab illo absẽte acceptata sit?*
3 *Et an possit reuocari ante acceptationem?*
4 *Et quid si donatarius decesserit ante ratificationem?*
5 *Et quid si donatio facta sit præsenti, cum pacto, quòd transferatur in aliquem tertium, qui sit absens?*
6 *Et an hæres donatoris possit tale pactum reuocare?*

1 DIctum est in præcedenti quæstione, ℭ donatio facta absenti nõ valet. Pone, quòd aliquis donet absenti, cum interuentu Notarij, qui pro ipso absente stipulatus fuerit, & acceptauerit, nũquid donatio valebit? Respon. ista est ardua quæstio, in qua magna est confusio inter scribentes, propterea pro facilori intelligentia scire debes, quòd dupliciter potest considerari donatio collata in absentem. Primò, quando ego dono aliquam rem Titio absenti. Secundò, quando ego dono aliquam rem Titio præsenti, hac conditione adiecta, vt aliquo casu adueniente res perueniat ad Caium absentem. Certũ est enim in iure, ℭ licet regulariter alter alteri stipulari non possit, potest tamen donator in donatione apponere legem rei suæ, vt aliquo casu adueniente, perueniat in tertium. l. in traditione. cum ibi not. ff. de pact. & ex huiusmodi pacto seu stipulatione acquiritur illi tertio actio vtilis sine successione, l. quoties. C. de dona. quæ sub mo. & ita tenet Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. nu. 3. in fi. ff. de verb. obl. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Soc. cons. 115. nu. 1. li. 4. & licet tex. in d. l. quoties, loquatur quando appositum est pactum, vt aliquid ex re donata præstetur, tamen intelligendus est etiam, vt procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. & hæc opi. est communis, & tenenda, vt ait Soc. cons. 236. nu. 1. lib. 2.

2 Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absenti, medio Notarij stipulantis & acceptantis, nõ videtur dubitandum, quin donatio ipsa valeat, & quæratur actio sine cessione, potest enim Notarius alteri stipulari, &c. vt latè dixi infrà hoc eod. li. §. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Socin. Iun. cons. 67. nume. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet. vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quòd ab ipso donante non possit postea

reuocari?

reuocari? Respõd.aut donator ante acceptationẽ vel ratificationem donatarij, simpliciter donationem ipsam reuocauit,& reperio,quod Paul.de Castro in vulgato suo cons.195.post nu.3.vers.Sola verò reuocatio.lib.2.tenet,quòd talis simplex reuocatio facta per donantem non impedit,quo minus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perficitali reuocatione nõ attenta,licet à multis illa decisio Pauli de Cast.in contrariũ allegetur & in hoc credo,quòd opi.Pau.de Castro sit vera & communis,quãuis plerique attestentur communem opi.esse in cõtrariũ,scilicet ꝙ imò potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari,& in specie Cagn.in l.quo tutela.§.nec paciscendo, in fi. ff.de reg.iur.quem refert Tiraq. de constituto,in 30.limit.nu.9.Alba.cons.36.nu.1.Quinimò Alcia.in d.c.cùm cõtingat,n.324.& seq.vsque ad nu.331.tenet,ꝙ talis donatio ante ratificationẽ non valeat,& ꝙ si donatarius ante ratificationem moriatur,non possunt eius hæredes illam ratificare & dicit,ꝙ est magis communis opi. Et idẽ tenet in l.2.§.ex xis,nu.3.ff.de verb.obli.subdens,ꝙ secundum hãc opinionem pluries cõsuluit,& ostendit illam esse communem,& de iure veram.Sed certè vt dixi,contraria opi. est magis communis, scilicet quòd non possit reuocari,prout illam esse magis communem attestatur Gozad. cons.78. circa fin.& ex infrà dicendis magis apparebit.

3 Aut verò donator non tantùm simpliciter donationem ipsam adhuc nõ acceptatam reuocauit,sed etiam rem donatam in alium cum effectu transtulit.& tunc multi adhuc allegant Paul. de Castro in alleg.cons.tenere,quòd prima donatio per secundam reuocari possit.Tamen ni fallor, Paul. de Castro,loquitur in aliis terminis, prout infrà dicam. Bene verum est, quòd ex eius verbis colligitur, ꝙ ipse fuit in hac sententia,dum ait, ꝙ superueniens ratificatio,seu acceptatio,nõ præiudicat iis,quibus medio tempore fuit ius quæsitum: & secundum hanc opinionem, ꝙ secunda donatio præiudicet primæ non ratificatæ,consuluit Dec.cons.226.& eã dicit esse communem. Cagnol. in l. fi.num. 272.C. de pact. Contrariam tamen sententiam, scilicet ꝙ imò per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione Notarii,absenti factam,sit quæsitum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem,ita quod non possit,deinde donator rem ipsam in alium transferre, tenuit Soc. Iu. consil.118. post nu.12.vers.Non obstat tertiã, lib. 2.vbi dicit,ꝙ licet sit magna auctoritas Pauli de Cast.& Dec. tamen in hoc eorum opi.nõ videtur tenẽda:& de iis dici posset illud:Quandoq; bonus dormitat Homerus.& ibidem post nu.16.dicit,quòd contra eos est communis opi:quem refert Didacus in Rub.de testa.in 3.parte,post nu.13.licet non satis perfectè iudicio meo. Hanc etiam opinionem sentit esse magis communem Soc.Iu.cons.121.nu.8.& seq.li.3. Et dicit Apostil.ad Dec.in l.contractus, sub nu.22. ff. de regu.iur.quòd hæc opinio de iure erat verior, & communis, licet Apostil. ad Alex. consil.3. sub nu.16.li.6.dicat,quòd hodie opi.Decij est crebrior, & regia constitutione in regno Franciæ confirmata, quem refert Tiraquel.de constituto in 30. limi. nu.9.Ego verò in hoc secundo casu considerabam, quòd aut præfatus donatarius ante secundam donationem adeptus erat possessionem rei donatæ, & tunc, cùm adipiscendo possessionem videatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio prevaleat secũdç.Omnes enim conueniunt,ꝙ in istis terminis,etiam tacita dunta xat ratificatio sufficiat ad hoc vt donatio irreuocabiliter perficiatur.Aut vero primo donatario non fuit tradita possessio,sed secundo,& tunc puto, ꝙ res careat omni difficultate:nam etiamsi prima donatio fuisset facta præsenti,& acceptanti, adhuc esset præferendus secundus donatarius,cui fuisset tradita res,secundum regulam,l.quoties.C.de rei vendicat.Aut non fuit tradita res primo,neque secundo donatario,& tunc in pari causa censerem primum esse præferendum,etiam si secundus prius acceptasset,licet hoc non transeat sine scrupulo, etiã præsuppositа pro vera illa opinione,quòd simplex reuocatio donatoris non sufficiat,quam etiam tenuit Pau.de Cast. in alleg.cons.vt suprà dixi, & re vera hic passus est valdè dubius & periculosus.

4 Tertius est casus,quando donator donationẽ nõ reuocauit,neque rem in alium transtulit, sed antequam donatarius acceptaret,vel ratificaret,decessit.& hoc casu consuluit Pau.de Cast.(si benè aduertatur) quòd hæredes donatarij non possunt ratificare huiusmodi donationem in præiudicium hæredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quib.(vt ipse dicit) iã erat ius quæsitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorũ bonorũ, sed certè licet magna sit auctoritas Pau. de Cast. illa sua opi. mihi nũquã placuit.ex ea enim sequitur vnũ,quod regulariter est maximè absurdum,scilicet,ꝙ hæres qui repræsentat personã defuncti,possit eius factõ cõtrauenire.Præterea,si (vt ipsemet Pau.ibidem tenuit) ipse donator viuens nõ potuisset sola reuocatione impedire ratificationẽ donatarij,vt dixi sup. vers.Primo ergo casu,quãto minus dicendum est,ꝙ potuerit illam impedire sola morte,quæ in hoc casu nõ infert expressam,neque tacitam translationẽ nam acquisitio quæ fit per hæredem, non dicitur propriè fieri per viam alienationis à defuncto,saltẽ respectu alicuius rei particularis,cùm sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua reuocatæ voluntatis declaratio, & si casus contingeret,credo, quòd non errarem Index, qui contra opin.Pauli de Castro,sententiam in hoc casu proferret,quæ etiam expressè conuincitur ex traditis per Doctores,quos allegaui infrà versicu. Sed pone.

5 Secundus est articulus,quando quis donat alicui præsenti,cum pacto,ꝙ aliquo casu adueniente, res perueniat in aliquem tertium absentem:& hoc casu non est pariter dubitandum,quin talis conuentio valeat,& illi absenti quæratur actio sine cessione,siue Notarius,siue etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro ipso tertio absente,vt dixi suprà in princip.quæst.Pariter etiam non est dubitandũ, quin secuta ratificatione illius tertij,sit perfecta donatio,itaq; irreuocabiliter sit ipsi absenti ius quæsitum.Difficultas est,nunquid possit donator postea huiusmodi pactum reuocare,antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatũ,Dic ergo ꝙ si quidem Notarius pro absente acceptauit, non potest amplius illud pactum reuocari in præiudicium absentis, cui mediante stipulatione Notarij fuit ius quæsitum,etiamsi donator, & donatarius concorditer vellẽt illud reuocare.& in hoc omnes concordãt,vt dicit Soc.Iun.in d.cons.118. nu.13.li.2. Hanc etiam opi.cõmunẽ esse attestatur Didacus li. 1.resol.c.14.n.11.Sed quid si nullus pro ipso absente acceptauit,

acceptauit,nunquid poterit reuocari? Resp.Bar.in l.qui Romæ. §. Flauius,nu.1. ff.de verb. obligat.tenuit,quòd possit donator tale pactum remittere in præiudicium ipsius absentis.& opin.Bart.dicit esse communem Soc.in d.§.Flauius.nu.6.& cons.115. nu.12.lib.4.Ias.in d.§.Flauius.nu.14.& in l.2. nu.66. C.de iure emphyteo. quem refert Cagnol. in l.id quod nostrũ.nu.12.ff.de reg.iur.Ruin.cons.182.post nu.21.vers.Nec obstat,lib. 1.Exea in Rub.de pactis, nume.143.Et dicit Didacus in d.c.14.num.17.quòd communiter Doctores sequntur Bart. Idem dicit Gratus.consil.25.post nu.39.vers.Non obstat,libr.1. Contrariam autem sententiam,scilicet, quòd imò non possit hoc casu tale pactum in præiudicium ipsius tertij absentis, etiam ante eius acceptationem remitti,dicit esse communem Guliel.de Bene dict.in 2.part.repet.cap.Raynutius.in verbo,Si absque liberis,el 2.nume.23.Roder.Xuarez.in repet.l. quoniam in prioribus.in declarat.l.regni. q.8.nu.2. vbi plures enumerat tenentes hanc opinio.& dicit, quòd ferè omnis schola scribentium tenet contra Bart.Idem etiam dicit Xuarez alleg. 19.Duennas reg.216.in fin.& certè non potest negari,quin propter varias rationes,& auctoritates Doctorũ hinc inde,passus nõ sit valdè arduus,& periculosus.Ego tamen,si casus contingeret,non auderem consulendo,aut iudicando recedere ab opin. Barto.quam credo esse veriorem, & magis communem, modò tamen res esset integra, quia scilicet res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio,vel etiã nondum euenisset casus,in cuius euentum donatio in illum tertium collata fuerat:nam iis casibus crederem non posse reuocari, prout etiam fatentur omnes teste Didaco in d.c.14.post nu.13.vers.Principaliter & quinto in quo capitulo ipse Didacus multum eleganter tractat hanc materiam.

6 Sed pone, ꝙ donator ipse dum viueret,hoc pactum in fauorem tertij absentis appositum non reuocauerit,nunquid eo mortuo poterit ipsius hæres illud reuocare? resp.quòd nõ.& est commu.opi. vt attestatur Soc. in d.§.Flauius, nu. 19. Exea in d. Rub.de pactis,num.174.Didac.in d.c.14.nu.17. Videtur quodammodo donatio ipsa confirmata morte donantis,ita vt res non possit amplius dici integra,& consequenter non possit donatio reuocari.

QVÆSTIO XIIII.

1 *Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid in donatione causa mortis?*
3 *Et quid in donatione remuneratoria?*
4 *Et quid in donatione præsumpta?*
5 *Et quid si donatio facta sit præsenti,& tacenti?*
6 *Et quid in pacto, siue promissione de donando?*

1 DE iure Digestorum in donatione requirebatur,quòd interueniret stipulatio,vel traditio; hodie verò ex dispositione l.si quis argentum. §.sin autem hoc.C.de donat.donatio non requirit stipulationem,vel traditionẽ,sed nudo pacto perficitur.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in donatione inter viuos, prout loqui videtur tex. in d.l.si quis argentum,sed punctus est,vtrùm habeat locum etiam in donatione causa mortis, vt scilicet etiam ipsa nudo pacto perficiatur? Resp. ꝙ sic.ita tenet gl.in l.cùm pater.§. Mæuio.in verbo, Donabat.ff.de leg.2.quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Corne.cons.226.in litera B. li. 3. & cõs. 237.in litera C.li.4.Soc.cõs.125.n.1.li.3. Et dicit Rui. cõs.54.nu.4.lib.1.quòd cum illa glos.cõcordãt communiter Doctores. Hãc etiam opi.dicit esse communem Alex.cõs.113.nu.5.libr. 6.& in l.2.num. 7.ff. de lega. 1.& in l. cùm ex causa, quam legit cum l. cùm tempus,nu.2.& post nume.4.ff.de re iudi. quẽ refert Bertrã.cõs.168.nu.5.lib.3.in 2.parte.Ias. in §. in personam.nu.61.Instit.de actio.Dec.cõs.245.circa finem,Bertrã.cõs.156.nu.11.& 12.lib. 1.in 2. parte,& cõs.207.post nu.1.eod. vol. Gomes. in d. §.in personã post nume.43.vers.Item circa illud, quem refert Didac.in Rub.de testa. in 3. parte,nume. 14.Nulla enim subest ratio diuersitatis,cur aliud hoc casu dici debeat in donatione causa mortis, quàm in aliis donationibus statutum sit.

3 Quæro,an dispositio d. l.si quis argẽtum, habeat locum in donatione remuneratoria; Respõd.quòd nõ. Ita tenet Bartol.in l. iurisgẽtium.§. quinimò, nume.20.ff.de pac.& hãc opinionem dicit esse communem Ias. in d.§.cuinimò, nume.19 & seq.Cùm enim hæc donatio nõ possit propriè dici liberalitas,vt dixi suprà,q.3.nõ videtur illi cõuenire verba d.l.si quis argẽtum.Ego tamẽ si auderem, facilè inclinarem in.cõtrariam sẽtẽtiam,quæ etiam æquior videtur.Magis enim fauẽdum videretur huic donationi,quæ fouetur præ existẽte causa benemeritorum,quàm simplici donati ni,quæ soli liberalitati innititur.in iudicãdo tamẽ nõ recedas à communi, quia lex magis fauet libetalitati.

4 Item quæro, nũquid dispositio d.l.si quis argẽtum,habeat locum in donatione præsumptà? Respõd.quòd nõ:ita dicit Bar. in d.§. quinimò, post nume.20.qui in hoc communiter approbatur, vt ait Alex in l.si aliquam.in vltimis verbis. ff. de acqui.possi.Hoc enim casu, duæ improprietates, seu duo specialia cõcorrerẽt. Primũ, ꝙ præsumeretur donatio vbi nõ esset.Secũdum, quòd ex pacto nudo daretur actio.Exemplum autem huius donationis præsumptæ poni potest in confessione dotis facta cõstante matrimonio,vt dixi infrà,§.dos.

5 Sed pone,ego dono alicui,qui est præsẽs. & tacet. nũquid talis præsentia cum taciturnitate inducit consensum,ita ꝙ cẽseatur inductum pactum: & cõsequẽter valeat donatio,iuxta dispositionem d.l.si quis argẽtum?Resp.quòd sic:& est communis opi. vt ait Cagnola in l.semper qui non prohibet,nu.3. ff.de reg.iur. Exea in Rubrica de pac.nu.68.quẽ refert Didacus in Rub. de testa.in 3.part. post nu.13. vers.Verum si donatarius. Et si dicas,quòd secũdũ communem cõclusionem de qua suprà, dispositio d.l.si quis argẽtum, nõ habet locum in donatione præsumpta.Resp. quod hoc casu non est consensus præsumptus,nam promissio facta præsenti, est verè,& propriè pactum, vt dixi infra hoc eod. libr. §.pactum.

6 Dispositio d.l.si quis argentum. proculdubio locum habet in donatione,sed quid in pacto, siue promissione de donando ? Respon. in hoc articulo Doctores sunt varij: nam aliqui tenuerunquòd non. & hanc opin. dixit esse communem, Alciat.in l.1.in princip.post numero.16.ff.de verb. oblig. Aliqui verò tenuerunt contrarium,scilicet, quòd imò etiam si non interueniat stipulatio, neque traditio,talis promissio valet,& obligat promittentem, etiam solo pacto nudo interueniente. & hanc opini.dicit esse communem Socin. in cons 102.post nume.4.libr.3.Gomes.in §.in personam. nume.39.& seq. Instit. de actio.Ripa libr. 3. respon. capitu.14.nume. 1. & seq.& hæc opi. tanquam verior, & magis communis mihi magis placet, nam

considerato

cōsiderato effectu,& substantia verborum, nihil aliud est promisio donandi,quàm donatio: & in dubio semper inclinare debemus in sententiam, per quam actus efficax reddatur.

QVÆSTIO XV.

1 *Donatio excedens summam quingentorum solidorum debet insinuari.*
2 *Insinuatio quid sit?*
3 *Et quomodo fiat?*
4 *Et an requiratur, quòd fiat in loco iudicij?*
5 *Et an in insinuatione requiratur decretum iudicis?*

1 SCiendum est etiam, quòd ex dispositione l. sancimus in prin. C.de donati.cautum fuit.q̄ omnes donationes excedentes summam trecentorum solidorum deberent insinuari, sed deinde summa fuit aucta per l.penul.§.fin.C.de donation. vsque ad summam quingentorum solidorum. Fac ergo regulam,quòd in quacunque donatione excedente summam quingentorum solidorum,necessariò requiritur,quòd donatio ipsa insinuetur, aliàs non valet.Isti autem quingenti solidi hodiè faciūt summam septingentorum scutorum istius temporis.& ita interpretatur communis opi.vt dicit Bellon.consil.74. nu. 22. imò Duennas in regula.224. limi.19.in fi.dicit, q̄ hodiè valet etiam vltrà mille aureos.Et in proposito quomodo intelligatur solidus legalis,dixi infrà lib.7.§.solidus.Quod nota, ne forte tibi eueniat, prout illi Iudici Montis Pulciani,qui reuocauit quādam donationem factam vltra trecentas libras,quatenus excedebat summā vigintiquinque librarum,de quo mentionem facit Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de donat.§.porro.in vltima Apost.circa fi.vbi refert Rof.de illo dicētem, q̄ non erat Iurista,licet gustasset de brodio iuris. Et quia hoc loco incidit mentio insinuationis, cuius materia multoties contingit in practica,non solum propter dispositionem iuris communis. sed etiam propter statuta, quæ in multis locis disponunt insinuationes donationum vel testamentorum fieri debere,non impertinens erit aliqua præmittere ad intelligentiam terminorum.

2 Quæro ergo,quid sit insinuatio? Resp.q̄ est per superiorem auctoritatis præstatio,& licet hæc non sit bona,neque congrua diffinitio,neque descriptio,tamen consuetudo videtur hanc descriptionem admittere,vt dicit Alb.in l.illud,post nume.2.C.de sacrosan.eccle.& in hoc non insisto, quia plerunque in huiusmodi diffinitionibus tempus conterere,est prorsus inutile.

3 Quæro etiam quomodo fiat insinuatio & an possit fieri vnico contextu cum ipsa donatione? Respon.quòd sic,& ideò practica insinuationis faciendæ est,q̄ donatio redigatur ad scripturā, & postea coram Iudice publicetur,& registretur apud acta, vel etiam sufficit, quod donatio ipsa scribatur, & publicetur corām Iudice absque alia scriptura, vel registratione.& ita apud nos seruari attestatur Io. An.in additio.ad d. §. porrò, sub nu.4.in fin. Hanc etiam esse communem opi. & ita communiter seruari attestatur Guido Papæ cons.23.nu. 11.Imola in cā.cùm contingat,nume.9.de iureiur. quem refert Corn.cons. 36. in litera A.lib. 3.ita etiam apud nos seruari dicit Ant.Can.de insi.in 1.par.nu.4.& seq.

4 Vlterius quæro,nunquid requiratur,q̄ insinuatio fiat in loco iudicij. Resp.quòd non.sed sufficit,quòd fiat coram Iudice,etiam alibi,quàm in loco iudicij. & ita communiter obseruatur,vt dicit Io. Andr.in additio.suprà allegata.Imo.in d.ca.cùm contingat, post nu.93.Est enim hic actus,qui non requirit plenam causæ cognitionem,prætereaque est actus voluntariæ iurisdictionis,vt tenent Doctores,teste Canar.de insinuatio.in prima parte,nu.14.meritò potest vbique exerceri,intellige modo sit locus honestus,& carens suspitione.

5 Itē quæro, an in insinuatione requiratur decretū iudicis? Resp.q̄ non.ita tenet Bart.in l.Modestinus, post nu. 3.ff.de donatio.& est communis opin.vt dicit Cor.in d.cons.36.in litera B.lib.3. Cùm enim donatio ipsa dependeat ex sola donantis voluntate, non est opus neque causæ cognitione,neque decreto,sed sola ipsius Iudicis præsentia sufficit.

QVÆSTIO XVI.

1 *Insinuatio an requiratur ī donatione tacita vel prȩsumpta?*
2 *Et an in pacto gratuito ,vel simplici liberatione?*
3 *Et an in pacto de non petendo?*
4 *Et quid in cessione facta ex causa donationis?*
5 *Et quid in donatione reciproca?*
6 *Et quid in donatione ob causam?*

1 HIs sic præmissis,redeo ad conclusionem superius factam, scilicet, quòd in quacunque donatione, quæ excedat summam quingentorum solidorum,requiritur insinuatio,aliàs nihil valet:& in primis quæro,an hæc conclusio habeat locum etiā in donatione tacita,vel præsumpta? Respon. quòd etiam in illa requiritur insinuatio.ita colligitur ex doctri.Bart.in l.1.nume.2.ff.de dona.quam dicit esse communiter approbatam Cur.Iun. cons. 126.circa fin.potuisset allegare Bar. hoc clarius dicentem in l.fin.in princip.nu.3.C.de iur.dot.vbi infert ad confessiones quas mariti faciunt de dotibus receptis, quæ habent vim donationis tacitę seu præsumptæ, & est valdè notabilis decisio,& quæ aliquàndo mihi magnum honorem fecit in practica.

2 Item quæro, an etiam in pacto gratuito, siue liberatione simplici,facta non expressa causa, requiratur insinuatio? Resp.quòd sic:si excedit summam quingentorum solidorum.ita tenet glos.vulgatissima in l.si quis obligatione.ff.de regul.iur. & est cōmunis opi.vt dicit Alex.in l.creditori,nume.4.C.de pact.quem refert Dec.ibi,nu.12.in d.l.si quis obligatione,num.10.& Soc. in d.l.creditori in secundo notab.Calcan.cons.25.nu. 23.Ias.cons. 199. colum.2 versic.Sextò istam.lib.2.Curt.Iun.consil.47.num.3. Cano.in d.l.si quis obligatione, nume. 4.quem refert Duen.regu.224.in prima amplia.Alcia.in l.dedisse.ff.de verb.sing.qui dicit,quòd hoc communiter approbatur.Didac.lib.2. resol.c.4.nu.8.& quòd in pactis liberatoriis requiratur insinuatio, dicit communiter teneri Claud.in d.l.creditori,nu. 1.Cū enim appareat de animo donandi, ex quo nulla causa subest, idem iudicatur, quod de donatione expressa.

3 Eademque ratione habebit locum conclusio, etiā in pacto de non petendo:nam si debitum sit liquidum,& excedat summam quingentorum solidorū, erit necessaria insinuatio:& ita magis communiter tenetur,vt dicit Alex.in l.Nesennius.§.fina.in fin.ff. ad legem Falcidiam. Hanc etiam dicit esse cōmunem opin. Ripa in l.si vnquam,nume.39.C.de reuocand.donat.

4 Idemq̄ si sit facta cessio ex causa donationis, pariter erit necessaria insinuatio.& hæc est communis conclusio,vt ait Cur. Iun.cons. 126. paulò ante fin.

fin.Nam vbi appareat de intentione,non est curandum.quomodo verba concepta fuerint,& generaliter,q̄ remisio vel renunciatio,vel indebita solutio scienter facta,sit donatio,& insinuatione indigeat; dicit esse magis communem opi. Calcan.consil. 25. post nu.23.vers.Sed potest.

5 Sed nunquid in donatione reciproca seu vicissitudinaria requiritur insinuatio? Resp.q̄ non: ita consuluit Oldrad.cons.139.nu.13.& hæc opi.est per omnes approbata,vt ait Cur. Iun.cons.81.num.5. Talis enim non dicitur propriè donatio, vt dixi suprà q.2.vers.Item quæro.

6 Sed quid dicendum in donatione ob causam? Respon.q̄ in illa non requiritur insinuatio, præsertim si est facta animo remunerandi.ita tenet Barto.in l. Aquilius regulus,nu. 3.ff.de don.qui in hoc communiter approbatur,vt dicit Soc.Iun.cons. 77.nu.152. li.1.Idem etiam dicendū est,vbi facta esset donatio ob causam vel causas de futuro, maximè si essent onerosæ,& tendentes ad diminutionem patrimonij vel bonorum futurorum,secundum Bar. in loco prælega.& est commu.opi.vt dicit Alex.cons. 113.num.31.lib.6.Huiusmodi enim donationes,cùm aliam habeant causam quam liberalitatis,propriè donationes dici non possunt,vt dixi suprà.

QVÆSTIO XVII.

1 *Insinuatio an requiratur in donatione facta Ecclesiæ?*
2 *Donatio non insinuata nunquid annulletur in totum , an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorum solidorum.*
3 *Et an donatio inter virum & vxorem quatenus non est insinuata,confirmetur morte?*
4 *Et quid si in donatione apposita sit clausula,quòd vult censeri plures donationes non excedentes summā quingentorum solidorum?*
5 *Et an possit per pactum renunciari insinuationi?*

SVccessiuè quæro,nunquid prædicta conclusio, 1 quæ habet insinuationem requiri in quacunque donatione, excedente summam quingentorum solidorum,habeat locum etiam in donatione facta ecclesiæ,vel piæ causæ? Respond.quòd non:Illa enim valet absq; insinuatione: & licet per dispositionem l.illud. C. de sacrosanct. eccles.solummodò concederetur donari ecclesiæ sine insinuatione, vsque ad summam quingentorum solidorum,quo tēpore non licebat priuatis donare sine insinuatione,nisi vsque ad summam trecētorum solidorū,tamē ex quo post illam legem superuenit dispositio l.pen.C.de donat.quæ cōcessit etiam priuatis donari sine insinuatione vsque ad summam quingentorum solidorum,pariter etiam extendi debuit priui legium Ecclesiæ vltra illam summā,& sic hodiè tenēdum est,quòd valet donatio facta Ecclesiæ vltra quingentos solidos, sine insinuatione. Ita tenuit Bart.in d.l.illud.nu.4.& ita communiter teneri attestatur.Felin.in ca.Ecclesia S.Mariæ,post nu.82.de constit.Hanc etiam opin.dicit esse communem Iason.consil.169.nu.8.lib.3.Ripa lib.3.Resp.c.11.nume. 10.Petrus Rebuf.de priuilegiis scholarium , priuil. 64.quem refert Duennas reg.224. in 6.limitatione.Cùm enim necessitas insinuandi proueniat ex dispositione iuris ciuilis,illa attendi non debet in præiudiciū Ecclesiæ,vel piæ causæ,vt dixi suprà li.1.

2 Sed quæro,ego feci donationem alicui de summa mille aureorum,& non feci illam insinuari, nūquid donatio vitiabitur in totum, an autem solùm quatenus excedit summam quingentorum solidorum? Respon.quòd solummodo vitiatur, quatenus excedit summam quingentorum solidorum , text. est in l.sancimus.in prin.C.de donat.

3 Sed hic incidenter quæro: Tu scis, quòd donatio inter virum & vxorem confirmatur morte, vt dixi suprà,q.9.versi.Scias autem:scis etiam , quòd si excedit summam quingentorum solidorum , ad hoc vt confirmetur morte,requiritur, quòd sit insinuata,aliàs verò si non sit insinuata,non cōfirmatur, vt est tex.expressus in l.donationes,la 1.C.de don. inter vir. & vxor. Nunquid talis donatio excedens quingentos solidos,& non insinuata,non confirmabitur in aliquo,& sic prorsus corruet,an autem sustinebitur vsque ad summam quingentorum solidorum. Resp.Salic.in d.l.donationes, la 1.post nu. 3.tenuit,quòd in nihilo cōfirmabitur,ex quo hoc casu est defectus in re,& in persona.In re,quia nō fuit insinuata:in persona, quia inter coniuges nō valet donatio.Tu verò teneas contrarium , prout etiam expressè sonant verba dict.l.donationes, dum dicit amplioris quantitatis,&c.& ita illud dictum Salic. est magis cōmuniter reprobatum , vt dicit Bello. cons.4.post nu.11.& hæc etiam opi.est æquior.

4 Sed pone aliquis fecit donationem quæ in totum excedat summam quingentorum solidorum , sed in instrumento apposuit clausulam , quòd volebat censeri plures donationes nō excedentes pro singula summam quingentorum solidorum , nunquid hæc cautela proderit,ita vt donatio ipsa propter defectum insinuationis non vitietur ? Respon. quòd nihil proderit tāquam facta in fraudem legis insinuationem requirentis,& ideò donatio ipsa nihilominus vitiatur. ita dicit Bart.in d.l.Modestinus nu.10.ff.de donat.cuius op.communiter approbatur,vt dicit Ale. in l.si filiosa. §. fi. post nu. 25.versi. Sed certè Bald. ff. solut. matr. quem refert Didac. lib.2.resolut.c.16.post nu.4.Rom.cons.26.post num. 2.vbi dicit,quòd hæc est omnium opinio. Hāc etiā opi.dicit esse communem Soc.cons. 77. post nu. 19. lib.1.Canar.de insinua.in secunda parte , quæst. 25. Aliàs facilè posset eludi dispositio legis,apponēdo in donatione cuiusuis summæ illam clausulam quod nullo pacto est dicendum.

5 Sed nunquid poterunt partes renunciare insinuationi ? dixi infrà hoc eodem lib. §.renunciatio.

QVÆSTIO XVIII.

1 *Iuramentum an suppleat defectum insinuationis?*
2 *Et quid si non fuerit renunciatum insinuationi?*
3 *Et quid si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum?*

QVæro,nunquid cōclusio superius facta,q̄ scilicet quæcunque donatio excedēs summā quingentorum aureorum debeat insinuari,aliàs sit nulla,habeat locum etiam in donatione iurata, & sic nunquid iuramētum suppleat defectum insinuationis?Respon.in hoc articulo magna fuit quandoque cōtrouersia inter Doctores,adeò vt vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis : nam Bald.in d.l.illud,num.9.C. de sacrosanct. Eccles. tenuit,quòd donatio non insinuata nō confirmetur iuramento.Et hanc opin.dixit esse communem Barba.cons.16.col.10.li.2.& cons. 52.lib.4.& inter cōsil. Curtij senioris cons.66.in fi.Itē dixit Calcan. cons. 19.in fi.vbi etiā refert Prosdocim idē attestātē in c. cū contingat.de iureiur. Cōtrariā autē sententiam

scilicet,quòd imò confirmetur iuramento, & sic, quòd iuramentum suppleat defectum insinuationis tenuit Ioan.And.in addit.ad Spe.in tit. de instrum. edit.§.porrò.in vltima Apostill.& hæc est communis opi.omnium ferè Canon.vt dicit Corn.cons.221. in litera L.lib.1.& cons.186.in litera H.lib. 2. quē refert Rubeus cons.59.nu.2.& Paris.cons.33. .num. 45. lib.3.Soc.cons.77.circa.fi.lib.1.& cons 80. nu. 11.eo. vol.quem refert Dec.cons.536.nu.14.Bertrand.cōs. 22.nu.5.lib.2.in 2.parte,& cons.120.nu.6. & seq.li.3. in 2.parte,Ruin.cons.51.nu.18.li.1.Et dicit Corn.cōs. 36. in litera E. lib. 3. quòd ira solet communiter teneri, maximè per Canon.Ita etiam tenere communiter Can. attestatur idem Corn. consil. 69. in litera Y.lib.2.Hanc etiam opi.esse magis communē affirmat Clau.in l.nemo potest.nu.21.ff.de leg.1. Io. de comp.in d.l.nemo potest,quem refert Bertrand. cons.30.post nu.1.li.3.in 2.parte.Ias.cons.51.nu.3.lib. 1.& cons.118.nume.2.lib.4.& cons.169.nume.9.eod. volum. quem refert Tiraquel.in repe. l. si vnquam, in præfa.nu.143.C.de reuoc.dona.Dec.cōs.239.post nume.3.& cons.414.post nume.14. vers.Tertiò, non obstat,& consilio 432.nume.17.& consilio 488.post nume.5.vers.postremò.quem refert Socin.Iun.cons. 117.nume.11.lib.2.& Ioan.Dilect.de arte testandi,tit. 2.caut.10.nu.3. Bertrand. cons. 173.post nume.3.ver. sic.ad secundum.li.1. in secunda parte, & cons. 138. nume.8.lib.2.in secunda parte,& consil.90. nume.5. lib.3.in secunda parte,& cons.97.post.nu.1.eod. volum.& consil.209.post nume.12.eod.volu.Curt.Iun. cons.34.num.1.& consil.47.post nu.8.& cons. 81.nume.6.Paris.cons.26.nu.60.lib.3.& cons. 69.num. 97. eodem volum Rui.cons.159.nume.15.lib. 4.& cons. 182.post num.13.vers.Tertiò,ad hoc, lib. 1. & cons. 180.nu.14.& sequen.eo.vol.Gratus cōs.70.nu.28.lib. 1.Bello.cons.60.num.19.Soci.Iu.cons.69.nu.39.li.1. & cons.67.nume.20.lib.2.& cons.130.nume. 19.lib.3. Ludouicus Tessera in l.si inter virum,col.5.ff.de rebus dubiis,quem refert Duennas reg.224.in quinta limitatione,Alciat.in c.cùm contigat, post nu.170. de iureiur.Crauetta cons.118.nu.1. Apostil. ad Ale. cons.4.sub.nu.10.lib.1.Alba.cons. 4.nume. 20.& sic, vt vides,hæc opi. proculdubiò est magis communis,à qua consulendo, aut iudicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima virtus iuramenti,ideóque regulariter est seruandum, vbi cunque potest seruari sine interitu salutis æternæ,li cet & aliàs fortè magis communis opi. Legistarum esset, quòd iuramentum non suppleret defectum insinuationis prout attestatur Soc.in allegato cons. 77.circa fi.lib.1.Hodie tamen vtraque schola tā Legistarum,quàm Canonistarū,in hoc concordant,ꝙ iuramento confirmetur. & ita hanc esse communem,& apud Legistas,& Canonistas canonizatam opin.attestatur Ripa, lib. 1.respon.c. 5. post numerum secundum.

2 Retenta igitur conclusione, quòd scilicer donatio non insinuata confirmetur iuramento scire debes,quòd illa intelligenda est,vt procedat, quando in specie fuit ipsi insinuationi renunciatum,potest enim cum iuramento illi renunciari, vt dixi infrà, hoc eo.lib.§.renunciatio.Sed si non fuit renunciatum insinuationi, tunc donatio ipsa nō confirma tur iuramento.& hæc est opin.Legistarum & Cano nistarum,vt dicit Corn. cons.69.in litera O.lib. 2.à qua licet fortè cōsulēdo aut iudicādo nō esset rece dendum, tamen in puncto iuris non transiret sine difficultate,videtur enim pariter militare,idem fauor animæ, super quo se principaliter fundare videntur Doctores superius allegati.

3 Scias etiam,ꝙ hæc cōclusio,ꝙ scilicet donatio iu rata valet,non obstāte defectu insinuationis, procedit vbicūque insinuatio ex forma legis vel statuti,deberet interuenire in ipso actu donationis: sed si lex vel statutum requireret donationem ipsam insinuari intra certum tempus,puta, infrà mensem à die celebrati cōtractus,vel huiusmodi,eo casu iuramentum appositum cōtractui nō confirmaret donationem,vbi nō esset insinuata infra illud tem pus à statuto præfixum.Ita dicit Fede.de Sen.in vul gato suo cons.181.& est communis cōclusio,vt atte statur Curtius Iu.cons.141.nu.22.Nam iuramētum regulatur secundum tempus cōtractus, & ideò si postea superueniat causa, ex qua cōtractus annulletur, non potest virtus iuramenti ad illius confirmationem extendi.

QVÆSTIO XIX.

1 *Donatio omnium bonorum non valet.*
2 *Et quid in donatione bonorum præsentium tantùm?*
3 *Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum?*
4 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum?*
5 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobilium & immobilium.*
6 *Et quid in donatione suæ hæreditatis.*
7 *Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum præsentium,& futurorum?*
8 *Et quid si donans reseruauerit sibi aliquid,de quo possit testari?*
9 *Et quid si reseruauerit sibi vsumfructum?*

1 QVæro,nunquid valeat donatio omnium bonorum?Respō. ꝙ donatio omnium bonorū præsentium,& futurorū nihil valet.Solet ad hoc allegari l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio.& hæc est cōmunis opi.vt dicit Bal. in c.in præsentia.nu.36.de prob. quē refert Episcopus Loazes in suis allegation.pro Marchione Velez,fol.210.nu.4.Imo.in Rub.extrà,de testamē. post nu.15.vers.Quid autem,Roma.cons.171.nu.1.vbi dicit,ꝙ hæc est cōmunis opi.siue huiusmodi donatio fiat in actu testādi, siue per viā cōtractus. Idem dicunt scribentes in l.stipulatio hoc modo cōcepta. ff.de verborū obliga. & in specie Alex.nu.1.16.& Ias. nu.20.Aret.in cons.54.post nu.2. vers.circa secundū Abb.cōs.48.nu.1.in fi.lib.2.Corn.cons. 176.in litera N.li.1.& cons.238.in litera L.li.3.& cōs.252. in prin. eod.volu.Guido Papæ cōs.214.nu.4.Ia.in l.licet,nu. 25.C.de pactis.Dec.in d.l.fi.nu.30.C. de pactis, & in d.c.in præsentia,in septimo not.de probatio.& cōs. 30.nu.1.& 2.& cons.203.post nu.2.& cons.251.nu.1.& cōs.655.nu.7.Purpurat.in d.l.fi.nu.238.in fi.Curt. Iu. cons.25.nu.1.Gratus cōs.70.nu.1.li.1. Ripa lib. 3. respōsorum c.14.nu.1.Ioan.Dilect.de arte testandi tit. decimo,cautela secūda,post nu.2.Duen.regula 216. in prin.ratio est,quia ex tali donatione,quis sibi ipsi adimeret facultatem testādi,quod leges maximè abhorrent,sicut etiam in simili videmus ꝙ donatio facta in pœnam mutationis testamenti nō valet,vt dixi suprà li.prox.§.testamentum.quæst.95.

2 Et ex hac ratione in primis infertur,ꝙ vbicunque ex donatione omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi,talis donatio vtique valeret,puta si quis nō donauerit omnia bona sua præsentia,& futura,sed bona sua præsentia tātùm.& ita cōmuniter cōcluditur,vt ait Ruin.cōs.178.nu.3.li.1. & cons.13.nume.3.lib.2. Hanc etiam conclusionem dicit

dicit esse communem Alex.in dicta l.fin.post nu.3. Claud.in leg.pactū,nu.4.C.de pactis, Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

3 Eademque ratione, si quis simpliciter donauerit bona sua,valebit talis donatio:& ita tenēt omnes, vt ait Corn.cons.152.in litera D.lib.3.In huiusmodi enim donatione simpliciter facta,non veniunt bona postea quæsita, secūdum opinionem omnium Doctorum,vt dicit Bello.cōsil.5.in princip. subdēs, quòd hæc opin.est adeò firmata, vt quasi videatur audax temeritas velle contrarium tenere. Poterit ergo donator de iſtis bonis postea quæsitis disponere,& testari.

4 Idem dicendum est vbi quis etiam verbis vniuersaliter conceptis donasset omnia bona sua.adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura,& ideò valebit donatio.Ita sentit gl.in d.l.fin.in verbo,Accommodauerit,quam sequuntur communiter Doctores,vt ait Dec.cons.225.nu.4.in fi.& hanc conclusionem dicit esse communem Ias.cons.5.col. 2.ver.Sed premissis,lib.3.

5 Pariter etiam,si quis donauerit omnia bona sua mobilia,& immobilia,valebit talis donatio.est cōmunis opi.vt dicit Ias.in d.cons.5.col.3. vers. Secundò pro ista lib.3.Dec.cons.414.nume.10.Nam præter quam,ꝙ in huiusmodi donatione non veniunt bona futura,certum est,quòd secundum magis communem sententiam in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium non veniunt iura,& actiones,vt attestantur Doctores prælleg.& sic non est donatori adempta facultas testandi.

6 Sed quæro,nunquid valeat donatio ab aliquo simpliciter facta suæ hæreditatis?Respon. in hoc artículo variæ fuerunt opiniones Doctorum, nam aliqui tenuerunt,ꝙ talis donatio valeat: & hanc opi. dicit esse cōmunem Purpurat.in d.l.fi. nu.245.C.de pactis.Contrariam autem sentētiam, scilicet. quòd imò talis donatio nō valeat,tenuit Bart.in d.l.fi. nu. 14.Et hanc dicit esse magis cōmunem Cagnola in d.l.fi.nu.223.& seq.Duennas in dicta regula. 219.in quarta ampliat.Quæ mihi etiam magis placet.Cū enim nomen hæreditatis comprehendat omnia bona,quæ quis tempore mortis suæ relinquit,non video quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

7 Sed quid si quis faciat alteri donationem causa mortis omnium bonorū suorum præsentium & futurorum,nunquid talis donatio valebit? Resp.ꝙ valet donatio omnium bonorum,post mortem collata.ita tenet gl.in d.l.fi.in verbo, Accommodauerit, quam sequuntur cōmuniter DD.vt ait Dec.in cons. 578.n.7.in fi.Ita etiam communiter teneri attestatur Imol.in Rub.extra,de testa.nu.5.Ias.in d.cons.5. col.6.vers.Non obstat tertiū,lib.3.Curt.Iun.cons.81. nu.3.Poterit enim donator,ipsa donatione non obstante,alium hæredem instituere,qui licet teneatur postea donatario dare iuxta conuenta in donatione,poterit tamen retinere falcidiam &c.

8 Secundò principaliter ex ratione superius posita, ꝙ,scilicet donatio,omnium bonorum non valet,ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, infertur ꝙ si donator in huiusmodi donatione reseruauerit sibi aliquid pro facultate testandi,donatio ipsa valebit.ita dicit Barto.in d.l.stipulatio hoc modo cōcepta,nu.6.& est communis opi. vt dicit Soc.Iu.cons.142.nu. 39. libr. 1.Talis enim donatio non tollit in totum,sed solummodo restringit testandi facultatem , intellige tamen, vt illud quod reseruatur,non sit quid minimum,sed saltem excedat vigesimā partem illius patrimonij qđ donatur.

9 Sed pone, quòd donator sibi reseruauerit vsumfructum bonorum suorum,nunquid stante hac reseruatione donatio sustinebitur? Resp.aut testator reseruauit sibi vsumfructum,hoc expresso, vt de eo posset in vita disponere, & non valet donatio. ita cōsuluit Bar.cons.76.incip.pater filio,& ita frequētiore calculo receptum est,vt ait Didac.lib. 3.resolu.c. 12. nume. 3. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorum valeat,oportet,quòd illud quod donator sibi reseruat,sit eius conditionis,vt de eo testari posit.& hæc est communis omnium sententia, vt ait Dida.in d.c. 12. circa. fi. Aut verò donator sibi simpliciter reseruauit vsumfructum, & tunc cōmunis opi.est ꝙ donatio ipsa valeat:& licet Pau.de Cast.in d.l.fi.nu.10.C.de pactis,tenuerit contrarium, scilicet, quòd imò non valeat, tamen contra eum est communis sententia,vt attestatur Dida. in d. c. 12. num.4.quam etiam dicit receptam esse apud Regni Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multò magis procederet, vbi expresse donator sibi vsumfructum reseruaret, cum facultate de eo disponendi tàm inter viuos,quàm in vltima voluntate.

QVÆSTIO XX.

1 *Donatio omnium bonorum an valeat si sit iurata?*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, nunquid annulletur in totum,an autē pro parte tantùm?*
3 *Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ, an valeat?*
4 *Donatio reciproca omnium bonorum facta inter fratres, vel socios,an valeat?*

REstat nunc,vt nōnullas quæstiones in hoc proposito occurrentes,breuiter explicemus.Et in primis quæro, an conclusio in proxima quæstione superius facta,quòd scilicet donatio omnium bonorum nihil valet,habeat locum etiam, si talis donatio sit iurata? respondeo,quòd sic:nam huiusmodi donatio,cùm auferat homini liberam testandi facultatem,censetur contra bonos mores,& ideò non confirmatur iuramento.ita dicit Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta,nu.3.& ita tenent cōmuniter omnes Doctores, vt dicit Guido Papæ consil.214.nu.5.Bertran.cons.181.num.1.lib. 2.in 2. parte. Hanc etiam dicit esse communem Deci. in l.pactum quòd dotali,nu. 1.& seq.C. de pact. quem refert Gratus cons.19.num.12.lib.1. Ripa lib. 5. responsorum.c.14.nu.2.Cur.Iun.in d.l.fin.num.57.C. de pactis,quem refert Episcopus Loazes in suis alleg.pro Marchione Velez,fol.211.num.42.& Didac. in Rubrica de testa.in 2.parte.nu.4. Cagnola in d.l. fin.nu.220.Soc.Iun.cons.44.num.35.lib.2.Crauetta cons.139.nu.8.& seq.Duennas in d.regula.219.in secunda ampliat.& ita etiam in simili videmus quòd testamētum iuratum potest,non obstante iuramento,quandocunque contraria voluntate reuocari,vt dixi s. lib. 3.§.testm̄ q.94. vers. Sed quid si testator.

2 Item quæro, nunquid huiusmodi donatio omniū bonorum præsentium, & futurorum annulletur in totum,an autem pro parte tantùm? Resp.quòd annullatur in totum:& hæc est communis opi.vt ait Bal.in d.l.fi.nu.19.in fi.Cu.Iu.in d.l.fi.post numerum 61.ita quod non sustinetur, neque respectu bonorum præsentium tantùm, neq; respectu futurorum tantùm. & hanc opinionem dicit esse communem Guido Papæ cons.214.post num.5. Purpurat. in d.l. fi.nu. 247. quem refert Duenn.in dicta regula.219.

in quinta ampliat. facilè posset disputando teneri cótrarium,sicut etiam videmus,quòd donatio nulla ex defectu insinuationis sustinetur vsque ad quingentos solidos,vt dixi suprà q.17. versi. Sed quæro: in iudicando tamen non recedas à communi.

3 Viterius quæro,nunquid conclusio locũ habeat, etiãsi huiusmodi donatio esset facta Ecclesiæ? Resp. ꝙ nó,sed speciale est in Ecclesia,vt valeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum illi facta.ita tenet Bar.loquendo per verbum fortè, in c.fi.nu.13.& est communis opi. vt dicit Fel. in c.in præsentia de probat.prout illum refert Episcopus Loazes in suis alleg.pro Marchione Velez.fol.246. nu.27.ego tamen non reperio.Feli.in d.c.in præsentia attestantem de communi,licet ipse teneat hanc sententiam ibi,nu.5.& 6.vbi loquitur de hoc articulo.Benè attestatur hanc esse communem Purpurat.in d.l.fi.nu.242.Paris.in d.c.in præsentia, nume. 21.Cagnol.in d.l.final.n.203.quem refert Didac.in Rubrica de testa.in secunda parte,nume.5. in fin.& Duennas in dicta regula.219.in prima limitatione. Si enim potest quis personam suam dedicare Ecclesiæ,multò fortius debet etiã posse dedicare Ecclesiæ omnia bona sua præsentia,& futura.Non tamen potest negari,quin etiam magnæ sint auctoritates tenentium contrarium,& fortè in puncto iuris illa est verior,nihilominus si casus contingeret, propter fauorem Ecclesiæ non auderem à communi opi.recedere iudicando,aut consulendo.

4 Sed pone,quòd duo fratres faciant sibi inuicem mutuam donationem omnium bonorum, vel ineant societatem, siue fraternitatem reciprocam, nunquid talis donatio valebit? Resp. ꝙ sic, fauore agnationis conseruandæ.& ita communiter tenetur,vt ait Boer.Decis.355.nu.3.& de hoc non est dubitandum,quia non solùm inter fratres.sed inter quoscunque valet donatio omnium bonorum post mortem collata,vt dixi suprà q.proxima vers. Sed quid si quis.

QVÆSTIO XXI.

1 *Donatio potest propter ingratitudinem reuocari, & hoc ex dispositione l.fi.C.de reuoca.dona.*
2 *Et an propter alias causas quàm illas quinque expressas in d.l.fin.*
3 *Et an si donatarius donatorem egenum alere recuset?*
4 *Donatio ob causã an possit propter ingratitudinẽ reuocari?*
5 *Donatio facta Ecclesiæ an possit reuocari propter ingratitudinem prælati,vel capituli?*
6 *Et an prælatus,qui alicui contulit beneficium, possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare?*
7 *Et an valeat pactum,quòd donatio non possit propter ingratitudinem reuocari?*

NVnc de reuocandis Donationibus videamus: 1 & in primis scire debes,quòd licet donatio perfecta de sui natura sit contractus irreuocabilis, vt dixi suprà,q.1.vers. Et ex hac. Tamen tres sunt principales causæ,propter quas potest donatio reuocari. Prima,propter ingratitudinem donatarij. Secunda,propter superuenientiam liberorum. Tertia,quia donatio sit inofficiosa.de quibus omnibus sigillatim tractandum est.Dixi autem primò, ꝙ donatio põt reuocari propter ingratitudinẽ donatarij:& de hoc est tex.in l.fi.C.de reu.don.Quòd quidem optima ratione sancitum fuit,ne liceat alicui bona aliena capere,& postea irridere donatorem, & ei malefacere.

2 Huius autẽ ingratitudinis multa possent exempla proponi,quorum quinque ab Imperatore in ipsa l.fin.recensentur.Sed nunquid etiã ob alias ingratitudinis causas in ipsa lege non expressas poterit donatio reuocari? Resp, ꝙ sic:& ita tenet gl.in d.l.fi.in verbo,voluerit.& est cõmunis opi.vt dicit Ri.ibi q. 41.post nu.144.vbi ẽt post nu.164.attestatur ita cõmuniter teneri.Pro qua op.facit,quia in simili videmus quòd potest filius à patre exheredari etiam ob causas à iure non expressas,quæ tamen sint similes,seu maiores expresis.vt dixi sup. lib.3.§.testamen.q.41.versic.Sed quæro.

3 Quid ergo si donatarius donatori indigenti alimenta denegauerit?cũ enim negãs alimenta quodãmodo necare videtur,l.necare.ff.de libe.agnosc. negari non potest,quin hæc legitima causa sit propter quam donatio prætextu ingratitudinis possit reuocari.& ita tenuit glo.in d.l.fi.in verbo, Voluerit.& hæc est communis opi.vt attestatur Sal.in d.l. fi.prout illum refert Ripa in ea.l.fi. q.49. quamuis in libro meo ego non reperiam illum attestari de communi:& licet gl.in l.in condemnatione in gl.1. in fi.ff.de regu.iur.teneat,quòd regulariter donatarius non tenetur alere donãtem, & illam sequi cõmuniter Doctores attestetur Bal.in d.l.fin.nu.7.quẽ refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 172. num. 30.non tamen esset à prima opin.recedendum,quæ procul dubiò est magis communis,& æquior Quæ tamen intelligenda est vt procedat pro modo facultatum vtriusque,scilicet tam donatoris,quàm donatarij,& pro modo etiam rei donatæ,& si petantur,nó autem aliter,vt de quæ dixi infrà,hoc eodem.libr.§. Feudum. q.23.

4 Sed quæro,an hæc cõclusio quę habet,quòd donatio potest propter ingratitudinem reuocari,procedat etiam in donatione ob causam?Resp. ꝙ nó:ita tenet gl.in d.l.fi.in verbo,Inueniatur,quam sequuntur communiter DD.vt dicit Ripa in d.l. fi.quæ.43. Nam donatio ob causam nõ est propriè donatio, neque liberalitas,sed potius quædam permutatio, meritò vbi causa sequatur,non debet propter ingratitudinem reuocari.

5 Item quæro,nunquid donatio facta Ecclæsiæ possit reuocari propter ingratitudinem prælati,vel capituli? Res.si quæratur de ingratitudine prælati tantùm,vel capituli tantùm,res minus habet difficultatis,certum est enim,quòd neq; solus prælatus,neque solum capitulum possunt præiudicare ecclesiæ,vt dixi suprà li.2.§.Prælatus.Maior est dubitatio,quãdo cõcurrit ingratitudo prælati,& capituli simul:& hoc casu Abb.in c.verum,nu.3.de cond.appo.tenuit ꝙ potest reuocari.Tu verò tene contrarium,quòd s.nõ potest aliquo modo reuocari,quia donatio facta ecclesiæ censetur facta Deo. d. c. verum,qui nõ potest esse ingratus,cùm sit omnium gratiarũ liberalissimus largitor.& ita hanc sententiam dicit esse communem Ripa lib.2.respon.c.28. nu.20.& in d.l.fi.in 52.q.vbi loquitur etiam in casu, in quo donator expresè in ipsa donatione apposuit pactũ, ꝙ posset propter ingratitudinẽ reuocari.

6 Sed hic quæro,tu scis,quòd prælatus conferens alicui beneficium ecclesiasticum,videtur quodam modo donare,nũquid si ille cui contulit beneficiũ, commiserit aliquam ingratitudinis causam in personam conferẽtis,poterit ipse ea ex causa collationem reuocare?Respon.quòd non.Ita tenet Io.And.& communiter Doctores vt dicit Abb. in cap.fin.nume.9.de donat. Nam collatio beneficij non

non potest dici donatio, ex quo prælatus illam facit potius ex necessitate officij, quam ex liberalitate.Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doctores,Ripa in d.l.fin.num.158.& seq.

7 Quæro etiam,nunquid valeat pactum appositum in donatione,quòd non possit propter ingratitudinem reuocari? dixi infrà hoc eod.lib.§.pactum.

QVÆSTIO XXII

1 *Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l.si vnquam.C.de reuoc.dona.*
2 *Et quid si testator tẽpore donationis de liberis cogitauit?*
3 *Et quid si tempore donationis habebat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint?*
4 *Et quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni d. l si vnquam?*
5 *Et an dispositio d l.si vnquam,locum habeat etiam in donatione partis bonorum, vel rei alicuius particularis?*

SVbsequens causa reuocandæ donationis à iure 1 traditæ,est superuenientia liberorum quæ quidem materia videbitur fortè nonnullis omitti potuisse,cùm de ea extent duæ repetitiones ampliss. mæ in l.si vnquam.C.de reuocandis donationib.altera quidem Ripæ,altera verò Tiraquelli, in quib. nihil ferè omissum est.Nolui tamen videri aliqua in re in totum defecisse.Attingam igitur solummodò aliqua capita earum quæstionum quæ in practica frequentius occurrunt,eásque quàm breuissimè fieri poterit, explicabo: reliquas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffusissimè tractatas inueniet.Facienda est ergo in primis conclusio,quòd si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori,donatio reuocatur ex dispositione d. l. si vnquam. de reuocan.donatio. secundum communem intellectum,vt attestatur Ruin.cõs.107. nu.22. lib.1.Licet enim illa lex loquatur de donatione facta libertis,est tamen generaliter intelligenda,vt scilicet locum habeat,non solùm in donatione facta libertis, sed etiam facta cuilibet extraneo. ita dicit gl.in d.l.si vnquam.& ita communiter tenetur,vt ait Imo.in c.fin.nu.12.circa fi.de don. Hanc etiam opi. dicit esse communem Corne.cons.4.in litera A.circa fi.lib.3.& cons.11.in litera Z.eo.vol.Ripa in d. l. si vnquam.in secunda q.vbi dicit,quòd hæc est communis opin.Legistarum & Canonistarum. Et dicit Tiraq.in d.l.si vnquam.in verbo, Libertis,num.84. quòd hæc opi.est humanior & receptior,& quòd eã practica, & vsus ita mordicus retentat, vt ab eius faucibus eruere nemo queat. Non enim est verisimile,quòd quis velit in sua successione extraneũ si liis præferre: & sic vtroque casu militat eadem ratio,super qua fundatur dispositio d.l.si vnquã, quæ est verisimilis mens donantis,quia scilicet si tempore donationis de filiis cogitasset, huiusmodi donationem non fecisset,vt dicunt communiter Docto. teste Corn.cons.206.in litera P.lib.3.

2 Ex qua quidem ratione in primis infertur, ꝙ si tempore donationis donator de liberis cogitasset, non esset locus dispositioni d.l.si vnquam.& ita cõmuniter tenetur,vt ait Soc.cons.53.nu.7. lib.4.Ias. cons.125 col.2.& 3.libr.1. quem refert Soc.Iu. cons. 67.num. 51.lib. 2.ita etiam communiter concludi attestatur Alba cons.102.nu.2.Puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonij: nam eo casu vtique præsumitur donator de liberis cogitasse, quorum suscipiendorum causa solent matrimonia contrahi,ideò talis donatio non reuocatur ex dispositione d.l.si vnquam,ita dicit Signo.cons.69.post num.12. vers. Præterea cùm mater, & est communis opi.vt dicit Tiraq.in d.l. si vnquam.in præf.nu. 71. quem refert Boer. decis. 159. nu.9.licet illum corruptè alleget in verbo,prius.nu. 62.cum seq. Hæc tamen conclusio mihi non multum placet, & videtur apertè repugnare communi regulæ, quòd scilicet debet expresse constare, ꝙ donator de liberis cogitauerit, & quòd in dubio præsumitur non cogitasse: quæ regula colligitur ex dictis Bart.in d.§.Imperator.nu.8.qui in hoc communiter approbatur,vt dicit Soc.in l.2.in prin. col. 1.ff.fol.ma.& si opi.Signor.vera esset, idem & multò fortius esset dicendum in quocunque coniugato habili ad prolem suscipiendam, quod iudicio meo esset valdè absurdum.

3 Secundò infertur, ꝙ si donator tempore donationis iam habebat filios, etiamsi alij filij deinde superueniant,non debet donatio reuocari:& ita colligitur ex verbis ipsius l.si vnquam.ibi,filios non habens,à cõtrario sensu. Sed quid si pater habens filium iam natum,illi donationem fecerit, nunquid si postea alij filij superueniant,donatio ipsa reuocabitur? Respon. hic casus non est comprehensus in dispositione d.l.si vnquã.sed cadit sub dispositione. si totas.C.de inoff.donat.& ideò dicimus,quòd talis donatio facta filio, reuocatur propter superuenientiam aliorum filiorum,non quidem in totum, sed tanquam inofficiosa reuocatur solummodò vsque ad legitimam partem bonorum filiis postea natis competentem:& ita tenent cõmuniter Doct. vt dicit Corne.cons.11.in litera Z.lib.3. Hanc etiam dicit esse communem opin.Bertran.cons. 163. post nu.4.lib.2.in secunda parte. Ripa in d.l. si vnquam. q.47.Soc.Iun.cons.83.num.20.lib.3.licet pstea, nu. 28. videatur inclinare in contrariam sententiam, Tiraquel.in d.l.si vnquam.in verbo, Libertis. num. 75.& seq.Didac.lib.1.resolut.c.19.nu.1. Si autem esset facta extraneo,benè reuocaretur in totum,vt dixi infrà,q.24.vers.Aut verò.

4 Tertiò infertur, quòd si pater in donatione ipsa renuntiauerit beneficio l.si vnquam, donatio ipsa non reuocatur,ex quo procul dubiò pater renunciando ipsi legi censetur de liberis cogitasse. Hoc autem de planu procederet,præsupponendo, quòd pater posset in præiudicium filiorum renunciare dispositioni d.l.si vnquam : sed hic articulus est adeò dubius,vt vix discerni possit quæ opi. verior sit,aut magis communis,vt dicit Grat.cons.50.nu.65. lib.1. quòd super hac q. est tanta disputatio quòd indigeret constitutione Imperatoria, cùm hinc inde sint infiniti Doctores attestantes hinc inde esse communem opi.In primis autem Bart.in l.Titia.§. Imperator,num.7.ff.de lega.2.tenuit, quòd potest pater in præiudicium filiorum renunciare beneficio d.l.si vnquam. Et hanc opi. dicit esse communem, Soc.cons.147.nu.17.li.1.& cons.263.nu.13. li.2.quem refert Natta cons. 125. nume. 1. & Ias.in l. si quis in conscribendo.nume.8.C.de pactis, & consilio 225. col.3.lib.1.Deci.in d.l.si quis in conscribendo, num. 24.Bertran.consil.192.ante fi.lib.2. in prima parte, & cons.32.colum.2.lib.3.in prima parte,& cons.179. nume.1.lib.2.in secunda parte,& cons.220.nume.8. lib.3.in secunda parte. Ripa in d.l. si vnquam. quæstio 51.& lib.3.respons.cap.15.circa fi. Tiraquel.in d. l.si vnquam.in præfat.nu.174.

Contrariam verò sententiam, scilicet quòd imõ

non posſit pater renunciare diſpoſitioni dictæ legis in præiudicium filiorum, multi quoque tenuerunt. & dicit Soci.in l.cum auus.col.19.ff. de cond. & demonſt. quòd hæc eſt communis opi. Moder. Hanc etiam opi.dicit eſſe communem Alciat.in l. pacta quæ contra.C.de pactis.Pariſ.conſ.73. nume. 32.lib.1.vbi recenſet auctoritates,Soci.Iu. conſ. 137. num.2.lib.2.& ſic vtvides,hic articulus tam propter auctoritates,quàm propter rationes hincinde adductas,eſt valde dubius, & periculoſus, & reuera cõnumerãdo deciſiones Doctorum, ſuſpicor opi. Bart.q̃ ſcilicet poſsit renunciare, eſſe magis communem.Sed contraria opi.mihi ſemper magis placuit,nunquam enim potui mihi perſuadere, quòd diſpoſitio d.l.ſi vnquam,non ſit inducta tam fauore filiorum,quàm ipſius donantis. Hæc etiam opi. eſt proculdubiò magis æqua & benigna, & ſecundum eam pluries fuiſſe iudicatum,atteſtantur Doctores ſuprà allegati: & in hanc pariter inclinauit ſenatus in cauſa D.Hiero.Lonati.Tamen pro concordia poſſet ita diſtingui:Aut non conſtat, quòd donator voluerit renunciare diſpoſitioni dictæ l.ſi vnquam,quia,ſcilicet in genere tantùm renunciauit omnibus legibus,& omni iuris auxilio, vel huiuſmodi,nulla facta mentione diſpoſitionis d.l.ſi vnquam.& hoc caſu intrepidè tenendum eſt cum opinione negatiua,quòd nullo modo cenſeatur renunciatum d. legi,& ſic q̃ tali renunciatione non obſtante,donatio ipſa ſuperuenientibus liberis reuocetur Aut verò fuit renunciatum in ſpecie diſpoſitioni l.ſi vnquam,& tunc ſi quidem donans erat maior 25.an poſſet teneri opi. Bart. quòd potuerit renunciare,& quòd donatio propter ſuperuenientiam liberorum non reuocetur Aut erat minor,& tunc teneo, quòd talis renunciatio nihil prorſus operetur, neque in hoc facio vim, an in donatione ſit appoſitum iuramentum vel non: ſicut enim donatio etiam iurata reuocatur ex diſpoſitione l. ſi vnquam, vt dixi infrà quæſt. 23. Idem dicendum eſt,etiamſi,addita ſit renũciatio d.legis. Qua enim facilitate minor inducitur ad donandũ,eadem etiã inducitur ad renunciandum,& iurandum, maximè attento,quòd hodie in omnibus inſtrumentis paſſim,& indiſtinctè Notarij apponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contrahentium ignorant. ſed vbi donans eſt maior & in ſpecie renunciauit diſpoſitioni l.ſi vnquã ſi fortè tutius eſſet (vt dixi:) tenere cum Bart.nam diſpoſitio d. l.ſi vnquam.fundatur in præſumpta mente donantis,quæ ceſſat,vbi de contraria eius mente expreſsè apparet: & hoc multo magis procederet,ſi donatio eſſet iurata,& maximè ſi iuramentum eſſet in ſpecie appoſitum ipſi renunciationi:& ſecũdum hanc diſtinctionem, ſi caſus contingeret,conſulerem,& iudicarem.

5 Quartò infertur, q̃ ad hoc vt ſit locus diſpoſitioni d. l. ſi vnquam, neceſſe eſt donationem eſſe tantæ importantiæ, quam veriſimiliter donator non feciſſet, ſi de filiis cogitaſſet.Habebit ergo proculdubiò locum diſpoſitio d.l. in donatione omnium bonorum,ſed & in donatione maioris partis bonorum,imò etiam in donatione cuiuſlibet partis bonorum, etiam infra dimidiam. & hæc eſt commu. opi.vt ait Ripa.in l.1.nu.6.C.de pact.& in d.l. ſi vnquam.in 7.quæſt.quem refert Arelat.in Apoſtil.ad Alcia. de præſump.in 1 reg. præſump. 13.num.2.Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in verbo, Omnia vel partẽ aliquam,num. 24. quem refert Didac.libr. 1. reſolut.cap.19.circa finem.Fortius etiam (ſecundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ruin. conſ.173.num.13.in fin.lib.1. Ripa in d.l.ſi vnquam.in 8.quæſt.quem refert Arelaten.in loco proximè allegato.Soc.Iun.cõſ.83.nu.19. lib.3.Et q̃ diſpoſitio d.l.locum habeat etiam in donatione rei particularis, quæ ſit magni valoris, dicit eſſe communem Claud.in l.ex facto.poſt nu.11. ff.de vulg.Cæterùm ſi eſſet donata res modici momenti, certè talis donatio minimè propter ſuperuenientiam liberorum reuocatur.ita tenet Imol.loquendo per verbum fortè,in c. fin.num.21.de donatio.& eſt communis opi.vt ait Dec.conſ.181.num.3. Non enim eſt veriſimile,q̃ donator, etiam ſi de liberis cogitaſſet,ab huiuſmodi donatione abſtinuiſſet:& hoc caſu bonum eſſet habere Iudicem fauorabilem.Nam quæ donatio dicatur magna, vel parua,inſpecta qualitate perſonarum,ſtãdum eſt Iudicis arbitrio,iuxta ea quæ dixi ſuprà,lib. 2. §.Iudex.

QVÆSTIO XXIII.

1 *Diſpoſitio l.ſi vnquam.an locum habeat etiam ſi in donatione appoſitum fuerit iuramentum?*
2 *Et an locum habeat in donatione facta eccleſiæ.*
3 *Et an locum habeat in donatione ob cauſam?*
4 *Et an habeat locum in legatis?*
5 *Et an habeat locũ in legitimatiõe filij ſpurij.vel naturalis*
6 *Et an habeat locum ſi poſt donationem naſcatur donanti filius naturalis tantùm?*
7 *Et quid ſi natus eſſet ante donationem,ſed fuerit poſt ipſam donationem legitimatus?*
8 *Et an reuocatio quæ fit ex diſpoſitione d. l. ſi vnquam. fiat ipſo iure?*
9 *Et quid ſi liberi poſt donationem nati moriãtur viuo teſtatore,an donatio reconualeſcat?*
10 *Et an ſi donator viuẽs nihil dixit,poſsint eius hæredes donationem ipſam reuocare?*

1 STat ergo firma concluſio,q̃ propter ſuperuenientiam liberorum donatio reuocatur. Quæro nunc,an hæc concluſio locum habeat, etiam ſi in ipſa donatione appoſitum ſit iùramentum,vt ſcilicet adhuc non obſtante iuramento reuocetur?Reſpon.quòd ſic.ita tenet Bar.in d.§.Imperator. n.11. & eſt communis opi.vt dicit Corne. conſ.30.in fin. lib. 4. Socin.conſ.215.nu.2.lib.2. quod eſt duplicatum in conſ.22.nu.7.lib.4.Bertran.conſ. 175.poſt nu. 12.lib.1.in ſecunda parte.Ripa in d.l.ſi vnquam.in 3. quæſt.& lib.3.reſponſorum.c.15.numer.17.Pariſ.conſilio 72.num.15.libro primo.Nam iuramẽtum ſemper debet intelligi rebus ſic ſtantibus, meritò vbicũque poſt diſpoſitionem iuratam tale quid ſuperuenit,quod tempore iuramenti præſtiti veriſimiliter diſpoſitionem ipſam impediuiſſet, non debet iuramentum aliquid operari:& hoc proculdubiò procedit, vbi in tali donatione iurata non fuerit in ſpecie,nec in genere renunciatum diſpoſitioni l.ſi vnquam. & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Tiraquel. in præfat.d.l. ſi vnquã.numero 174.Si verò fuerit renunciatum, dixi ſuprà verſicu. Tertiò infertur.

4 Quæro etiam,an diſpoſitio d.l.ſi vnquam.habeat locum etiam in donatione facta Eccleſiæ? Reſpon. quòd ſic: verũ,cùm eccleſia regulariter ſit loco filij,vt dixi infrà lib.7.§.eccleſia.non reuocatur, niſi vſque ad legitimam filiis poſtea natis competentem,vt in donatione facta vni ex filiis,dixi ſuprà, quæſt.proxima.verſ.Sed quid ſi pater,ita tenet Bar. in §.Imperator.num.6.& eſt communis opi. vt ait Soc.conſ.53.poſt nu.6.libr. 4.Ripa in repe.d.l.ſi vnquam.q.49.Rub.in repe.d.§.Imperator.nume.226. Fortun.in tracta.de vltimo fine,illatione 16.Didacus lib.1.reſol.c.19.poſt num.5.verſ.Quæſtioni.Hæc tamen opi.mihi ſemper viſa fuit dura.nam monaſterium non habetur loco filij,niſi in caſibus à iure expreſsis, vt dixi in allegato §. Eccleſia. tamen in practica credo,quòd eccleſia obtineret,niſi Epiſcopus vellet ſecundum conſcientiam reſtituere totam donationem:& iudicio meo,ſi id faceret,bene & laudabiliter faceret.vt notatur in c.ſi.17.q.4.

3 Item quæro,an diſpoſitio dictæ l. ſi vnquam.locũ habeat etiam in donatione ob cauſam: Reſpond. quòd non:& eſt communis opi. vt dicit Soci.in l.2. in princip.colum.1.verſ.Secundò reſpond.ff.ſoluto matr.Iaſ.conſ.171.num.1.in fin.lib.4.Nam huiuſmodi donatio,cùm habeat cauſam annexam,non autem fundata ſit in ſola liberalitate, nõ debet propter aliquid aliud quod ſuperueniat,reuocari. Sed hoc intellige,quatenus cauſa æquialet donationi. Nã in eo quod excedit, non cenſetur donatio ob cauſam,ſed donatio ſimplex.Eademque ratione diſpoſitio d.l.ſi vnquam.non habet locum in donatione remuneratoria.Ita tenet Bal.in d.l.ſi vnquam,in ſecunda lectura.Et eſt communis opin.vt ait Decius conſ.366.nume. 10.& dicit Iaſ.conſ. 154. nu.2.in fin. libr.2.quòd ab iſta ſententia nemo diſcrepat. Ripa in d.l.ſi vnquam.q.14.Talis enim non dicitur propriè donatio,vt dixi ſuprà q.3.Intellige tamen,quatenus merita æquiualent donationi, iuxta ea quæ ſtatim dixi.

4 Vlterius quæro, an diſpoſitio d.l.habeat locum etiam in legatis? dixi ſuprà lib.3.§.legatum.

5 Succeſsiuè quæro,an habeat locum etiam in legitimatione filij ſpurij, vel naturalis, vt ſcilicet talis legitimatio per ſuperuenientiam filiorum legitimorum,& naturaliũ reuocetur? dixi ſuprà,li.2.§.filius.

6 Sed quæro,nunquid diſpoſitio d.l.ſi vnquam, locum habeat,non ſolùm quando poſt donationem naſcuntur filij legitimi,& naturales,ſed etiam quando naſcitur filius naturalis tantùm,qui poſtea legitimatur,ita,vt etiam eo caſu donatio iam facta reuocetur? Reſpon.quod ſic.ita tenet Ioan. Andr.in addit.ad ſpecul.de ſucceſſ.ab inteſtato, circa fin. in Apoſt.magna. Et eſt communis opin. vt dicit Pariſ.conſ.72.nume.21.libr. 1.Huiuſmodi enim filij æquiparantur legitimè natis:& ideò diſpoſita in legitimis,etiam in iſtis locum habent.

7 Sed quid ſi filius naturalis iam eſſet natus tempore donationis,ſed poſt donationem fuerit legitimatus,nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Reſp. quòd non. Et eſt communis opi.vt dicit Pariſ.in alleg.conſ.72.nu.24. Hoc enim caſu nulli dubium eſſe poteſt,quin de ipſo filio iam nato,& etiam de eius legitimatione veriſimiliter teſtator cogitauerit.

8 Præterea quæro, nunquid huiuſmodi reuocatio donationis,quæ fit ex diſpoſitione d. l. ſi vnquam, fiat ipſo iure,immediatè quòd naſcuntur filij? Reſpond.quòd ſic:Ita expreſsè colligitur ex verbo,Reuertatur,poſito in ipſa lege,quod importat diſpoſitionem legis, nullo hominis miniſterio interueniente.ita tenet gl.fin.in d.l.ſi vnquam. & ita communiter ferè ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. conſ.4.circa princ.lib.3.Hanc etiam opin.dicit eſſe communem Corne.conſ.11.in litera R.lib.3.Rube. in repet.d.§.Imperator.num.182.

9 Vltimò quæro, pone, q̃ donator ſuſceperit liberos.illi tamẽ liberi ipſo adhuc ſuperſtite moriãtur, nunquid propter illorum mortem donatio ipſa reconualeſcet? Reſpon.Bar.in d.§.Imperator. nu.10. tenuit,q̃ non:ſed in contrarium eſt magis communis opi.vt atteſtatur Rube.in repe.d. §. Imperator. nu. 49. & ſeq. Ceſſat enim ratio conjecturatæ mentis donatoris,ſuper qua fundat diſpoſitio d.l.ſi vnquam. Quæ quidem concluſio intelligenda eſt, vt procedat,quando pater mortuis filiis donationem ipſam tacitè,vel expreſsè nõ reuocauit,aliàs ſecùs.

10 Sed quid ſi pater quidem donationem non reuocauerit,imò permiſerit ſemper donatariũ res donatas poſsidere,nunquid poterũt eius hæredes donationem ipſam reuocare? Reſpond.quòd non:& hæc eſt magis communis opi.vt ait Rub. in d.§.Imperator.nu.253.& ſeq.Videtur enim hoc caſu donator ſatis declaraſſe voluntatem ſuam,quòd nolebat donationem reuocare,ideò illi non poſſunt eius hæredes contrauenire.

QVÆSTIO XXIIII.

1 *Donatio inofficioſa facta vni ex filiis,vel etiam extraneo,poteſt per alios reuocari.*
2 *Et ſi ſit inofficioſa,re tantùm,vel conſilio tantùm.*
3 *Et quid ſi ſit iurata?*
4 *Et an filius cui pater aliquid reliquit,poſſit donationem inofficioſam extraneo factam in totum reuocare?*
5 *Et quid ſi pater alienauit bona titulo oneroſo,an ſit locus reuocationi?*

1 DIxi etiam:aliam eſſe cauſam propter quam donatio poſſet reuocari,quando ſcilicet eſſet inofficioſa.Hæc eſt pulchra, & ſubtilis materia, & aliàs intellexi,quòd magnificus D. Camillus frater meus adhuc valdè iuuenis,cùm ego nondum natus eſſem,diſputauit in hac materia in ciuitate Alexandriæ cẽtum concluſiones, per decem dies continuos, argumentãtibus Doctoribus venerandi noſtri collegij, qui eo tempore excedebant,nu. 30.de qua diſputatione mentionem facit, & illum appellat Iuriſconſultum accutiſsimum D.Rubeus Alexandrinus conciuis meus,in epiſtola nuncupatoria poſita ante repetitionẽ,quam edidit ſuper d. §. Imperator, vbi eleganter tractat hanc materiam,& dicit,q̃ in illis circulis orta fuit contentio inter ipſum Dominum Rubeum,& patrem meum, quem appellat ſenatorem digniſsimum, & Iuriconſultum præſtantiſsimum.

Scire debes,quòd ad reuocandam donationem, vltra remedium l.ſi vnquam.de quo in præcedentibus quæſtionibus,eſt etiam à iure prodita querela inofficioſæ donatiõis.de qua toto titulo C.de inof. donatio.& in d.§.Imperator.Vt ergo bene intelligas hanc materiam,diſtinguendi ſunt nonnulli caſus.Aut enim quis donat extraneo omnia ſua bona vel eorum partem,quam veriſimiliter,ſi de filiis cogitaſſet,non donaſſet:& hoc caſu per remedium d.l.ſi vnquam, ipſa donatio ſuperuenientibus filiis donatori,in totum reuocatur,vt dixi in præcedenti q.per totam q.Aut verò pater habẽs vnum filiũ, illi donauit omnia bona,vel eorum partem,quam veriſimiliter non donaſſet, ſi alios filios ſuſcipere cogitaſſet:& hoc caſu ſi alij filij ſuperueniant,reuocatur vſque ad legitimam tantum.& ita procedat tex.in l.ſi totas. C.de inoff.donat. vt dixi ſuprà q.22.verſi.Secundò infertur:& hæ duæ reuocationes fundantur ſuper veriſimili mente donantis.

2 Aut verò quis non agit ad reuocationem donationis,ſub prætextu,q̃ veriſimiliter donans ſi de ipſis

si de ipsis filiis cogitasset,donationē nō fecisset,sed tanquā q donatio ipsa sit inofficiosa. & intellige,q donatio tunc dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiorum, & hoc casu adhuc est distinguendum:nam aut talis donatio est facta vni ex filiis,& tunc siue donatio sit inofficiosa re tantum,siue sit inofficiosa re & consilio,nunquam reuocatur nisi vsque ad legitimam aliorum filiorū.l.si liqueat. C.de inoff.do.ita tenet Bar.in d.§.Imperator,num. 1.& est communis opinio,vt ait Picus in l.post contractum,post nu.3.ff.de donat.Bertran.consil. 179. post nu.8.libr.2.in secunda parte:faciunt quæ dixi suprà, quæst. proxima in d.vers.Secundò infertur. Aut verò est facta extraneo,& tunc si est inofficiosa re tantùm,reuocatur solummodò vsque ad legitimam,text.est in l.1.2.& 3. C. de inoffi.donat.Si verò est inofficiosa re & consilio,reuocatur in totum. ita tenet Bartol.in d.§.Imperator,post num.1.& est communis opi.vt dicit Aret.cons.47.post nume. 3. Soci.inter cōsilia Curt.Sen.cōs.2.nu.1.Ias.in Auth. vnde si pares.circa fi.C.de inof.test.Picus ī d.l. post contractū,nu.6.Curt.Sen.cōs.1.nu.39.Paris.cons.72. nume.28.& seq.li.1.& consil.73.nume.26.& seq.eod. volum.Natta cons.126.nume.3.Socin.Iun.cons.67. nu.55.lib.2.Dicitur autem donatio inofficiosa re & consilio,quando pater ex proposito illam facit ad præiudicium filiorum,& sic vltra læsionem,quæ re ipsa interuenit, concurrit etiam animus, & consilium paternum in damnum filiorū.& hæc nota ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorant.

3 Hæc autem omnia,quę superius dicta sunt de inofficiosis donationibus reuocādis,locum habent,nō solùm in donatione simpliciter facta,sed etiam in donatione iuramento confirmata,adhuc enim potest non obstāte iuramento reuocari.ita dicit Bar. in d.§.Imperator, nume.5.& est communis opin.à qua nemo discrepat,vt ait Curt.Sen.in dict.cons.1. nume.15.quem refert Didac.lib.1.resolut.c.19.vers. cæterum.Cùm enim dispositio tituli de inoffic. donat.fit introducta fauore filiorum,non debet patris iuramentum in eorum præiudiciū aliquid operari.

4 Sed quid si pater ipsi filio aliquid reliquit, nunquid poterit adhuc donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare? Respond. quòd non.sed hoc casu solummodò reuocat vsque ad legitimam.ita dicit Bartol.in d.§.Imperator,post numerum 1.& est communis opin. vt attestatur Bertrand.cons.38.nume.3.lib.1.in secunda parte. Sicut etiam videmus,quòd filius,cui aliquid est titulo institutionis relictum,etiam minus legitima,non potest testamentum impugnare,sed tantummodò petere ipsius legitimæ supplementum, vt dixi suprà, lib.3.§.testamentum.quæst.38.

5 Et hæc quidem conclusio locum habet in his tantùm,quæ pater donationis titulo in aliū transtulit. Sed si pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est locus reuocationi:& licet Bart.in l.nō vsque adeò,post nume.1.ff.si quis à paren.fue. man. tenuerit contrarium,scilicet,quòd imò potest reuocare saltem vsque ad legitimam,tamen magis communis opi. est, quòd nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimam.& ita hanc opin.contra Bart.dicit esse communem Rub.in d.§.Imperator, nume. 30. & sequen. ff. de legat. 2.Picus in d.l.post contractum,nume.13.circa fin.& nume.15.vbi loquitur etiam quando fraus patris in ipsa alienatione interuenit:Quæ tamen conclusio mihi semper visa fuit nimis rigorosa,& ideò vbi appareret, quòd ille tertius fuisset particeps fraudis,libenter inclinarē in sententiam Bar.vt scilicet esset locus reuocationi,saltem vsq; ad legitimam.& hæc opi. æquior est, vt omnes fatentur.

QVÆSTIO XXV.

1 *Donatio ob causam,causa non secuta,ipso iure reuocatur.*
2 *Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari.*
3 *Et quid si post reuocationē donator sine hærede decesserit?*
4 *Et an propter conualescentiam donantis censeatur reuocata donatio causa mortis?*

1 PRæter has reuocationis causas,de quibus præcedentibus quæstionibus tractatum est, scire etiam debes, quòd donatio ob causam, si causa non est secuta,ipso iure reuocatur,& donanti competit rei vendicatio. tex.est in l. 1. C. de donatio.ob causam:& est communis conclusio,vt dicit Curt.Iunior cons.126.nume.14.Vulgata enim est iuris regula,quòd,cessante causa cessat effectus.

2 Sciendum est etiam,quòd donatio causa mortis potest à donatore quandocunque reuocari.l. mortis causa,la.quarto.ff.de donat.causa mortis,& hoc est in iure notissimum,potest autem donatio causa mortis,non solum expressa,sed etiam tacita voluntatis demonstratione reuocarj,Puta,si donator rem quam donauerat voluntariè in alium alienauerit ex hoc enim donatio ipsa reuocatur.l.illud.ff.de donat.causa mortis & fuit opin.Dyn.in l. Stichum qui meus.ff.de legat.1.quam dicit esse communem Alciat. in l. non omnis.ff. si certum pet.Didac. in Rubri.de testa.in 3. parte, post nu.18. vers. Quartò his,videtur enim ex hoc colligi donatorem ipsius donationis pœnituisse,& maluisse alium quàm donatarium rem donatam habere.

3 In hoc tamen proposito, nota mirabilem decis. Ang.in sua disputatione inci,Astensis miles, quòd licet donator voluntatem mutauerit, si tamen postea contingat illum decedere sine hærede ex testamento,vel ab intestato,donatio non censetur reuocata.Et mouetur per textum in l.prima. ff. qui sine manu.ad liber.perue.& hanc opinionem Angel.dicit esse frequentius receptam Didacus in dicta tertia parte,nu.24.quæ licet vt ipse subdit, in puncto iuris non satis bene sustineri possit, non tamen putarem ab eà esse in practica recedendum.

4 Sed nunquid ob conualescentiam donantis,reuocata censetur donatio causa mortis,etiam si aliunde expressè aut tacitè illum donationis pœnituisse non appareat?Resp.si quidem donatio facta fuit nullo instante mortis periculo,non reuocatur ob donantis conualescentiam sed si facta fuit instante periculo,vtique reuocatur:ita intelligi debet text. in l.si mortis causa res donata.ff.de don.causa mortis,& est communis opi.vt ait Alcia.in d.l.non omnis,quem refert Didacus in Rubrica de testam.in tertia parte,post num.23.versiculo,Secundo reuocatur.Et hæc hactenus.

IVLII

IVLII CLARI ALEXANDRINI
IVRISCONSVLTI CLARISSIMI AC
REGII SENATORIS.

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum,

§. EMPHYTEVSIS.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Q.1. *Emphyteusis quid differat à contractu libellario. & censuali?*
2 *Emphyteusis an sit contractus nominatus?*
3 *In contractu emphyteutico an requiratur, quòd à principio præfletur certa quantitas?*
4 *In contractu emphyteutico an requiratur scriptura?*
5 *Vasallus an possit cōcedere ī emphyteusim bona feudalia?*
6 *Prælat° an possit bona ecclesiæ cōcedere in emphyteusim?*
7 *Et quanti temporis solutione præsumatur emphyteusis præcessisse.*
8 *Emphyteuta tenetur soluere canonē,aliàs cadit à iure suo?*
9 *Et an cadat ipso iure, an autem requiratur declaratio?*
10 *Dominus recipiendo pensionem, an censeatur remisisse caducitatem?*
11 *Dominus an possit post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam?*
12 *Quo tempore sit soluenda pensio?*
13 *Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam domino irrequisito.*
14 *Et an possit eam cum alijs emphyteutis diuidere?*
15 *Et an possit illam alteri legare,aut donare?*
16 *Et an possit illam prælegare vni ex filiis, vel aliter in ea illis præiudicare?*
17 *Et an possit illam sine consensu domini permutare?*
18 *Et an pignorare,vel hypothecare?*
19 *Et an locare?*
20 *Et an concedere in emphyteusim?*
21 *Et an constituere seruitutem in fundo emphyteutico?*
22 *Emphyteusis an possit alienari in potentiorem?*
23 *In alienatione rei emphyteuticæ soluendum est domino laudemium.*
24 *Emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ, cadit à iure suo.*
25 *Emphyteuta interuertens possessionem domini,an cadit à iure suo?*
26 *Emphyteuta an possit expelli propter deteriorationem?*
27 *Emphyteuta cessans per triennium in solutione canonis, cadit à iure suo.*
28 *Emphyteusis an transeat ad extraneos hæredes?*
29 *Emphyteusis an transeat in fiscum?*
30 *Filij naturales an succedant in emphyteusi?*
31 *Legitimati an succedant in emphyteusi?*
32 *Fœminæ an succedant in emphyteusi?*
33 *Emphyteusis an transeat in monasterium?*
34 *Quomodo intelligatur in concessione inuestituræ, tertia vel quarta generatio?*
35 *In emphyteusi concessa pro se,& filiis.& nepotibus,quo ordine succedatur?*
36 *Nepos ex filia an succedat in emphyteusi?*
37 *Emphyteusis an transeat ad filios,etiamsi non sint hæredes?*
38 *Et an transeat ad institutum in re certa?*
39 *In emphyteusi nunquid locum habeat ius accrescendi?*
40 *Filius an teneatur paternis creditoribus de emphyteusi satisfacere?*
41 *Augmentum cueniens in re emphyteutica,cui cedat?*
42 *Emphyteusis quomodo finiatur?*
43 *Finita emphyteusi, an possint filij vel agnati petere reuocationem inuestituræ?*
44 *Emphyteusi finita,an possit dominus ingredi rem emphyteuticam propria auctoritate?*
45 *Finita emphyteusi,cui remaneant melioramenta?*
46 *Emphyteuta an teneatur ad collectas?*
47 *Quæ actio competat pro emphyteusi?*
48 *Iura ciuilia loquentia de emphyteusi,an habeant locum in emphyteusi ecclesiastica?*
49 *Bona emphyteutica an possint dici allodialia?*
50 *Argumentum de feudo ad emphyteusim, & econtrà an procedat?*

BREVIOR erit hic tractatus (vt opinor) omnium expectatione. Est enim hæc emphyteusis materia ferè vbique frequens & quotidiana. Sed huius rei duo præcipuè in causa fuêre.Primùm,quòd ex his quę ad hanc materiam pertinent,aliqua in feudalibus quæstionibus à nobis tractata sunt.Alterum (quod alicui fortè mirum videbitur) quòd Alexandriæ nulla ferè est domus, nulla area, fundi verò pauciſſimi, hoc Emphyteusis vinculo obstricti, atque inde euenit,vt cùm in hac materia nunquam de facto consultus responderim,aut iudicauerim, in in hoc Paragrapho ea tantùm scripta sint, quæ in tumultuaria lectione obiter occurrerunt.At verò in hac Mediolanensi vrbe nihil aliud sonant ius dicentium palatia,quàm emphyteuticorum canonū solutiones, & potestates [præstationes] superinde caducitates.

QVÆSTIO I.

1 *Quid differat contractus libellarius ab emphyteusi?*
2 *Et quid contractus censualis?*
3 *Et an in dubio censeatur contractus censualis,vel emphyteuticus?*
4 *Et quid differat simplex locatio ab emphyteusi?*
5 *Et q d si præstetur magna pēsio, & correspōdēs fructibus?*
6 *Et quid si in instrumento promiscuè facta sit mentio de emphyteusi,& locatione.*

1 PRO intelligentia itaque terminorum scire debes,quòd nonnulli sunt contractus Emphyteusi valde similes, & affines,puta contractus libellarius,censualis & locatio.Quæro,ergo quid ab emphyteusi differant huiusmodi cōtractus?Resp.Cōtractus libellarius dicitur,qñ vasallus vel emphyteuta concedit alteri pro certa annua pensione prædium,quòd ipse habuerat ab alio in feudum,vel Emphyteusim,& sic quando concedens non est dominus', scilicet directi dominij:& hoc est,quod vulgo appellamus emphyteusim subalternatam.Quando verò concedens est dominus,tunc propriè dicitur contractus Emphyteuticus.& ita firmāt cōmuniter Doctores,

vt dicit

vt dicit Iaſ.in l.1.poſt n.29.C.de iure emphyt.Quidquid tamen ſit,ex proprietate dictionum. hodiè cõtractus Emphyteuticus,& libellarius (ſaltem ex cõmuni vſu loquendi) idẽ ſunt,& in hoc omnes cõueniunt,vt ait Dec. conſ.146.nu. 2.quem refert Pariſ. conſ.77.nu.12.li.3.& ita video indiſtinctè obſeruari in hac prouincia,in qua paſsim hęc duo pro ſynonymis reputantur. Et diſpoſitum in vno abſque controuerſia locum habet etiã in altero. Hodiè enim abutimur iſtis vocabulis,vtendo illis promiſcuè,& ponendo vnum pro alio,vt dicit Angelus conſ. 184. numer.3.Tiraquel.de retract.munici.§.33. gl.1.nu.1.

Contractus autem Cenſualis differt ab Emphyteutico,nam in cenſuali transfertur in recipientẽ dominium,tàm directum,quàm vtile:in emphyteuſi autẽ,non transfertur niſi vtile,directum verò remanet apud cõcedentem.ita dicit gl.in c. conſtitutus.in verbo,iuxta ratam.in fin.de religio. domib. quam ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Abbas ibi,nu.20, & ita dicit firmare communiter Doctores Iaſ.in d.l.1.nu.39.C.de iure emphyt. & ſic cenſum ſoluimus de re noſtra,penſionẽ verò de re aliena,Propriè enim canon qui ſoluitur ab Emphyteuta dicitur penſio,ille verò,qui ſoluitur à Cenſuali dicitur cenſus,licet hodiè promiſcuè vtamur etiã iis vocabulis,vt atteſtatur Abbas in loco prælegato.Et ex hac differentia infertur ad vnum, quod maximæ importantiæ, quia ſcilicet, ſi cenſuarius ceſſet in ſolutione canonis per biennium, non cadit ab ipſa re cenſuali,vt dixi ſ. §. cenſus, Secus autem in emphyteuta.de quo latè dixi infrà q.8.

3 Sed pone quòd ego acceperim aliquã domũ, vel fundum pro annua penſione,ſeu canone, nunquid in dubio cenſebitur cõtractus cenſualis vel emphyteuticus? Reſp.Doctores dicunt,quòd ſi vniformiter ſolutum fuerit quotannis certum quid,præſumitur potius ſolutum iure emphyteutico,vel coloniæ perpetuæ,quàm iure cenſus,Hoc enim eſt in minus præiudiciũ cõcedentis. & ita tenet cõmunis ſchola Scribentium. vt atteſtatur Berous quæſ. 14.num.1. Quod ego intelligo,vt procedat tàm in conceſsione facta à priuato,quàm in conceſsione facta ab Eccleſia,nam vtroque caſu militat eadem ratio.Benè verum eſt,quòd ſi ex verbis conceſsionis expreſsè apparere poſſet, de quo contractu ipſi contrahentes ſenſiſſent, non eſſet à verborum proprietate recedendum.in dubio autem ſtandum eſſet in regula, quòd præſumeretur emphyteuſis, vel locatio perpetua,potius quàm cenſus.

4 Quid autem differat ſimplex locatio ab emphyteuſi,ſunt termini omnibus notiſsimi.

5 Et aduerte,quia ſi præſtatur modica pẽſio,& in pecunia,debet potius iudicari emphyteuſis, quàm locatio:nam pro contractu emphyteutico ſoluitur quid minimum pro recognitione. & hæc eſt propriè eius forma,& in hoc omnes cõſentiũt, vt dicit Natta,conſ.49.poſt n.7.ſi verò præſtatur magna pẽſio,quæſ.fructibus correſpondeat,vel quaſi,vel præſtatur aliqua pars fructuum,debet potius iudicari locatio quàm emphyteuſis.Et quòd quando penſio quæ præſtatur correſpondet fructibus, debeat de tali contractu iudicari tanquam de locatione, potius quàm de emphyteutica conceſsione. dicit concludere communiter Scribentes Cagnol. in l.2 nu.202.C.de reſcin.vend.

6 Vnum ſcias,q̃ ſi in aliquo cõtractu ſit promiſcuè facta mentio de emphyteuſi & locatione, vel contractu libellario, debent attendi conuentiones,& pacta,de quibus in ipſo inſtrumento,cui ſcilicet cõtractui magis conueniant, & ſecundum illa debet iudicari, in quam ſpeciem contractus cadat: illa enim denominatio nihil facit, ſed potius attenditur effectus rei.& hæc eſt communis opin.vt dicit Bello.conſ.21.nu.5.

QVÆSTIO II.

1 *Emphyteuſis an ſit contractus nominatus?*

1 QVæro, nunquid emphyteuſis ſit contractus nominatus?Reſp.q̃ ſic:habet enim elegãs nomen,& ab aliis diſtinctum,vt dicit Ang.in l.1.nu.1. C.de iur.emphy.& ita communiter concluditur,vt ait Iaſ.in prælud.feudorum,nu.24.in fi. Vtilitas autem eſt maxima,quia in contractibus nominatis, non eſt licita pœnitẽtia,licet ſecus ſit in contractibus innominatis,vt dixi ſuprà hoc eod.lib.§.1.

QVÆSTIO III.

1 *In contractu emphyteutico,vel libellario,an requiratur. quòd à principio præſtetur certa quantitas?*

1 QVæro, nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario de neceſsitatẽ requiratur, q̃ à principio præſtetur certa quãtitas? Reſpon. in hoc variæ ſunt Doctorum opi. nam Iacob. de Are. in l. prima,C.de iur.emphy.tenet,quòd de ſubſtantia,& forma cõtractus emphyteutici requiratur, quòd à principio præſtetur certa quantitas pro primo ingreſſu.& dicit Alber.in d.l.1.q̃ hæc opi. communiter approbatur,quem refert Dec.in c.in præſentia, nu.48.in fi.de prob.Contrariam verò ſententiam,q̃ ſcilicet non requiratur,quòd à principio præſtetur illa certa quantitas,videtur ſenſiſſe Bar.in l.ſi mihi, & Titio.poſt n.4.ff.de verb.obl. vbi dicit,q̃ emphyteuſis dupliciter haberi poteſt,ſcilicet titulo lucrativo,& titulo oneroſo,id eſt,quando præſtatur certa quantitas.& hanc dicit eſſe communem Petrus in d.l. 1. vbi etiam ſubdit, q̃ ita ſeruatur de conſuetudine. Idem dicit Cy.in d. l.1. quem referunt Sal. ibi,nu.3.& Iaſ.nu.3,& pariſ.conſ.77. nu. 13.lib.3. Dicit etiam Abb.in c.potuit,num.6. in fi.de locato.q̃ ita dicunt communiter DD.Vnde cùm hęc opi.quę etiam de iure verior videtur,ſit indubitata conſuetudine comprobata,non eſſet ab ea iudicando, aut conſulendo recedendum.

QVÆSTIO IIII.

1 *In contractu emphyteutico,an requiratur ſcriptura?*

1 QVæro,nunquid de ſubſtantia contractus emphyteutici requiratur à principio ſcriptura? Reſpon.quòd ſic,aliàs contractus ipſe non valet.ita tenet gl.in l.1.in verbo,Alienationis.C.de iur. emphy.Et ita communiter tenetur,vt ait Sal. in d.l.1. nu.5.quem refert Aret.in §.adeò.nu.8.Inſtit. de locato.Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Imola in ca.potuit,poſt num.7.verſ.Item differt à contractu,&c.de locato.ſubdens,quòd eſſet etiam ſeruanda in practica.Socin.conſ.169.num.12.libr.2.quòd eſt duplicatum in conſ.120.li.4.Iaſ.in d.l. 1.nu. 61.& ſeq.C.de iure emphy.Afflic.deciſ.72.ante num.8.& quòd contractus emphyteuticus non poſsit probari niſi per ſcripturam,dicit eſſe communẽ Alex.conſil.50.nu.4.lib.5.Contrariam tamen ſententiam, q̃ ſcilicet poſsit etiam ſine ſcriptis celebrari contractus emphyteuticus,tenuit gloſſ.in d. l. 1.in verbo, Scriptura, & hanc approbat conſuetudo, vt dicit Bart,in d.l.1.num.6.Angel.in d.l.1.nu.3.Pariſ. conſil. 77.nume.16.& ſequ.lib.3.vbi dicit, quòd licet contraria

traria opi.videatur magis communis, tamen quia illa eſt approbata per conſuetudinem,eſſet ſeruanda.Idem dicit Socin.in d.conſ.169.num.12.Ego tamen non puto ita abſolutè verum eſſe, quòd hæc opi.ſit recepta à conſuetudine.& multi etiam Doctores atteſtantur ſe vidiſſe contrarium obſeruari, præſertim Aret.in d.§.adeò, numero. 8. propterea crederem melius eſſe in practica adhærere communi opinioni quæ etiam tutior eſt,& æquior, niſi in ſpecie appareret in eo loco in quo contingeret hoc deduci in controuerſiam,contrarium obſeruari:hoc enim caſu non eſſet ab huiuſmodi conſuetudine,& obſeruantia recedendum.

QVÆSTIO V.

1 *Vaſallus an poſsit rem feudalem alteri concedere in emphyteuſim.*

1 QVæro nunquid vaſallus poſsit rem feudalem concedere alteri in emphyteuſim? dixi infrà hoc eod.libro §.Feudum,q.33.verſ.Idem etiam.

QVÆSTIO VI.

1 *Prælatus poteſt concedere in emphyteuſim bona Eccleſiæ, quæ ſolita ſunt in emphyteuſim concedi.*

2 *Et an ſi concedantur alio modo, quàm ſolita ſint concedi, vitietur in totum conceſsio:an autem quatenus exceſſa eſt forma ſolita?*

3 *Et vſque ad quam generationem poſsit res Eccleſiæ in emphyteuſim concedi?*

4 *Et an poſsint concedi etiam pro hæredibus extraneis?*

1 QVæro,nunquid prælatus poſsit concedere bona Eccleſiæ in emphyteuſim? Reſp.ſi quidem bona ipſa ſunt ipſius Eccleſiæ pleno iure, non poteſt prælatus ea in emphyteuſim concedere, niſi ſubſiſtente legitima cauſa,& debitis ſolemnitatib. interuenientibus: & de hoc non eſt dubitandum, quia conceſsio in emphyteuſim eſt ſpecies alienationis. & ſi prælatus à iure prohibetur locare res Eccleſiæ ad longum tempus,vt dixi infrà, hoc eod. libro §.locatio.multo minus dicendum eſt ei concedi,vt poſsit eas dare in emphyteuſim, quæ plus eſt,quam locatio.Si verò res Eccleſiæ ſolitæ eſſent in emphyteuſim cõcedi,benè poſſet prælatus,ſi ad Eccleſiam aliquo caſu reuerterentur,illas concedere in emphyteuſim,abſque ſolẽnitatibus in rei Eccleſiaſticæ alienatione requiſitis. ita colligitur ex text.in cap.2.de feud.quem ita communiter Doctores interpretantur,vt ait Didacus libr.2.reſolut. c.17.num.4.& hæc eſt communis concluſio,vt dicit Soci.conſilio 169.nume.9.lib.ſecundo.q̃ eſt duplicatum in conſilio 120.lib.4. & in hoc propoſito videnda ſunt ea quæ dixi in d.§.feudum,q.13.

2 Scias tamen,quòd debet huiuſmodi conceſsio in emphyteuſim fieri,eo modo quo ſolita eſt,aliàs nõ valet,& quidem,quantum ad id in quo exceſſa eſt forma ſolita,nullus eſt qui dubiter; quin conceſsio ipſa corruat.Punctus eſt an vitietur in totũ, an autem ſuſtineatur quatenus facta eſt intra ſolitam formam?Aliqui enim dixerunt,quòd non vitiatur in totum,ſed ſuſtinetur,quatenus eſt ſolita concedi.& fuit opi.Bal.in auth.ſi quas ruinas,num.2.C.de ſacroſ.Eccl.vbi vult,q̃ ſi res Eccleſiæ eſt ſolita concedi in emphyteuſim,vſq; ad tertiam generationẽ, & cõcedatur in quartam,cõceſsio ſuſtineatur vſq; ad tertiam tantũ,& in reliquo vitietur.& hanc opinionem dicit eſſe communem Ia.in auth. qui rem, nu.21.C.de ſacroſ.eccle,Dec.in d.auth.qui rem,nu. 22.quem refert Tiraquel.de retractu conuentionali in fi.operis numero 144.Claud.in l.1.§.ſed ſi mihi, nu.3.ff.de verb.obli.Curt.Iun.de feu.in 1.2. principalis in 6.q.Alciat.in d.§.ſed ſi mihi,n.20.Et dicit Didac.lib.2.reſolut.c.6.num.5.quòd hæc ſententia eſt frequentiori calculo recepta.Contrariam verò ſententiam,ſcilicet quòd imò vitietur in totum,videtur tenuiſſe Barto.in d.auth.qui rem,num.7.& reperio,quòd Alexander conſilio 143.numero 3. lib.7. dicit,quòd hæc eſt magis communis concluſio,ſaltem quando eſt vnica conceſsio, quod eſſet magnum verbum, ſi eſſet verum. Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem eſſe veriorem,& magis communem,etiam in caſu quo vnica tantùm conceſsio facta eſſet:non enim debet vtile per inutile vitiari,quãdo recipit commodam diuiſionem.Sed ſi eſſet dare caſum,in quo vtile ab inutili non poſſet commodè diuidi,benè crederem,q̃ tota conceſsio vitiaretur. vide quæ dixi in d.§.feudum.q.13.in fi.

3 Quæro vſque ad quam generationem poſsint res Eccleſiæ in emphyteuſim concedi? Reſpon. text.in §.emphyteuſim in auth.de non alien.videtur innuere,quòd non poſsint concedi niſi in accipientis perſona,& in duobus eiuſdẽ perſonæ hæredibus: & ſic niſi vſque in tertiam generationem. Nihilominus tenenda eſt contraria opi.q̃ ſcilicet poſsint concedi vltra filios & nepotes.& videtur tex.in §. licẽtiã. in auth. de alie. & emphyt.& hanc opi. dicit eſſe communem Alex.cõſ.110.nu.19.li.3.& quòd poſsit concedi pro omnibus deſcendentibus vſq; in infinitum,dicit eſſe communem Ziliolus de Cauitellis inter conſilia Anchara.conſ.vlt.nu.8.Gozad.conſ.25 poſt nume.20.verſ.Ad decimum, & in hoc non eſt dubitandum.

4 Sed nunquid poterunt etiam concedi in emphyteuſim pro hæredibus extraneis? Reſ.in hoc articulo Doctores variè loquuntur. Aliqui enim tenuerunt,quòd poſsit concedi etiam pro hæredib.extraneis.& hãc opinionem dicit eſſe magis communẽ maximè modernorum.So.conſ.226.nu.33.li.2. Alij verò multi tenuerunt contrarium, ſcilicet q̃ imò, non poteſt etiam expreſsè concedi,ita vt tranſeat ad extraneos hæredes.& hãc opi.dicit eſſe communem Imol.in l.ex facto,la grande,n.14.in fi.ff.de hæred.inſtit.prout illũ refert Alexa.in l.etiã,poſt nu.3. ff.ſolut.matr. licet reuera Imola ibi loquatur ſolũmodò,quando Emphyteuſis eſt ſimpliciter conceſſa,vt retuli infrà q. 28.verſic.Tertius eſt. idem dicit Rubeus in l.Gallus.§.quidã rectè,nu.197.& nu.203. ff.de libe.& poſth.Sed aduerte ne æquiuoces, aliud enim eſt quærere,an res eccleſiæ poſsit concedi in emphyteuſim,hoc expreſsè acto.quòd trãſeat etiã ad extraneos hæredes,& non eſt iudicio meo dubitandum quin poſsit,modò ſubſit legitima cauſa, & debitæ ſolẽnitates interuenerint.Et ita hanc eſſe communẽ opi.atteſtatur Gratus conſ.128. nu.6.li. 2.Si enim (vt ſuperius dixi) his duobus concurrẽtibus,poſsũt res eccleſiæ alienari pleno iure,multò magis debẽt poſſe alienari ſolũmodò reſpectu vtilis dominij.& in iſtis terminis procedat conſiliũ Soci. ſuperius allegatũ. Aliud verò eſt quærere,an emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa alicui pro ſe,& hæredibus,tranſeat etiã ad hæredes extraneos:& iſti ſunt alij termini,de quib.latius dictũ eſt ſuo loco j.q.28.in d.verſ.Tertius eſt caſus.cum ſeq.

QVÆST.

Universidad de Barcelona

QVÆSTIO VII.

1 *Ius emphyteuticum quanto tempore præscribetur?*

1 QVæro, ex quanti temporis præstatione præscribatur ius emphyteuticum? dixi infrà libr. 7.§.præscriptio.

QVAESTIO VIII.

1 *Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.*
2 *Et quid si in contractu appositum fuerit iuramentum?*
3 *Et quid si sit res magni valoris, & pensio sit minima?*
4 *Et quid si pensio non erat minima, sed in parte tantùm cessatum fuerit?*
5 *Et quid si emphyteuta non possidebat rem ipsam emphyteuticam?*
6 *Et quid si emphyteuta propter bellorum calamitates nullos fructus percipere potuit?*
7 *Et an propter sterilitatẽ faciẽda sit remissio emphyteutę?*
8 *Et quid si in re emphyteutica contingat damnum chasma te, vel corrosione fluminis?*
9 *Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticã?*
10 *Et an oblatio canonis sufficiat ad euitandam pœnam caducitatis?*
11 *Et an solutio canonis facta per procuratorem prosit emphyteutæ?*
12 *Et quid si in cõtractu emphyteusis fuerit propter cessationem apposita aliqua pœna, an adhuc poterit propter cessationem expelli?*
13 *Et quid si emphyteuta plures hęredes reliquerit, & unus tantùm cessauerit in solutione canonis, an tota res emphyteutæ cadat in commissum?*
14 *Et an cessatio facta per patrem noceat eius filiis vocatis in inuestitura?*
15 *Et an emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram?*

1 NOtissima est conclusio ꝙ emphyteuta tenetur soluere domino directo canonem, siue pẽsionem illi debitam, & promissam, aliàs si cessauerit in solutione canonis, cadit à toto iure, quod habet in ipsa re sibi in emphyteusim cõcessa, ita ꝙ vtile dominium consolidatur cũ directo, & sic applicatur ipsi domino directo, & intellige, quòd non per simplicem cessationẽ vnius anni cadit ab emphyteusi, sed requiritur, quòd cesset per triẽnium integrum, si sit emphyteuta priuati: si verò sit emphyteuta ecclesiæ requiritur, ꝙ cesset per biennium integrum. & de hoc sunt tex. aperti in l. 2. C. de iure emphyt. in c. potuit, de locato, in quibus locis ordinariè tractatur hæc materia.

2 Et hoc quidem absque dubio procedit, vbi in cõtractu ipso emphyteutico non est appositum iuramentum. Sed quid si contractus inuestituræ sit iuramẽto confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt non incurrat caducitatem, nisi per triennium integrum cessauerit? Respon. Bal. in c. querelam, de iureiuran. tenuit, quòd statim, quòd cessauerit per annũ, efficitur periurus. & cadit à iure suo & hanc opi. dicit esse cõmunem Guli. de Bened. in 2. part. rep. c. Raynutius. in verbo, Testamentũ, cl. 3. nu. 27. Gozad. cons. 57. post nu. 19. vers. Non obstãt allegata. Est magna decisio, maximè iis temporibus, in quibus Notarij in omnib. instrumentis inserunt iuramentum, & per simplicem tactum cuiuscunque scripturæ, illaqueant animas contrahentiũ, qui pro maiori parte nesciunt, quid illud importet: & propterea hæc opi. mihi nũquam placuit. Debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, non quidem vt ampliet eius naturam, sed vt confirmet, vt dixi infrà lib. 7. §. iuramentum. Et ad hoc pertinentes cõmunem opinionem, non accommodatur iudicio meo aliquod concludens responsum (& certè si casus contingeret) saluo semper iudicio sanctæ Romanæ ecclesiæ) de facili inclinarem in contrariam sententiam, quæ æquior est: & fortè illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper inuititur æquitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates, pro vna vice tantùm, tanquam introductas à mero rigore iuris.

3 Sed pone, quòd quis habeat in emphyteusim rem magni valoris, puta scutorum mille, pro minima annua pensione, puta vnius scuti, nunquid si cessauerit per triennium, incurret pœnam caducitatis, Respon. quòd sic. ita allegatur tenere glo. in Auth. qui rem, in verbo, Repelli potest. C. de sacrosan. eccle. licet reuera arguat pro, & contrà, & nihil determinet, imò potius videatur residere in contraria opi. Sed quidquid sit, hanc opinionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit Apostil. ad dictam glo. Et dicit Bart. in d. Auth. qui rem, nu. 5. quòd ita tenent omnes Doctores. Idẽ dicit Ripa in repe. l. fi. nu. 130. C. de reuocan. donat. Hãc etiam opi. dicit esse communem Deci. in d. Auth. qui rem. nu. 3. subdens, quòd ita seruat consuetudo, quem refert Afflict. decis. 80. nume. 7. in fin. propterea in practica non esset ab ea recedendum. nam in constituenda pensione, quæ soluitur ab ea emphyteuta, potius habetur in consideratione recognitio directi dominij, quàm emolumentum ipsius concedentis. Et ideò in hoc proposito eadem ratio militat in pari pensione, quæ in magna, imò fortè maior est contemptus in modica summa, quàm in maiore.

4 Hoc autèm de plano procedit, quando (vt dixi) pensio ipsa consistit solummodò in vno nummo: sed quid si pensio cõsistebat in decem scutis, & per triennium cessatum fuerit in solutione quatuor vel quinque scutorum, nunquid dicendum est, quòd cadat à tota emphyteusi, an autem cadat tantum pro rata eius in quo cessauit? Respõ. Spe. de emphyteu. §. nunc aliqua. q. 29. tenet, quòd licet cessauerit tantùm pro parte, nihilominus cadat à toto. & hãc opinionem dicit esse magis communem Iaſ. in l. 2. nu. 54. C. de iure emphyt. quem refert Apostil. ad Rimin. cons. 281. sub. num. 5. Ipsemet tamen Speculator ibidem in sequen. quæst. quæ est quæst. 30. videtur tenere totum contrarium, quòd scilicet solummodò pro rata incidat in caducitatem, vt ponderat Iaſ. in loco præallegato, dicens mirum esse, ꝙ Speculator ita festinanter fuerit sibi contrarius. Ego tamen aliquando dicebam ita posse distingui, vt illæ duæ decisiones Spec. ad concordiam reducerentur: Aut pensio erat vnius nummi, & cessans in illo nummo non excusatur à caducitate, vt dictum est suprà versicu. proximo. & in istis terminis non loquitur Specu. in 29. nec in 30. q. Aut pensio erat maioris summæ, & tunc, aut emphyteuta cessat in parte, puta dimidia, aut tertia, aut quarta parte, & si quidem cessauit per errorem, vel paupertatem, excusatur, non solùm pro parte, qua soluit, sed etiam pro toto. Aut verò non apparet de paupertate, neque de errore, & tunc cadit à toto, secundũ opin. Spec. in d. q. 29. quæ etiam est communis, vt superius dixi. Quam tamen ego intelligo vt procedat, quando præstabatur vnica pensio super tota reputa decem aurei super vna domo, vel fundo, &c.

secus

secus autem si pẽsio præstaretur ad ratã, puta pro quinquaginta perticis terræ, ad rationem solidorum decem pro singula pertica: nam hoc casu incli nãdo in mitiorem partẽ, teneo, quòd ex quo quælibet pertica habet quodammodò constitutam suã pensionem, non caderet emphyteuta, nisi pro illis perticis, pro quibus non persoluisset pensionem, vt quis non puniatur, nisi eatenus quatenus deliquit. Regulariter enim quis puniri non debet nisi in eo, in quo deliquit. l. rescriptum. ff. de his quibus vt indig. & est communis regula, vt ait Ioan. Monach. in c. 11. nu. 2. de hære. in sexto. Faciunt quæ dixi infrà hoc eo. lib. §. feudũ. q. 31. vers. Sed pone. Aut verò emphyteuta cessauit in minimo, puta quia si pensio erat sex aut octo scutorũ, cessauit in vno: & hoc casu esset excusandus à caducitate pro rata, & in istis terminis loqui videtur Spe. in d. q. 30. Ego tamen de facili inclinarem, ꝙ excusaretur in totum, maximè vbi non appareret illum cessasse propter cõtumaciã vel contemptum, quod in dubio præsumendum non est. & ita in facti cõtingentia iudicauit Senatus in publica audiẽtia in causa cuiusdam Dionisij Gerenzani, qui ex ficto florenorũ 16. cessauerat in tribus libris Imperialium.

5 Sed quæro, quid si emphyteuta per illud tempus quo in solutione cessauit, rem ipsam emphyteuticam, non possederit, nunquid hoc non attento adhuc incurrit caducitatem? Respon. Spec. in d. §. nũc aliqua. vers. LXXXII. tenuit, ꝙ sic. Tu tamen tene contrarium. Non enim potest dici emphyteuta esse in aliqua culpa, ex quo rẽ ipsam non possidebat: & vbi non est culpa, non debet imponi pœna. & ita secundum hanc opinionem, quæ etiam æquior est, & tutior, consuluerunt Socin. Iun. & Dec. inter consil. Socin. Iun. in 1. vol. cons. 70. vbi multas recẽsent auctoritates, & nu. 16. dicunt, quòd cum tot tãtique iuris vertices ita firmauerint, nefas esse arbitrantur ab eorum sententia recedere, quæ numero & auctoritate ipsorum consideratis communior, & verior dici potest. Quam tamẽ intelligе, vt procedat, nisi emphyteuta fuisset in culpa, quo minus possessionem ipsius rei emphyteuticæ adeptus esset, vel nisi post quam illam possidere cœpisset, dolo desiisset illam possidere. His enim casibus non esset à caducitatis pœna excusandus.

6 Sed quid si emphyteuta rẽ quidẽ possederit, sed propter bellorũ calamitates nullos fructus ex ea percipere potuerit, nũquid tenebitur etiam ad solutionẽ pẽsionis, pro eo anno quo nihil percepit, Resp. ꝙ non: ita tenet Iac. de Arẽ. quẽ sequitur Bar. in l. 1. in fi. C. de iur. emphy. & hæc est commu. opin. Legistarũ, vt dicit Abb. in c. potuit. nu. 18. de locato. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imol. in d. c. potuit. nu. 42. & sen. quẽ refert Alex. in l. interdum. §. quod ex naufragio. n. 5. & seq. ff. de acq. poss. Cor. cons. 181. colum. 15. in litera F. lib. 2. Guarner. in d. l. 1. quem refert Iaſ. ibi, post nu. 61. vers. Ad idem sexto. Iaſ. cons. 54. post nu. 2. ver. Non obstat vltimum. lib. 1. Corſ. in repertorio Abb. in verbo, emphyteuta. Claudi. in d. §. quod ex naufragio, nu. 3. Sigismũ. cõs. feud. lib. 2. post nu. 11. Breuiter in hoc proposito, si quæramus, an emphyteuta qui tempore belli nullos potuit fructus percipere, excusetur à caducitate. si canonem debitum non persoluit, teneo, quòd procul dubio excusetur, etiamsi per mille annos, quib. propter bellum nihil percipit, semper cessauerit. Ex quo enim non percipit fructus, nõ potest propriè dici possediſſe, meritò excusandus est à pœna propter cessationem incursa, à qua regulariter quælibet causa colorata, etiam iniusta excusat, vt dixi infrà lib. 5. §. fi. q. 60. vers. Et generaliter. Si verò quæramus, an excusetur à solutione canonis, mihi placet opi. venerandi Collegij Mediolanensis, quã refert Cuma. in d. §. quòd ex naufragio vt scilicet distinguamus, an pensio sit magna, vel parua, si est magna, teneo, ꝙ excusetur, si verò est parua, nõ excusatur: & intelligo paruã pẽsionem illã, quæ præstatur potius in signum recognitionis directi dominij, quàm ad rationẽ fructuum, puta, quia sit decima pars, vel minor, eius quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur. & hæc opinio iudicio meo est valdè æqua, & in iudicando sequenda. Aduerte tamẽ, quia Doctores ferè omnes in hac materia loquũtur, quando nihil prorsus percepit. nã si emphyteuta aliquid etiam modicũ percepisset, etiam si sit minus dimidia eius quod ipse soluit pro pensione, crederẽ non esse excusandum à solutione, bene posset à caducitate propter cessationẽ incursa excusari. Semper enim debemus, quantũ possumus, inclinare in eã ptẽ, vt caducitati locus nõ sit

7 Sed nunquid propter sterilitatẽ faciẽda est remissio emphyteutæ? Resp. ꝙ non: ita tenet gl. in d. c. potuit. in verbo, Expelli potuissent. de locato. & ita cõmuniter tenetur, vt ait Iaſ. in l. 1. nu. 18. C. de iure emphy. quem Refert Gratus cons. 128. nu. 9. lib. 2. Hãc etiam dicit esse communem sententiam Abb in c. propter sterilitatem. nu. 3. de locato. quem refert, & sequitur Bello. cons. 21. nu. 5. Natta consil. 49. nume. 12. vbi dicit, quòd hæc est communis sententia scribentium in vtroque iure, à qua nullus discrepat & cons. 194. nume. 5. dicit quod ita omnes indistinctè cõcludunt. Ratio autem differentiæ inter bellũ & sterilitatem potest considerari, quia tempore sterilitatis emphyteuta non definit possidere, colendo, & fructus ex re emphyteutica, licet modicos, percipiendo, secus autem quando tempore belli non potest ad culturam bonorum, neque ad collectionem fructuum accedere. Est etiam intelligenda hæc conclusio, vt procedat, etiamsi emphyteuta ex ipsa re nõ potuerit tãtum percipere, quãtum soluit pro pẽsione: neq; etiam eius dimidium, nisi tamen pensio corresponderet fructibus, tunc enim cùm emphyteusis ferè in omnib. æquiparetur locationi Iudex poterit arbitrari circa remissionẽ faciendã, iuxta ea quæ dixi infrà hoc eod. lib. §. locatio. nisi tamen bona tempore quo fuerunt concessa in emphyteusim, fuissent sterilia, vel inculta, nam hoc casu nunquam propter sterilitatem esset, facienda remissio. Benè verũ est, quòd si annis sterilibus emphyteuta cessauerit à solutione, putarem illum ex ea causa excusandum à caducitate, vt in simili dixi §. ver. Prox. licet deinde posset per dominum directi compelli ad integram solutionem pensionis.

8 Quæro etiam, quid si in re emphyteutica cõtingat aliquod damnũ, puta corrosione fluminis, vel chasmate, vel huiusmodi, nunquid emphyteuta excusabitur à solutione pensionis? Respond. si damnum sit tale, propter quod res funditus perierit, vtique excusatur, sed si damnum solummodo sit pro parte, non liberatur, emphyteuta neque in totum, neque etiam pro parte. Et hæc opi. est communior vt dicit Abb. in d. c. potuit. n. 16. de locato. Et quòd dummodò aliquid supersit de re emphyteutica, nõ liberetur emphyteuta, dicit cõmuniter teneri Iaſ. in d. l. 1. nu. 77. C. de iure emphy. & solent de hoc decantari duo versus vulgatissimi:

Si perit tota, non dolet emphyteuta:
Sed si pro parte, nulla se liberat arte.

Cùm enim pensio, quæ soluitur pro re emphyteutica, soluatur potius in recognitionem directi dominij, quod est indiuisibile, quàm ad rationem bonorum, meritò licet pro parte res pereat, non debet emphyteuta liberari. In vno tamẽ casu ego ab hac opi. communi recederem, quando scilicet duo concurrerent. Primum, quòd pensio correspondaret fructibus, vel quasi. Secundum, quod pẽsio, ipsa esset constituta ad ratam bonorum puta ad rationem solidorum decem pro singula pertica, vel huiusmodi: nam hoc casu æquũ esset, vt pẽsio detraheretur pro rata, sicut etiam pro rata fuisset cõstituta

9 Prosequendo materiam cõclusionis superius factæ, quòd scilicet emphyteuta cessans à solutione canonis cadit à iure suo. Quæro, nunquid locum habeat, etiam si emphyteuta ignoraret rem esse emphyteuticam, puta, quia successisset in ius alterius, vel huiusmodi? Resp. quòd sic, de rigore iuris, sed de æquitate datur huic hæredi (etiam si sit maior 25. an.) ex capite probabilis ignorantiæ, restitutio in integrum, aduersus canonem nõ solutum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. ita dicit glo. in l. 2. in verbo, Legem. C. de iure emph. quã sequuntur commu. Doct. vt ait Dec. cons. 58. in fi. & ita communiter tenetur, vt dicit Imo. in d. cap. potuit, nu. 56. Hanc etiam dicit esse communem opin. Sal. in d. l. 2. nu. 25. Cor. cons. 165. in litera Q. & R. lib. 2. Ias. in d. l. 2. nu. 184. & in l. cùm filiusfamilias. §. in hac stipulatione. nu. 7. ff. de verbor. obliga. Soc. Iun. cons. 70. nu. 23. lib. 1. & super hoc in practica non solet vlla fieri difficultas, nisi dominus directi velit probare sciẽtiam. Hoc enim casu cessaret causa restitutionis in integrum, & consequenter, ipsa restitutio In dubio autem hæres habet fundatam suam intentionem, quia scientia est quid facti, & nõ præsumitur, nisi probetur, vt dixi 7. li. 7. §. præsumptio.

10 Pone, quòd emphyteuta non soluerit debitum canonem, sed accesserit ad dominum directi, & illi obtulerit pecunias debitas, nunquid talis oblatio sufficiet ad euitandam pœnam caducitatis? Respõ. quòd sic: ita tenet gl. in d. l. 2. in verb. secundum legem: & ita communiter tenetur, vt ait Salicet. in d. l. 2. in fin. verbis. Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. consil. 118. in vltimis verbis lib. 4. Quod intellige, vt procedat, modò talis oblatio fiat loco, & tempore congruo, aliàs secus. Item intellige, ꝙ talis oblatio sufficit, quò ad euitandam pœnam caducitatis, sed quò ad hoc, vt emphyteuta consequatur plenariam liberationem, requiritur oblatio, consignatio, & depositio & ita se habet communis opi. vt dicit Ias. in d. l. 2. nu. 182. Item intellige quòd talis oblatio fiat realiter, non autem verbo tantùm, quia (vt dici solet) vbi opus est facto, verba non sufficiunt, licet Soc. in loco prælegato loquatur de verbali tantum oblatione, cuius opi. posset procedere, vbi dominus recusaret velle recipere, sed si dominus offerat se paratum recipere, mihi non placet, quòd propter huiusmodi verbalẽ oblationem emphyteuta excusetur.

11 Sed quid si ipse quidem emphyteuta canonem non soluit, sed aliquis eius procurator. nunquid talis solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteutæ? Resp. quod sic, maximè si procurator fuit ad id constitutus. Et hæc est quasi omnium sententia, vt dicit Cors. in repertorio Abbatis, in verbo, emphyteuta, col. 2. vers. Quinto, vbicunque.

12 Vlterius quæro, Pone, quòd in cõtractu emphyteutico apposita sit pœna propter cessationem solutionis canonis, nunquid si emphyteuta cessauerit poterit non obstante tali appositione pœnæ expelli: Respon. quòd sic: ita tenet gl. in d. l. 2. in verbo, repellere, cum qua tenent omnes indifferenter, vt dicit Ias. in ead. l. 2. nu. 139. Quod intellige secundum gl. ibi, non vt possit vtrunque facere, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest eligere illud quod magis ei placuerit.

13 Quæro, quid si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & vnus ipsorum soluerit partem suam canonis, vel pensionis, alius non, nunquid res emphyteutica cadit tota in commissum, an autem solum modò pro parte non soluentis? Resp. Hæc est sabbatina quæstio, vt dicit glo. in l. communi diuidũdo, in verbo, confunderetur. ff. communi diuidun. quæ in hoc articulo tenuit, quòd omnes cadant à iure suo. & illam gl. sequuntur communiter Doctores, vt dicit Afflict. dec. 153. num. 4. Ripa in l. 4. §. Cato. nu. 44. ff. de verb. obl. Cùm enim prima obligatio esset insolidum in persona emphyteutæ, non potest mutari facto hæredum, sed trãsit in omnes cũ illa obligatione solidi. Reperio tamen Alber. in d. l. communi diuido. in princip. dicentem, quòd imò communis opin. est in contrarium, & potest esse, quod secũdum sua tempora verum dixerit, sed hodiè proculdubiò opin. gloss. est magis communis, vt scilicet omnes cadant: & licet videatur aliquantulum rigorosa, esset tamen seruanda in practica, aiàs enim de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur.

14 Sed hic quæro, aliquis accepit emphyteusim pro se, & filiis, & descendentibus. Modò vnus ex filiis ipsius recipientis cessauit in solutione canonis per triennium, ita quòd res cecidit in commissum, & sic propter caducitatẽ applicata est pleno iure domino directi: Quæro, nunquid hæc cessatio, & consequenter caducitas ea de causa incursa, oberit eius descendentibus, vel agnatis vocatis ex tenore primæ inuestituræ? Resp. quòd sic. ita tenet Specul. de emp. in d. §. nunc aliqua. q. 78. & est communis opin. vt attestatur Ias. in d. l. 2. num. 58. & seq. quem refert Apostil. ad Rimina. con. 381. sub nu. 4. & Rui. cons. 168. nu. 6. lib. 1. Dominus enim, qui rem suam in emphyteusim concedit sub annuo canone, videtur apponere solutionem canonis pro conditione, perinde ac si diceret, concedo si solueris, & ideò cessante conditione, resoluitur concessio. Mihi tamen (vt verum fatear) hæc opi. nunquam placuit. videtur enim iniquum, vt factum, siue delictum, siue negligentia alicuius præiudicet suis successoribus, in re quæ ad eos peruenire debet, non ex facto, aut iure ipsius delinquentis, siue negligentis, sed ex pacto, & prouidentia primi inuestiti. Non tamen propter hoc auderem in practica recedere à communi opin. dummodò talis cessatio non esset facta in fraudem descendentium, vel agnatorum, qui vocati essent ex tenore inuestituræ. nam hoc casu crederem illis (eueniente casu) succurrendũ esse per beneficium restitutionis in integrũ. & ita si casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

15 Item quæro, nunquid emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram? Respond. quòd secundum rigorem iuris ciuilis non potest moram purgare, Sed secundum dispositionem iuris canonici, quod maximè innititur æquitati, potest illã celeri satisfactione purgare: & de hoc est textus expressus

expressus in c. potuit. de locato, suprà sçpius allegato. Quando autem dicatur purgare moram celeri satisfactione, varij varia dicunt, sed magis communiter Doctores concludunt, quòd in hoc stetur iudicis arbitrio, vt attestatur Ripa in l. si insulam. nu. 35. ff. de verb. obliga. Hanc etiam dicit esse cõmunẽ opi. Dec. cons. 139. post nu. 7. ver. Ex quibus omnibus. Hoc igitur casu maximè verſabitur religio iudicare debentis & in dubio antequam dominus declarauerit velle esse locum caducitati, Iudex debet semper inclinare in sententiã, per quã caducitas ipsa euitetur, tantò magis procedendo secundũ æquitatem canonicam. Scias autem, quòd dispositio d. c. potuit procedit solummodò in emphyteutis ecclesiæ, non autem in emphyteutis laicorum, & priuatorum: & ita communiter concluditur, vt dicit Ripa in d. l. si insulam. paulò ante. nu. 38. Si tamen esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta, posset seruari dispositio. d. c. potuit etiam in terris imperij & emphyteutis laicorum quæ æquissima est, & illã seruat Senatus omisso rigore iur. ciuilis.

QVÆSTIO IX.

1 *Emphyteuta qui cessauit in solutione canonis, an cadat ipso iure, vel requiratur sententia?*

1 Svccesiuè quæro, an emphyteuta qui cessauit in solutione canonis cadat ipso iure, an autem requiratur aliqua sententia, vel declaratio? Respõ. Aut quæris an requiratur declaratio domini directi, & tunc stante regula, quòd pœna caducitatis nõ habet locum nisi domino volente, quam dicit esse communem Cur. Iun. 109. nu. 11 & consi. 110. nu. 23. tenendum est, quòd propter cessationem, emphyteuta non cadit ipso iure ab emphyteusi, sed ita demum, si dominus directi declaret velle esse locum caducitati. ita tenet Bar. in d. l. 2. nu. 2. C. de iure emphy. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Paris. cons. 108. nu. 33. lib. 1. Dicit etiam Cæp. cõ. ciuili 25. num. 2. quòd ita concludunt communiter Scribentes, & dicit Cur. Iun. con. 149. post nu. 3. ver. Cùm igitur. quòd in hoc omnes conueniunt. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Ias. in d. l. 2. nu. 10. Aut verò quæris, postquam dominus voluntatem suam declarauit, quòd scilicet velit locum esse caducitati, nunquid requiratur sententia, aut declaratio Iudicis, an autem cadat ipso iure? & tenendum est, quòd statim facta declaratione per dominum directi, cadat ipso iure, neque requiratur Iudicis sententia, vel declaratio. & ita communiter teneri attestatur Anto. de But. in d. ca. potuit, quem refert Ias. in d. l. 2. num. 12. & seq. & Ruin. cons. 153. n. 6. lib. 1. & cons. 57. nu. 2. lib. 4. Cor. cons. 165. in litera X. lib. 2. Alexand. cons. 6. post. nu. 22. lib. 3. Dec. cons. 146. nu. 7. in fin. Cæpolla in d. cons. 25. nu. 3. in fin. & nu. 6. subdens, quòd ita communiter obseruatur. Et licet in puncto iuris multa dici possent, non tamen esset in practica ab hac opi. quam communis Doctorum sententia, & cõsuetudo approbauit, aliquo modo recedendum.

QVAESTIO X.

1 *Dominus directi, qui post incursam caducitatẽ recipit pensionem ab emphyteuta, an censeatur illi remisisse caducitatem?*

2 *Et an dominus, qui propter cessationem expulit emphyteutam, possit ab eo petere pensionem temporis præteriti?*

3 *Prælatus recipiens pensionem ab emphyteuta ecclesiæ, an censeatur illi remisisse caducitatem?*

4 *Cui incumbat onus probandi, an emphyteutæ dicenti se soluisse, an autem domino id neganti?*

1 Sed hic occurrit alia quçstio, nunquid dominus directi, qui post incursam caducitatem recepit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem? Respon. In hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus, Aut enim expressè cõstat de mente ipsius domini pensionem recipientis quia scilicet in receptione canonis reseruauit sibi expressè ius caducitatis. vel protestatus est per hoc non remittere caducitatem, vel huiusmodi, & tunc proculdubiò non censetur remisisse caducitatem, stante eius expressa declaratione in contrarium. ita tenet gl. in c. potuit in gl. 3. de locato. quam dicit esse communiter approbatam per Legistas, & Canonistas Ias. in l. si post moram, post nume. 4. vers. Confirmo per illud. ff. de eo quod certo loco, vbi etiam refert Alb. in d. l. 2. dicentem, quod ita cõmuniter tenetur, ita ẽt tenere cõmuniter DD. attestatur Cor. cons. 40. in litera I. lib. 4. hoc tamen intelligo, vt procedat, quando dominus recipit pensionẽ solummodo temporis præteriti, scilicet elapsi ante incursam caducitatem, hoc enim casu prodest talis protestatio, quia stat simul, quòd dominus prouideat sibi pro præterito, recipiendo pensionem debitam, & reseruet ẽt ius de futuro, propter caducitatem incursam, secus autem, si recipiat pensionem etiam pro tempore futuro, id est, decurso post causam caducitatem: nam isto casu, licet protestetur se illam recipere saluo iure caducitatis, &c. censetur tamen, non obstante protestatione, vel reseruatione caducitatem ipsam remisisse. Ita concludunt communiter Doctores, quidquid dixerit Bart. in d. l. 2. nu. 8. in fi. vt dicit Gigas de pens. q. 73. in fin. Hãc etiam opin. contra Bartol. attestatur esse cõmunẽ Ruin. consil. 110. nu. 4. libro 1. & consilio 151. numero 12. eod. vol. Videtur enim incompatibile quòd recipiatur pensio pro tempore post caducitatem decurso, & quòd saluũ sit ius caducitatis, & sic, quòd quis eodẽ tẽpore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta, vnde cùm huiusmodi protestatio siue reseruatio sit cõtraria facto, nihil releuat, iuxta ea quę dixi infrà lib. 7. §. Protestatio. Et ita superioribus annis reuocata fuit sententia cuiusdã Doctoris, qui iudicauerat contrarium, fretus auctoritate Bart. in d. l. 2. neque aduertit, quòd in hoc Bart. communiter reprobatur, vt superius dixi. Aut verò sumus in dubio, quia scilicet dominus, sine aliqua protestatione vel reseruatione caducitatis pensionem ipsam recipit, & tunc si quidem recipit etiam pensionem temporis futuri, id est, decursi post caducitatem, res non habet difficultatem, quin censeatur remissa caducitas, vt in fortiorib. terminis dixi suprà statim. Sin autem recepit pensionẽ temporis præteriti tãtũ, adhuc idem est dicendũ, quòd scilicet censeatur remisisse caducitatem. Et licet Bartol. in loco prælegato contrariũ tenuerit, cõmunis tamen opinio est contra Bartol. vt dicit Gigas de pension. quæstio 73. numero tertio, à qua nõ esset in practica recedendũ, maximè quia æquior est, & humanior, & in hac quæstione caue à Salic. in d. l. secunda, nume. 14 qui dicit, quòd distinctio Iacob. de Are. quam sequitur Barto. communiter approbatur, quia neque ipse fideliter refert verba Bar. neq; (vt potes ex prædictis colligere) opi. Bar. nec sua communiter approbatur.

2 Quæro nunc, quid è conuerso, nunquid dominus directi qui declarauit caducitatem propter cessationem solutionis,& emphyteutam expulit, possit ab eo postea petere pensionem pro tempore præterito sibi debitam? Resp. in hoc etiam articulo Doctores varia scribunt. Tu verò dic, quòd aut dominus expellendo emphyteutam, expressè reseruauit sibi ius petendi pensionem pro annis cessatis, & hoc casu talis reseruatio siue protestatio vtique illi conseruat facultatem petendi ipsam pensionẽ & hæc est communis opin. vt dicit Boer. decis. 309. nu. 5. in fi. Aut verò non est protestatus,& tunc expellendo emphyteutam ob canonem non solutũ. non potest ab eo petere pensionem temporis præteriti, quicquid dicat Bar. in d. l. secunda, nu. 8. contra quem in hoc etiam est communis opinio, vt dicit Gigas de pen. q. 75. post nu. 6.& hæc omnia nota in practica, quia propter varietates opinionum de facili quis decipi posset. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant in emphyteuta priuati, sed in emphyteusi ecclesiastica speciale est fauore ecclesiæ, vt possit ecclesia vtrunque consequi, scilicet pẽsionem exigere,& emphyteutã expellere, vt est tex. in auth. qui rem C. de sacrosanct. eccles.

3 Sed nunquid ea quę dicta sunt de emphyteutis laicorum, habent etiam locum in emphyteutis ecclesiæ, vt scilicet si prælatus recipiat pensionem ab emphyteuta, qui per triennium cessauerat,& sic ceciderat à iure suo, præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remissa caducitas? Resp. hæc quæstio pẽdet ab alia, nũquid Prælatus possit expressè remittere caducitatem emphyteutis Ecclesiæ. In quo quidem articulo Doctores ita distinguunt: Aut ecclesia non est collegiata,& potest solus prælatus remittere caducitatem. Aut verò ecclesia est collegiata, & non potest sine capitulo. & hæc est communis opin. vt dicit Card. Alexand. in c. 1. in prin. nu. 17. de his qui feu. dar. post. Dico ergo in hoc proposito cadẽ ratione, q̃ aut ecclesia non est collegiata, & recipiendo pẽsionem præiudicat Ecclesiæ: aut est collegiata,& non potest sine capitulo illi præiudicare. ita colligitur ex glo. in d. c. potuit in verbo, Expelli. quæ in hoc est communiter approbata. vt dicit Alex. con. 5. nu. 19. li. 5. Rui. consi. 70. post nu. 14. lib. li. 5. Et dicit Imo. in d. c. potuit, nu. 34. circa fi. quòd ita tenẽt cõmuniter DD. quem refert Alex. consi. 105. nu. 15. lib. 3.& Cæpolla cõs. ciuili, post nu. 3.& Dec. cõ. 329. nu. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in d. l. 2. nu. 130.

4 Sed pone, dominus dicit emphyteutam cecidisse quia per triennium nõ soluit: econtrà verò, emphyteuta dicit se soluisse: quęro cui incũbat onus probandi? Resp. quòd dominus habet intentionem fundatam ex instrumento inuestituræ, meritò non ipsi sed emphyteutæ incumbit onus probandi. Ita tenet gl. in d. l. 2. in verbo, Repellere, ibi: itẽ quis probabit. C. de iure emph. quæ in hoc cõmuniter approbatur, vt dicit Soc. Iun. consi. 91. nu. 15. lib. 2. Ita etiam tenere omnes Doctores, attestatur Ias. in d. l. 2. nu. 132.& seq. quem refert Gigas de pensionibus q. 76. in fi.

QVÆSTIO XI.

Dominus directi post declaratam caducitatẽ, an possit propria auctoritate ingredi rem emphyteuticam?

1 NVnc videndum est, nunquid possit dominus directi post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam. Illa est ardua quæstio, & in qua Doctores variè locuti sunt adeò vt tot penè sentẽtiæ, quot capita, vt dicit Ias. in d. l. 2. num. 100.& seq. C. de iur. emph. vbi omnes opinio. recenset. Aliqui autem tenuerunt, quòd dominus non possit post caducitatem, propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ, & inde expellere emphyteutam, nisi cum auctoritate Iudicis & hanc opinionem, quæ iudicio meo æquior est,& tutior, dicit esse communem Alber. in d. l. 2. colum. 1. versi. Ex hoc oritur, quem refert Ias. in loco præallegato,& illam seruat parlamentum Delphinale, teste Guid. Papæ decis. 107. num. 1. Contrariam verò sententiam, quòd scilicet possit dominus post caducitatem expellere emphyteutam propria auctoritate, tenuit glo. in d. l. 2. in verbo, Repellere in primis verbis.& hanc opi. dicit esse communem Alex. consi. 117. nu. 11. lib. 4. Cor. consi. 271. in litera B. lib. 3. Dec. consi. 146. nume. 7. Sigismun. consi. feud. 37. post num. 3.& sic (vt vides) hæc opin. gloss. procul dubio est magis communis. Quę quidem satis de plano procedit quando emphyteuta ipsi domino propria auctoritate ingredi etiã & illũ expellere volenti, non resistit, licet tã gl. suprà allegata, q̃ multi ex Doctoribus, qui illã sequuntur, indistinctè loquantur. Sed quid si resistat? Resp. si quidem verbis tantum resistat adhuc dicendum est quòd potest dominus illũ expellere.& hanc esse magis communem opin. attestatur Cor. consi. 193. in litera C. lib. 3. Si verò factis resistat, crederem non licere domino illũ propria auctoritate expellere,& hæc op. tãquã æquior & tutior,& quæ minus scandalis viã aperit, tenenda esset in practica: & nisi esset multitudo & auctoritas Doctorum tenentiũ opi. glossæ, mihi indistinctè placeret contraria opi. quòd scilicet nullo casu liceat domino expellere emphyteutam propria auctoritate: & ita semper consulerem amicis & reuera omnes etiam tenẽtes opi. gl. & etiam ipsamet gl. fatentur tutius & melius esse id facere Iudicis auctoritate.

QVAESTIO XII.

1 *Quo tempore anni emphyteuta debeat soluere canonem domino directi?*

2 *Et quid si velit pro pluribus annis futuris soluere, an teneatur dominus acceptare?*

1 PRo complemento huius materiæ, quæro quo tẽpore anni teneatur emphyteuta soluere debitũ canonem domino directi? Respon. quòd quidquid sit de iure, consuetudo seruat, quòd in fine anni soluatur integra pensio, vt attestatur Guarner. de Castell. in d. l. 2. quem refert Ias. in ea. l. 2. nu. 180. & ita quotidie videmus obseruari.

2 Sed pone quòd emphyteuta velit soluere domino canonem seu pensionẽ pro tribus aut quatuor annis futuris, nunquid cogetur dominus illam recipere, etiã si nolit, vel ipso recusante, nunquid poterit emphyteuta illam deponere,& sic erit liberatus? Resp. quòd non. ita tenet Spec. in §. nũc aliqua, suprà sæpius allegato, q. 42.& seq. & est communis opi. vt attestatur Ale. in l. stipulatio ista. §. inter certam: quem legit cum §. si quis dolum, post nu. 5. ff. de verb. obl. quem refert Deci. in l. cùm tempus, nu. 8. ff. de reg. iur. Aret. in l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. obl. Ias. in l. secunda, nu. 66.& sequen. C. de iure emphyteu. Potest enim dominus directi dicere, sua interesse pecunias suis temporibus recipere, nam (vt experientia docet) pecunia facilè è manibus dilabitur,& hæc cõclusio multo magis locum habere

haberet, si pensio non in pecunia deberetur, sed in fructib. qui possent cursu temporis deteriorari.

QVAESTIO XIII.

1 *Emphyteuta an possit alienare rem emphyteuticam?*

2 *Et an eam alienando cadat ipso iure, an autem requiratur sententia?*

3 *Et an ex ipsa alienatione incurrat caducitatem, etiam si nõ sit secuta traditio?*

4 *Et quid si in contractu alienationis apposita sit clausula constituti?*

5 *Et quid si in alienatione protestetur, quòd ipsam alienationem facit saluo & reseruato consensu domini?*

6 *Et quid si post alienationem, & traditionem illã recuperet*

7 *Et quid in emphyteusi concessa pro se, & quibus dederit?*

8 *Et quid si in inuestitura prohibeatur alienari maioribus?*

9 *Et quid si conuentum fuerit, quòd liceat emphyteutæ illã rem vendere?*

10 *Et an emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ, cadat à tota emphyteusi?*

1 QVæro, nũquid emphyteuta possit alienare rẽ emphyteuticam? Resp. de hoc habemus tex. expressum in l. fi. C. de iur. emp. q̃ nõ põt illam alienare irrequisito domino, aliàs cadit à iure suo, vt ibi.& est cõis regula, vt dicit So. Iun. cõ. 70. n. 14. li. 3.

2 Adde, quòd emphyteuta alienãs rem emphyteuticã cõtra formam d. l. fi. cadit ipso iure, nec aliqua sententia requiritur. Ita tenet gl. in d. l. fi. in verbo, Cadat, circa principium, quam dicit Ant. de Butr. consi. 22. nu. 1. à nemine esse reprobatam,& quòd nõ reperit illam per aliquem esse in dubium reuocatam: quem refert & sequitur Iason, in dicta l. fin. nu. 103.& seq.

3 Sed nunquid, ad hoc vt emphyteuta cadat ab emphyteusi, sufficit, quòd celebratus sit contractus alienationis, etiam si secuta non sit traditio. Resp. q̃ non, sed requiritur, quòd post ipsam alienationem subsecuta sit traditio ipsius rei emphyteuticæ. ita dicit Spe. in tit. de emph. d. §. nũc aliqua vers. XCV. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. c. potuit, nume. 49. in fi. de locato. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alexan. in l. si à me, post nume. 4. vers. Secundò limitari. ff. ad legem Falci. Iason in d. l. fi. num. 132. Curt. Sen. consi. 8. nu. 10. Marsi. sing. 412. plures sunt:& dicit Tiraquel. de retract. munici. §. 1. in glo. 2. nu. 43. quòd hanc opi. tenet vniuersa prope cohors Scribentium. Nam ante traditionem nõ dicitur alienatio perfecta, neque cõsummata, ideò alienans non debet ex ea pœnam pati. Faciunt quæ dixi infrà hoc eo. lib. §. Feudum, q. 31. versi. Sed nunquid.

4 Sed quid si non interuenerit vera quidem & actualis traditio, sed tamen in contractu alienationis apposita sit clausula constituti, vel precarij, nunquid talis ficta traditio possessionis, quæ sit per cõstitutum, sufficiet ad hoc vt emphyteuta priuetur iure suo? Respondeo, quòd sic: ita tenet Pau. de Ca. in l. 1. §. si rem, nu. 2. ff. depositi,& est communior opi. vt dicit Tiraq. de cõstituto, in 26. limit. nu. 5. & 6. Non enim potest negari quin per constitutum vera possessio transferatur, licet modus tranferendi sit fictus. Benè verum est (vt dixi in d. §. feudum, q. 31. vers. Sed quid si non) quòd licet hæc opi. de rigore iuris sit verior, contraria tamen opi. quòd requiratur actualis traditio, est æquior,& ideò teneri posset in iudicando, maximè si esset iudicandum sola facti veritate inspecta: & ita seruatur in curia Delphi. vt attestatur Guido Papæ decis. 101.

5 Item quæro, quid si emphyteuta in ipsa alienatione protestetur, quòd ipsam alienationem facit, saluo, & reseruato consensu domini, vel saluo iure directi dominij, nunquid talis protestatio illũ excusabit, vt non cadat ab emphyteusi? Resp. quòd non: & est communis opi. vt dicit Ias. in 2. lectu. Rubricæ ff. solut. mat. num. 25. Dec. consi. 160. post nu. 4. versi. Præterea dato. quem refert & sequitur Ripa in cap. cùm M. Ferrarien. nume. 80. de constit. Est enim talis protestatio contraria facto,& ideò non relenat, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. §. protestatio. Benè verum est, q̃ si protestetur se alienare, saluo,& reseruato consensu domini,& non aliter, neque alio modo talis protestatio verbis geminatis cõcepta operatur, quòd emphyteuta propter alienationẽ ipsam non cadat ab emphyteusi, etiamsi secuta sit actualis & vera traditio. ita tenet Baldus loquẽs in vasallo, in cap. 1. §. fin. numero 5. in fi. quæ fuit prima causa benef. amitt. quem etiam in emphyteuta sequũtur communiter Canon. vt dicit Ripa lib. 3. respõ. c. 1. nu. 3.& hanc restrictionem dicit esse communẽ Ripa in d. cap. cum M. post numer. 80. vers. Secundo intellige, vt dixi in d. q. 31. versi. Item quæro,& hanc etiam ego sequor, licèt fortè dici posset, quòd emphyteuta alienando,& tradendo rem emphyteuticam domino irrequisito, dupliciter dominũ offendit, scilicet ratione contemptus,& ratione præiudicij, vnde licet illæ clausulæ videantur tollere contẽptum, non tamen tollunt præiudicium, quod sequitur ex traditione, nihilominus nõ recederem in iudicando à communi opin. præsertim vbi res tradita esset facilis recuperationis, sed si esset facta alienatio in personam potentiorem, vel de re difficilis recuperationis puta castro, vel huiusmodi fortè magis placeret contraria opi. quòd scilicet etiam non obstante huiusmodi geminata protestatione, caderet ab emphyteusi.

6 Sed quid si emphyteuta post alienationẽ,& traditionẽ recuperet ipsam rem emphyteuticã, nũquid propterea euitabit pœnã priuationis? Resp. quòd non ita dicit Bart. in l. sequitur. §. item Labeo, in fi. ff. de vsuca. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Rom. in d. §. item Labeo, Ripa in l. cum bona, post nume. 20. de priuileg. credit. ita etiam communiter teneri affirmat Imola in d. §. item Labeo. circa finem. Et dicit Alexander. in l. si à me, numero 3. ff. ad legem Falcidiam, quòd ita communiter concluditur. Idem etiam dicit Alexander in l. si insulã, numero 40. ff. de verborum oblig. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imol. in d. c. potuit, nume. 48. in fin. de locato, quem refert Guido Papæ consilio 192. numer. 1.& Grat. consil. 133. nu. 2. lib. 2. Dec. con. 161. num. 6. Ias. in d. l. fi. nu. 135. C. de iure emph. quem refert Socin. Iun. consi. 20. nu. 38. libro 1. Ripa in l. in quartam, num. 55. ff. ad legem Falcid. Ex quo enim propter alienationem emphyteuta ipso iure cadit ab emphyteusi, non potest illud ius domino quæsitum ab eo sine eius facto auelli. Faciunt quæ dixi in d. q. 31. vers. Sed quid si vasallus.

7 VIterius quæro, quid si emphyteusis sit concessa alicui pro se,& quibus dederit, nunquid poterit emphyteuta illam alienare domino irrequisito? Resp. quod sic ita tenet Alber. in d. l. fin. colum. 2. versicu. Sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy.& est communis opin. vt ait Dec. consi. 164, post num. 3. versic. Secundò respondetur. Videtur enim ex illis verbis dominus vsq; à principio cõcessisse, vt sine vlteriori requisitione posset emphyteusis ipsa inquẽcunq;

alienari. Vide quæ dixi in d.q.31.versiculo. Vlterius quæro.

8 Sed quæro, quid si in inuestitura dominus non prohibeat emphyteusim alienari minoribus vel æqualibus, sed tantum maioribus &c. nunquid per huiusmodi exceptionem personarum, cessebitur cō cessa licentia alienandi in minores, vel æquales, ita quòd tempore alienationis alia specialis licēta nō requiratur? Resp. Rui. con. 213. nu. 6. lib. 1. refert Ale. in quodam consil. tenere, q̄ stante hoc pacto possit emphyteuta alienare domino irrequisito, & dicit, q̄ hæc opi. est verior, & communior. Ego tamen credo Rui. in hoc decipi, & sic q̄ ista opi. non sit magis communis, nec vera. Cùm enim hoc pactum communiter apponi solitum sit in fauorem domini directi non debet operari in eius præiudicium, & sic tutius esset tenere, quòd non obstante huiusmodi pacto teneatur emphyteuta in alienatione per eum facienda requirere consensum domini directi: sed pro nunc nihil determino.

9 Sed pone, quòd in ipsa inuestitura siue concessione emphyteusis conuentum sit, quòd liceat emphyteutæ vendere rem emphyteuticam, nunquid poterit hoc casu illam vendere etiam domino nō requisito? Resp. quòd sic, & est cōmunis opi. vt dicit præstantissimus legum interpres & mihi vti pater honorandus D. Hiero. Torniel. in Rub. de verb. oblig. nu. 156. aliàs enim illa clausula nihil operaretur. Nā certū erat, quòd domino requisito potest emphyteuta vendere rem emphyteuticam, & licet Spe. in d. §. nunc aliqua, versic. 4. tenuerit, quòd adhuc in isto casu requiritur consensus domini, tamen illa decisio Spec. communiter reprobatur, vt ait Ias. in d.l.fi. nu. 6. circa finem.

10 Non omittam etiam vnum, super quo superioribus diebus fui interrogatus, an scilicet emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ cadat à tota emphyteusi, an autem solūmodò à parte alienata, certè ego non inueni hactenus aliquem Doctorem attestantem in hac quæstione quæ sit magis communis opin. Tamen enumerādo auctoritates proculdubiò communior opi. est, quòd cadit tantum à parte alienata, quæ etiam æquior est, & secundam illam iudicauit cōsilium Neapolitanum, vt per Grām. decis. 49. Vide quæ dixi in d. §. feudū. q. 31. versi. Sed pone, & s. hoc eodem. §. q. 8. vers. Hoc autem.

QVÆSTIO XIIII.

1 *Plures emphyteutæ an possint rem emphyteuticam inter se dividere?*

1 QVæro, nunquid plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam domino irrequisito inter se diuidere? Respon. quòd sic: ita tenet Bart. in l. qui Romę. §. duo fratres, num. 24. ff. de verb. oblig. & est communis opin. vt attestantur Scribentes in d. §. duo fratres, & in specie Aret. colum. pen. versi. Circa quartam, & Ias. num. 75. & Crottus, nu. 64. & Ripa, num. 86. Ias. in l. fi. num. 114. C. de iure emphyt. & dicit Bal. cons. 122. lib. 4. secundum antiquam impressionem, quòd ita communiter, seruatur quem refert Dec. cons. 263. in fin. refert etiam Apostil. ad Bart. in d. §. duo fratres, sub num. 24. ita etiam communiter seruari attestatur Alex. in d. §. duo fratres, post num. 60. vers. Circa primum. In hoc enim non agitur de aliquo præiudicio domini directi, & ideò possunt ipsi emphyteutæ non modo rem emphyteuticam diuidere, sed etiam inter se alienare, alio quocunque titulo, domino ipso irrequisito, vt dicit Bart. in loco prælegato. & est communis opin. vt dicit Ias. in dicto §. duo fratres, num. 77. Gozad. consil. 20. num. 9. Cùm enim dominus directi illos omnes habeat pro emphyteutis, respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transfertur in personam, in qua opus sit noua recognitione, neque ipsius interest, apud quem eorum res ipsa reperiatur, cùm propterea illi qui alienant, non desinant esse insolidum obligati versus ipsum dominum pro ipsa emphyteusi, prout erant ante alienationem seu diuisionem.

ADDITIO.

a Alienare, ex hac tamen diuisione, seu alienatione inter se non debetur aliquod laudemium, vel quinquagesima dicit. Ias. in l. fi. nu. 4. C. de iur. emph. & hanc communem.

QVAESTIO XV.

1 *Emphyteuta an possit ius suum alteri legare, vel donare?*
2 *Et qua in tali legato, vel donatione requirantur.*

QVæro nunquid emphyteuta possit sine domini consensu ius suum alteri legare, vel donare? Res. hæc est satis trita quæstio, & in qua Doctores aliquando variè locuti sunt: nam Bar. in l. si domus. §. fin. num. 2. ff. de leg. 1. tenuit indistinctè, quòd non tam in emphyteuta priuati, quàm in emphyteuta Ecclesiæ. Et dicit Angel. in dicta l. fin. sæpius allegata. C. de iure emphyt. ante num. 1. quod istud obseruat consuetudo. Contrariam autem sententiam, quòd scilicet emphyteuta possit ius suum sine domini consensu alteri donare, tenuit glo. in d.l. fin. in verbo, Aliis vendere, quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Imol. in dicta l. si domus. §. fi. vers. Extra glo. quem refert Aret. in consil. 41. num. 1. Et illam dicit esse communiter approbatam, Ruin. consil. 42. num. 1. & ita communiter teneri affirmat Ruin. cons. 160. num. 22. lib. 4. Iac. in tract. de Roidis, siue operis, num. 24. qui nescio quomodo inaduertentur fuerit separatus à præcedente tractatu de Homagiis, cum re vera auctor prosequatur vsque ad finem libri materiam Homagij, licet in illo loco incidenter aliqua dicat de ipsis Roidis, siue operis Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bald. in d.l. si domus. §. fin. num. 1. vbi dicit, loquendo in emphyteuta Ecclesiæ, quòd secundum omnes DD. potest donare ius suum. dummodo hic faciat saluo iure Ecclesiæ. & in l. vsufructu. ff. soluto matrimonio, prout illum refert Imo. Ibi num. 6. licet reuera Bald. solummodò dicat, quòd fuit opin. Antiquorum. Hanc etiam esse communem opin. dicit Imol. in d.l. vsufructu, num. 7. Florian. in d.c. potuit. de locato. quē refert Imol. in eo.c. potuit, post nu. 11. Paul. de Cast. in d.l.fi domus. §. fin. num. 4. Ias. in d.l. fin. post. nu. 61. Gratus consil. 86. num. 7. lib. 1. Ioan. Dilect. de Arte testandi. lib. 6. caut. 46. num. 1. vbi dicit, quòd opin. gl. communiter à Doctoribus comprobatur. Quæ opinio non solùm in emphyteuta priuati locum habet, in quo illam esse communem affirmat Card. Florent. in d.c. potuit, & post eum Cæpolla, cons. ciuili 8. num. 10. & quam communiter teneri affirmat Iason in dicta l. fin. numero 71. circa finem. Sed etiam in emphyteuta principis. & ita tenere omnes Doctores, tam Legistas quàm Canonistas attestatur Cæpolla in allegato consilio 8. num. 11. Quinimò etiam in emphyteuta Ecclesiæ, illam dicit esse magis communem Socinus Iunior cons. 120. num. 70. lib. 1. Ias. in d.l. fin. post num.

num. 72. licet Bart. vbique tenuerit absolutè cōtrarium, quòd scilicet emphyteuta Ecclesiæ proculdubio non possit ius suum donare sine consensu Ecclesiæ. Tenenda est ergo hæc opi. quòd scilicet possit emphyteutarius suum legare, vel donare, domino irrequisito, quam etiam magis communem simpliciter & indistinctè attestatur Alex. cons. 189. nu. 13. lib. 2. Cor. cons. 166. columna septima in litera D. lib. 2. Bertrand. cons. 98. nu. 1. libro 3. in secūda parte. Natta cons. 114. post nume. 15. In specie autem, in emphyteusi concessa à priuato ita attestatur Alexand. in l. si patroni, in prin. paulò ante nume. 16. ff. ad Trebel. & in d.l. si domus. §. fin. nume. 5. Ias. in d.l. si domus. §. fin. post nume. 32. Et in emphyteusi cōcessa ab ecclesia, vt possit ea non requisita donari & legari pariter dicit esse communem Alexan. cōsil. 17. nume. 11. lib. 5. Ias. in d.l. si domus. §. fin. num. 34. & in d.l. fi. num. 72. Curt. Iun. cons. 130. nu. 8. Grat. cons. 79. nu. 18. lib. 1. & dicit Alciat. in l. in cōuentionibus circa fi. ff. de verbor. sig. quòd ita crebrius approbatum est, dummodo fiat saluo iure domini, & citra fraudem: & ita teneas, Cessat enim ratio denunciandi domino, an velit eodem precio emere, ex quo nullum preciū interuenit, neque esset æquū vt teneretur emphyteuta ius suum, domino donare, vel legare, qui fortè in eum benemerita aliqua non contulit: vel saltem non est emphyteuta erga illum ita affectus, vt est erga eum, cui vult donare, vel legare.

2 Arbitror tamen quinque requiri, ad hoc vt huiusmodi legatum, vel donatio valeat, neque emphyteuta, cadat à iure suo. Primò quòd non fiat in personam, in quam vel de iure communi, vel ex conuentione ipsa res emphyteutica prohibita sit alienari. Secundò quòd nulla subsit fraus: nam si etiam effectualiter emphyteuta venderet, sed ne posset dominus vti iure prælationis, conciperet contractū in formam donationis, in fraudem ipsius domini, crederem illum esse re emphyteutica priuandum. Tertiò, quòd donetur, vel legetur res ipsa tāquam emphyteutica, non autem pleno iure, aliàs enim esset quodammodò velle priuare dominum iure suo & ideò caderet emphyteuta à re emphyteutica. Quartò, quòd priusquam transferat possessionem rei donatæ in donatarium, requirat domini assensum, qui proculdubio tenetur illum præstare, modò donatarius sit habilis & idoneus ad soluendum & promittat ipsi domino soluere fictum emphyteuticum. & in hoc omnes concordant, vt dicit Ias. in d.l. fi. nu. 68. Non enim debet donatarius sine consensu domini apprehendere possessionem rei emphyteuticæ prout tenent communiter Doctor. & in hoc conueniunt, vt dicit Bertand. consil. 61. numero 2. lib. 2. in 2. parte, qui etiam consi. 124. nume. 1. lib. 1. in 2. parte, attestatur hanc esse communem opin. secundum quam aliàs iudicatum fuit in parlamento Delphi. vt refert Guido Papæ deci. 46. Præterea, & quintò soluendum est etiam ipsi domino directo laudemium pro noua inuestitura, vt dixi ff. q. 23. vers. Sed quæro, & quantum ad hoc, scilicet, vt dominus nouam inuestituram concedat, & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos menses, iuxta dispositionem d.l. fin. & in hoc omnes concordant, vt ait Ias. in d.l. fina. nume. 68. in fin.

3 Et hæc omnia procedunt, vbi non subesset consuetudo, quòd res emphyteutica non posset donari vel legari domino irrequisito, illa enim esset proculdubio obseruanda: & certè valdè æqua est illa opin. quòd teneatur emphyteuta volens donare vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere precio æstimando, quòd ipse præferatur donatario, vel legatario, quam ego aliquando sustinui in circulis. Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forté durum esset in practica contra eos obtinere.

QVÆSTIO XVI.

1 *Pater an possit filiis in re emphyteutica præiudicare?*
2 *Et quid in emphyteusi accepta pro filiis & hæredibus?*
3 *Et quid in emphyteusi antiqua seu paterna?*

1 SVccessiuè quæro, nunquid pater habens filios possit in re emphyteutica illis præiudicare, disponendo, aut testando, aut vni ipsorum prælegando? Respon. hic articulus, multum confusè à Scribētib. tractatur, propterea ad intelligētiā præmittere debes, q̄ emphyteusis aliquādo dicitur noua aliquādo dicitur antiqua. Noua est, quę habet originē in persona ipsius emphyteutæ, q̄ vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua verò est, quæ habet originem ab alio ascendente, prout in simili dixi de feudo infrà, hoc eo. libr. §. feudum, q. 8. Item præmitte, quod aliqua est emphyteusis hę reditaria, aliqua non hæreditaria, & aliqua mixta, prout etiā in simili dictum est de feudo, in d. §. feudum, q. 9. Emphyteusis hæreditaria est illa, quam acquirens stipulatus est pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se & hæredib. si est accepta à priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo. quia cùm emphyteusis accepta à priuato, de sui natura transeat ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, illa verba, pro se, & hæredibus intelliguntur etiam de extraneis, vt dixi infr. q. 28. ver. Tertius est casus, secus autem est in feudo, nam cùm feudum de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodò in descendentibus hæredibus, vt dixi in d. §. feudum, q. 83. versic. Sed quid si feudum Quid autem in emphyteusi ecclesiastica accepta pro se, & hæredibus, dixi in d. quæst. 28. versicul. Tertius est. Emphyteusis non hæreditaria est quam acquirens stipulatus est pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus, vel huiusmodi, nulla facta mentione hæredum, hæc enim trāsit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quòd non sint hæredes, secundū opinionem quam ego tenui infrà q. 37. licet multi in emphyteusi concessa à priuato teneant contrarium Mixta est, quam acquirens stipulatus est pro filiis & hæredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit hæres, neque hæres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi in d.q. 37. licet multi etiam teneant, quòd in hac emphyteusi concessa pro filiis & hæredibus à priuato succedunt etiam extranei hæredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quòd aut quæritur de emphyteusi noua, an possit pater in illa filiis suis præiudicare: & tunc (si quidem emphyteusis est hereditaria, scilicet acquisita pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit) omnes cōcludunt, quod potest pater in ea filiis præiudicare neque vlla in hoc est apud Scribentes controuersia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodialia quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita concesso, dixi in d. §. feudum. q. 9. Aut verò loquimur in emphyteusi non hæreditaria,

taria,& sic acquisita pro se, & filiis, & tunc variæ sunt opin.inter Scribentes. Aliqui enim tenent, q̃ ex stipulatione patris sit ius quæsitum filiis, ita vt nõ possit pater in ipsa emphyteusi illis præiudicare.& hanc opinio. dicit esse magis communem Alexand.cons.106.nume.8.& consi.107.in princip. libro quarto,quem refert Ruin.cons.43.nume.4. lib. 1.& consi.48.post nume.8.eod.volum.& cons.154. num.4.eod.volum.& consi.213.num.4.eo.vol. & Ias. in l.2.num.209.C.de iure emph. licet corruptè alleget.Refert etiam,& sequitur Dec.cons.239.numero 6.quem(vt arbitror)allegare voluit Gratus consil. 1.post nume.5.lib.1. Hanc etiam dicit esse communem Apost.ad Alexand.consil.8.sub nume. 15. libro 3.vbi multa congerit.Gratus.consi.12.nume.9.libro primo,& consi.132.num.4.eod.volum.Bertran.cõsi.138.num.3.lib.2.in secunda parte,quem refert Apostil.ad Alci.de præsumptio.in prima regula,præsum.31.num.3.eandem sententiam vti communem sequitur Didac.lib.2.resolut.c.18.num.2.Cass.cons. 53.num.59.Apostil.ad Rimin.con.437.sub nume. 2. Rubeus in l.Gallus.§.quidam rectè,nu. 186.& seq. ff.de liber.& posthum. Contrariam autem sententiam plerique etiam tenuerunt, quòd scilicet possit pater in huiusmodi emphyteusi filiis suis præiudicare ipse enim pater stipulando pro se,& filiis,cẽ setur stipulatus ordine successiuo,scilicet primò sibi,deinde post mortem suam filiis. cùm ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum nisi post ipsius patris mortem meritò posse debet de ipsa emphyteusi ad libitum suum disponere: & hanc sententiã dicit magis communiter teneri idem Alexand.sibi contrarius consi.124.num.8.lib.5.quem refert & sequi videtur Gozad.consil.25.numer.18.Hanc etiam dicit esse communem idem Alexand.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui,post num.4.ff.de lega.1. quẽ refert & sequitur Socin.consi.127.nume.10.lib.3.& Tiraquel.de retract.municip.§.11.gloss.6.nume.25. Hanc etiam dicit esse communem Iason. consilio 213.nume.4.lib.2.Et reuera hæc opin.mihi semper magis placuit, vt scilicet illud quod ego acquiro, possim etiam meo iure alienare.Et si in feudo nouo acquisito pro se,& filiis,potest pater de eo ad libitum suum disponere,in præiudicium filiorũ,modo domini consensus accedat,secundum opinionẽ quam ego tenui in d.§.feudum.q.41.versicu.& hæc quidem multo magis idẽ dicendum est in emphyteusi,quæ proculdubio facilius potest alienari,quã feudum.Benè verum est,quòd si in inuestitura, siue concessione emphyteutica,esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis, vel aliter apparere posset,quòd emphyteusis esset concessa, nõ solùm intuitu recipientis,sed etiam contemplatione filiorum.eo casu vtique transirem cum alia opinione, quòd nõ posset de ea pater in ipsorum præiudiciũ disponere,quæ multis auctoritatibus fouetur.

2 Sed quid si sit emphyteusis mixta, puta quia accepta sit pro filiis,& hæredibus?Respõ.si teneamus opin.quam ego teneo,quòd scilicet etiam si sit acquisita pro se,& filiis simpliciter, possit tamen acquirens de ea liberè disponere,multò magis tenendum erit,hoc casu,quod etiam in hac emphyteusi quæ partim est hæreditaria,possit filiis præiudicare.Sed certè etiamsi in ea quæ non est aliquo modo hæreditaria,teneamus contrariam sententiam quòd non possit de ea pater acquirens disponere, adhuc tamen in hac specie tenẽdum est,quòd possit.Cùm enim hoc casu appareat, quòd pater non simpliciter stipulatus est filiis,vt filiis,sed etiam vt hæredibus,poterit pater de ipsa emphyteusi ad sui libitum disponere,neque poterit filius hæres illam reuocare, nisi secundum aliquos adiret paternam hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarij:quo casu vtique admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum non remaneret tantùm,quantùm valeret ipsa emphyteusis.Ego tamẽ absolutè teneo,& semper tenui,quod pater acquirens emphyteusim siue pro se & filiis,siue pro se & filiis & hæredibus siue alio quocunque modo concepta sit concessio,potest de ea liberè disponere,vt superius dixi.

3 Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteusi noua, si verò loquimur in emphyteusi antiqua,seu paterna,tunc distingue, quòd aut est simpliciter hæreditaria,puta, quia accepta pro se, & hæredibus vel pro se & hæredibus quibuscunque vel pro se,& quibus dederit,vel huiusmodi,& tunc (vt suprà dixi)ex quo talia bona iudicantur potius tanquam libera,quàm tanquam emphyteutica,nemo dubitat,quin possit emphyteuta,domini accedente consensu, in quemcunque de eis disponere. Aut est simpliciter,& absolutè,non hæreditaria,puta quia concessa pro se & filiis,& tunc cùm sit filiis & descendentibus ius quęsitum ex beneficio primi acquirentis,& sic virtute primæ inuestituræ,nõ potest emphyteuta eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur,quòd aliquis cõtrarium teneat vt dicit Alexand.cons.106.post nume. 8.lib.4. Hoc etiam dicit esse indubitatissimum Gratus consi.22. nume.9.lib.1.Aut est mixta,scilicet concessa pro filiis,& hæredibus,& tunc breuiter ego teneo in emphyteusi, illud quod tenui in feudo huius qualitatis,in d.§.Feudum.q.42.in fin. Vide etiam in hoc proposito ea,quæ dixi infrà quæst.37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige,vt procedant quantum ad præiudicium filiorum,sed quantũ ad præiudicium domini, recurrendum est ad ea quæ dixi ś.q. 13. & seq.

QVAESTIO XVII.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam permutare?*

1 QVæro.nũquid possit emphyteuta rem emphyteuticam sine consensu domini permutare? Respon.inter vocatos in inuestitura siue concessione emphyteutica,vtique potest fieri permutatio.Si enim permissa est inter ipsos omnis alienatio, vt dixi suprà.q.14.cẽsetur etiam permissa permutatio. Sed nunquid poterit illam transferre in extraneũ titulo permutationis?Resp.quod sic:ita dicit Bald. in l.si domus.§.fin.ff.de leg.1.& ita communiter tenetur,vt ait Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres, numero 86.ff.de verb.oblig.Hoc tamen intellige, vt procedat,dummodò talis permutatio fiat bona fide,sed si aliqua fraus subesset,puta, quia in effectu emphyteuta rem ipsam venderet,sed in contractu ipso assereret se permutare vel donare, vt priuaret dominum iure suo prælationis, talis fraus domino nõ obesset,quo minus posset vti suo iure prælationis.ita dicit Bald.in d.l.si domus.§.1.& est communis opin.vt attestatur Ripa in l.2.in princip.nume. 38.ff.si certum petatur.& fortè etiam de iuris rigore dici posset,quòd hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem caderet à re emphyteutica

tica,quod multi etiam tenuerunt. hoc tamen pro nunc non affirmo.

QVAESTIO XVIII.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare?*

1 QVæro,an possit emphyteuta rem emphyteuticam sine domini consensu hypothecare,vel pignorare?Resp.q̃ sic,ita dicit gl.in d.l.fi.in verbo, aliis vendere.C.de iure emph.quæ in hoc communiter approbatur,vt ait Ias.in ea.l.fin.nu.78.& sequẽ. quem refert Grat.cons.55.num.4.lib. 1. Idem dicit Gratus cons.54.nu.5.li.1.Et dicit Ripa in l. filiusfamil.§.diui.nu.90.ff.de lega.1.quòd ita tenent communiter Scribentes:pignoris enim obligatio non est propriè alienatio,& ideò etiam in generali hypotheca,siue obligatione omnium bonorum, veniunt bona emphyteutica,vt dixi infrà hoc eod.li. §.hypotheca.

QVAESTIO XIX.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam alteri locare?*

1 QVæro,nunquid possit emphyteuta sine domini consensu alteri locare rem emphyteuticam Respon. si quæris de locatione ad modicum tempus.nulla est difficultas, quin possit illam locare, talis enim locatio non est species alienationis. In locatione autem ad longum tempus,aliqui etiam idem sentiunt,& dicit Aposti.ad Alex.cons.119.circa fi.lib.3.quòd ita communiter obseruatur, & licet fortè hoc de iure non procederet,cùm locatio ad longum tempus sit species alienationis, vt dixi infrà hoc eo.lib.§.locatio. tamen vbi vigeret talis obseruantia & consuetudo,vtique esset attendẽda, & sic excusaret emphyteutam à pœna priuationis, vt in simili dixi infrà hoc eo.li.§.feudum.q.33.ver. Scias tamen.Sed cessante cõsuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiam.

QVAESTIO XX.

1 *Emphyteuta an possit irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusim concedere?*

1 QVæro,nunquid possit emphyteuta irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusim concedere?Resp.quòd non: & ita de consuetudine obseruatur,vt ait Specul.in tit. de emphyt. §.nunc aliqua,q.125.quem refert Ias.in d.l.fi.nume. 110.C.de iure emphyteuti.Est enim cõcessio in emphyteusim proculdubio species alienationis,vt est omnibus notissimum.

QVAESTIO XXI.

1 *Emphyteuta an possit sine domini consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico?*

1 QVæro,nunquid possit emphyteuta sine domini consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico?Resp.q̃ sic,quãtũ ad sui præiudiciũ,nõ tamẽ quantum ad præiudicium domini directi,& ideò finita emphyteusi erit etiam finita ipsa seruitus. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cæpolla lib.1.de seruit.cap.14.colum.1. vide quæ dixi in dict.§.feudum.quæst.37.

QVAESTIO XXII.

1 *Res emphyteutica in casibus in quibus potest alienari, an possit indistinctè alienari in quodcunque genus personarum?*

1 QVæro, an in casibus in quibus potest res emphytentica per emphyteutam alienari, possit indistinctè alienari in quodcunque genus personarum?Respõ.vulgaris est,& notissima regula, quòd non potest emphyteusis alienari in potentiorem, quæ licet iure non probetur,tamen in practica nõ solet in dubium reuocari.& hanc esse communem conclusionem attestatur Alex.in l.si finita. §.si de vectiga.post nu.36.versi.Nec obstat,quòd emphyteusis.ff.de damno infecto.Ias.in d.l.fi.nume. 90.& 97.C.de iure emph.vbi dicit, quòd ita concludunt communiter Doctores,quem refert Gratus consi. 80.nu.2.lib.1.Personę autem potentiores intelliguntur illæ,quæ sunt magis priuilegiatæ, puta clerici, curiales,& milites,vt habetur per Doctores in locis præallegatis.

QVÆSTIO XXIII.

1 *In alienatione rei emphyteuticæ soluendum est laudemium domino directo.*

2 *Et an etiam si donetur alteri?*

3 *Et quid si in concessione emphyteutica permissa sit emphyteutæ ipsius rei alienatio?*

4 *Et quis teneatur soluere laudemiũ,emphyteuta an acquirẽs?*

5 *Et quid si vnus habeat proprietatem,& alter vsumfructũ ipsius proprietatis,cui soluendum sit laudemium?*

1 DIctum est de alienatione rei emphyteuticæ, quibus casibus permissa sit. Nunc scire debes,quòd in quacunque alienatione rei emphyteuticæ, soluendum est domino directo laudemium, id est,quinquagesima pars precij, pro quo res ipsa alienatur, & sic ad rationem duorum scutorũ pro quolibet centenario.

2 Sed quæro,an soluendum sit huiusmodi laudemiũ solummodo de rebus venditis,aut permutatis, an autem etiam de donatis?Respond. quòd etiam de donatis soluendum est.& hæc est communis opin. vt dicit Bertran.cons.123.nu.1.lib.1.in secunda parte.Et dicit Ias.in d.l.fin.post nume.68,versiculo Sequitur postea,quod in hoc nemo discrepat. Huiusmodi enim laudemium soluitur propter nouã inuestituram,quæ à domino conceditur, quæ ratio militat tam in donatario,quàm in emptore,aut alio acquisitore,cui opus sit noua inuestitura.

3 Sed quid si in ipsa cõcessione,seu inuestitura emphyteutica conuentum sit inter dominum & emphyteutam,quòd possit ipse emphyteuta ius suum vendere cui voluerit,nunquid si deinde vẽdat, adhuc soluendum est laudemium.Respõ.quòd sic: ita tenet Salic.in d.l.fi.col.1.versi. Sed iuxta primum. & est communis opinio,vt dicit Soc.Iun.cons. 70.nu. 11.& post.nu.27.lib.3.Nam (vt dixi) solutio laudemij fit propter nouam inuestituram, & ideò nihil refert an primus emphyteuta potuerit vendere domino irrequisito,vel nõ,sed solummodò an nouus acquisitor opus habeat noua inuestitura, vel recognitione à domino directo.

4 Vlterius quæro,quis teneatur ad solutionem laudemij, an emphyteuta qui alienat,an autem acquirens ipsam rem emphyteuticam?Resp.quòd generaliter nouus emphyteuta, vel feudatarius,vel acceptor est ille qui tenetur soluere laudemium, domino directo.ita tenet glo.in d.l.fin.in verbo,Accipere.& ita obseruatur,vt dicit Ias.in d.l.fin.nu. 41. C.de iure emph.quem refert Goza.cons.65.num.1. Soluitur enim propter nouam inuestituram,vt suprà sæpius dixi.

5 Sed pone quòd dominus directi decesserit, relicta hæredi proprietate,alteri verò vsufructu ipsius proprietatis:Quæro si durante vsufructu cõtingat rem emphyteuticã alienari, cui debeatur laudemiũ proprietario,an vsufructuario?Respon. quòd laudemium debetur vsufructuario,non autem domino proprietatis.ita dicit Io.And.in addi.ad Spe.

de

de emph.in verſicu.93.in verbo,Qui tabernas,poſt mediũ & eſt cõmunis opi.vt ait Soc.Iun.in d. conſ. 70.nu.31.li.3.Cùm enim fructus ſit vtilitas ex re, vel propter rẽ proueniens, meritò hoc emolumentũ quod propter rẽ ipſam peruenit, ad vſumfructuarium pertinere debet,& ita vidi ſeruari.

QVAESTIO XXIIII.

1 *Emphyteuta an propter alienationem rei emphyteuticæ cadat à iure ſuo?*

QVæro,nũquid emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ factam irrequiſito domino cadat à iure ſuo?dixi ſ.q.13.

QVÆSTIO XXV.

Emphyteuta qui interuertit poſſeſſionem domini,an cadat à iure ſuo,poſitque ab ipſo domino propria auctoritate expelli?

1 QVæro, an emphyteuta qui interuertit poſſeſſionem domini,cadat à iure ſuo?Reſ.quòd ſic: Sed nũquid poterit hoc caſu ab ipſo domino propria auctoritate expelli?Reſpõ.quòd non:ita tenet glo.in d.l.2.in verbo,Repellere,cum qua omnes tenent,vt ait Iaſ.ibi nu.117.& ratio eſt,quia tunc incipit emphyteuta in totum ſuo nomine poſsidere,& ſpoliare dominũ ſua ciuili poſſeſsione, & ideo via iuris, non facti,contra eum agendum eſt. Hoc tamen intellige,quando ex interuallo , ſecus autem ſi incontinenti,tunc enim vtique poſſet pro defenſione ſuæ ciuilis poſſeſsionis,illum propria auctoritate expellere,ad quòd videnda ſunt ea quæ dixi j.lib.7.§.poſſeſsio.

QVÆSTIO XXVI.

1 *Emphyteuta an propter deteriorationem expelli poſsit?*
2 *Et an emphyteuta poſsit incidere arbores fructiferas?*

1 QVæro,nũquid emphyteuta poſsit expelli propter deteriorationem?Reſp.ſi loquamur in emphyteuta eccleſiæ,certum eſt,quòd poteſt expelli. tex.eſt in Authen.qui rem.C.de ſacroſanct. eccleſ. Sed quid in emphyteuta priuati?Reſp. quòd pariter etiam expelli poteſt propter deteriorationem. ita tenet Petr.in d.Auth.qui rem. & eſt communis opi.vt dicit Iaſ.in ea.Auth.qui rem.nu.5.& ſeq.

2 Hinc infertur,quòd non poteſt emphyteuta incidere arbores fructiferas.ita tenet Bar.in l.diuortio. §.ſi fundum,nume.3.ff.ſoluto matrimon.cum quo tranſeunt indifferenter omnes DD.antiqui,& moderni,vt dicit Iaſ.in eo.§.ſi fundum.num.12.& dicit Ang.in l.ſi colonus.ff.arborum furtim cæſarum , q̃ ab hac concluſione nullus vnquam diſcrepauit. Et ideò ſi illas incidat,cadit à iure ſuo,& poteſt expelli,& priuari.ita tenet Bal.in d.§.ſi fundũ & eſt communis opi.vt ait Iaſ.in d.§.ſi fundum.nu.4.Picus in l.Titia.§.Titia,poſt nu.96.ff.de leg.2.Quæ licet videatur nimis rigoroſa,tamen tenenda eſſet in practica,vt emphyteutę metu caducitatis,& priuationis bene verſentur in rebus ſibi in emphyteuſim cõceſsis.Faciunt quæ dixi infrà,hoc eod.lib.§.Feudũ q.47.Hæc tamen omnia intellige,quando eſſet notabilis deterioratio,ſecus ſi eſſet modica , vel minima.

QVAESTIO XXVII.

1 *Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis emphyteutici , an cadat ab emphyteuſi?*

1 QVæro,an emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis,cadat emphyteuſi dixi ſ.q.8.

QVAESTIO XXVIII.

1 *Emphyteuſis an tranſeat ad extraneos hæredes?*
2 *Et quid ſi conceſſa ſit nulla temporis præfinitione adiecta.*
3 *Et quid ſi conceſſa ſit vſque ad certam generationem?*
4 *Et quid ſi conceſſa ſit in perpetuum pro ſe & filiis.*
5 *Et quid ſi conceſſa ſit expreſſè etiã pro extraneis hæredib.*
6 *Et quid ſi conceſſa ſit ſimpliciter pro ſe,& hæredib.*
7 *Et an emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura ſit tranſitoria ad extraneos hæredes.*
8 *Et quid ſi tempore conceſsionis non conſtabat bona eſſe eccleſiæ.*
9 *Et quid ſi emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa ſit pro ſe & hæredibus quibuſcunque?*
10 *Et quid ſi ſit conceſſa pro ſe,& quibus dederit?*

1 QVæro,nunquid emphyteuſis tranſeat ad extraneos hæredes.Hæc eſt intricata,& ardua quæſtio,in qua Doctores adeò variè loquuntur, vt veritas vix diſcerni poſsit. Tu igitur pro intelligentia terminorum,debes præſupponere, quòd quatuor modis pót aliqua res in emphyteuſim cõcedi.Primò quidem ſimpliciter,id eſt,nulla,temporis præfinitione adiecta,puta , concedo tibi hanc rem in emphyteuſim.Et hoc caſu tenendum eſt quòd talis emphyteuſis(quam nonnulli appellant informem) tranſeat ad filios,ſeu deſcendentes recipientis, etiã quod de illis in conceſsione nulla mentio facta ſit. cenſetur enim facta conceſsio, non ſolum pro ipſo recipiente,ſed etiam pro illis hæredibus,qui ex natura emphyteuſis ſuccedere ſolẽt.& ita tenuit Pet. de Bellaper.in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.ff. de lega.1.cuius opin.dicit eſſe communem Iaſ.in d. §.ſi quis alicui,nu.9.qui licet loquatur in emphyteuſi conceſſa à Papa,vel Principe,idem tamen dicendum eſſet in conceſſa à quolibet priuato facta, & ẽt ab eccleſia,modò cõceſsio ſit legitimè facta: ſemper enim in dubio cõceſsio debet potius cẽſeri realis,q̃ perſonalis,niſi aliter de mente contrahentium appareat.Faciunt quæ dixi j.hoc eo.li.§.feudum.q.9.verſ.Sed quid dicendum. Tranſibit ergo huiuſmodi emphyteuſis proculdubiò ad filios,ſiue ad deſcendentes ipſius recipientis.& hoc ſiue conceſſa ſit à laico,ſiue ab eccleſia.Ad extraneos autẽ tranſibit,ſi ſit conceſſa à laico.ſed ſi conceſſa ſit ab eccleſia,tranſibit ſolummodò ad filios,& deſcendẽtes.& hoc omnes fatentur.vt dicit Gozad.conſ.75. poſt num.9.Quæ quidem concluſio modicam habet difficultatem,tenẽdo illam opinionem , quòd emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura non trãſeat ad extraneos hæredes, de quo infrà latè dicemus. Benè verum eſt , quòd de ſtricto iure fortè verior eſt opi.q̃ emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa,nulla facta mentione filiorum,nec hæredum, finitur in perſona accipientis,vt eſt tex. rotund. in §.emphyteuſim.in Authẽ.de non alien.ſed in practica non recedas à communi.

2 Secundò modo poteſt res in emphyteuſim cõcedi vſque ad certam generationem,puta ſecundam tertiam vel quartã,& hoc caſu cùm certa ſit diſpoſitio,non eſt tractandum,an tranſeat ad extraneos hæredes,ex quo ſolummodò ex tenore conceſsionis vel inueſtituræ ſunt vocati deſcẽdẽtes recipiẽtis vſque ad generationem expreſſam in ipſa conceſsione,& hoc indiſtinctè procedit,ſiue emphyteuſis ſit conceſſa à Principe ſiue ab Eccleſia ſiue à priuato.Quomodo autem intelligatur ſecũda vel tertia generatio,dixi j.q.34.

3 Tertiò modo concedi poteſt emphyteuſis, vſque ad certum annorum numerum,puta,ad viginti,vel triginta annos, &c.& hoc caſu ſi quæratur an tranſeat ad extraneos hæredes,dicendum eſt quod ſic, vſque ad illum numerum annorum præfinitum. & hoc proculdubiò procedit,in emphyteuſi conceſſa à priuato,ſed in emphyteuſi eccleſiaſtica,ſi nulla eſſet facta mentio hæredum extraneorum,de ſtricto iure idem fortè dicendum eſſet,quòd ſuprà dictum eſt,quando emphyteuſis conceſſa eſt nulla temporis præfinitione adiecta,ç̃quius tamen & tutius eſt tenere quòd vſque ad illum numerum annorum tranſeat in quoſcunque.

Quartò modo poteſt concedi emphyteuſis in perpetuum:& in hoc articulo pro clariori intelligentia,diſtinguendi ſunt tres caſus.

4 Primus caſus eſt,quando emphyteuſis perpetua conceſſa eſt expreſſè pro ſe,& filiis,& hoc caſu nulla eſt difficultas, hæc enim ſolummodo tranſit ad deſcendentes.iuxta tenorem ipſius cõceſsionis,nõ autem tranſit ad extraneos, neque facio differentiam,an conceſſa ſit pro ſe,& filiis,an autem pro ſe & filiis & hæredib.quia licet illa qualitas,(hæredibus)adiecto verbo (filiis)operetur, quòd emphyteuſis non poſsit tranſire ad filios,niſi etiam ſint hę redes recipiẽtis,vt dixi j.q.37.tamẽ quãtũ ad hoc propoſitũ de quo in præſentia tractamus,paria sũt vel q̃ conceſſa ſit pro ſe,& filiis,vel pro ſe & filiis & hæredib. vel pro ſe & deſcẽdẽtib.& hæredib.vel huiuſmodi,nã iis omnib.caſib.nunquã trãſit ad extraneos hæredes:& hoc indiſtinctè locum habet, tàm in emphyteuſi conceſſa à priuato, quam ab eccleſia.& ita puto tenendum eſſe,licet nonnulli teneãt contrarium.

5 Secundus eſt caſus, quando emphyteuſis perpetua conceſſa eſt expreſſè etiam pro hæredibus extraneis,puta,quia in inueſtitura ſeu conceſsione dictum ſit,pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,vel pro ſe & hæredibus,& quibus dederit.Nam ex proprietate huiuſmodi verborum veniunt etiam extranei hæredes,vt in ſimili dixi infrà,hoc eodem libro §. Feudum,quæſtio nona,verſiculo.Hoc prẽmiſſo.Et hoc quidem diſtinguendum eſt,inter Emphyteuſim conceſſam à priuato vel cõceſſam ab eccleſia. Nam ſi eſt conceſſa à priuato,proculdubio tranſit ad quoſcunque hæredes,etiam extraneos,ex tenore ipſius inueſtituræ.Si verò eſt conceſſa ab eccleſia,tunc aut agitur de noua conceſsione,quia ſcilicet huiuſmodi res non erat ſolita cõcedi in emphyteuſim,& tunc ſi debitæ ſolemnitates requiſitæ in alienatione rei eccleſiaſticæ ex diſpoſitione,c. ſine exceptione,12.q.2.interueniant in tali conceſsione,proculdubio poterit talis conceſsio fieri etiam pro hæredib.extraneis,vt dixi ſ.q.6.verſi.Sed nunquid & ideò etiã ad ipſos tranſibit,vt dixi infrà verſi.Sed quæro.Sicut enim potuiſſet ipſa res in totũ alienari ſubſiſtente cauſa legitima,& debitis ſolẽnitatibus interueniẽtib.vt dixi infrà §.emptio.multò magis potuit concedi in emphyteuſim etiã pro extraneis hæredib.& ſic alienari ſolummodò reſpectu vtilis dominij:& hoc iudicio meo nullam habet difficultatem,ſi verò debitæ ſolennitates non interueniant,conceſsio eſt ipſo iure nulla. Et ideò ſuperfluum eſt tractare,nunquid tranſeat ad extraneos,quia non valet,neque etiam in perſona ipſius recipientis.

6 Aut verò erat ſolita concedi in emphyteuſi , quo caſu,quando propter ceſſationem, alienationem, vel deteriorationem.vel aliter finita eſt emphyteuſis,& ſic res ipſa eſt ad eccleſiã reuerſa,poteſt prælatus,etiam debitis ſolennitatibus non interueniẽtibus,illam in emphyteuſim iterum concedere, & tunc aut non erat ſolita concedi pro extraneis, & ſi quidem interuenerunt debitæ ſolennitates ,& legitima cauſa,valet conceſsio etiam in extraneos, vt ſ.ſępius dixi,ſi verò non interuenerunt,nulli dubiũ eſt quòd non poteſt in hac renouatione concedi,ita vt tranſeat ad extraneos. Nam prælatus non poteſt in huiuſmodi renouatione alterare formam,ſecundum quam res ipſa ſolita eſt in emphyteuſi concedi,& ſi id faciat,vitiatur conceſsio, ſaltem quatenus forma ſolita exceſsa eſt, vt dixi ſ. in d.q.6.verſ.Scias tamẽ. Aut verò erat ſolita concedi etiam pro extraneis hæredib.& hoc caſu ſiquidem interueniant debitæ ſolennitates,poteſt iterum cõcedi etiam pro extraneis,militat enim eadem, imò fortior ratio quæ in proximo caſu.vbi verò non interuenirent debitæ ſolennitates,mihi magis placet quòd non poſsit concedi niſi pro deſcendentibus recipientis,non autem pro extraneis ad quod videnda ſunt ea,quæ dixi j.verſ.Prætere' poſset.

6 Tertius eſt caſus,quando emphyteuſis eſt ſimpliciter conceſsa pro ſe,& hæredibus:& hoc caſu pariter eſt diſtinguendum inter emphyteuſim conceſſam à priuato & emphyteuſim conceſſam ab eccleſia: Nam ſi quidem eſt conceſſa à laico,tranſit in hæredem extraneum , & poteſt cuicunque legari & donari, etiam irrequiſito domino & ita communiter tenetur,vt dicit Cald.conſ.6.ſub Rubr.de locato.Hanc etiã concluſionem dicit eſſe communem Alex.in l.ſi patroni,in fi.ff.ad Trebel.quem refert,& ſequitur Gigas,de crim.læſæ maieſt.lib.2.in Rubrica de pœnis,q.6.nu.6.Idem etiam dicit Ale. in l.quod dicitur.nu.26.ff.de ver.oblig.quem refert Soc.Iun.conſ.59.nu.8.lib.2.& in hoc nulla eſt inter Doctores controuer. Punctus eſt quid in emphyteuſi eccleſiaſtica.multi enim tenuerunt, quòd illa ad extraneos hæredes non trãſeat,licet ſimpliciter pro ſe & hæredib.conceſſa ſit. Fundamentum autem iſtius opi.eſt,quia licet verbum hæredib.de ſui proprietate cõprehẽdat tàm extraneos hæredes,q̃ deſcendentes,tamẽ(vt ipſi præſupponunt) regulariter emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura non tranſit niſi ad deſcendentes, non autem ad extraneos hæredes ſecũdum opi.quam dicit eſſe magis communem Imola in l.ex facto,nu.14.in fi.ff.de hæred.inſt.quem refert,& ſequitur Ruin.conſil.23.nu. 34.lib.5.& conſ.68.nu.10.eo.vol.Alex.conſ.23.nu. 4.lib.li.1.& conſ.9.li.2.& conſ.38.nu.4.eod.vol.& cõſi.89.nu.1.lib.4.& conſ.21.nu.11.lib.5.& conſ. 22. nu. 5.eodem volum.& conſilio 129.nu.1.eod.vol. & in dicta l.ſi patroni,in princip.nu.6.ff.ad Trebe.quem refert Apoſt.ad Corſet.in verbo,Cõtractus,in ſingula.incip.Contractus,Socin.conſ.121.nu.18. lib. 4. quem refert Gratus conſ.55.nu.8.lib.1.Ruin.conſil. 48.num.10.lib.1.& conſ.117.nu.1.eod. vol. & conſil. 148.nume.4.eod.vol.& conſil.161.num.6.eod.vol. & conſil.162.num.11.eod.volum.& conſi.168. num. 2.eod.vol.& conſ.24.num.12.lib.5.& conſ.25.nume. 12.eod.vol.Ripa in l.cùm bona,nume.14.ff.de priuil.credit Gozad.conſ.75.nu.9.Rimi.conſ.437. nu. 3.Et ideò ſecundum ipſos,illud verbum pro ſe, & hæredibus,poſitum in conceſsione,vel inueſtitura, ratione ſubiectæ materię,debet intelligi ſolummodò de deſcẽdentibus,non autem extrãeis.Regulariter enim,in quacunque materia,quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad extraneos hæredes appellatione hæredum nõ veniũt extranei,ſecũdum communem opin.de qua atteſtatur Deci. in d.conſilio 171.num.2.Faciũt quæ in ſimili dicũt Doctores de feudo cõceſſo pro ſe,& hæredibus,vt dixi in allegato §.feudum.q.83.in fi.

Et

Et in specie, quòd emphyteusis ecclesiastica simpliciter accepta pro se, & hæredibus, transeat solũmodo ad descendentes, non autẽ ad extraneos hæredes, vltra prælegatos DD. dicit esse communẽ sententiam Comen. consil. 57. nu. 1. & sequen. quem refert, & idem affirmat Gozad. conſ. 39. nu. 6. & seq. Antonius Oldoinus inter conſ. Rapha. Comen. cõſi. 11. numero 1. Alexãd. conſ. 56. numero 3. libro 2. & conſ. 83. num. 1. lib. 7. & in l. quædam. §. nihil interest, num. 6. ff. de edendo. & in l. etiam, post nume. 3. ff. solut. matr. prout illum refert Soc. Iu. conſ. 11. nume. 1. libr. 3. Bolog. conſ. 84. in primo dubio, Barb. conſil. 63. quasi per totum conſ. lib. 1. Dec. in capit. in præsentia, post nume. 48. vers. Ex suprà dictis. de probat. quem refert Berous ibi, nume. 386. Bertr. cõſil. 173. nu. 47. li. 3. in secũda parte. Afflict. deciſ. 100. nu. 1. vbi etiam dicit ita fuisse iudicatum in illo sacro consilio, quia in illa concesſione emphyteutica nõ interuenerãt debitæ solẽnitates quod not. Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 192. & seq. ff. de lib. & posth. Pariſ. in d. c. in præsentia, n. 104. Berous q. 19. nu. 1. & seq. Et dicit Soc. Iu. conſ. 71. nu. 3. lib. 1. quòd ita communiter determinatur. Dicit etiam Imola in c. potuit, nu. 14. circa finem de locato, quòd de cõsuetudine communiter istud seruatur quem refert Cor. cõſ. 67. in litera B. lib. 2. & conſ. 165. col. 3. in litera G. eo. vol. & ita iam pluribus annis in facti cõtingẽtia cõsuluit collegiũ Papiẽse inter Abbatem sanctæ Mariæ de Procalia, & quẽdã Beneuenutum Notarium, cuius cõsilij exemplum manuscriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinionem proculdubio esse magis communem. Contrariam verò sentẽtiam, scilicet, quòd imò emphyteusis ecclesiastica trãseat etiã ad extraneos hæredes, multi etiã tenuerũt. & quòd plus est, Imola in d. l. quod dicitur post nume. 8. versiculo. Circa primum verò. ff. de verbor. oblig. sibi ipsi cõtrarius, dixit quòd hæc est communis opi. gloſſ. & Doctorum, quem refert, & sequitur Cor. conſ. 131. in litera Q. libro 2. & conſ. 173. in litera L. eod. volum. idem sensit Ziliolus de Cauirellis inter consilia Anchara. consil. vltimo, numero 8. quod est subscriptum à multis illustribus viris illius temporis. Idem atteſtatur Ale. pariter sibi cõtrarius cõſ. 189. post nu. 19. versi. Secũdò respõdetur, libro 2. Hãc etiam opi. dicit esse communem Cor. conſ. 13. in. litera B. lib. 3. quem refert compater meus Crauetta conſ. 251. nu. 3. in fi. licet ipse nihil firmet refert etiam, & seq. Pariſ. conſi. 84. nu. 4. lib. 4. Et dicit Pariſ. in cõſ. 85. nume. 17. libro 4. q ita firmãt communiter Doctores, Et dicit So. cõſ. 266. nu. 33. in fi. li. 2. q hæc est magis cõmunis opi. maximè modernorum Doctorum. Sed aduertẽdum est, quòd feré omnes Doctores proximè allegati, loquuntur in casu, in quo emphyteusis ecclesiastica esset cõcessa subsistẽte legitima causa, & interueniẽtibus debitis solemnitatibus, quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requirũtur ex dispositione d. c. sine exceptione. 12. q. 2. Tũc enim ex quo res ecclesiæ de sui natura possunt illis interueniẽtibus alienari in totum, & in quoscunque videbatur dicendum, quòd emphyteusis ita cõcessa trãsire deberet etiam ad extraneos. & ita vltra prælegatos, hanc opinionem dicit esse communem Por. in §. adeò Instit. de locato, prout illum refert Curt. Iun. conſ. 4. numero primo refert etiam Gratus. conſ. 55. nu. 28. libro primo & Didac. in d. ca. 17. ver. Quarta cõclusio, licet ego illum nõ inueniam ibi atteſtãtem in hoc articulo de communi opi. præsertim nume. 3. vbi loquitur in hoc proposito. Idem dicit Pariſ. in d. c. in præsentia, numero 108. Et secundum hanc opinionem dicit Afflic. deciſ. 389. post nu. 7. quòd vidit in consilio Regis Ferdinandi primi iudicatũ, quod emphyteusis ecclesiastica concessa seruatis seruandis & canonicè pro se, & hæredibus, transiret ad hæredem institutum in testamento, excluſa ecclesia. Quod est notabile verbum, propter auctoritatem illius sacri consilij. Et sic vides quanta in hoc articulo sit controuersia inter Scribentes. Breuiter, quando in concesſione emphyteusis ecclesiasticæ non sunt adhibitæ debitæ solemnitates quę in totali alienatione requiruntur, proculdubio tenendum est, quod huiusmodi emphyteusis ad extraneos hæredes non transeat. & in hoc omnes cõcordant, vt dicit Curt. Iun. in conſ. 130. numero 4. in fin. Quando verò interuenerunt debitæ solemnitates, non potest negari, quin passus sit valdè periculosus. Ego tamen in iudicando aut consulendo etiam hoc casu non auderem recedere ab illa opi. quòd non transeat ad extraneos, quam absque cõtrouersia arbitror esse magis communem, licet in puncto iuris fortè contraria sit verior.

7 Et certè ego non video, quomodo Doctores tenentes hanc opinionem, quòd scilicet emphyteusis ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus, non trãseat ad extraneos hæredes, probent illud suum præsuppositum, adeò per omnes decantatum, & super quo fundatur tota eorum concluſio, quòd scilicet de sui natura emphyteusis ecclesiastica, non sit trãsitoria ad extraneos hæredes: nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concesſio in emphyteusim perpetuam sine debitis solẽnitatibus, sicut & aliæ alienationes, vt in c. nulli. de rebus ecclesiæ non alie. & in c. hoc consultiſsimo, eo. tit. libro 6. quæ prohibitio generalis est, & vniformiter prohibet illius concesſionem in descendentes, sicut in extraneos. Tex. autem in §. emphyteusim, in auth. de non alien. super quo omnes se videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari in hoc proposito, cum enim sit dispositio principis secularis circa res ecclesiasticas, certum est, quod etiamsi sit ecclesiæ fauorabilis, non est attendenda, vt est indubitata, & cõmunis omniũ Doctorũ opin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. de qua dixi suprà, libro 1. §. 1.

Nec dicatur quòd imo lex imperialis fauens ecclesiis valet, & censetur approbata per Papam, nisi canon sit in contrarium, licet secus sit in constitut. inferioris: quia hoc procedit, quando lex esset generalis, simpliciter aliquid disponens. sed quando in ipsa lege specialiter aliquid prohibetur, vel disponitur circa personas, vel res ecclesiasticas, tunc omnes concordant, quòd nõ valet, neque legat ex notorio defectu potestatis, vt dixi in d. §. 1. & ideo nemine discrepante concluditur in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ q totus titulus C. de sacroſ. Eccleſ. & de Epiſ. & cler. est nullus, ex quo disponit circa personas, & res ecclesiasticas, in quibus Imperator nullam habet potestatem, & tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non principis inferioris, prout etiam hanc esse communem opinionem atteſtatur Gratus conſ. 110. nu. 36. lib. 1.

Et si dicatur, vt dicit Aretin. quòd ille §. emphyteusim, videtur receptus, & canonizatus per Papã in allegato c. nulli. vbi etiam comminatur pœnas à constitutione Leonina comminatas, quæ constitutio Leonina dicitur esse. l. iubemus. C. de sacroſan. eccleſ.

eccle. ad cuius interpretationem preſupponitur factam fuisse constitutionem Iustiniani positam in authenticis, in qua est. §. ille, emphyteusim: dico q hæc consideratio Aretin. (cum reuerentia tanti Doctoris) videtur nimis subtilis, nec potest meo iudicio, sustineri, in primis enim dici posset, quòd imò illa constitutio Leonina, de qua loquitur text. in d. cap. nulli, non est l. iubemus, sed constitutio Leonis Papæ, de qua 12. quæst. secunda, & hoc dicere non esset peccatum, vt dicit Ioan. And. in d. c. nulli, in vltimis verbis, sed posito, quòd Papa senserit de l. iubemus, vt ego etiam suspicor, certè illam non dicitur approbasse, nisi simpliciter comminando sacerdotibus pœnas ab illa lege laicis impositas: non autem approbando eius dispositionem. Præterea dato, q illa l. iubemus. esset expresè, & in totũ canonizata, non per hoc potest inferri ad §. emphyteusim, qui positus est in alia constitutione prorsus separata, & aliud disponente, & quæ videtur emanasse non ad interpretationẽ, vt dicit Aret. sed potius ad correctionẽ cõstitutionis Leoninæ, vt probatur ex verbis ipsius cõstitutionis in prin. vbi dicit, Sed eo q non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam ea quadã correctione credimus, licet glo. exponat correctionem pro suppletione. Si ergo non reperitur iure cautum quòd emphyteusis ecclesiastica de sui natura non sit ad quoscunque hæredes etiam extraneos trãsitoria: & consequenter, si nihil in emphyteusi speciale cõstitutum est, aliter quàm in aliis alienationibus rerum ecclesiasticarum, videtur dicendũ q sicut si esset interuenientibus debitis solennitatibus vendita, seu donata res ecclesiæ, alicui pro se, & hæredibus, proculdubiò etiam ad extraneos transiret, ita etiam, si eo modo res Ecclesiæ in emphyteusim concedatur alicui pro se, & hæredibus, debet etiã ad extraneos hæredes transire.

Et si dicas (prout etiam nonnulli Doctores in hoc proposito considerant) q ex quo emphyteusis ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitis solennitatibus est ipso iure nulla, vt est text. in d. c. nulli, non videtur tractandum, an eo casu transeat ad extraneos hæredes, quia cùm sit inualida, non transit neq; ad filios, imò neq; etiam valet in primo recipiente & ideò consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusim concesſam cum debitis solemnitatib. & concesſam sine solemnitatibus debitis, videtur esse insipida. Posset respõderi, q solẽnitates, de quibus in d. c. sine exceptione. licet de iuris rigore essent seruãdæ in cõcesſionib. emphyteuticis, tamen hodie non seruantur, & nihilominus de consuetudine valent ipsæ concesſiones, ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine atteſtatur Spec. de emphyteu. in d. §. nunc aliqua, vers. Sextò quæritur, subdens q ecclesia Romana talem cõsuetudinem dissimulat, & patitur, & hoc videtur sufficere ad hoc, vt teneat contractus. Atteſtatur etiam Azo in summa, C. de sacrosan. eccle. in fi. dicẽs quòd hodiè de consuetudine Abbates cũ suo Collegio tradũt indistinctè res ecclesiasticas in emphyteusim, quem refert Apostil. ad Abb. in d. c. in præsentia, sub nu. 28. quæ verba Speculatoris, & Azonis qui, & in Practica, & in Theorica sunt apud omnes maximæ auctoritatis, iudicio meo sunt valdè notãda in hoc proposito. Posset enim dici, q si quidem interuenerunt debitæ solẽnitates iuxta tex. in d. c. nulli, & d. c. sine exceptione, transibit ad extraneos hæredes: si verò non interuenerũt, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Speculatoris & Azonis suprà allegatam, non transibit ad extraneos. Neque obstat, q solennitates requisitæ in alienatione rerum ecclesiasticarum non possunt consuetudine tolli, nec diminui, vt dixi in d. §. emptio, quia illud procedit, in totali alienatione: secus autem in concesſione emphyteutica, quæ est minoris præiudicij, vt de se patet: & ideò Spec. in loco prælegato tenet, quòd talis consuetudo valeat, tanquam vtilis Ecclesiæ, vt cum minori solemnitate possint facilius contractus facere. q est multum rationabile, præsertim cum ex tolerantia summi pontificis, videatur consuetudo ipsa per tantum temporis spacium sedis apostolicæ auctoritate roborata.

Præterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteusi Ecclesiastica quæ sit concesſa sine debitis solemnitatibus, & tamẽ valeat, puta, quando est res solita concedi in emphyteusim, quæ ad ecclesiã est reuersa: nam omnes Doctores, hoc casu concordant. q potest illã Prælatus de nouo in emphyteusim concedere, etiam nõ adhibito cõsensu capituli, neq; seruatis aliis solẽnitatib. in rei ecclesiasticæ alienatione requisitis, vt dixi sup. in d. q. 6.

Quidquid tamẽ, disputando dici posset, transeo indistinctè cum sentẽtia magis communi quòd scilicet emphyteusis ecclesiastica concesſa pro se, & hæredib. siue cum debitis solemnitatibus, siue sine illis concesſa sit, nunquam transit ad extraneos hæredes, sed tantũmodo ad filios siue descendentes ipsius recipientis, nisi vltra debitas solemnitates expresè concesſa fuerit etiã pro hæredibus extraneis, vel in ipsa inuestitura appolita sint taliaverba, quæ hoc importẽt, puta pro se, & quib. dederit, vel pro se, & hæredibus quibuscunque &c. vt j. dicam.

8 Vnum tamen scias in hoc proposito, quòd si fortè non constabat bona in emphyteusim concesſa fuisse ecclesiæ, & per ipsam concesſionem recognita sunt ab Ecclesia, eo casu vtiq; etiam si concesſio esset simpliciter facta pro se, & hæredib. transiret etiam ad extraneos hæredes: & hoc absque aliquo contradictore procedit, vt dicit Grat. in allegato conſ. 55. nu. 29. li. 1. Debet enim ecclesia contentari, quòd senserit commodum ipsius recognitionis, cũ aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo, q velit ea ab hæredibus recipientis, licet extraneis, auferre.

9 Sed quæro, quid si ab ecclesia concesſa sit emphyteusis alicui pro se, & hæredib. quibuscunq; nũquid huiusmodi emphyteusis transibit ad extraneos hæredes? Respõ. q si debitæ solemnitates in cõcesſione interuenerint, trãsibit etiam ad extraneos hæredes. & hæc est communis opin. vt ait Didac. in d. c. 17. post nu. 5. ver. Quin & si emphyteusis. qui ad hoc propositum multos allegat, qui tamen loquuntur in feudo, de quo plenius dixi in d. q. 9. vers. Hoc præmisso. Concluſio tamẽ est in se vera, & communis, quia nulli dubiũ est, quin verbum, Quibuscunque, comprehendat etiam extraneos, in quacunque materia positum sit. & hoc omnes penè fatentur.

11 Idemque & multò fortius dicendum esset, vbi cõcesſio facta fuisset pro se, & hæredibus, & quibus dederit. Nam hæc verba, & quibus dederit, comprehendũt non modo extraneos hæredes vniuersali titulo venientes, sed etiam singulares successores. & ita hanc opi. dicit esse communem Curt. Iun. conſ. 4. post nu. 1. vers. Sed quoniam, & consil. 130. nume. 2. vbi dicit, quòd ita cõcludunt communiter Scribentes. & in Authen. res quæ, num. 24. C. communia

de lega. Et hæc omnia nota, quia quotidiè contingunt in practica. Vbi tamen in ista materia aliquis casus de facto tibi contingat, recurre semper ad cõ suetudinem ciuitatis, vel prouinciæ, in qua concessio ipsa facta est, & secundum illam iudicando non errabis. Illa enim præcipuè est attendenda. & ita dicunt omnes Doctores, vt ait Felin. in d. c. in præsentia, num. 27. in fin. licet non sit omninò expeditum, quòd consuetudo possit inducere, vt res ecclesiæ possint in emphyteusim concedi absque iusta & rationabili causa, si tamen esset consuetudo, ꝙ emphyteusis legitimè concessa, non transiret ad extraneos, vel ad fœminas, vel huiusmodi, deberet talis consuetudo proculdubiò obseruari. & hæc est communis opi. vt ait Berous in d. ca. in præsentia, nume. 391. in fin.

QVAESTIO XXIX.

1 *Emphyteusis an veniat in confiscatione bonorum & consequenter an transeat in fiscum?*

1 SVccessiuè quæro, nunquid confiscatis bonis emphyteutæ, emphyteusis transeat in fiscum? Respon. aliqui simpliciter dicunt, ꝙ bona emphyteutica non transeunt in fiscum: & hanc opin. dixit esse communem Boër. decis. 278. nu. 7. Bart. autem in l. si finita. §. si de vectigalibus. nu. 6. ff. de damno infecto, distinguit, quòd aut agitur de emphyteusi ecclesiastica, & tunc ecclesia potest illam à fisco repetere indubitanter. Aut agitur de emphyteusi, cõcessa à priuato, & tunc si quidem ex natura conuentionis, siue inuestituræ, est transitoria etiam ad extraneos hæredes, transit etiam in fiscum, si verò nõ transiret ad extraneos hæredes, nõ trãsit in fiscum. & hanc opinionem Bartol. dicit esse communem Apostil. ad Angel. de malef. in verbo, Et eius bona, numero 16.

Tu dic, ꝙ si quidem emphyteusis est simpliciter concessa à priuato, non videtur dubitandum, quin transeat in fiscũ, sicut & alia bona ipsius delinquentis. Illa enim procul dubio de sui natura transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, vt dixi suprà q. proxi. vers. Tertius est, & ideò transit etiam in fiscum, si verò in ipsa concessione apposita sunt aliqua verba, ex quib. appareat contrahentes noluisse emphyteusim ad extraneos hæredes transire, tunc non transibit in fiscum, qui est loco extranei hæredis. & ita cõmuniter concluditur, vt dicit Alex. cõs. 32. nume. 5. lib. 1. quod est duplicatum cons. 88. lib. 3. quem refert Apost. ad Rim. cons. 21. sub nu. 7. Idem dicit Alex. cons. 89. nu. 2. lib. 4. In emphyteusi aũt ecclesiastica, aliqui simpliciter tenent, ꝙ illa non transit in fiscum, & dicit Rui. cons. 161. nu. 7. lib. . ꝙ ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse cõmunem Soc. cõs. 121. nu. 18. lib. 4. Cùm enim secundum magis communem opi. emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos hæredes, vt retuli suprà, q. prox. meritò non debet in fiscum transire. Regulariter enim, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non transeunt in fiscũ, vt tenent omnes, teste Soc. in d. cons. 121. nu. 17. Aliqui verò tenent, ꝙ imò emphyteusis ecclesiastica ex ipsa bonorum confiscatione transeat in fiscum, sed quòd deinde sit in arbitrio ipsius ecclesiæ, an velit rem ipsam apud fiscum dimittere, an autem ab eo auferre. & hanc dicit videri magis communem sententiam Ruin. cons. 23. nu. 33. lib. 5. quam in effectu videtur tenere Bar. & alij in d. §. si de vectigalibus.

Breuiter, si emphyteusis sit concessa tali modò, quòd non sit transitoria ad extraneos hæredes, res nullam habet difficultatem. Nam argumẽtum optimè procedit negatiuè, scilicet si emphyteusis nõ trãsit in extraneum hæredẽ, neq; etiã trãsit in fiscũ, qui est loco extranei hæredis, vt dixi infrà, lib. 7. §. fiscus, & hoc siue sit concessa ab ecclesia, siue à priuato. Si verò emphyteusis sit ad extraneos trãsitoria, tunc si quidem est concessa à priuato, procedit argumentum etiam affirmatiuè, vt scilicet si transit in extraneum, transeat etiam in fiscum, vt suprà dictũ est, sed si est cõcessa ab ecclesia, mihi magis placet, illa opinio, ꝙ fauore ecclesiæ in fiscum non trãseat. Certũ est enim, ꝙ ex eo efficeretur cõditio ipsius ecclesiæ lõgè deterior, cũ procul dubio fiscus sit potentior quam priuatus, non solum difficultate conueniendi, sed etiam ex infinitis priuilegiis, quæ habet, præsertim quia nunquam esset spes caducitatis, cùm semper fisco cõpetat in integrum restitutio, neque quod propter finem lineæ res ad ecclesiam reuerteretur, quia fiscus nunquã moritur: neque est aliquo modo verisimile quòd ecclesia eo animo aliquam rem in emphyteusim concedat, vt possit casus euenire, propter quẽ ad ipsam res emphyteutica vltrius non reuertatur, quod esset in maximum ipsius ecclesiæ detrimentũ. Teneo ergo, quòd emphyteusis ecclesiastica nullo modo in fiscũ transeat, & licet in puncto iuris multa dici possent, hæc opinio iudicio meo, est tutior & æquior, & etiã magis communis, & in omnem casum, dato, quòd verior esset contraria opi. quòd scilicet emphyteusis ecclesiastica in casib. in quibus transit ad extraneos hæredes, transeat etiam ad fiscum, quam multi etiam tenent, non est dubitandum, quin ecclesia possit intra biennium illam à fisco repetere, si velit, vt est tex. expressus in §. 1 in Auth. de aliena. & emphyt. & est magis cõmunis opi. vt superius dixi, & licet ille tex. videatur loqui in emphyteusi concessa ab ecclesia Constantinopolitana, tamen communiter intelligitur, vt disponat in cõcessa etiam à quacunq; alia ecclesia, teste Alex. in d. §. si de vectigalibus, post nu. 30. Et si dicatur ꝙ ille tex. cũ sit constitutio Imperatoris, disponens specialiter circa res ecclesiasticas, non est attendenda, iuxta ea quæ dixi suprà q. prox. vers. Nec dicatur. Resp. quòd quantum ad hoc propositum. benè potuit Imperator disponere concedendo ecclesiis priuilegium in præiudicium sui fisci. Nam etiam circa res ecclesię, possunt quicunque principes laici disponere, priuilegium concedendo, vt omnes concludunt in d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu.

QVÆSTIO XXX.

1 *Filij naturales an succedant in emphyteusi?*

1 QVæro. an filij naturales succedant in emphyteusi? Resp. aut emphyteusis est acquisita ab ecclesia, & non succedunt naturales. ita tenet Bald. in l. generaliter. §. cùm autem, nume. 1. C. de institu. & substitut. & est communis opin. ut dicit Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus, el 1. nu. 62. ad Trebellia. Paris. in c. in præsentia. nu. 86. de probat. Huiusmodi enim filios ex illegitimo coitu cõceptos ecclesia maximè abhorret, & ideò non videtur de illis cogitasse. Aut verò est acquisita à priuato, & tunc vtique filij eiam naturales admittuntur. ita dicunt Doctores in locis præallegatis, & est communis opin. vt ait Dec. in d. cap. in præsentia, numer. 46. Ripa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, el primo, nume. 58. Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè, nume. 154. & sequen. ff. de libr. & posthum. Paris. in d. c. in præsentia, nu. 87. Regulariter enim in contractibus, filiorum appellatione

appellatione veniunt etiam naturales, vt dixi suprà lib. 2. §. filius.

QVÆSTIO XXXI.

1 *Legitimati an succedant in emphyteusi?*

1 QVæro etiam, an filij legitimati succedãt in emphyteusi? Respon. in emphyteusi concessa à priuato, admittuntur etiã legitimati. ita tenet Bal. in d. §. cùm autem, allegato in præcedenti quæst. & est communis opin. vt dicit Rubeus in d. §. quidam rectè, post nu. 160. Si enim admittuntur etiam naturales, vt dixi suprà quæst. prox. multò magis admittendi sunt legitimati, qui regulariter æquiparantur legitimis, vt dixi in d. §. filius. Si verò sit emphyteusis cõcessa ab ecclesia, non admittũtur legitimati, vt tenet Bald. in alleg. §. cùm autem, nu. 2. & est communis opi. vt dicit Ias. in eod. §. cùm autem, nu. 9. Gratus cons. 79. circa nu. 14. lib. 1. Licet enim æquiparentur legitimis, non tamen dici possunt verè legitimi.

QVAESTIO XXXII.

1 *Filiæ fœminæ an succedant in emphyteusi?*
2 *Et quid si concessa sit pro se & hæredibus?*
3 *Et quid si concessa sit pro se, & filiis?*
4 *Et quid si extet statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant?*

1 QVæro, nunquid filiæ fœminæ succedant in emphyteusi? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt aliquando Doctorum sentẽtiæ. Tu verò dic, ꝙ emphyteusis de sui natura est transitoria in fœminas sicut in masculos, nõ enim reperitur iure cautũ, ꝙ fœmina nõ debeat succedere in emphyteusi, vt masculus: & licet aliqui in hoc proposito distinguant inter emphyteusim ecclesiasticam, & emphyteusim concessam à priuato, vt scilicet hæc transeat etiam in fœminas, illa verò in masculos tãtum, verior tamen est opi. ꝙ etiam emphyteusis ecclesiastica de sui natura est trãsitoria ad fœminas, sicut ad masculos, quã etiam dicit esse communem Berous in c. in præsentia, nu. 401. & seq. de probatio.

2 Hæc tamen conclusio intelligẽda est vt procedat, quando verba ipsius cõcessionis de sui proprietate apta sunt comprehendere tã fœminas, quã masculos. puta, ꝙ cõcessa sit pro se, & hæredib. hæc enim procul dubio trãsit ad descendentes fœminas, sicut masculos. & ita tenẽt magis communiter Doct. vt ait Berous quæst. 18. in princip.

3 Sed quid si fuerit concessa pro se, & filiis? Resp. ꝙ hoc casu nõ veniunt filiæ fœminæ. ita dicit Guido de Suz. in l. veteribus. ff. de pactis. Quæ decisio communiter approbatur, vt ait Dec. in d. c. in præsentia. post nu. 46. Hãc etiã dicit esse communẽ Ias. in l. si quis id quod, nu. 23. ff. de iurisd. om. iud. Deci. in l. 2. nu. 104. ff. de reg. iuris, quem refert Apostil. ad Rimin. cons. 121. sub nu. 4. Didac. lib. 2. resolut. c. 18. nu. 1. in contractibus enim masculinum non concipit fœmininum, vt 7. lib. 7. Et ideò generaliter in contractibus, appellatione filiorum non veniunt fœminæ, vide tamen ea quæ dixi eod. lib. 7. §. filius. Quia reuera hæc decisio mihi nunquam placuit.

4 Sed pone, stat statutum in loco, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant: modo aliquis accepit emphyteusim pro se, & filiis masculis, & fœminis, nunquid admittentur simul fœminæ cum masculis, ad huiusmodi emphyteusim? Resp. ꝙ non, sed prius admittuntur masculi, & in defectum masculorum fœminæ. ita dicit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, nu. 5. ff. de operis liber. qui in hoc cõmuniter approbatur, vt ait Curt. Iun. cons. 171. post nu. 3. Et dicit Brun. de statuto excludente fœminas, in 8. articulo, q. 21. col. 2. quòd hæc conclusio tanquam cõmunis est tenenda. Semper enim censentur contrahentes conformare se dispositioni statutorum, secundum cõclusionem, quam dicit esse communem Curt. Iun. in d. cons. 171. nu. 2. Faciunt ea quæ dixi suprà, lib. 3. §. testamentum, quæst. 76. in 6. reg. vers. scias tamen.

QVAESTIO XXXIII.

1 *Si emphyteuta ingrediatur religionem, nunquid emphyteusis transeat in monasterium?*

1 QVæro, nunquid, si emphyteuta ingrediatur religionem, emphyteusis transeat in monasterium? Respon. Ias. in l. 2. nu. 200. C. de iure emphy. dicit, quòd solet communiter concludi, quòd quando emphyteuta ingreditur religionẽ, emphyteusis accepta à priuato trãsit in ecclesiã, sed si sit emphyteusis cõcessa ab alia ecclesiã, tũc si illa ecclesia q est domina directi, vult illã ad se reuocare, põt hoc facere, aliàs transit in ecclesiam. Ego teneo indistinctè in emphyteusi, quæ non sit absolutè & simpliciter hæreditaria, ꝙ siue sit cõcessa ab ecclesia, siue à priuato, nõ trãseat in monasteriũ, efficeretur enim valdè deterior conditio dñi directi, cũ nõ subesset spes vlla caducitatis, neq; ꝙ propter finem lineæ res amplius ad ipsum reuerteretur. Et ꝙ emphyteusis etiã concessa à priuato non trãseat in monasterium, dicit esse cõmunem opi. (ni fallor) Paris. in d. c. in præsentia, nu. 196. de probation. vel saltem dicendum est, ꝙ in omnem casum ecclesia tenebitur illam vendere infrà annum alteri priuato: & ita seruari de consuetudine attestatur Specul. in d. §. nunc aliqua. quæst. 117.

QVAESTIO XXXIIII.

1 *Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteuticis tertia & quarta generatio.*

1 TV scis, ꝙ quotidie in inuestituris emphyteuticis solent apponi illa verba, Vsque in tertiam generationem: vel, vsque in quartam, vel huiusmodi. Quæro, quomodo intelligatur ista tertia, vel quarta generatio? Resp. in hoc secundum aliquos consideranda sunt verba ipsius inuestituræ, vt si quidem illa simpliciter concepta sunt, puta, concedo tibi hoc feudum in emphyteusim in tertiam generationem, computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam, filius secundam, & nepos tertiam generationem, ideóque mortuo nepote sit extincta emphyteusis. Si verò apposita sint aliqua verba, ex quib. appareat esse distinctam personam acquirentis ab aliis descendentibus, putà, quia dictum est, concedo Titio in emphyteusim vsque in ipsius tertiam generationem, eo casu filius faciat primam, nepos secundam, & pronepos tertiam. & ita in facto consuluit Bart. vt dicit Bald. in Auth. si quas ruinas, nu. 3. vers. iuxta hoc quero. C. de sacrosan. eccle. quem omnes indifferenter sequuntur, vt ait Bello. cons. 80. nu. 7. vbi dicit, ꝙ hoc casu hæc opin. est communis & indubitata. Sed certè licet hoc vltimo casu procul dubio opinio Bart. sit vera, tamen hæc differentia mihi nunquam placuit, quia illud verbũ, ipsius, vtiq; erat necessariò subintelligendum, etiam si expressum non fuisset, cùm nemo generet seipsum, vt etiam considerauit Paul. de Castr. cons. 338. nume. 1. & 2. lib. 2. vbi dicit, quòd mirãdum est de illa determinatione Bar. & si bene

Universidad de Bibliotecas

connumerentur auctoritates, fortè etiam opi. contra Bart. est magis communis, scilicet q̃ inter generationes expressas in cõcessione emphyteusis, nunquam computetur persona ipsius recipientis, quocunque modo concepta sint verba inuestituræ.

Idemque & multò fortius dicendum est, vbi concessa esset emphyteusis Titio vsque in tertiam generationem expletam: hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepotes. & ita communiter tenetur, vt ait Ruin. cons. 166. nu. 6. libr. 1. Hanc etiam esse communem opi. attestatur Alex. cons. 125. li. 5. prout illum refert Gozad. cons. 25. nu. 17. & in hoc nulla est difficultas.

QVÆSTIO XXXV.

1 *Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filiis, & nepotibus?*

1 QVæro, pater acquisiuit emphyteusim pro se, & liberis, vel pro se, & filiis & nepotibus suis, &c. quo ordine erit succedendum in huiusmodi emphyteusi? Respon. quòd pater censetur stipulatus ipsam emphyteusim ordine successiuo, scilicet primò sibi, deinde filiis, deinde post filios nepotibus suis. ita tenet Bart. in l. quòd dicitur, nu. 6. ff. de verbo. oblig. & ita interpretatur communis obseruantia, vt dicit Corn. consil. 46. in litera D. libr. 3. quem refert Dec. cons. 239. post nume. 3. vers. Tertiò principaliter. & cons. 607. num. 10. & cons. 662. post nu. 2. Vide in hoc proposito ea quæ dixi suprà lib. 3. §. testamentum. quæst. 80.

QVAESTIO XXXVI.

1 *Nepos ex filia fœmina an succedat in emphyteusi concessa vsque in tertiam generationem?*

2 *Et an filius masculus ex filia fœmina admittatur ad emphyteusim cõcessam pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentibus virilis sexus?*

1 QVæro, concessa est alicui emphyteusis vsque in tertiam generationem, nunquid in ea succedet nepos ex filia fœmina? Respon. quòd sic: ita consuluit D. Marian. Soci. Senior in quodam suo consilio, quod arbitror non esse impressum, vbi attestatur, hanc esse com. opin. quem refert & sequitur Corn. cons. 219. in litera G. lib. 2. & cum hac sententia ego quoque transeo, vbi verba inuestituræ essent apta comprehendere fœminas sicut masculos. Sed si emphyteusis esset concessa pro se, & filiis, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationẽ, crederem hoc casu non comprehendi nepotem masculum ex filla fœmina. Nam vbicunque aliquid conceditur pro descendentibus masculis, non sufficit quòd volens admitti, sit descendens, & masculus, sed requiritur etiam, quòd descendat ex masculo, vt eleganter declarat Paul. de Cast. consil. 190. nu. 4. libr. 2.

2 Pone ergo, q̃ quis acceperit emphyteusim pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentibus suis, virilis sexus, vel per virilem sexum, nunquid comprehendetur nepos masculus ex filia fœmina? Respon. quòd non. ita tenet Specul. in tit. de emphy. §. nunc aliqua. q. 146. & est communis opi. vt dicit Iaſ. in l. Gallus. §. nunc de lege, n. 10. ff. de libe. & posthu. Gratus cons. 120. n. 16. li. 2. Apparet enim his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinã tantũ, & ideò neq; fœminæ, neq; masculi ex eis descẽdẽtes sunt admittẽdi, vt suprà statim dixi.

QVÆSTIO XXXVII.

1 *Emphyteusis concessa pro se, & filiis, nunquid transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris?*

2 *Et quid si sit concessa pro se & filiis & hæredibus?*

3 *Et quid si repudient patris hæreditatem, an possint retinere emphyteusim?*

4 *Et quid si concessa sit simpliciter vsque in tertiã, vel quartam generationem?*

1 QVæro, nunquid emphyteusis accepta pro se, & filiis, transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris? Respon. aliqui distinguunt inter emphyteusim ecclesiasticam & emphyteusim concessam à priuato, vt scilicet ista, quæ de sui natura trãsit etiam ad extraneos hæredes, censeatur concessa filiis & hęredibus, illa verò quæ de sui natura nõ transit ad extraneos, censeatur concessa filiis, vt filiis, non autem vt hæredibus: & hanc opinionem dicit esse communem Alexand. consil. 129. nu. 2. lib. 5. Tu dic, q̃ aut emphyteusis est concessa simpliciter, & absolutè pro se, & filiis, nulla hæredum mentione facta, & tunc indistinctè tenendum est, q̃ transeat ad filios, etiamsi non sint hæredes patris, prout etiã indistinctè ita dicit Bart. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi, nu. 4. ff. de ope. liber. & est communis opi. vt dicit Alex. cons. 8. nu 1. lib. 3. & cons. 119. nume. 4. lib. 5. quem refert Iaſ. in l. quòd dicitur, nu. 29. ff. de verb. oblig. & Ioan. Dilect. de arte testandi. titu. 11. caut. 10. post num. 1. & Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 1. & cõs. 169. nu. 7. eod. vol. Curt. Iun. cons. 78. nu. 3. & seq. Didac. lib. 2. resolu. c. 18. post nu. 2. vers. quinta conclusio. Et licet multi ex præallegatis Doctoribus loqui videantur in emphyteusi ecclesiastica, ego tamen in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteusis sit concessa ab ecclesia, vel à priuato, vt latè dixi infrà, libro septimo. §. filius, in illa quæstione, an in dubio pater præsumatur stipulari filiis, vt

2 filiis, an autem filiis vt hæredibus. Aut verò est concessa pro se, & filiis, & hæredibus, & tunc non transit ad ipsos filios, nisi etiam sint hæredes: & sic vtraque qualitas requiritur, scilicet, quòd sint filij, & quòd sint hæredes. ita tenet Bart. in d. §. si liberi, numero quarto, & est communis opinio, vt dicit Alexan. cons. 128. post nu. 6. vers. Et illa verba, li. primo, quem refert Sigismund. cons. 1. feud. post nu. 60. Iaſ. in l. si non sortem. §. libertus. n. 35. ff. de condi. indeb. & cons. 57. colum. 1. li. primo. Et pariter hoc casu nulla est facienda differentia, an emphyteusis sit concessa ab ecclesia, an autem à priuato, iuxta communem omnium interpretationem, vt ait Didac. li. secundo resolu. cap. 18. num. 3.

3 Ex hac conclusione infertur, quòd in primo casu, scilicet quòd emphyteusis est concessa simpliciter pro se, & filiis, licet filij repudient hæreditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. ita tenent communiter Doctores, vt ait Salyce. in Auth. vnde si parens, nu. 5. C. de inoff. testam. quẽ refert Alex. in d. l. quòd dicitur, post n. 19. col. 15. vers, Illud tamen intelligas. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iaſ. in l. 2. nu. 188. C. de iure emphy. Alciat. de præsumption. in prima regula præsumptione 31. nume. 1. In secundo autem casu, scilicet quando emphyteusis est concessa pro filiis, & hæredibus, non poterunt filij renunciare hæreditatem, & emphyteusim retinere. & hæc est communis opi. vt dicit Iaſ. in d. §. libertus, post nume. 35. Vide in proposito ea, quæ dixi infrà, hoc eod. libr. §. feudum. quæst. 76.

4 Sed pone, quòd emphyteusis concessa fuerit vsque in tertiã vel quartam generationem & sic nulla expressè mentione facta filiorum, nec hæredum Resp. q̃ ex natura verbi (generationẽ) videtur cõ

trahentes potius considerasse successionem sanguinis, quàm successionem hæreditatis, & ideò in huiusmodi emphyteusi admittendi sunt nepotes, etiã si non sint hæredes: & hæc est communis opi. vt ait Corn. cons. 100. in litera D. lib. 4.

QVÆSTIO XXXVIII.

1 *Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa?*

1 QVæro, nunquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa? Resp. si quidem est institutus alius hæres vniuersalis, proculdubiò emphyteusis nõ transit ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes conuenit, vt ait Didac. lib. 2. resolut. c. 18. post nu. 5. hoc enim casu institutus in re certa, habetur loco legatarij, vt dixi suprà lib. 3. §. Institutio. Aut verò non est datus alius cohæres vniuersalis, & tunc, cùm totum accrescat ipsi instituto in re certa, vtique transit in ipsum etiam emphyteusis, simul cum reliquo hæreditatis, & in hoc non est difficultas, loquendo de emphyteusi hæreditaria, quam scilicet filius habere non potest, nisi etiam sit hæres, vt dixi suprà q. proxima. Sed si esset emphyteusis non hæreditaria, puta acquisita pro se, & filiis, tunc filius institutus in re certa, æqualiter cum aliis succedet in emphyteusi. & ita procedit deci. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. num. 6. ff. de operis libert. quam dicit esse communem Curt. Iun. de feud. in secunda parte primæ partis, tertiæ partis principalis, q. 5. Cùm enim filius habeat emphyteusim hoc casu non iure hæreditario, sed ex tenore inuestituræ, non attenditur dispositio paterna, intellige nisi sit emphyteusis, in qua pater possit filiis præiudicare, de quo dixi suprà quæst. 16. Vide etiam quæ dixi infrà, §. feudum, quæst. 76.

QVÆSTIO XXXIX.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi.*

2 *Et quid si à principio concedatur pluribus simul?*

3 *Et quid si concessa emphyteusi pro se, & filiis alter filiorum decedat, an accrescat alteri filio?*

4 *Et quid si concessa sit emphyteusis ab ecclesia duobus fratribus, ita vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotum suorũ reuertatur ad ecclesiam, nunquid si alter eorũ sine filiis decesserit, accrescet alteri fratri superstiti?*

1 QVæro, nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi? Respon. q̃ regulariter in emphyteusi non est locus iuri accrescendi: ita tenet Bar. in l. si mihi & Titio. nu. 4. ff. de verb. obliga. quẽ sequuntur communiter Doctores, vt dicit Alexan. in ea. l. si mihi & Titio. col. 4. prout illũ refert Deci. cons. 326. post nu. 1. Regulariter enim in contractibus non habet locum ius accrescendi, vt dixi suprà, lib. 3. §. ius accrescendi.

2 Sciastamen, quòd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat si à principio cõcedatur emphyteusis. plurib' personis simul. Tunc enim vno mortuo, alteri non accrescit: & in hoc omnes concordant, vt dicit Ancha. cons. 249. nu. 2. Quem refert Deci. consi. 263. nu. 2. Sed quando vni concessa est tantum pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus suis, vtique inter ipsos descendentes à primo inuestito habet locum ius accrescendi. ita tenet Bart. in d. l. si mihi & Titio, & est communis opin. vt ait Corn. consil. 131. in litera A. lib. 2. saltem post ius quæsitum vni ex filiis ipsius stipulatoris. & ita tenent communiter omnes, vt dicit Corn. cons. 285. in litera M. lib. 3. Hãc etiam esse communem opin. attestatur Alex. cons. 21. nu. 5. li. 5. quẽ refert Deci. in d. cons. 273. col. 2. Cor. cons. 122. in litera V. li. 3. & hoc casu impropriè dicimus esse locum iuri accrescẽdi, nam reuera isti descẽdentes primi acquirentis, nõ veniũt ex iure accrescendi, sed ex iure primæ inuestituræ.

3 Pone ergo, q̃ pater acquisiuerit emphyteusim pro se, & filiis, deinde decesserit relictis duob. filiis, quorum vnus sine liberis decedat, certè emphyteusis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri. ita volũt communiter Doctores, vt ait Berous q. 70. nu. 2. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Iaſ. in d. l. si mihi, & Titio, nume. 12.

4 Econtrariò pone, q̃ ecclesia concesserit emphyteusim duobus fratribus, ita, vt post mortẽ eorum, & filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad ecclesiam, Certè si vnus eorum decedat nullis relictis filiis, emphyteusis non accrescet fratri superstiti, sed reuertetur ad ecclesiam. ita videtur tenere Bar. in d. l. si mihi, & Titio, cuius opi. dicit esse communem Alex. consil. 67. nume. 4. libr. 7. Vide in hoc proposito ea quæ dixi infrà, hoc eodem lib. §. Feudum. quæst. 77.

QVÆSTIO XL.

1 *Filius an teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere?*

1 QVæro, nunquid filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere? dixi in d. §. feudum. q. 43.

QVÆSTIO XLI.

1 *Augmentum contingens in re emphyteutica, an sit domini, vel emphyteutæ?*

2 *Et an propter augmentum augenda sit pensio?*

1 QVæro, ad quem pertineat, augmentum contingens in re emphyteutica? Respond. puto esse distinguendum inter incrementum latens, vel incrementum apparens, vt in simili dixi de incremẽto eueniente in re feudali in d. §. feudum. q. 88. vers. Item quæro.

2 Sed nunquid propter augmentum contingens in re emphyteutica, augebitur etiam pensio, seu canon soluendus ab emphyteuta? Respond. q̃ non, sed omne augmẽtum, quod pertinet ad emphyteutã, cedit illi sine onere pensionis: ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua, suprà sæpius allegato ad 136. quæst.

QVÆSTIO XLII.

1 *Emphyteusis finitur finita generatione emphyteutæ?*

2 *Et quid si concessa sit simpliciter, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum?*

1 QVæro, quãdo finiatur emphyteusis? Respon. emphyteusis tribus modis finitur. Primò, propter culpam emphyteutæ, quia malè versatus est in re emphyteutica, vel illã irrequisito domino alienauit, vel cessauit per tempus à lege in canonis solutione præfinitũ. Nã his omnib. casibus emphyteuta cadit à iure suo, & vtile dominiũ cõsolidatur, cum directo, & sic finitur emphyteusis, vt suis locis sup. declarauimus. Secundo modo finitur emphyteusis cursu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteusim ad certũ tẽpus præfinitũ, puta, triginta vel quadraginta, vel centũ annos: nam eo casu, finito illo tempore, finitur emphyteusis, & in hoc non est difficultas. Tertio modo finitur emphyteusis, extincta generatione ipsius emphyteutæ. Est tamen in hoc aduertendum, quia ali quando emphyteusis est concessa pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus, tunc proculdubiò deficiente generatione ipsius emphyteutæ, finitur

emphyteusis. Aliquando est concessa in tertiã vel quartam generationem,& tunc finita illa tertia vel quarta generatione,finitur emphyteusis,& in hoc etiam.non est dubitãdum. Aliquando est concessa pro se,& hæredibus,& hoc casu si est concessa à priuato,est absolutè hæreditaria,& ideò nõ finitur cũ generatione ipsius emphyteutæ, sed transit. etiam ad extraneos hæredes ,iuxta ea,quæ dixi suprà q. 28.Si vero est concessa ab ecclesia,nõ transit ad extraneos hæredes , vt ibidem dixi, & ideò finitur simul cum generatione recipientis.

2 Sed quid si concessa sit simpliciter,nulla nec filiorum,nec hæredum facta mẽtione,puta concedo Titio hanc domum in emphyteusim,nũquid finita generatione Titij,erit finita emphyteusis?Respõ.Aut est concessa priuato,& non finitur. Talis enim emphyteusis est de sui natura transitoria, etiã ad extraneos hæredes vt dixi in d. q.28.in prin.aut est cõcessa ab ecclesia, & tunc finitur finita generatione ipsius recipientis,& hanc dicit esse communẽ opi. & consuetudine communiter approbatam Corn. cons.76.in litera H.lib.2.de quo pariter dixi in d.q. 28.suprà sæpius allegata.

QVÆSTIO XLIII.

1 *Finita emphyteusi an possit emphyteuta vel eius hæredes, petere à domino directi,vt illã renouet in eorũ persona?*
2 *Et quid si sint transuersales ipsius emphyteutæ?*
3 *Et quid in emphyteusi ecclesiastica?*

1 SEd hic occurrit alia quæstio, nunquid si finita est emphyteusis sine culpa ipsius emphyteutæ, puta cursu temporis,vel finita generatione , possit ipsemet emphyteuta , si viuit,vel eius filij,petere à domino directi,vt emphyteusim in eorum persona confirmet seu renouet? Respon. quòd sic,& si non fiat renouatio,fit eius iniuria.& ideò possunt appellare ad superiorem,vt cogat, quòd talis renouatio fiat.ita dixit Bart.qui ad hoc propositum quotidiè solet allegari,in l.1.§.permittitur. ff. de aqua quotid.& æsti.& est communis opi.vt ait Rom.cons.22. nu.5.quem refert Dec.cons.328.post nu. 3.vers.Quibus tamen,& Gratus cons.86.post nu.7.li.1.Alexan. cons.80. nu.11. lib. 1.quem refert Ias. cons. 24. col.2. vers.Quintò facit,li.3.& Gozad.cõs.39.nu. 2.& Gra. consil.79.nu.2.lib.1.Barb.in cap.1.col.6.de locato.& in c.ex rescripto,col.4.vers.Vtrum autem,eo.tit.de locato,quem refert Boer.decis.107.in fi. Curt.Sen. consil. 47. nu.7.& seq. vbi subdit,quòd ita in pract. obseruatur, quem refert Ripa. in tract. de peste,in 1.c.de remed.preseruat.post num.360. Decius cons. 131.nume.2.quem refert Marc. sing.419.licet in re,& Ruin.cons.12.num.18.lib.1.& Apostil.ad Rimin.cõs. 100.sub.nu.12.& cons. 124.sub num.18.Curt.Iun.de feu. in prima secundæ principalis. q. 2. Gozadin. cons.86.post nu.4.vers.Non obstat quòd illa.Ripa in l.cum bona,nu.6.ff.de priuileg.credit.Apostil.ad Alexand.in d.cons.80.sub nume.11.libr. 1. Tiraquel. de retract.municip.in præfat.nu.41. & seq. Gratus cons.96.libro 1.& cons.110. nu.31.eod. volum.Apostil.ad Abb.in c.bonæ,el 2.sub nume. 28. de postul. præla. Faciunt quæ dixi infrà, hoc eo.libr. §.feudum.q.87.

2 Et hæc quidẽ conclusio satis de plano procedit in descẽdentibus ipsiusmet emphyteutæ,prout loquitur Bar.in loco prælegato,sed quid in transuersalibus , nunquid & ipsi poterunt petere,vt in eorum persona emphyteusis ipsa confirmetur? Respon.in hoc certè negari nõ potest quin magna sit varietas inter Scribentes.& quidẽ Dec.in d. consil.131.col. fi.vers.& quãuis Bart.dicit,& quòd habet locũ etiã in aliis proximioribus,etiã quòd non sint descendentes,& q ista est cõmunis opin. Contrariam tamen sententiã,vti verioré,tenuit Socin.Iun.cons.9. nu.20.libro 3.dicens,q Doctores magis communiter loqui videtur in descendentibus,nõ autẽ in trãsuersalib.Mihi magis placet opi.Decij,quòd scilicet procedat etiam in agnatis proximioribus. & ita expresse loquuntur multi ex Doctoribus prælegatis.benè verùm est,quòd intelligo de agnatistãtũ, non autẽ de cognatis.& hæc proculdubio videtur esse communis declaratio,vt dicit So. Iu. d. consil. 9.nume.23.in fi.

3 Sed quæro,nunquid hæc cõclusio locũ habeat, nõ modo in emphyteusi concessa à priuato,sed etiã in ea,quæ est concessa ab ecclesia? Respo. quòd sic:& ita hanc esse cõmunẽ opinionẽ attestatur Gozad. in d.cons.86.nu.24.Deci.in d.cons.131. col. secunda, quem refert Soc.Iun.in d,cons.9.nu.12.in fi. licet dicit,q ipse non auderet hoc firmare. sed certè quũ opi.Bart.& communis fundata sit in æquitate,illa multo magis ab ecclesia,quã ab aliis est obseruanda.& licet Gratus in d.cons.110.nu.63.in fin.lib.1.dicat contrariam sententiam ,quòd scilicet non habeat locũ in ecclesia,videri cõmunioré , fallitur tamẽ proculdubio,vt potest facilè cognosci ex dinumeratione auctorum,qui in supradictis citantur.& ideò nõ eẽt ab illa iudicãdo,aut psulẽdo recedẽdũ.

Sed pone, quòd post finitã generationẽ , aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteusi inuestitus,nunquid si descendens primi emphyteutæ petat huiusmodi renouationem,erit adhuc audiendus? Resp. quòd non,sed solũmodo re integra.ita tenet Rom. cons.70.post n.3.vers.Certum.& est communis opi. vt dicit Gozad.cons.71,nu.1.Est enim iam illi tertio ius quæsitũ,ideo sibi imputet.qui non prævenit.

Quinimò,etiamsi alius inuestitus non fuerit,si tamen talis descendens siue agnatus infrà annum,à die quo sciuit emphyteusim esse finitam, non petierit talem renouationem,sibi præiudicat, ita quòd elapso anno vlterius non auditur. ita dicit Ro.in d. cons.22.nu.6.& est cõmun.opi.vt attestatur idẽ Goza. in alleg.cons.71.nu.2.Hanc ẽt vti magis communem sequitur Soc.Iu.in d.cons.9.nume.17.in fi.lib.3.

Sed quid si ecclesia, vel dominus directi,velit rẽ emphyteuticam pro se retinere, non autem illam in emphyteusim concedere, nunquid adhuc locum habebit conclusio Bar.vt teneatur illam descẽdentibus,vel proximioribus agnatis,in emphyteusim confirmare? Res.Abb.in d.c.bonæ, el 2.nu.28. de postula.prælato.tenuit,quòd hoc casu non possit compelli ad emphyteusim renouandam, nihilominus Dec.in alleg.cons.131.post num.3.vers.Secundò non obstat,dicit, quòd hoc dictum Abba. videtur contra communem opi.Doctorum, qui generaliter loquuntur:& certè licet hæc opi. videatur aliquantulũ dura,durius tamen esset fortè in practica obtinere cõtrarium,propter auctoritatẽ Doctorũ, qui (vt ait Dec.) simpliciter,& absolutè sequuntur opi.Bart.Ego tamen libenter inclinarem in sententiam Abb.quæ etiam æquior videtur.

QVÆSTIO XLIIII.

2 *Finita emphyteusi.nunquid possit dominus propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ?*

1 QVæro,finita emphyteusi,nunquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ?Resp.Gozad.cons.39.nu. 25.&

25.& cons.86.nu.11.simpliciter dicit communẽ opi. esse, q potest ingredi propria auctoritate, & emphyteutam expellere. Tu autem vide quæ dixi supra q.11.& q.25.

QVAESTIO XLV.

1 *Finita emphyteusi, an melioramenta remaneant emphyteutæ?*
2 *Et an transeat ad ipsius emphyteutæ hæredes,etiam extraneos?*
3 *Et quid de ædificiis per emphyteutam constructis in solo emphyteutico?*

1 QVæro,finita emphyteusi cuius sint melioramẽta facta per emphyteutam in ipsa re emphyteutica?Respon.siquidem emphyteuta propter culpam suam cadit ab emphyteusi, puta quia non soluit canonem,vel malè versatus est in re emphyteutica,vel illã irrequisito domino alienauit,tunc omne ius suum acquiritur domino directi,& sic etiam melioramenta illi applicantur. Si verò emphyteusis finitur sine culpa emphyteutæ, puta propter cursum temporis,vel generationem finitam , tunc emphyteuta non perdit melioramenta. ita dicit Bal.in l.Senatus.§ Marcellus,ff.de legat.1. & est cõmunis opi.vt attestatur Dec.cons.518.nu.1.& seq.& in auth.qui rem,nu. 14. C. de sacros. eccles.Et dicit Bal.in l.fi.§.fi.post nu.6.C.communia de lega. q ita seruatur de consuetudine , quem refert & sequitur Cuman.cons.57.post nu.5. & hæc locum habẽt tam in emphyteuta ecclesiæ , quam in emphyteuta priuati.& ita seruari etiam in emphyteuta ecclesiæ attestatur Bal.in d.§.Marcel.quem refert & sequitur Are.ibi,col.2.ver.Ex his quæ suprà diximus.

2 Adde quod huiusmodi melioramenta non solùm debentur ipsi emphyteutę si viuit,sed etiã eius filiis & descendentibus , tam masculis , quàm fœminis, quinimò etiam hæredibus extraneis. & hanc conclusionem dicit esse ab omnibus cõmuniter receptam Berous q.16.per totum, præsertim circa finẽ, cùm enim illa sint propria ipsius emphyteutæ,nulla est ratio quare in omnes hæredes ab ipso transmitti non debeant.

3 Sed quid de ædificiis , si quæ fortè emphyteuta cõstruxit in solo emphyteutico ? Resp. q & illa reseruantur ipsi emphyteutæ, vel eius hæredib. & ita seruat consuetudo,vt attestatur Bal.in l.2.nu.2.in fi. C.de rei vẽd.quem refert Ias.in d.l.1.post n.47.vers. Sed pulchrum.C.de iure emphyt.& Dec.in d.cons. 518.post nu. 2. Quomodo autem hoc casu fieri debeat,scilicet an dominus teneatur pati , q ædificiũ tollatur,vel soluere eius æstimationem, & quomodo debeat fieri æstimatio, a vide quæ dixi infrà hoc eo.lib.§.feudum,q.88.in prin.

ADDITIO.

a AEstimatio.Adde quòd æstimatio siue melioramentorum , siue ædificij , fieri debet ex consuetudine iuxta valorem ædificij consistentis, non diruti,vt ait Bursat.cons.85.nu.35.& Roland. cons.28.lib.j.

QVAESTIO XLVI.

1 *Quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, dominus directi,vel emphyteuta?*

1 QVæro,quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis,an dominus directi,vel emphyteuta ? Resp. q emphyteuta teneatur ad collectas.ita consuluit,dicens hãc esse cõmunem opi.Curt.Sen. cons. 36. præcipuè in fi. verbis. Sed hoc intellige,vt procedat quãdo præstatur modica pẽsio,sed si præstatur magna pensio,& sic correspondẽs fructibus, vel quasi, crederem , quòd dominus directi pro sua portione deberet sustinere onera , & emphyteuta pariter pro sua portione, habita ratione fructuum, qui ex ipsa re emphyteutica percipiuntur. & hoc maxima suadet æquitas,& ita seruat Senatus.

QVAESTIO XLVII.

1 *Quæ actio competat pro emphyteusi?*

1 QVæro,quæ actio cõpetat ,p emphyteusi?Resp q cõpetit cõdictio ex lege.& hęc est cõmunis opi.vt attestatur Bart.in l.vnica,nu.7.ff. de cond. ex lege.licet ipse teneat contrarium, Ias. in l.iurisgentium.§.quinimò.nu.17.ff.de pactis.& in l.1.nu.68.C. de iure emphyteu.& in d.l.vnica,nu.8.ff.de cõdictio. ex lege,Iacob.de Nigris,in l.1.post nu.48.vers.Alia autem.ff.de legat.1. Non enim erat potens contractus emphyteuticus per se ad producendum obligationem,nisi vires accepisset à lege Zenonis , quæ est l.j.C.de iure emphyteut. merito ex ipsa lege, nõ autem ex ipso contractu datur actio.

QVAESTIO XLVIII.

1 *Iura loquentia de emphyteusi,an habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica?*

1 QVæro,nunquid iura ciuilia loquẽtia de emphyteusi habeant locum etiã in emphyteusi ecclesiastica?Respon.q non.& est cõmunis opi. vt dicit Grat.cons.110.nu.36.lib.1. Leges enim laicorum non possunt ligare personas,neq; res ecclesiasticas. Benè verum est,q statuta laicorum disponentia super bonis emphyteuticis, habent locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiasticis,quò ad præiudicium laicorum ea bona habentium in emphyteusim,& quo ad laicos tantùm: & hæc est communis opin.vt ait Brun.de statuto excludente fœmin.in 8. arti.prin.q.22.quẽ refert.Paris.cons.1.nu.146.li.2. & cons.21.nu.61.eo.volu.& cons.82. nume.25. eod.vol. Idem dicit Rochus Curt.in repe.c.fi.col.81. de consue. Nam , & personæ ,& bona respectu vtilis dominij,sunt laicis subiecta , ideóq; eorum legibus & statutis ligantur.

QVÆSTIO XLIX.

1 *Bona emphyteutica an possint propriè dici allodialia?*

1 QVæro , nunquid bona emphyteutica possint propriè dici allodialia ? Resp.q non.& est cõmunis conclusio,vt dicit Curr. Iun. cons. 111.nu.1. Nã allodiũ propriè est , quod à nemine præterquã à Deo recognoscitur. Bona autem emphyteuticæ recognoscuntur à domino directi , præterea bona emphyteutica nõ sunt libera tùm respectu solutionis canonis,tùm etiam,quia non potest emphyteuta de eis liberè disponere , meritò non possunt dici allodialia.

QVAESTIO L.

1 *Argumentum de feudo ad emphyteusim , & econtrà an valeat?*

1 QVæro , nunquid valeat argumentum de feudo ad emphyteusim,& econtrà ? Dixi infrà hoc eod.lib.§.feudum,qu.3.vers.Et hæc quidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVLII CLARI ALEXANDRINI
IVRISCONSVLTI CLARISSIMI AC
REGII SENATORIS,

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum,

§. FEVDVM.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Q. 1. *Ius feudorum à quo tempore originem habuerit?*
2 *Ius feudorum hodiè an sit ius scriptum, vel consuetudo?*
3 *Liber feudorum an sit authenticus?*
4 *Quid sit feudum?*
5 *Vnde dicatur feudum?*
6 *An feudum sit contractus nominatus?*
7 *Quotuplex sit feudum?*
8 *Feudum antiquum, & feudum nouum quid differant?*
9 *Feudum hæreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia quid differant?*
10 *Feuda regalia quæ sint?*
11 *Quod dicatur feudum ligium?*
12 *Feudum francum quod dicatur?*
13 *Prælatus an possit in feudum concedere bona Ecclesiæ?*
14 *Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto?*
15 *Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura?*
16 *Feuda an possint emi?*
17 *Concessio castri per verbum donamus, an sit donatio vel feudalis concessio?*
18 *Bona an in dubio præsumantur feudalia?*
19 *Titulus vasalli quanto tempore præscribatur?*
20 *Pacta insolita allegans apposita esse in inuestitura, an illud probare teneatur?*
21 *Vasallus an teneatur adiuuare dominum?*
22 *Vasallus an possit eundo in auxilium domini, liberare se à solutione dimidij reditus?*
23 *Vasallus an teneatur alere dominum egenum?*
24 *Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare?*
25 *Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia?*
26 *Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi?*
27 *Dominus an teneatur defendere vasallum?*
28 *Dominus an possit vasallos inuitos alienare?*
29 *Dominus an possit vasallis collectas imponere?*
30 *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis?*
31 *Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini?*
32 *Vasallus an possit alium subinfeudare de feudo?*
33 *Vasallus an possit feudum alteri locare?*
34 *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini?*
35 *Vasallus an possit rem feudalem alteri pignorare?*
36 *Vasallus an possit feudum dare in dotem?*
37 *Vasallus an possit super re feudali constituere seruitutē?*
38 *Vasallus an possit de feudo transigere?*
39 *Vasallus an possit de feudo facere compromissum?*
40 *Vasallus an possit de feudo testari?*
41 *Vasallus an possit alienare feudum, in præiudicium?*
42 *Filius, vel agnatus quando possint alienationem feudi reuocare?*
43 *Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satisfacere?*
44 *Feudum an possit diuidi?*
45 *Feudum an possit præscribi?*
46 *Feudum an imputetur in legitimam?*
47 *Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali?*
48 *Vasallus committens stuprum cum vxore domini, an amittat feudum?*
49 *Vasallus non petens à domino inuestituram, an cadat à feudo?*
50 *Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo?*
51 *Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis an cadat à feudo?*
52 *Vasallus non alens dominum, an possit priuari feudo?*
53 *Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis, an sit toto feudo priuandus?*
54 *Vasallus an possit feudo priuari, propter amicitiam contractam cum inimicis domini?*
55 *Vasallus relinquens dominum in prælio, an amittat feudum?*
56 *Vasallus si deteriorauerit rem feudalē, an cadat à feudo?*
57 *Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat à feudo?*
58 *Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo?*
59 *Vasallus an possit feudo priuari sine causa?*
60 *Quot testes requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli?*
61 *Vasallus, qui per vim, aut metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi?*
62 *Vasallus an regulariter cadat à feudo ipso iure, an autē sit priuandus per sententiam?*
63 *Dominus recipiens seruitia à vasallo, an censeatur illi remisisse ingratitudinem?*
64 *Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad hæredes domini?*
65 *Et an contra hæredes vasalli?*
66 *Feudū priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis?*
67 *Ingratitudo prælati, an noceat Ecclesiæ?*
68 *Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi?*
69 *Dominus negans inuestire vasallum, an cadat à proprietate feudi?*
70 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo?*
71 *Dominus alienans vasallos inuitos, an priuetur proprietate feudi?*
72 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur?*
73 *Fœmina an succedat in feudo?*
74 *Filius exhæredatus an succedat in feudo?*
75 *Filij fratrū an in feudis succedāt in stirpes, vel in capita?*
76 *Filius vel agnatus an possint repudiare hæreditatem, & retinere feudum?*
77 *In successione feudorū, an habeat locum ius accrescendi?*
78 *Clericus an succedat in feudo?*
79 *Collaterales an succedant in feudo?*
80 *Fœmina semel admissa ad feudum, an postea, superueniente masculo, excludatur?*
81 *An in feudis dignitatum requiratur noua concessio?*
82 *Legitimatus an succedat in feudo?*
83 *Extranei hæredes, an succedant in feudo?*
84 *Feudum an veniat in confiscatione bonorum?*
85 *Feudum an veniat in restitutione fideicommissi?*
86 *Filius institutus in re certa, an in feudo succedat æqualiter cum aliis?*
87 *Finito feudo, an proximiores sint inuestiendi?*
88 *Finito feudo, cui remanere debeant meliramenta?*
89 *Quæ actio competat pro feudo?*
90 *Quis sit iudex competens in causis feudalibus?*
91 *Tempora appellationum statuta à iure communi, an currant etiam in causis feudalibus?*

HAEC materia feudorum est valdè vtilis & quotidiana, super qua nonnulli iuris Interpretes integra Commentariorum volumina perscripserunt.

QVÆSTIO I.

1 *Feudorum à quo tempore originem habuerit ius?*

1 PRO intelligentia terminorum in primis quæro, à quo tēpore ius feudorum originem habuerit, an scilicet fuerit etiam tempore Romanorum, an autem processerit ex consuetudinibus, de quib. in libro Feudorum? Resp. Zasius de feud. in prima parte, in prin. dicit, quòd trahit originem ab ipsis consuetudinibus, licet communiter Doctores contrarium senserint. & hæc opinio Zasij vera est, quam etiam tenuit Andr. de Isern. in proœm. feud. quæst. 4. Fallitur tamen ipse Zasius, dum dicit communiter Doctores contrarium sensisse, quia imò communiter omnes Doctores idem sentiunt, vt enumerando auctoritates demonstrant moderni Parisiens. in consuetud. Paris. tit. 1. in prin. nu. 1. & seq. subdens, quòd hæc opin. nedum est crebior, sed vnica, & concors omnium Doctorum. Hanc etiam opin. quòd vasallus non esset de iure Romano ante vsus feudorum, dicit esse communem Alua. in prælud. feud. in 7. quæst. & in c. 1. in prin. num. 3. de conten. inter dom. & vasal. Et hæc conclusio iudicio meo, modicam habet difficultatem.

QVÆSTIO II

1 *Ius feudorum an hodiè dicatur ius scriptū, vel cōsuetudo?*

1 QVæro, certum est, quòd ius feudorum fuit cōpilatum ex cōsuetudinibus, quæ deinde fuerunt in scriptis redactæ, nunquid hodie dicetur consuetudo, an autem ius scriptum? Resp. quòd adhuc dicetur consuetudo. & ita est communis opin. vt dicit Caccialup. de feudi cognitio. art. 5. nume. 1. quā etiam approbare videtur communis obseruantia Iurisperitorum, qui allegando aliquam Rubricam feudalem, solent addere, in vsibus feudorum.

QVÆSTIO III.

1 *Ius feudorū an allegari possit ad decisionem causarum?*

1 QVæro, an liber feudorum sit authenticus, & possit allegari ad decisionem causarū? Resp. Hostien. in summa de immuni. Eccles. §. in quantū, vers. Si verò, tenet, quòd non: Contraria tamen opinio, scilicet, quòd imò possit allegari ad decisionē causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. Iun. de feud. in prima parte princ. quæstio. 1. Zasius. de feud. in præfat. vers. ic. Antequam. Maranta in suo Speculo, in tertia parte, nume. 84. & dicit Iason in prælud. feud. nu. 1. & seq. quòd hæc est communis sententia Scribentium vbique. Dicit etiam Iacob. de Beluis. in c. 1. §. fin. col. fi. de his qui feu. dare pos. quòd communis opi. ita tenet. & quòd ita tenent omnes Doctores, tàm vltra montes quàm citra montes. Et dicit Albe. de Rosa. in reperto. iuris cano. in verbo, Feudum, colum. 4. quòd ita communiter Doctores tenent, & quòd ita seruatur in practica, Et dicit Aluar. in prælud. feud. col. 3. vers. Quæro tertiò, ita q; se habet cōmunis opi. in omnib⁹ studiis, tàm vltra montes, quàm citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt & tenēt, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prælud. feud. nu. 9. in fi. quòd ita se habet communis opi. in omnibus studiis tàm vltra montes, quàm citra montes, & omnes Doctores ita sentiunt. & dicūt Moderni in cōsu. Paris. feud. in princ. nu. 46. quòd hæc est ferè omnium hac in re scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authentico obseruatus. & allegatus per tanti temporis spacium, cuius initij memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari. cùm vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat priuilegij.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in materia feudali. Sed quæro an possit etiam allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem? Respon. quòd non. ita dicit singulariter Bart in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. post num. 5. ff. de oper. libert. & est communis opin. vt dicit Curtius Iun. consil. 64. numer. 15. & in tractatu feud. in prima parte princ. q. 3.

Dicunt etiam Moder. in cons. Paris. §. 2. in gloss. 2. num. 27. quòd hæc est verior & receptior opin. Ius enim consuetudinarium, non debet trahi in consequētiam. Benè verùm est, quòd vbi non reperiretur contrarium à iure communi decisum, argui posset puta. de feudo ad emphyteusim, secundum Spec. de feu. §. quoniam, vers. 40. & ita esse communem opi. attestatur Soc. cons. 167. nu. 24. lib. 2. & q; in dubio valeat argumentum de feudo ad emphyteusim, dicit communiter teneri Socin. Iun. cons. 72. num. 57. lib. 1. Sed hoc argumentum non semper procedit, vt inferius suis in locis demonstrabimus.

Sed nunquid liber feudorū ligat etiā ecclesias & ecclesiasticas personas? Resp. q; sic. ita tenet Aluarot. in c. 1. col. 8. vers. Sed vtrum, de his qui feu. dare possunt. & est communis opi. vt ait Curt. Iunior de feud. in prima parte prin. qu. 2. & cons. 177. nu. 10. ita etiam communiter teneri, attestatur Maranta in d. suo speculo, in 3. parte, nu. 97. sicut etiam videmus, q; ratione feudi ecclesia & clerici, domino laico subiiciuntur. vt dixi infrà, quæst. 90, versic. Et hæc quidem.

QVÆSTIO IIII.

1 *Feudum quid sit?*

1 QVæro, quid sit feudum? Resp. secundum aliquos quod feudum est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vsufructu translato in suscipientem, eiusq; hæredes siue masculos siue fœminas, si de iis, scilicet fœminis actū sit, ad hoc vt ille suscipiens, & sui hæredes seruiant, siue seruitium sit certum, siue incertum, & hæc definitio colligitur ex tex. in cap. 1. §. beneficium. tit. in quib. caus. feud. amit. & dicit Afflict. in prælud. feud. nu. 69. q; hanc definitionem sequuntur communiter DD. aliā etiam de fin. tradit Raynaud. in repe. c. Imperialem. de prohi. feu. alie. per Fride. scilicet, q; feudum est beneuola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta, sub fidelita-

te, &

te & exhibitione seruitiorum,& dicunt Moderni in consuetudine Paris.tit.1.in princ.num.52.q͡p hæc definitio est verior, & receptior.Iudicio meo neutra harum definitionum transit sine difficultate,sed secunda magis placet.

QVAESTIO V.

1 *Feudum vnde dicatur?*

1 QVæro,vnde dicatur feudum? Resp.q͡p feudum dictũ est à fide,seu fidelitate.Ita probat tex. in cap.1.§.fin.in fine,per quos fiat inuestitur.Et hæc est communis sententia, vt ait Curt. Iun.de feud. in prima parte princip. in 7.quæst. Licet enim in quocunque contractu requiratur fides, tamen in feudo fidelitas vasalli exuberantius,& principalius consideratur,meritò ab ea nomen assumpsit.

QVAESTIO VI.

1 *Feudum an sit contractus nominatus?*

1 QVæro,nunquid feudum sit contractus nominatus?Resqon.quod sic:ita tenet Barto.in l.iurisgentium.§.quinimò,post num.19.ff.de pactis. & est communis sententia,vt attestatur Cur.Iun.de feud. in prima parte princ.in 9.q.Habet enim singulare nomen,& formam à cæteris cõtractibus differentẽ.

Quæro etiam, an feudum sit contractus bonæ fidei? Respon.q͡p non:ita tenet Aluar. in c. 1.de feudi cog.& hæc opi.cõmuniter tenetur, vt dicit Zas. de feu.in 1.parte,circa fi.tũ q͡a nõ est ex enumeratis in §.actionum.Inst.de act.tum etiam quia est contractus à consuetudine inuentus.quæ est stricti iuris.& hæc ratio magis satisfacit, quia reuera non potuit connumerari in §.actionum, cum tempore cõfecti illius §. nondum esset inuentus contractus feudi,vt dixi suprà q.1.

QVAESTIO VII.

1 *Feudum quotuplex sit?*

1 QVæro,quotuplex sit feudum? Respon. Doctores multas enumerant species feudorum. Tu dic,q͡d aliud est feudũ regale, vel dignitatis, aliud non dignitatis,& de his infrà dixi q.10. Aliud est nobile,aliud burgense.Item aliud francum, aliud non francum,de quo dixi infrà q.12.Item aliud est feudum antiquum,seu paternum,aliud nouũ, de quo dixi infrà q.8.Item aliud est feudum rectum, aliud conditionatum.Item aliud est feudum ligiũ, aliud non ligium,de quo dixi infrà q.11.Item aliud est feudum hæreditarium,aliud ex pacto, & prouidentia, aliud mixtum,de quo dixi infrà, qu. 9. Aliæ etiam diuisiones feudorum traduntur per Scribentes, quas vide per te in præludiis feudorum.

QVAESTIO VIII.

1 *Feudum antiquum,vel nouum,quod dicatur?*
2 *Et quid si reuera sit feudum nouum,sed concedatur iure feudi antiqui in omnibus & per omnia?*
3 *Et quid si non sint apposita illa verba vniuersalia?*
4 *Et an illa verba operentur etiam in præiudicium ipsius inuestiti?*
5 *Et quid econuersò si vasallus accipiat inuestituram feudi antiqui pro feudo nouo?*
6 *Et quid si feudum antiquum ex culpa vasalli deuoluatur ad dominum,qui ei culpam remittat,an iudicabitur nouum vel antiquum?*

1 INter alias diuisiones feudorum,quæ communiter traduntur à Doctoribus,ista est maximi effectus,& sæpè versatur in practica,quia scilicet, aliud est feudũ antiquũ,& aliud est feudum nouũ.Feudũ nouum est,q͡p de nouo conceditur,& habet initium in persona illius,qui de eo fuit inuestitus. Feudum autem antiquum est illud, quod est acquisitum ab aliquo ascendente,qui fuerit parens cõmunis agnationis. Et licet aliquando etiam dicatur feudum paternum,id quod est acquisitum ab ascendente intra quartum gradum, tamen hæ duæ species, scilicet antiquum & paternũ, sæpènumero pro eodem ponũntur:& ita hæc omnia sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. Iun.de feud.in 1.parte princi.in 8.q.col.2.vers.Sub hac prima.Effectus autem huius differentiæ inter feudum nouum & antiquum,poteris videre in discursu huius §.

2 Sed hîc occurrit notabilis quæstio,pone,Princeps inuestit aliquem de feudo,& in inuestitura dicit se illud cõcedere iure feudi antiqui & paterni:quæro, nunquid istud feudũ regulabitur tanq͡ feudũ nouũ, an aũt tanq͡ feudũ antiquũ & paternũ?Resp.in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. nam Oldr. cons.178.nu.3.tenet,q͡p non obstantibus illis verbis, censebitur feudum nouum:& hanc opin.aliquando dixit esse communem Iason. cons.152. post nu.1.li. 2.Contrariam autem opi. quod scilicet censeatur feudum antiquum,& debeat tanquam feudum antiquum regulari.tenuit Bal.in c.1.nu.2.de alie. feudi pater. quem cæteri sequuntur, vt ait Iacob.de feud.in verbo, Nobiles Agasi,in fi. Et hanc opi.dixit esse magis communem Ias. sibi contrarius in consil. 1.col.3.vers.11.principali,li.3.& cons.136.col. 4.vers.specialius, lib. 4.& in prælud.feu.nu. 90.circa fi.Dec.cons.144.n.3.in fi.Curt.Sen.cons. 49.post nu.58.vers. Respondemus enim.Rui. cons.5.in prin. lib.1.& cons.14.nu.5.eod.vol.& cons. 45.num.4.eod. vol.Crot.in repet.l.si is qui pro emptore, nu.25.ff. de vsucap.Hanc etiã opin.videtur fateri esse communem.Curt.Iun.cons.1.post n.13. licet dicat,quòd non transit sine difficultate,cùm plures etiam contrarium tenuerint,illam tamen tanquam communẽ,apertè sequitur,dicens non esse ab ea recedẽdũ consulendo,aut iudicando,idẽ Curt.Iun.de feud.in 1.parte princ.in 8.q.col.2.Eandẽ opin.dicit esse cõmunẽ Paris.cons.5.nu.11.lib.1.Alcia. de præsum.in 3.reg. præsump. 28.nu. 4. Moderni.in consue.Paris. feudal. §. 5.nu.84 Et hanc opin.ego etiam semper secutus sum,tanquã veriorẽ & magis cõmunẽ.Vt enim ipsa cõcessio feudi procedit ab absoluta voluntate principis,ita etiã ipsius feudi constitutio,& natura pendet à tenore inuestituræ, secundũ quã Princeps feudũ ipsum concedit,semper tamen intelligendo in Principe, qui de ipso feudo liberè & absolutè disponere potest, prout in hac materia præsupponunt communiter Doctores.

3 Et hæc quidẽ conclusio locũ habet non solũ quando Princeps in concessione vtitur verbis vniuersalibus,puta quia concedat iure feudi antiqui,in omnibus & per omnia,prout aliqui dixerũt, sed etiãsi non sint apposita illa verba vniuersalia.& ita volũt cõmuniter Doct.vt dicit cõpater meus honorãdus, & hac tẽpestate inter iuris interpretes clarissimus D.Crauetta de antiquitate temp.in 5. parte,sectione vlt.post nu.16.

4 Sed circa hanc conclusionem puto esse aduertẽdũ,quia ex hac differentia, quòd feudũ censeatur iure feudi noui,vel iure feudi antiqui,oriuntur varij effectus,quorũ aliqui concernũt, præiudiciũ ipsius domini concedẽtis, puta quia si vasallus propter aliquã culpã,seu delictũ non cõcernens directò personã domini,priuetur feudo,tũc quãdo feudum

dũ est nouũ,reuertitur ad dominũ,sed quãdo est antiquũ remanet, apud eius filios, saltẽ quando est acceptũ expresè pro se,& liberis, vt dixi infrà q. 66.vers.Et hæc quidẽ,& huiusmodi,& in his casibus procedere potest cõmunis opi. q͡p scilicet quando sunt apposita illa verba tale feudũ censeatur iure feudi antiqui, vt verba ipsius Principis concedentis (iuxta vulgares regulas) latissimè quantũ fieri potest,in eius præiudiciũ operentur.Alij vero sunt effectus,in quibus versatur præiudiciũ ipsius vasalli suscipientis feudũ,puta,quia si est feudũ nouũ,vasallus potest illud alienare ad sui libitũ,interuenien te consensu domini in præiudiciũ filiorũ,vt dixi infrà,q.41.vers.Et hæc quidẽ,& illud etiã vni ex filiis suis prælegare, secundũ opi.quam ego tenui infrà q.40.vers.Quæ omnia,& similes,quòd tamen facere non potest de feudo antiquo, nam in eô,vltra consensum domini requiritur etiam consensus eorũ,qui sunt vocati ex tenore ipsius inuestituræ.Et in his casibus fortè teneri posset,feudũ ita concessum nõ debere censeri iure feudi antiqui,in præiudiciũ ipsius suscipientis, ne verba apposita in eius fauorem (contra communes regulas) in eius odiũ retorqueãtur.Cogita,quia si posset sustineri in practica,esset notabilis declaratio:& secũdũ illam ego consului anno præterito in causa magni ponderis in regno Neapolitano,& lætatus sum, quia reperi, q͡p secundum eam prius consuluerat Riminal.consi. 96.nu.31.& seq.cuius consilia impressa fuerũt post primam publicationem huius §.

5 Quæro nũc,quid econuersò,pone,vasallus habens feudũ antiquũ,accipit inuestiturã de ipso, tanquã de feudo nouo,nũquid tale feudũ mutabit naturã, ita quòd censeri debeat feudũ nouũ,non autẽ feudũ antiquũ?Respond.q͡p quantũ ad ipsum dominũ concedentẽ,& quantum ad ipsum vasallũ recipientem proculdubiò censebitur feudũ nouũ: ex quo vterq; ipsorũ potuit sibi pacto in inuestitura apposito præiudicare.& hoc est indubitatum. Quòd verò ad filios siue agnatos ipsius recipientis, quibus ex tenore primæ inuestituræ,erat ius quæsitũ,non potuit dominus,neque vasallus in eorũ præiudiciũ aliquid facere,& ideò talis inuestitura eis non præiudicat.ita tenet Baldus in c.1.num. 20. an agna. vel filius,quem cæteri sequuntur. vt ait Iacob. in verbo,Ita quòd ipsi inuestiti,post num.14.vers.Sed ponamus.Quod tamen intellige procedere,nisi etiã ipsi filij vel agnati consensissent,nam eo casu etiam illis præiudicaret. & ita loquuntur omnes Doctores in hoc proposito.

6 Sed pone,Vasallus ex aliqua causa incidit in priuationẽ feudi,q͡d erat antiquum,puta propter feloniam,ingratitudinem,vel huiusmodi,ita quòd feudum ipsum aperiebatur domino (de quo tamen vide quæ dixi infrà,q.66.) modo dominus remittit hanc culpam ipsi vasallo, quæro,an remaneat feudũ antiquũ, an autem censeatur tanquam feudũ nouũ? Respon. q͡p remanet feudũ antiquũ.ita tenet glo.in c.Imperialem.§. insuper,in verbo, priuetur, de prohib.feudi alien.per Frider.quem cæteri Scribentes sequuntur,vt dicit Iacob,in verbo.Dictique vasalli,el.1.nu.64.Idem etiam tenuit Bart.in l.quod dicitur, la 1.in princ. n.9.ff.de impen. in reb. dotal. fac.Hanc tamen conclusionem intelligo vt procedat,quando non esset adhuc contra ipsum vasallũ secuta sententia super priuatione,vel quando culpa non erat talis,propter quam vasallus ipso iure feudũ amisisset,nam eo casu vtique remanet feudum antiquum,prout erat antea,secùs autem si iam fuisset priuatus ipso iure,vel per sententiam.ita dicit Bald.in d.§. insuper,nume.8.& ita communiter distinguũt omnes Scribẽtes,vt dicũt moderni.in cõ suetud.Paris.feud.§.30.n.105.Credo etiam q͡p si posset apparere de aliqua fraude, quia scilicet dominus,& vasallus simul collusissent,vt agnatos à suo iure excluderent,esset eis ex æquitate succurrendũ.

QVAESTIO I.

1 *Feudum ex quando dicitur esse pacto & prouidentia,& quando hæreditarium?*
2 *Feudum simpliciter,& absolutè hæreditarium,an transeat ad quoscunque hæredes,etiam extraneos?*
3 *Feudum concessum pro se & filiis vel liberis, an dicatur hæreditarium?*
4 *Feudum concessum pro se,& filiis,& hæredibus non requirat quòd filij sint etiam hæredes?*
5 *Et an hoc casu requiratur quòd sint hæredes vasalli vltimo loco defuncti,an autem sufficiat, quòd sint hæredes primi acquirentis?*
6 *Et quid si feudum concessum sit alicui,nulla facta mentione filiorum nec hæredum?*
7 *Feudum concessum pro se,& hæredibus,an dicatur hæreditarium?*
8 *Et quid si concessum sit pro se,& filiis, & hæredibus ab eis legitimè descendentibus?*
9 *Et quid si concessum fuerit pro se,& hæredibus masculis?*

1 VAldè vtilis & quotidiana est illa quæstio,qualiter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto & prouidentia,& qualiter hæreditarium:in qua materia Doctores multum intricatè loquuntur. Præmitte ergò,quòd dupliciter intelligi potest feudum esse hæreditarium,primò scilicet,quò ad hoc, vt tale feudũ de sui natura sit transitorium ad quoscũque hæredes, & sic,quòd eo ipso, quòd quis est hæres vasalli admittatur ad feudum.Secũdò verò quò ad hoc,vt de natura ipsius feudi non posset aliquis in eo succedere, nisi etiam sit hæres, & sic in primo casu qualitas,quòd sit hæres,sufficit ad succedendũ in ipso feudo,in secundo autem casu non sufficit,sed benè requiritur quid concurrat.

2 Hoc præmisso,dic, quòd tria sunt in hoc proposito genera feudorũ. Aliquod enim est feudum simpliciter,& absolutè hereditarium,puta,quando cõcessum est pro se,& hæredibus quibuscunque & ad hoc,vt quis in tali feudo succedat,sufficit, q͡p sit hæres,nec alia qualitas requiritur, & ideo tale feudũ transit ad quoscunque etiam extraneos hæredes, ita dicit Bald. in l. cum virum,post nu.21.C.de fideicom.qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas de pensio.q.19.nu.13.Idem etiam tenet Bal. in c.Imperialem. in prin. nume.19.de prohibi. feudi alien.per Frider.Et est communis opi.vt ait Soc. inter consil.feudal,Brun.cons.19.num. 2. Curt Iun, cons. 183.nume.6.& in tractatu feu.in vlti.parte tertiæ partis princ.q.2.Ripa in l.ex facto. §.si quis ita, post nu. 16. ver.Ex quibus constat. ff.ad Trebel.& in l.quæsitum.§.si quis cum tutor.num.4.& seq.ff.de priuil.credi.Crauet.cons.256.post nume.8.vers.His tamen Paris.cons.23.nu.170.lib.1.Soci.Iun. cons.103. n.28.li.2.Et dicit Apostil.ad Alexand.consi. 30.sub. nu.11.lib.1,in fine Apostil.q͡p hæc est crebrior,& verior opi.licet in prin.Apostil.dicat, quód in hoc pũ &o.quanto plura legit,tanto minus discernere potuit,quæ sit crebrior opi. adeò Doctores Doctoribus,imò iidem sibiipsis contradicunt. Sed quicquid dicat,opin.Bald.tanquam magis communis obseruatur

obseruatur in practica.

3 Quandoque verò,& secundò,feudum est simpliciter,& absolutè ex pacto,& prouidentia,puta,quãdo cõcessum est pro se,& filiis,vel pro se,& liberis, nulla facta mentione hæredum, & hoc quidem feudum non dicitur hæreditarium,secundum And.de Isern.in c.1.§.hoc quoque.qui feud.dare poss.& est communis regula, vt ait Dec. consil. 445.nume.8. sed ad hoc, vt quis in tali feudo succedat,sufficit quòd sit filius,vel descendens ab illo primo acquirente,non autem requiritur, q̃ sit hæres.& est cõmunis opin.vt dicit Ias.in l.si post mortem,in princi.nu.3.ff.de leg.1.& cons.56. col. fi.in prin.ibi ergo, lib.3.Bene verum est, quòd in hoc casu secundum aliquos,est differentia inter filios & agnatos: nam multi tenent,q̃ in hoc feudo locum habeat dispositio c.1,an filius vel agnatus.de quo infrà,suo loco dicemus,in quæst.76.

4 Quandoq; & tertiò,feudum non est neque simpliciter hæreditarium, neque simpliciter ex pacto,& prouidentia,sed participat de vtroque,puta,quando est concessum pro se,& filiis,& hæredibus, nam eo casu requiritur,quòd ille,qui vult in tali feudo succedere, sit filius,& sit etiam hæres,& sic,q̃ in eo vtraq; qualitas cõcurrat.ita tenet Iacob. de Beluis. in ca.1.de eo,qui sibi,& hæred.&c.Bene verũ est,q̃ in hoc fuit aliqua controuersia inter Scribentes,nã contrariũ videtur tenuisse Bald.in eo. cap.1.nume. 9.quòd scilicet sufficiat ius sanguinis,neque requiratur ius hæreditatis,sed huic opin. Bald. non adhærent communiter Doctores,vt dicit Alex. cons. 19.nume.16.li.5.Et dicit Alex. cons.10.nume. 8.lib. 3.quòd conclusio Iacob.de Beluis.est communiter approbata,quem refert Paris.cons.2.nu. 26.lib.1.& cons.3.nume.17.eo.vol.& cons.4.nume. 28. eo.vol.& cons.106.num.25.eod.volu. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iason cons. 57. nume.1. lib.1.& cons.56.col.1.lib.3.Ruin.consi.16. nu.6.libr.1. Curt.Iun.cons.1.num.11.Paris.cons.16.nu.13.lib.1.& cons.23.nu.167.eod.vol.& cons.1.nume.134.lib.2.& cons.48.nu.9.& 10.lib.4.Crauetta cons.107.post nu. 5.vers.Hoc tamen fundamentum Socin.Iun.consil. 114.post nu.12. lib.2.Gratus cons.4.num. 42. lib.1.Et hanc opin.tanquam veriorem, & magis communem, semper vidi obseruari in practica,aliàs enim necesse esset fateri, quòd illa verba,& hæredibus, essent superflua.

5 Sed quæro,an oporteat eum,qui vult in huiusmodi feudo succedere,esse hæredem vasalli vltimo loco defuncti, an autem sufficiat eum esse hæredem primi acquirentis? Respon. quòd in hoc etiam est altercatio inter Doctores,nã aliqui tenẽt,oportere quòd sit hæres vasalli vltimo loco defuncti.& hanc dicit esse communem opin.Curt.Iunior cons. 138. post nu.24.quem refert Socin.Iun.consil.188. nu.15. lib.2.Aliqui verò tenent sufficere quòd mediante persona suorum antecessorum sit hæres primi inuestiti.& hanc dicit esse communem Alex.in d.consil. 10.nu.8.li.3.prout illum refert Gozad.consil.8.nu.2. Et reuera Alexan.ibi expressè dicit, quòd sit hæres primi recipientis,idem etiam videtur sensisse Alex. & plures alij in locis suprà allegatis,dum loquuntur alternatiuè,scilicet,q̃ sit hæres vel primi acquirentis,vel vasalli vltimo loco defuncti.Et hæc opi. magis mihi placet.Cũ. n. descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo,virtute primæ inuestituræ,in qua fuerunt vocati ipse,& eius filij, & hæredes,non est consideranda successio illius, apud quem feudum vltimo loco repertum est, sed tantummodò illius,cuius beneficio descendentes ipsi ad feudum admittuntur.Et ita secundum hanc opi.in facti contingentia iudicauit Senatus.

6 Sed quid dicendũ est,quando feudum est concessum simpliciter alicui,nulla facta mentione filiorũ, neq; hæredum,puta,concedo tibi tale castrum in feudum,nunquid tale feudum(quod aliqui nominant informe) transibit ad hæredes,an autem censebitur cõcessio personalis,quæ non transeat ad descendentes,vel successores? Respon. q̃ tale feudum ita concessum,nihilominus transit ad hæredes, scilicet ad eos qui aliàs ex natura feudi succedunt.ita tenet Pet.de Bellapert.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de legat.1.& est communis opin.vt attesta tur Ias.in d.§.si quis alicui,num.9.Sunt enim beneficia principum (iuxta vulgares regulas) latissimè interpretanda,non tamen in huiusmodi feudo succedunt hæredes extranei,quia hoc esset contra naturam feudorũ,in quibus regulariter non succedũt extranei hæredes, vt dixi infrà q. 83. Et sic vides,q̃ hoc feudum ita simpliciter concessum,perinde est, ac si concessum esset expressè pro se,& filiis suis masculis tantùm:& ad hoc allegatur gl. quę tamen in libro meo hoc non dicit in c.1.quib.mo.feu.const. po.vbi Bald.nu.4.refert gl.ita expressè dicere, subdens,& tene menti in corde tuo,quia est notabile. Et illam gl.dicit esse communiter receptam,Didac. li.2.resolu.c.17.num.3.in fi.vbi etiam dicit, q̃ hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt.

Et in hoc proposito nota,q̃ in feudis potest considerari duplex prouidentia,scilicet legis & hominis,prouidentia legis est,vt feudum de sui natura non transeat nisi ad descendentes, & ideò siue feudũ sit cõcessum simpliciter (vt superius dixi) nulla facta mentione filiorũ,neq; hæredum , siue concessum sit pro se,& hæredibus,nihilominus tale feudũ ex prouidentia legis non transit nisi ad descendentes masculos, non autem ad extraneos hęredes.Prouidentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius inuestituræ,vocãtur expressè solũmodo descendẽtes ipsius recipientis,puta,quando cõcessum est pro se,& liberis,vel pro se,& filiis,vel huiusmodi,& hoc propriè videtur dici feudũ ex pacto & prouidentia,quia & pactũ hominis,& prouidentia legis in hoc concurrũt,vt solùm descendentes, ipsius inuestiti,non autem hæredes extranei in ipso feudo succedant.

7 Nunc prosequendo eandem materiam quæro,an feudũ receptum pro se,& hæredibus,dicatur hæreditarium?Respon.si intelligas hæreditarium,simpliciter & absolutè,id est,quòd transeat ad quoscunque hæredes,etiã extraneos,certũ est,q̃ non est hæreditarium,vt ex prædictis apparet,& latius dixi infrà in d.q.83.sed si intelligas hæreditarium, scilicet in quo non possit succedere,nisi qui sit hæres,dico, quòd est hæreditarium,& ita tenuit And. de Isern in c.1.§.hoc quoque. de his qui feud. dare poss. & est communis regula,vt ait Dec.cons.445. nu. 8.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campeg.inter cons.feudal.Brun.cons.11.n.3.& seq.Brun. consil.24.num.1.Licet enim in materia feudali,verbum,Hæredibus,intelligatur de descendentibus,& sic ratione subiectæ materiæ ttahatur vltra propriam significationem,retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit vtrunque, scilicet descendentes, & hæredes. alterum ex natura

natura ipsius verbi, alterum ex natura rei, super qua pronunciatur.

8 Sed quid si feudum acceptum sit pro se & filiis,& hæredib.ab eis legitimè descendentibus ? Respond. pariter dicendum est,q̃ censeri debet hæreditariũ. & ita se habet magis communis opin. vt ait Paris. cons.4.nu.27.lib.1.Afflict. decis.195. post nu. 7. subdens,q̃ ita pluries fuit iudicatum,& ideò in tali feudo filij vel eorum descendentes non succedent, nisi etiam sint hæredes:& ista est communis opi.vt dicit Sigismun.cons.feud.52.nu.55.

9 Item quæro, quid si acceptum fuerit feudum pro se,& hæredibus masculis?Resp. aliqui tenuerunt, q̃ illa qualitas masculinitatis adiecta operatur,q̃ feudum ita receptum, non dicatur hæreditariũ, & fuit opin. Rayn. in sua q.incip. Quidam habebat duos filios. & ita tenent omnes,vt dicit Ias.in l.Gallus. §. etiam si parente,nu.22.ff.de libe. & posthum.quem refert Rubeus cons.110.num.5.& in rep.d.l. Gallus. §.quidam rectè,col.68.versi.Dubitatur igitur quintò, & est communis opin. vt attestatur Bello.cons. 33.numero 2.

Sed tu hic diligenter aduerte, quia si dictum Ray. intelligatur,quòd feudum ita receptum non sit hæreditariũ,quia scilicet non transeat ad omnes, qui iure hæreditario succedunt, etiam extraneos, sed solùm in descendentes masculos, hoc nullam prorsus habet difficultatem , quia etiam si non esset apposita illa qualitas masculinitatis, tamen ex natura feudi id erat expeditum,vt sæpè dixi. Et dicit Soc. Iun.cons.188.num.7.lib.2.q̃ est commune dictum,& non habet contradictorem. Et ita in hanc sententiã expressè illum refert Iason in loco suprà allegato, adeò quòd ita intelligendo decisio Rayn. quæ fundatur super illa dictione masculis,erit inanis,& sine succo.Si verò intelligatur quòd illa qualitas masculinitatis operetur,q̃ feudum non sit hæreditarium, quia scilicet descendentes masculi ad ipsum feudum admittantur, etiam si non sint hæredes, ego credo illam decisionem Rayn.esse falsam, & contra eum esse magis communem opi. prout etiam attestatur Rubeus consilio 18.per totum consilium. Didacus libro secundo resolut.cap 18.ante numerum 4.Certè passus est arduus, & aliquando cum causa penderet de facto,ab vtraque parte requisitus consulere recusaui.

QVAESTIO X.

Feuda regalia vel dignitatum quæ dicantur?

4 Q Væro, quæ dicantur feuda regalia,vel feuda
1 dignitatum?Respon.q̃ ad hoc,vt aliquod feudum dicatur regale,vel dignitatis, duo requiruntur Primùm,quòd in feudum concedatur Regnum,seu dignitas,puta Ducatus,Marchionatus,vel Comitatus. Secundum, q̃ concedatur ab Imperatore, aut Rege,vel supremo Principe. Ita declarant communiter Scribentes,vt dicit Cur. Iun. de feu. in 1.parte q.8.colum.1.

QVÆSTIO XI.

1 *Feudum ligium quod dicatur?*
2 *Et an possit quis esse homo ligius duorum dominorum?*

Q Væro,quod dicatur feudum ligium? Respond.
1 q̃ feudũ ligium est , in quo tria concurrunt. Primum q̃ in inuestitura,expressè dicatur,quòd sit ligium.Secundum,q̃ vasallus subiiciat principaliter potestati domini personam suam, & consequenter omnia bona sua , etiam non feudalia. Tertiam, q̃ iuret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reseruata. Et ista est communis opin. vt dicit Curt. Iun. de feud.in prima parte,q.8.vers.quintò sub hac.

2 Hinc infertur,quòd non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum,vt dicit glo.in clem.pastoralis.§.denique. in verbo, Homoq; ligius , de re iudic.quæ in hoc communiter approbatur , vt dicit Iacob.de homag.num.6.

QVÆSTIO XII.

1 *Feudum francum quod dicatur?*

Q Væro quod dicatur feudum francum ? Re-
1 spond.q̃ feudum francũ dicitur , in quo duo concurrunt. Primùm , quòd in inuestitura expressè dicatur quòd sit francum. Secundùm , quòd inuestitus non teneatur, nisi ad seruitia , quæ sunt expressa in inuestitura:& ista est communis mens Doctorum,vt dicit Cur.Iun.de feud.in prima parte , q. 8.vers.Secunda principalis.

QVÆSTIO XIII.

1 *Prælatus an possit concedere in feudum bona Ecclæsiæ?*
2 *Et quid in feudo decimarum?*
3 *Et quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui?*
4 *Et quomodo dicatur res ecclesiæ solita,vel non solita infeudari?*
5 *Et an possit prælatus infeudare tales res, etiam consanguineis suis?*
6 *Et an tali infeudatione interuenire debeant solennitates requisitæ in alienatione ecclesiæ?*
7 *Et an possit prælatus eo casu alterare,aut mutare consuetudinem,secundum quam tales res solitæ erant in feudum concedi?*
8 *Et an si illam alteret,infeudatio vitietur?*

Q Væro, nunquid prælatus possit in feudũ con-
1 cedere bona ecclesiæ?Respond.q̃ non, nisi essent res solitæ infeudari.Nam illas vtiq; posset prælatus,postquam essent ad ipsam ecclesiam reuersæ, aliis in feudum concedere.ita colligitur ex text. in cap.primo.de his qui feudum dare possunt.

2 Sed quæro,nunquid hæc conclusio locum habeat, etiam in feudo decimarum quod solitum sit laicis infeudari,vt scilicet,si ad ecclesiam reuertatur, possit prælatus illud alteri laico in feudum concedere? Respond.quòd sic:& ad hoc allegatur glo. in c.prohibemus,in verbo,Laicos , de decimis quæ tamen hoc non dicit. Sed hanc opin. clarius tenuit Flor. quem refert Imol.in c.ex parte, post nu. 39. de feu. subdens,quòd hęc opi.communiter seruari videtur. & post eum,ita dicit communiter teneri & obseruari in practica Ias.consi.155.in fi.li.2.& in d.c.1.nu.13. de his qui feud.dare poss. Illum etiam refert Curt. Iun.de feud. in 2.parte pri.q.8.Dec. cons. 131. paulo ante fi.Licet enim regulariter decimæ apud laicos esse non possint,tamen ex quo erant solitæ laicis infeudari,præsumitur easlicitè apud ipsos laicos fuisse,& consequenter etiam aliis laicis concedi posse.

3 Sed nunquid poterit prælatus infeudare non solùm feuda,quæ tempore suæ prælaturæ aperiuntur, sed etiam ea,quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt Respon.gl.in d.c.1.in prin.in verbo , Feudum dare,tenuit quòd non:sed illa gl.in hoc cõmuniter reprobatur , vt dicit Guido Papæ decis.154. post nu.2.Benè verum est,q̃ si aperiatur feudum tẽpore vnius prælati , & ille prælatus tale feudum apertum,& solitum infeudari,non infeudet , sed recipiat fructus , & decedat, si deinde successor suus

reperiat illud feudum inter bona mensæ,non poterit illud inconsulto Romano Pontifice infeudare, si tenuerit per annum inter bona mensæ suæ,& nō infeudauerit,ita sentiunt omnes,vt dicit Guido Pa pæ in d.decis.154.post nu.3.vers.Sed si dicta & secū dum hanc conclusionem in facti contingentia iudi cauit parlamentum Delphinale,vt in eadem decis. in principio.

4 Nunc pro intelligentia quæro, quomodo dicatur res Ecclesiæ solita vel non solita infeudari? Aliqui dicunt,quòd dicitur solita infeudari,quando repe riuntur duæ infeudationes illo modo factæ, simul cū cursu quadraginta annorum, & fuit opi. Iacobi de Beluis.in d.c.1.de his qui feud.dare poss.quam di cit esse communem Ias.cons.155.col.penult.versic. Non obstat secundum,lib.2.vbi etiam col.2.versic. Quartò facit,dicit,quòd ab hac conclusione non discrepat.Multi etiam dicunt sufficere, quòd præ cesserit vna tantùm infeudatio solemniter facta si ne aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum. & hanc opin.dicit esse communem Curt. Iun. de feud.in 1.parte 2.partis prin.q.4.Ruin.cons.35.n.30. li.1.Sed hæc opi.non trāsit sine difficultate,ideò pri ma esset tenenda, tanquam tutior,& quæ minus fa uet alienationi rerum ecclesiasticarū.Ad hoc autē vt dicatur non solita amplius infeudari,requiritur vel quod expressè prælatus eam describi faciat in ter bona mensæ ecclesiæ,vel quòd per multum tēpus collegerit fructus ipsius rei solitæ infeudari, prout solitus est facere de aliis rebus incorporatis Et hāc opi.quòd scilicet requiratur huiusmodi de claratio expressa vel tacita,dicunt magis esse com munem,quidam moderni,quos refert Curt.Iun.in dicta 1.parte 2.partis prin.q.5.

5 Vlterius quæro,nūquid possit prælatus huiusmo di res postquam ad ecclesiam reuersæ sunt, infeudare non solùm extraneis,sed etiam consanguineis & affinibus suis?Respond.quòd sic,dummodo talis infeudatio non sit multum onerosa ecclesiæ, vel aliàs suspecta.ita tenet Bald.in dict.c.1.nume.9. & est communis sententia, vt ait Curtius Iunior in Prima parte 2.partis principalis q.7.quē refert Ri pa in tract.de peste in 2.c.de remediis præserua.nu. 170.Tas.in dict.cap.1.post nu.19.de his qui feud. da re poss.Zasi.de feu.in 5.parte.versic.Quarta conclu sio.Et ita de consuetudine obseruari videtur, quia hodiè potius agnatis quam aliis beneficia à præla tis conceduntur,vt dicit gl.in ca.1.in prin.in verbo, In clericorum,si de inuest.inter do.& vasa.&c. Quę quidem consuetudo non est prorsus improbanda, modò isti agnati seu affines sint aliàs probi,& ido nei.Sed caueant prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendūt,ipsi eorū,& suas animas illaqueāt in æternā dānationē.

6 Item quæro,an in tali renouatione in feudationis interuenire debeant illæ debitæ solemnitates, quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur?Respō. quòd non:ita tenet Bart.in authent.qui rem,nu.4. C.de sacrosc.Eccles.Abb.in c.vt super.nu.11.de reb. eccles.non alien.& est communis sententia,vt dicit Curti.Iuni. de feud.in prima parte secundæ partis principa.q.1. Et quòd possit prælatus solus,& sine consensu capituli,huiusmodi res solitas infeudari, aliis in feudum concedere, dicit esse communem conclusionēm Doctorum Soc.cons.120.nu.23. lib. 3.Claud.in d.ca.i.de his qui feu.dare poss.& ita etiā communiter de consuetudine teneri attestatur Za sius de feu.in 5.parte vers.Secunda conclusio, Et in hoc modica est inter Doct.controuersia.

7 Scias tamen,quòd sicut Prælatus non potest in feudare res ecclesiæ non solitas in feudum cōcedi, ita etiam in tali renouatione infeudationis non po test alterare,aut mutare consuetudinem, secundū quā erant solitæ concedi.ita dicit Bart.in d.authē. qui rem,nu.8.& est communis conclusio, vt dicit Alex.cons.9.nu.2.lib.3.

8 Sed quid si alteret aut mutet ipsam consuetudi nem,nunquid infeudatio vitiabitur?Respon.quòd quatenus in hac renouatione excesit formam cō suetā,proculdubio vitiatur.& in hoc nemo discre pat.& hanc conclusionem dicit esse cōmunē Curt. Iun.in d.prima parte.2.partis in 6.q.col.1.& 2.qua tenus autem solitæ sunt cōcedi,sustinetur. & ita di cit esse veram,& communem sententiam Cur.Iun. in d.6.q.col.pen.Tu vide quæ dixi suprà.§.emphy teusis.q.6.ver.Sciastamen.

QVAESTIO XIIII.

1 *Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum a perto?*

1 QVæro,an dominus possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto,scilicet, quòd ad huc per alium vasallum,legitimè inuestitum possi detur?Respon.quòd sic, dummodo inuestitura sit concepta sub cōditione,puta si ille vasallus sine de scendentibus aut agnatis ad feudum ipsum voca tis decesserit,vel in tempus,puta quādo ipsum feu dum ad dominum iure medio deuoluatur.& ita cō cludunt communiter Doctores, vt dicit Claudius in l.fi.nu.13.C.de pact.Sed si inuestitura esset conce pta purè,esset penitus nulla,adeò quòd etiam si po stea eueniat casus quòd tenens feudū moriatur sine hærede,non tamen potest aliquē effectum sor tiri.ita probat tex.in c.1.hic potest esse titulus, qui successores teneant.& est communis opin. vt dicit Aluarot.in eod.c.primo post nu.1.vers. In tex.ibi: Debent tamen Imperatores & Principes abstinere ab huiusmodi inuestituris concedendis : ne induc ant votum captādæ mortis,vt audiui cōtigisse no stris temporibus,in quodam Marchione ex primatibus Italiæ,cuius nomen tacetur.

QVAESTIO XV.

1 *Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura?*

1 QVæro,nunquid feudum rectum possit cōstitui sine inuestitura,ita vt habeat propriam natu turam feudi,& sit transitorium ad hæredes? Respō. in vsibus feudorum sunt duo text. in hac materia, qui inter se pugnare videntur, nam in capit.1.qui bus mod.feu.constitui pot.expressè dicitur nō pos se feudum sine inuestitura constitui, etiam si quis domino iubente alicuius rei tāquam feudalis pos sessionem nanciscatur. Contrarium autem decidi videtur in c.1.de consue.recti feudi,vbi dicitur,pa ria esse quòd concedatur inuestitura,vel quòd do mino iubente quis possessionem feudi nactus sit. Tu dic secundum Aluarotum quòd illi tex.ita pos sunt ad concordiam rectè reduci. Aut talis iussus est factus coram paribus curiæ,& tunc habet vim inuestituræ,prout expressè loquitur tex.in d.c.1.de consuetudine recti feudi.Aut fit absente curia,& ni hil operatur.& ita procedat tex.in d.c.j.quib.mod. feud.const.pot.Et hæc concordia communiter te nētur,vt ait Zasi.de feud.in 6.parte colum.1.versic. Nec te lateat.

QVAESTIO

QVÆSTIO XVI.

1 *Feudum an possit acquiri mediante precio?*
2 *Et an tale feudum dicatur propriè feudum?*

1 QVæro,an feudum possit acquiri mediante pre cio?Resp.gl.in c.1.de benef.fratr.in gl.1.tenuit quòd à domino non possit feudū concedi median te pecunia.Contraria tamen opi.scilicet, quòd feu da possint emi,obtinuit, vt dicit Zas.de feud in 12. parte,vers.3.conclusio, subdens quòd eam Docto res plerique omnes sequuntur,& q hæc opin. notis sima consuetudine recipitur, dicit etiam Bald. in c. 1.§.ex eadem lege.nume.2. de l. Corra. q ita est per consuetudinem vsurpatum,& quòd ita quotidiè vi demus castra & villas emi & vendi cum mero & mi xto imperio,&c.

2 Sed quæro,nunquid tale feudum emptum, dica tur propriè feudum? Respon. q non dicitur habe re propriam naturam feudi,ex quo non est gratui tum,vt in c.1.de feudo non habente propr. nat.feu. tamen est verum feudum, & regulatur secundum omnes leges & consuetudines feudi.Ita generaliter volunt omnes Feudistæ, vt dicūt Moderni. in con sue.Paris.feu.§.30.num.110.in fi.sed de hoc aliquid attingemus in discursu materiæ.

QVAESTIO XVII.

1 *Concessio feudi per verbum Donamus, an dicatur donatio vel feudalis concessio?*

1 QVæro,princeps concedit alicui feudum, & in concessione vtitur verbo,Donamus, vel alio simili importante donationem, nūquid censebitur libera donatio, vel feudalis concessio? Respond.q censebitur libera donatio.& ita in specie consuluit Oldrad.cons.159.num.3. & hoc. dictum Oldradi vi detur communiter receptum, vt ait Gratus cons.9. nu.78.lib.1.Hanc etiam esse communem conclusio nem Doctorū attestatur Soc.Iunior cons.102.nu.9. & seq.lib.2. Non enim debemus à proprietate ver borum recedere, maximè cùm beneficia principū latissimè sint interpretanda.

QVÆSTIO XVIII.

1 *Res an in dubio præsumatur allodialis,vel feudalis?*
2 *Et quid si inuestitura sit de castro, & pertinentiis, an do minus habeat intentionem fundatam pro omnibus bo nis,quæ vasallus possidet in territorio illius castri.*

1 COntingit quandoq;,quòd dominus asserit ali quam rem,quam vasallus possidet,esse feuda lem, econuersò autem vasallus contendit eam esse allodialem,quæro,an præsumatur feudalis,vel allo dialis?Respond.quòd in dubio quælibet res præsu mitur allodialis,& non feudalis. hæc est vulgata re gula,quam omnes Scribentes sequūtur tàm legen do,quam consulendo,vt dicit Bellon.consilio deci mo,numero 9.Est enim feudum species seruitutis quæ in dubio non præsumitur.

2 Sed quid si vasallus habeat inuestituram de castro & pertinentiis, nunquid eo casu dominus habebit intentionem fundatam,ita quòd omnia bona, quæ vasallus reperitur possidere in territorio illius cā stri,præsumantur feudalia, & vasallo incūbat onus probandi,q sint allodialia?Respond.q non,sed præ sumuntur allodialia,nisi dominus probet ipsas res esse de pertinentiis. ita dicit Hostien.in c.nimis. de iureiur.& est communis opin.vt ait Bello.in d.cons. 10.post nu.11.& ita in facti contingentia iudicauit consilium Neapolitanum, vt refert Afflic. decisio. 207.Et superioribus annis,dum similis quæstio ver teretur in causa magni ponderis, fuit pronuncia tū pro vasallo,non obstante quòd bona de quibus agebatur,essent sita intra confinia territorij descri pta in inuestitura.

QVAESTIO XIX.

1 *Ex præstatione seruitiorum personalium per longum tem pus,an præsumatur titulus vasallagij?*
2 *Et an ex eo,quod quis per decenniū possedit aliquā rē vti feudalem,præsumatur præcessisse feudalis concessio?*

1 QVæro,aliquis seruiuit mihi, vt vasallus longo tempore,id est per decenniū,præstando ser uitia personalia,nūquid ex hoc præsumetur titulus vasallagij siue homagij? Resp.q non,sed requiritur tēpus triginta annorū.ita tenet Bar.in l.solent.§.fi. nume.9.ff.de off.proconsl.& in l.litibus.nu.31.C. de agrico.& cens.lib.xj.Et est communis opin. vt dicit Balb.de præscrip.in 3.parte principali,in 10.q.primæ partis,nume.34.& in secunda quartæ principalis,q. 6.num.1.in fi.Est enim magni præiudicij, vt quis ef ficiatur vasallus alterius. ideò requiritur saltem cur sus.30.annorum.

2 Sed pone,aliquis diuturno tempore,id est per de cenniū possedit aliquam rem vt feudalem,nunquid præsumetur præcessisse solennis concessio feudalis? Respond. q sic, & ista est communis opin. vt dicit Balb. in d. decima quæst. primæ partis, post nume. 35.ver.Et exibi notatis,quem refert Paris. cons.23. nume.3.lib.4.Nam hoc quidem casu agitur de longè minori præiudicio, quàm in superiori, quantū scilicèt interest inter personam & res,meritò etiam minoris temporis cursus sufficit ad inducendam præscriptionem.

QVÆSTIO XX.

1 *Vasallus dicens pacta quæ dominus vult apponere in inue stitura,esse insolita,an teneatur illa probare?*
2 *Et an recognitio per impressionem vel errorem facta ali ter quam more solito noceat posteris?*

1 QVero,tu scis,q in renouatione inuestiturę quā doque apponuntur pacta insolita:Modò vasal lus dicit,qd pacta quæ dominus apposuit, vel vult apponere in inuestitura,sunt insolita, vel econuer so,nunquid erit illi credendū? Respond.q non, sed alleganti pacta esse insolita incūbit onus id pro bandi. ita volunt omnes Doct.vt dicit Iacob. in ver bo,Qui quidem inuestiti,nu.65.

2 Sed pone, quòd per impressionem vel errorem sit facta recognitio feudi,aliter quàm more solito, nūquid talis recognitio nocebit posteris? Resp.q non:ita eleganter dicit Bald.in c.1.§.fin. post nu.2. de feudo guar.quem cæteri Doctores sequuntur,vt ait Iacob.in d.verbo,Qui quidem inuestiti,nu. 70. in fi.& in verbo,Dictique vasalli.num.13.dicit,q il lud dictum Bal.sequuntur omnes posteriores,& ibi dem num. 21. dicit, quòd omnes sequuntur.Sit ta men cautus vasallus,vt,semper accipiat renouatio nem iuxta formam primæ inuestituræ, quia si illa deperderetur,posset illa renouatio maximū præiu dicium afferre suis descendentibus. Præterea in tellige hanc conclusionem,vt procedat in feudo an tiquo ex pacto,& prouidentia,in quo vasallus non potest præiudicare vocatis ex tenore inuestituræ, sed si esset feudum,de quo vasallus posset liberè di sponere,vtique talis recognitio posteris obesset.

QVAESTIO XXI.

1 *Vasallus tenetur dominum adiuuare, & defendere contra omnes.*
2 *Et quid si sit inhabilis ad pugnam?*
3 *Et an teneatur præferre salutem domini propriæ saluti?*
4 *Et an teneatur illum adiuuare contra proprium patrem, fratrem, vel filium?*
5 *Et an contra seipsum?*

1 TV scis, quòd vasallus tenetur dominum adiuuare & defendere contra omnes, de quo habes. tex. in cap. 1. quib. mod. feu. amitt. Quæro, nunquid teneatur vasallus id facere suis propriis sumptibus? Resp. quòd sic, nisi tamen de proprio impotens esset, ita communiter cõcluditur, vt dicit Alex. in l. recusare. §. si quis alio, nu. 10. ff. ad Trebel. Nam regulariter qui est obligatus ad aliquid faciendum. tenetur id facere suis sumptibus.

2 Item quæro, an vasallus inhabilis ad pugnandum, putà, quia habeat brachia abscissa, teneatur adiuuare dominum, & si aufugerit ex prælio sit feudo priuandus? Respon. quòd non: ita tenet glo. in d. c. 1. in gl. 1. quib. mod. feud. amit. quam dicit esse communiter approbatam, Iacob. in verbo, Et promiserunt post num. 18. vers. Quartus est casus. Et illam sequi communiter doctores attestatur Curt. Iunior de feud. in 4. parte, in prima causa amissionis feudi, vers. V I. circa prædicta, quem refert Ioan. Iacob. de Leon. inter cons. feudal. Brun. cons. 117. nu. 199. Nemini enim est imputandum, quòd non faciat id, quod facere non potest.

3 Sed quæro, nunquid debet vasallus, vt adiuuet dominum, præponere salutem ipsius domini, saluti suę propriæ? Resp. q̃ non. ita tenet glo. in d. c. 1. in gl. 1. in fin. Et licet gl. in l. 1. §. eodem autem tecto. ff. ad Silla. per illum text. qui loquitur de seruis, arguat contra vasallos, vt teneantur salutem dominorum propriæ saluti anteponere, tamen illa gl. est communiter reprobata, vt dicit Paris. Puteus de duello, lib. 5. q. 12. post nu. 2. Et hanc opin. dicit esse communem Episcopus Loazes in allegation. pro Marchione Velez. fol. 174. nume. 35. Nihil enim cuique vita sua carius esse debet, si loquamur secundum carnem, licet secundum spiritum aliud sit.

4 Sed nunquid tenebitur vasallus adiuuare dominũ etiam contra proprium patrem, vel filium, vel fratrem ipsius vasalli? Resp. quòd sic: & de hoc est tex. expressus in §. fi. in titulo, hic finitur lex, & est communis opin. vt ait Zas. de feud. in 7. part. c. 4. nu. 10. quem refert Io. Iacob. de Leon. in d. cons. 117. nu. 9.

5 Sed an tenebitur illũ adiuuare etiam contra seipsum? Respon. quòd non: ita tenet gl. in d. §. fi. quæ est communiter approbata, vt dicit Iacob. in d. verbo, Et promiserunt eidem, post num. 13. Semper enim prima charitas incipit à seipso.

QVAESTIO XXII.

1 *Vasallus an possit, eundo in auxilium domini, liberare se à solutione dimidij redditus?*

1 VLterius quæro, tu habes tex. in ca. Imperialẽ. §. firmiter, de prohib. feudi alien. per Frider. q̃ vasallus tenetur ire, vel mittere, cum domino ad expeditionem bellicam, vel ipsi domino subministrare dimidium redditus vnius anni: Modò vasallus vult ire personaliter ad præstandum auxilium domino, dominus autem potius vellet habere dimidium redditus feudi, cuius erit electio? Respond. quòd spectabit vasallo. ita dicunt communiter Doctores, vt ait Iac. in verbo, Et promiserunt, num. 26. quidquid distinguendo dixerit Iacob. de Belui. in c. 1. §. fi. de pace iura. firm. vt ibi per eum.

QVÆSTIO XXIII.

1 *Vasallus an teneatur alere dominum egenum?*

1 QVæro, nunquid vasallus teneatur alere dominum egenum? Respon. Bart. in l. alimenta. §. Imperatoris. nu. 2. ff. de lib. agnosc. videtur tenere, quòd sic, prout etiam clarius tenuit in tract. suo alimentorum. num. 45. Contrariam autem opin. quòd scilicet nõ teneatur eum alere, tenuit Iaco. Ardizo. in sum. quib. mo. feu. amitt. sub rubricel. an vasal. tenea. dominum egen. &c. Et hanc dicit esse communem Aluar. in c. licet, num. 6. si de feud. fue. contro. quem refert Episcopus Loazes in allegat. pro Marchione Velez, fol. 171. num. 29. Quam tamen ego si contingeret de facto, in duobus casibus non sequerer in iudicando. Primus est, quando dominus ex facto, aut culpa ipsius vasalli ad inopiam peruenisset, prout expresè sentiunt Doctores in hac materia loquentes. Secundus, quando vasallus superabundaret diuitiis, & maximè, si diuitiæ prouenirẽt ex ipsa re feudali. Sed intellige, quòd ad id cogi potest, non autem quòd amittat feudum si nõ fecerit.

QVÆSTIO XXIIII.

1 *Vasallus an teneatur liberare dominum è carcere?*
2 *Et quid si sit iustè carceratus?*

1 QVæro, an teneatur vasallus dominum carceratum è carcere liberare? Resp. quòd si est carceratus pro debitis non tenetur vasallus eum liberare, nisi debita fuissent à domino contracta ex facto aut culpa ipsius vasalli. & hanc doctrinam dicit esse communiter receptam, Zas. de feu. in septima parte, vers. Si porrò dominus, quem refert Episcopus Loazes in allegatio. pro Marchio. Velez, fo. 171. nume. 29. Cæterum regula videtur esse in contrarium, per tex. in c. 1. §. item si delator, quæ fue. pri. causa benef. amit. quòd scilicèt, si non pecuniam, saltem operam suam teneatur vasallus exhibere, pro liberatione domini, aliàs priuatur feudo. Et licet tex. in d. §. item si delator. secundũ vnam lecturam, solummodo dicat q̃ non euitabit indignationem domini, tamen intellige, q̃ illa verba important priuationem feudi. & ita sentit gl. magna ibi in primis verbis: & ita etiam volunt ibi Doctores, vt dicit Iaco. in verbo, Dictiq; vasalli, nu. 37. in fin. imò vulgata lectura habet præcisè, q̃ feudum perdit. Benè verũ est, q̃ Moderni in consue. Paris. feud. §, 30. nu. 146. in fi. dicũt, q̃ non obseruatur, q̃ ad hoc cogi possit, nec q̃ amittat feudũ, si nõ fecerit. Sed ego nũquam vidi contrarium seruari: & si casus contingeret, nescio quomodo posset vasallus defendi contra expressam dispositionem illius tex.

2 Sed quid si dominus sit iustè carceratus, nunquid tenebitur vasallus curare eius liberationem? Resp. q̃ non: & ita limitatur dispositio d. §. Item si delator secundum And. de Isern. ibi, vers. Vel si cognouerit, quem cæteri Doct. sequuntur, vt dicit Iac. in verbo, dictiq; vasalli. nume. 37. Qui enim iniustè deliquit, iustè plectitur.

QVAESTIO XXV.

1 *Vasallus an possit dominum in ius vocare sine venia?*
2 *Et an possit contra eum intentare interdictum vnde vi?*

1 TV scis, q̃ vasallus tenetur dño reuerentiam exhibere, Quæro nunquid possit vasallus dominum in ius vocare sine venia? Videtur quòd non, exemplo liberti. Regulariter enim valet argumentum de liberto ad vasallũ, & econtrà, vt tenent communiter Doctores, secundũ Modern. in consuetu. Paris. feud. §. 1. gl. 4. post nu. 36. Sed tu dic contrariũ. scilicet q̃ imò potest illum sine venia in ius vocare. Nam in consuetudinibus feudorum, non est locus his ambagibus. Ita tenuit glos. in c. 1. in verbo, Reuerentia, de mil. vasal. qui contumax est. Et est communis opin. vt attestatur Alexan. in l. generaliter, nu. 7. ff. de in ius vocand. Et ita semper vidi seruari.

2 Item quæro, pone, quòd dominus spoliauerit vasallum feudo de facto, vel aliter vim ei intulerit, nunquid poterit vasallus contra eum intentare interdictum vnde vi? dixi j. lib. 7. §. actio.

QVÆSTIO XXVI.

1 *Duplicem esse inuestituram, propriam, & abusiuam.*
2 *Et an dominus qui inuestiuit per inuestituram abusiuam, teneatur etiam tradere præcisè possessionẽ rei feudalis?*
3 *Et quid si tantummodò feudum promiserit?*
4 *Et quid si vasallus ab ea ceciderit?*

1 DEbes scire, quòd duplex est inuestitura, aliqua est inuestitura propria, realis, & corporalis, quando scilicet dominus inducit aliquem corporaliter in possessionem alicuius rei, & eam illi dat in feudum: & per hanc inuestituram plenè trãsfertur in vasallum dominium, & possessio rei feudalis. ita volunt omnes Scribentes, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Inuestiui talem, nu. 1. Alia verò est inuestitura quæ vocatur abusiua, quando scilicet dominus inuestiuit aliquem per traditionem annuli, vel ensis, & per hanc nõ trãsfertur possessio feudi in vasallum, sed censetur illi data licentia, vt eam apprehendat propria auctoritate. ita volunt omnes Scribentes, vt dicit Iacob. in d. verbo, Inuestitui talem, num. 3.

2 Quæro nunc, dominus inuestiuit aliquem de feudo per inuestituram abusiuam, nunquid tenebitur etiam præcisè illi tradere possessionem rei feudalis? Respon. quòd sic. c. 1. §. si facta, si de feudo defun. fue. contro. nisi tamen dominus post factam huiusmodi inuestituram abusiuam, inuestiuisset alium de feudo, & tradidisset illi actualem possessionem. Nam eo casu iste secundus præfertur, & dominus præstando interesse illi primo, liberatur. ita dixit gl. in d. §. si facta, quã dicit esse communiter approbatam Iacob. in d. verbo Inuestiui talem nu. 4.

3 Sed pone, dominus solummodò promisit feudũ, non tamen fecit aliquam inuestituram, nunquid tenebitur præcisè tradere possessionem ipsius feudi? Respon. quòd non, sed tantùm erit obligatus ad interesse. Ita eleganter dixit Andr. de Isern. in d. §. si facta. quem cæteri Scribentes sequuntur, vt ait Iacob. in d. verbo, Inuestiui talem, nu. 8.

4 Sed quæro, pone, dominus inuestiuit vasallum per inuestituram abusiuam, deinde tradidit ei possessionem feudi: Modo contingit, quòd vasallus ex interuallo cecidit à possessione ipsius feudi, & q̃ possessio reuersa est ad dominum, nunquid tenebitur dominus illam iterum tradere ipsi inuestito? Respon. q̃ sic: ita tenet Bald. in d. §. si facta. nu. 4. & ita determinant omnes, vt dicit Iaco. in d. verbo, Inuestiui talem, nu. 6. Ad duo enim tenetur dominus vasallo, scilicet ad tradendum, & ad præstandum patientiam, exemplo eius qui debet seruitutem.

QVAESTIO XXVII.

1 *Dominus feudi an teneatur defendere vasallum, sicut vasallus dominum?*
2 *Et an etiam contra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini.*

1 QVæro, nunquid dominus feudi teneatur defendere vasallum, sicut vasallus dominum? vt dixi suprà q. 21. Respond. q̃ sic. Ita vult glo. in cap. 1. §. fin. in verbo, Fratrem, hic finitur lex, quã dicit esse communiter approbatam Dec. cons. 469. nu. 4. Et dicit Aluator. in d. §. fin. nu. 5. quod illa glos. communiter per omnes Scribentes tenetur. Idem dicit Ioan. Iacob. de Leon. inter consilia feuda. Brun. cons. 117. num. 152.

2 Sed nunquid tenebitur illũ adiuuare, etiam cõtra patrem, filium. vel fratrem ipsius domini? Respond. quòd sic: & ita concludit glos. superius allegata, in verbo, fratrem quam dicit esse communiter approbatam Iacob. de feudis, in verbo, Et promiserunt, nume. 15. Cùm enim hoc sit statutum in vasallo erga dominum, vt dixi in suprà allegata quæstio. 21. 21. idem etiam dicendum est in domino erga vasallum, tenetur enim dominus reddere pares vices vasallo, quæ tamen regula non est absolutè vera, neque ab ea fortè esset arguendum, nisi in casibus à iure feudorum expressis.

QVAESTIO XXVIII.

1 *Dominus an possit alienare vasallos inuitos in alium?*
2 *Et quid si eos alienet cum toto territorio?*
3 *Et an si eos alienet contra iuris dispositionem priuetur eorum proprietate?*
4 *Dominus an possit inuito vasallo pignori obligare directum dominium feudi?*

1 QVæro, an dominus possit alienare vasallos suos inuitos & contradicentes in alium, & ipsos cogere, vt tali alienationi consentiant? Hæc quæstio sæpè cõtingit in practica. Et habes glos. notab. quæ semper ad hoc solet allegari in l. inuitus, in glos. 1. ff. de fideicommissi. liber. dicentem, quòd dominus non potest in alium alienare ius vasalli vel feudi inuito ipso vasallo. Et illa glos. est communiter approbata, vt dicit Episcopus Loazes in suis allega. pro Marchion. Velez. in 1. dubitatione in 4. fundamento partis aduersæ. Et dicit Curt. Iun. de feud. in 6. parte principali, in 2. quæst. quòd ista est communis conclusio. Idem dicit Gratus cons. 147. num. 5. & seq. lib. 2. Et pro hac cõclusione videtur text. expressus in cap. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.

2 Scias tamen, quòd conclusio d. gl. intelligenda est, vt procedat, quando dominus vellet separatim ipsos subditos ad aliũ transferre: sed si cõcederet feudum vnà cũ toto territorio, & vniuersitate, scilicet cũ aliis castris, vtiq; posset etiam ipsis inuitis hoc facere. ita dixit gl. in d. §. ex eadem lege, in verbo, totum: & hanc dicit esse communẽ conclusionem Paris. cons. 23. nu. 103. lib. 1. Et dicunt Moder. in consuet. Paris. feudal. § 1. gl. 3. n. 25. q̃ ita tenẽt oẽs Doctores subdens quòd hæc opi. vsu approbatur. Multa enim transeunt cum vniuersitate, quæ separatim transferri non possunt

3 Sed quæro, an dominus alienans subditos suos cõtra iuris dispositionem, debeat priuari proprietate ipsius feudi, prout etiam vasallus alienans feudum contra iuris dispositionem, cadit à feudo? vt dixi infrà, quæst. 31. Respond. Bald. in cap. 2. nume. 1. quo

temp. milos. tenet, ꝙ non. Contrariam autem opi. quòd imò debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. c. 2. Et hanc dicit esse veram, & magis communem opinio. Curt. Iun. cons. 174. post nu. 34. A pari enim iudicantur dominus, & vasallus, vt dixi suprà, quæstio. 27. vers. Sed nunquid. Sed hæc de facto malè per dominos obseruantur.

4 Item quæro, nunquid possit dominus Inuito vasallo pignori obligare directum dominium, & iurisdictionem feudi? Resp. ꝙ sic. Et hanc sententiam dicit esse communem Ripa in l. obligatione, nu. 40. de pignorib. & hoc est vnum, in quo differt dominus à vasallo, nam vasallus non potest pignorare vtile dominiũ feudi sine domini consensu, vt dixi ℣. q. 35. Dominus autem inuito vasallo potest suum directum dominium pignorare.

QVAESTIO XXIX.

1 *Dominus an possit subditis suis collectas imponere?*
2 *Et quid ex consuetudine, vel pacto?*

1 QVæro, nunquid dominus possit subditis suis taleas, siue collectas imponere? Resp. ꝙ Barones, & alij domini inferiores, qui superiorem recognoscunt, non possunt subditis suis taleas, vel collectas imponere, etiam quòd habeant merum imperium, & omnimodam iurisdictionem. ita tenet Salyc. in l. 3. post nu. 3. vers. Et ex his. C. vectig. noua institui non posse. & ita communiter concluditur, vt dicit Paris. cons. 25. nu. 2. lib. 1. Nam huiusmodi onerum impositio est de regalibus, & sic est reseruata supremo Principi in signum superioritatis.

2 Bene verum est, quòd ex consuetudine, pacto, vel conuentione, possent (secundum aliquos) subditi per dominum collectari, in quatuor casib. scilicet pro militia domini, pro filiabus maritandis, pro transmarino voto, & pro ipsius domini ab hostibus capti redemptione. Et ita se habere communem opin. attestatur Boër. decis. 126. num. 1. & seq. vbi latè. Quinimò Hostien. in summa de immunit. eccles. §. 1. paulò post principium, tenet, quòd subditi tenentur domino seruire, & ab eo possunt collectari in sex casibus. Primò, pro exercitu Imperatoris, Secundò, pro correria, quando scilicet Imperator facit transitum per illum locum. Tertiò, pro filia maritanda. Quartò pro militia pro se, vel filio suo. Quintò, pro captiuitate ipsius domini. Sextò, pro terra quam ipse Comes, vel Baro, vult acquirere, & dicit, quòd generalis consuetudo quasi vbique ita seruat. Et Hostien. refert Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti, nu. 75. vbi num. 78. sequitur eius opin. in vno casu tantùm, scilicet pro filia domini maritanda, & dicit, quòd in hoc casu ita se habet generalis cõsuetudo. Sed quicquid dicant Host. & Iacob. ego hoc non puto esse verum. Ideo tene indistinctè communem opin. quòd nullo casu potest dominus inferior subditis suis collectam imponere, nisi hoc habeat ex pacto, vel consuetudine illius loci in specie. Et ita in individuo, ꝙ non possit vasallus pro dote filiæ suæ, quam maritare intendit, grauare subditos suos, tenuit Bald. in cap. 1. §. similiter, num. 1. de cap. Conradi. Et hanc dicit esse veriorem, & magis communem opi. Brun. cons. feud. 32. nume. 7. vbi multas auctoritates allegat, & est valdè rationi consentaneum. Nam si neque mater filiam, neque frater sororem regulariter dotare tenentur, multò minus debet cogi vasallus ad dotandum filiam domini sui. Et si casus contingeret, ita iudicarem, nisi appareret de speciali consuetudine in contrarium, vt suprà dixi.

QVÆSTIO XXX.

1 *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis?*

1 QVæro, nunquid dominus possit cogere subditos ad molendum in suis molẽdinis? Respon. ꝙ non: & ista est vera, & communis opi. vt ait Boer. decis. 125. circa fin. quem refert Crauetta de antiq. temp. in quarta parte. §. circa præmissa. post nume. 3. vbi latè. Benè verum est, quòd si dominus haberet ius molendinorum ex consuetudine, vel priuilegio, credo quòd alia molendina in eo loco construi non possent, & consequenter quòd posset dominus cogere subditos ad molendum in suis molendinis. Et superioribus annis cùm quidam feudatarius haberet in suo castro, ius, & datium hospitij, & alius priuatus vellet in eo loco aliud hospitium erigere, fortè ad æmulationem illius domini, fuit iudicatum, quòd licet domino eum prohibere ab huiusmodi erectione hospitij.

QVÆSTIO XXXI.

1 *Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini & si alienet, cadit à feudo.*
2 *Et quid si alienatio erat ex alio capite nulla?*
3 *Et quid si non sit secuta traditio rei feudalis?*
4 *Et quid si apposita sit clausula constituti?*
5 *Et quid si vasallus protestetur se alienare saluo & reseruato consensu domini?*
6 *Et quid si vasallus post alienationem recuperet feudum?*
7 *Et quid si alienet solummodò vnam partem feudi an cadat à toto?*
8 *Et quid si feudum sit acquisitum pro se, & quibus dederit?*
9 *Et an possit vasallus alienare commoditates feudi?*
10 *Et an si vasallus alienet omnia bona quæ habet in tali loco, censeatur alienasse etiam feuda, quæ ibi possidet?*
11 *Et quid si vasallus sit in magna necessitate constitutus?*
12 *Et an valeat consuetudo quòd vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum?*
13 *Et quid si vasallus alienet feudum, domino sciente, & tacente, an id sufficiat pro consensu?*

1 VVlgaris est conclusio in materia feudorum, ꝙ vasallus non potest feudum ipsum alienare sine consensu domini, de qua est text. expressus, in c. Imperialem, de prohib. alie. feudi per Frid. & si alienauit, alienatio ipsa nihil valet, ipse autem alienans priuatur feudo, vt ibi.

2 Sed quæro, quid si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus, & inualidus, nunquid habebit locum etiam hoc casu pœna priuationis? Respon. quòd non: & est communis sententia, vt dicũt Moderni in consuet. Paris. feud. §. 21. nu. 32. Nam ex actu nullo, ex quo domino prꝫiudicium non infertur, nõ debet vasallus pœnam pati. & hæc opinio mihi placet, quando non esset secuta actualis traditio rei feudalis, sed solũmodò ficta traditio, puta per constitutũ. Nam quando contractus est nullus, etiam constitutum in ipso contractu appositum est nullum. Sed si esset secuta actualis, & vera traditio, non crederem vasallum hoc casu debere excusari à priuatione. Nam Doctores in hac materia loquentes considerant præiudicium domini, potius in traditione ipsius rei feudalis, quàm in alienatione, vt statim dicam.

3 Sed nunquid ad hoc, vt vasallus alienans feudo priuetur, requiritur vltra alienationem, ꝙ etiam subsecuta

subsecuta sit trditio ipsius rei feudalis? Respond. ꝙ sic, aliàs autem, non facta traditione, non cadit feudo. ita tenet And. de Iser. in d. c. Imperialem. §. callidis, vers. Pœna in istis. Nam qui alienat, & tradit, facit quicquid potest, vt feudum in alium transferat, ideò pœnam meretur, tanquam de actu prorsus cõsumato, secus autem qui alienat, & non tradit. Faciunt quæ dixi suprà hoc eod. lib. §. emphyteusis, quæst. 13. vers. Sed nunquid.

4 Sed quid si non interueniat vltra alienationem, vera & actualis traditio rei feudalis, sed tantũmodo ficta, puta per clausulã cõstituti, vel precarij? Resp. quòd talis traditio ficta sufficit, ad hoc, vt ipse alienans priuetur feudo. Ita tenet Paul. de Cast. in l. 1. §. si rem depositam, nume. 2. ff. depositi: & hæc est crebrior sententia, vt dicunt Modern. in consuetu. Paris. feud. §. 13. glo. 5. num. 4. Tiraquel. de constituto in 37. limi. nu. 5. & 6. Licet enim constitutum sit fictus modus transferendæ possessionis, tamen per ipsum constitutum transfertur vera possessio. Nihilominus, quidquid sit de rigore iuris, mihi de æquitate magis placeret alia opin. vt scilicet requiratur vera & actualis traditio. Nam qui fictè tradit, verè dici non potest fecisse, quidquid potuit.

5 Item quæro, quid si vasallus in alienatione feudi protestetur, se alienare saluo & reseruato consensu domini, vel saluo iure directi dominij, nunquid talis protestatio illum excusabit, vt non cadat à feudo? Respond. quòd talis protestatio eum non relenat, si post talem alienationem secuta sit traditio, ita dixit notabiliter Bald. in l. vnica, nu. 56. C. de his quæ pœnæ nom. & hæc conclusio communiter tenetur, vt dicit Iaſ. in l. non solùm. §. morte, num. 27. ff. de oper. no. nuncia. Et eam dicit esse communẽ Dec. cons. 44. nume. 4. Videtur enim hoc casu factum contrarium protestationi, quod magis attenditur, quàm ipsa protestatio.

Benè verum est, quod si protestetur se alienare saluo consensu domini, & non aliter, nec alio modo, talis protestatio verbis ita geminatis cõcepta, releuat. ita ꝙ vasallus feudum non perdit, etiamsi secuta fuerit traditio. ita singulariter dixit Bald. in c. 1. §. fin. post nu. 5. vers. Sed pone, quæ fue. prima causa benefi. amit. quem sequuntur communiter Cano. vt dicit Ripa lib. 3. responsorum c. 1. num. 3. Quia illa verba, & non aliter, nec alio modo, sunt prorsus resolutiua ipsius alienationis, adeo vt non accedente consensu domini, non possit dici vasallus feudum ipsum alienare voluisse. Vide quæ dixi in d. q. 13. vers. Item quæro.

6 Sed quid si vasallus post alienationem recuperet feudum, nunquid propterea euitabit pœnam priuationis? Respond. quod non, ita tenet Bart. in l. sequitur. §. item Labeo. in fi. ff. de vsucap. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in l. si à me. nume. 3. ff. ad leg. Falcid. & dicit Bertran. cons. 2. nu. 6. li. 2. in secunda parte, quod ita intelligunt communiter Doctores. & hanc conclusionem dicit esse communem Curt. Iun. de feud. in 4. par. principali, in vltima causa amissionis feudi, in prima regula, quæst. 15. Cùm enim vasallus propter alienationẽ cadat ipso iure à feudo, statim facta alienatione, & secuta traditione, est ius domino quæsitũ, quod deinde sine facto ipsius domini ab eo auelli non potest: dixi in d. q. 13. vers. sed quid si emphyteuta.

7 Sed pone, vasallus habens feudum, alienauit sine consensu domini solummodo vnam partem feudi: Quæro, an cadat à toto feudo, an autem solùm ab ipsa parte, quam alienauit? Respond. Bal. in c. 1. §. si vero. nu. 1. qual. olim feu. alie. po. tenuit, ꝙ totum amittat. Sed contra Bald. tenent omnes Doct. vt dicunt Modern. in consuetu. Paris. feu. §. 13. Glos. 5. nu. 7. gl. autem in c. 1. §. callidis, in verbo, amittant, de prohib. feudi alie. per Frider. tenuit, quod cadit solum à parte alienata, & dicit Corn. cons. 67. in litera K. lib. 2. quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Curt. Iun. in d. 4. parte in 1. dubitatione posita post tres regulas amissionis feudi propter alienationẽ. Quod videtur satis rationabile, vt quis eatenus puniatur tantũ, quatenus deliquit. Et hãc in hoc proposito communem rationem appellat Igneus in l. 3. §. si quis tabulas. nu. 8. ff. ad Syllan. Et hæc opin. est etiam magis æqua, licet in puncto iuris fortè opinio Baldi obtineret.

Vlterius quæro, quid si feudum esset acquisitum pro se, & quibus dederit, nunquid poterit vasallus id sine consensu domini alienare? Respond. quòd sic. est de hoc text. in c. 1. in princip. de feudo non hab. prop. na. feud. & est communis conclusio, vt dicit Curt. Iun. in d. 4. parte in secunda regula, q. 5. Deci. cons. 193. post nu. 5. vers. Non obstat fundamentum. Videtur enim dominus concedendo feudum cum illa clausula, vsque à principio præstitisse consensum cuique alienationi, quam de ipso feudo faceret vasallus.

9 Succesiuè quæro, nunquid possit vasallus aliena re commoditates ipsius feudi? Resp. quòd sic. ita dicit Bal. in c. 1. §. aut si libellario, nu. 3. in fin. quib. mo. feu. amit. & est communis opin. vt attestatur Rui. cons. 176. nu. 13. li. 1. Quod tamen intellige, vt talis alienatio valeat durante tantùm vita ipsius alienantis, non autem in præiudicium eius qui est successurus in feudo. & ita sentire videntur ferè omnes Doctores de hac materia loquentes.

10 In proposito huius materiæ quæro, si vasallus alienauit generaliter omnia bona, quæ habet in tali loco, nunquid in huiusmodi generali alienatione veniant etiam bona feudalia? Respon. quòd non: text. est in cap. 1. de cap. qui curiam vend. & ita dicunt communiter Doct. vt ait Curt. Iun. de feud. in d. quarta parte, in vltima causa priuationis feudi, in tertia regula. col. 6. vers. restat etiam. Ex quo enim vasallus alienando bona feudalia, incideret in pœnam, succedit iuris conclusio vulgata, quòd nemo censetur facere actum, propter quem incurreret in pœnam. Aduerte tamen, si casus de facto contingeret, quia aliud esset quærere, an bona feudalia venirent in huiusmodi generali alienatione, quantum ad hoc, vt vasallus caderet in pœnam: aliud autem esset quærere, an venirent quantum ad hoc, ne emptor remaneret deceptus, puta scilicet, putasset se etiam illa acquirere, ignorans ea esse feudalia: hoc enim casu considerata qualitate precij, & valore bonorũ, deberet iudex cogere venditorem ad restitutionem precij, quod verisimiliter emptor credebat erogare in acquisitionem illorum bonorum, quæ reperta sunt esse feudalia: ne quis cum aliena iactura locupletetur.

11 Pone, vasallus reperitur in magna aliqua necessitate constitutus, Quæro, nunquid poterit eo casu feudum alienare sine domini consensu, propter illam magnam necessitatem, præsertim si esset fame oppressus? Respon. quòd non: ita tenet Bald. in c. 1. nu. 2. qualiter olim feud. pote. alien. & est cõmunis cõclusio, vt dicit Curt. Iun. de feud. in 4. parte princi.

princ.in vltima causa amissionis feudi in prima regula q.16.Quæ licet prima facie videatur nimis rigorosa,tamẽ esset seruanda.Cùm enim supremum dominium rei feudalis sit apud dominũ,non debet licere aliquo casu vasallo,de ipsa re feudali disponere,sine eius cõsensu.Bene credo,q; si eo casu,quo scilicet vasallus fame periret,dominus ab eo requisitus nollet,vel ipse acquirere vtile dominium,vel eius alienationi consentire, posset per superiorem ad id cogi.

12 Quæro nunc,an valeat consuetudo,q; vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum? Respon.quòd sic: ita dicit Ioan. Raynaud.in c.Imperialem.§.habito, col.24.de prohib.feud. alien. per Frid.Et hæc videtur esse magis communis sententia,vt dicit Cur. Iun.cons.158.nu. 8. Sicut etiam videmus, quòd in cæteris omnibus, quæ respiciunt feuda, consuetudo vincit legem, & ipsa pro lege habetur.

13 Præterea quæro, dictum est,q; vasallus non potest sine consensu domini feudum alienare, modò cõtingit,quòd vasallus alienat feudum,domino ipso sciente,& & tacente, nunquid hoc sufficiet pro consensu?Respon. quòd sic.ita tenet glo. in c. 1.in verbo,ipsorum permissu.de prohib.alien. feud.per Lothar.quam sequuntur communiter Dòctores,vt ait Hier.Schurf.cons.134.nu.3.inter consilia feudalia Bruni,Aluarot.in c.1.§.præterea,nume. 4.quib. mod.feud.amit.quem refert Iacob.in verbo, Et cũ pacto de non alie.num.20.Et dicit Dec. cons.144. in primis verbis,quòd illa glos.est communiter approbata.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Cur.Iun.de feud.in quarta parte,in vltima causa priuationis feudi,in secunda regula principali,col.1.Hanc eandem opin.tenuit glos.in d.§.Præterea.in verbo,regressum,quam pariter dicit esse cõmuniter approbatam Claud.in l.quæ dotis,num.35. ff.soluto matrimo.Nam vbicunque quis potest con tradicẽdo actum impedire,præsentia cum taciturnitate operatur consensum.quam tamen ego intelligo vt procedat,quando dominus sciens,per notabile tempus tacuit,puta per annum,aliàs secus.

QVAESTIO XXXII.

1 *Vasallus potest sine consensu domini alium subinfeudare de feudo,quod ipse habet.*
2 *Et quid si sit feudum ecclesiasticum?*
3 *Et quid si sit feudum decimarum?*
4 *Et quæ requirũtur ad hoc,vt talis subinfeudatio valeat?*
5 *Et an talis subinfeudatio fieri possit in præiudicium agnatorum?*
6 *Et an si secundus vasallus velit tale feudum alienare,requiratur consensus prioris,vel immediati domini?*

1 QVæro, nunquid possit vasallus sine domini consensu alium subinfeudare de feudo quod ipse habet?Respond.quòd sic.ita tenet gloss.in cap. quæ in ecclesiarum,in verbo,Alienandi feudum,de constit.quam dicit esse communiter approbatam Gozad.cons.62.nu.5.& est communis conclusio,vt attestatur Curt.Iun.de feud.in q.4.principali,in vltima causa priuationis feudi,in prima q. primæ regulæ.Et hoc vetustis,& nostris moribus receptum. est.vt dicit Zas.de feud. in 9. parte, versicu.II.fallit. Non tamen potui hactenus reperire apud Doctor. aliquam bonam rationem,cur stante generali prohibitione alienationis feudi,sit permissa subinfeudatio,cum tamen nulla videatur subesse causa specialitatis satis concludens.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in feudo seculari,sed quid in Ecclesiastico? Respo. Bald. in c.1.§.præterea,de ca. Conrad.loquendo per verbum fortè, tenet, quòd non possit subinfeudari. Contrariam autem opi.quòd imò possit subinfeudari,tenuit Iac. de Beluis. in cap. 1.in prin.qui feudum dare poss.& hæc opin.est magis communis,vt dicit Soc.cons.66.post nu.3.libro 3.Zasius de feud. in 4.parte,vers.II.fallit.Licet enim ecclesia in multis sit priuilegiata,in hoc tamen non videtur posse allegari probabilis ratio diuersitatis inter Ecclesiam & priuatum.meritò eodem iure cẽseri debet.

3 Sed quid si sit feudũ decimarum, nunquid laicus canonicè inuestitus ab Ecclesia de aliquibus decimis,poterit alium laicum de ipsis decimis subinfeudare?Resp.quòd non, etiam si accederet auctoritas,& consensus episcopi.ita tenet Inno.in c.prohibemus,de decimis,& ita sentiunt communiter Doctores,vt ait Abbas in eodem cap. prohibemus, nume. 4. quem refert Iacob. in verbo, In feudum, post nume.40.Ratio autem differentiæ inter feuda decimarum,& alia feuda ecclesiastica est,quia laici non possunt decimas retinere sine periculo animarum suarum: ideò Ecclesia omni studio conatur eas ex eorum manibus extirpare, quæ causa non militat in aliis feudis quæ licitè etiam à laicis retineri possunt.In contrariam tamen facere videntur ea,quæ dixi suprà,q.13.vers.Sed quæro.

4 Scias tamen,quòd ad hoc vt huiusmodi subinfeudatio,quæ sit per primum vasallum,valeat, tria requiruntur.Primum,quòd vasallus hoc faciat bona fide,& sine fraude. Secundùm, quòd ille cui subinfeudatur, sit eiusdem conditionis & qualitatis,cuius est ipse vasallus.Tertiùm,q; subinfeudet cum eisdem pactis,& conuentionibus,cum quibus ipse tale feudum tenebat.ita dicit glo.in d.c.1.§.præterea, in gl.magna,circa fin. quæ in hoc est communiter approbata,vt attestatur Iacob.in verbo,& cum pacto de non alien.post nu.2.& in verbo, ita etiam q; ipsi,post nume. 3. & dicunt Modern.in consuet.Paris.feud. §. 32. numer. 18.quòd omnes Doctores illam sequuntur.

5 Sed circa huiusmodi subiufeudationem est aduertendum, quia principaliter concernere potest,& præiudicium domini,& etiam præiudicium agnatorum,puta si vasallus non habens filios inuestiat alium habentem filios,quo casu,cum per eius mortem esset aperiendum feudũ domino, vel agnatis, iuxta qualitatem feudi,nulli dubium est, quin talis subinfeudatio resultet in eorum omnium præiudicium,& ideò aliqui dicebant,quòd feudum subinfeudatum non debet remanere penes secundum vasallum,& eius descendentes,plusquam remansisset penes primum vasallum,& eius descendentes: & hoc siue feudum esset aperiendum domino,siue agnatis.Alij dicebant, quòd quatenus tractarẽtur de præiudicio domini, feudum deberet remanere penes istum secundum vasallum,etiam post finitam lineam primi, secus autem quatenus concerneret præiudicium agnatorum. & pro hac opin.videtur tex.expressus, quem ad hoc ponderat Curt. Iun.in loco suprà allegato in c.1.§.1.quali.olim. feud.pote.alien.vbi dicitur,quòd quomodocunque primus vasallus esset feudo priuandus,non potest feudum adimi secundo vasallo, si sit paratus illud ab ipso domino recognoscere,& illi seruire,In practica tamen credo, quòd non posset sustineri. Quantum verò sit ad præiudicium agnatorum omnes ferè conueniunt,

conueniunt, quòd quando feudum est antiquum siue paternum,non durat apud secundum vasallũ, nisi donec viuit vasallus,qui subinfeudauit,vel eius descendentes. Eo autem mortuo, resoluitur subinfeudatio,venitq; proximior agnatus ad feudũ.ita dicit Specula.de feu.§.quoniam.vers.39.& est communis opi.vt dicit Alex.cons.15.nu.9.lib.5.quem refert Rui.cons.37.nu.18.lib.1.& consil.213.post nu.2. eod.vol.Cùm enim feudũ istis agnatis debeatur ex pacto, & prouidentia primi concedentis,meritò non potest vasallus aliquo modo eis præiudicare per huiusmodi subinfeudationem & ita volũt communiter Doctores,vt dicit Berous q.95.nu.5.

6 In proposito huius conclusionis quæro,Pone,q; iste secundus vasallus,cui feudum fuit subinfeudatum,velit illud alienare,nunquid requiratur consensus prioris, & supremi domini, an autem consensus domini immediati,qui subinfeudauit? Resp. quòd requiritur consensus prioris & supremi domini,non autem consensus domini immediati. ita dicit gl.in c.Imperialem.§.illud,in verbo,Nisi requisitus.de prohib. feudi alien. per Fride.& est magis commun.opi.vt attestatur Iacob.in verbo, Et cum pacto,de non alien.n.21.& seq.Cagnol.in l.cõsilij. §. socij mei,n.9.ff.de regul.iuris.Zas.de feud.in 9.parte,vers.Sed occurrit.Nam apud primum vasallum, post factã subinfeudationem non remanet neq; directũ neq; vtile dominiũ,sed solummodo quædam reliquiæ vtilis dominij,quæ tanquam modici momenti,non attenduntur,sed attenditur prima & potior causa, quæ est dominiũ directũ remanens apud primũ dominũ. Quod nota, quia cũ hæc quæstio semel contigisset de facto,aliqui,qui prædicta non viderant,responderunt contrarium.

QVÆSTIO XXXIII.

1 *Vasallus an possit sine cõsensu domini feudũ alteri locare?*
2 *Et an dare ad libellum?*
3 *Et an concedere in emphyteusim?*
4 *Et quid de consuetudine?*

1 QVæro,an vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare?Respond.de locatione ad modicum tempus,res omni caret difficultate.Sed de locatione ad longum tempus,dicendum est quòd non potest vasallus id facere absque consensu domini.& ad hoc allegatur Baldus in ca. 1.§. aut si libellario.quib. mod. feu. amit.quem omnes sequuntur,vt dicit Iacob.in verbo, Et cum pacto de non ali.nu.15. & est communis conclusio vt dicit Curt.Iun.de feud.in quarta parte,in vltima causa amissionis feudi in prima regula, quæst. tertia. Bertrand.consilio 2.nu.4.li.2.in secunda parte. Est enim talis locatio species alienationis,vt dixi infrà §.Locatio.

2 Pariter etiam,non potest vasallus sine domini cõsensu rem feudalem dare alteri ad libellum.tex.est clarus in c.Imperialẽ in prin.de prohib. feud.alien. per Fride.& ita expressè determinant Doctores.vt dicit Iac.in verbo.Ita etiam quòd ipsi nu.9.

3 Idem etiam dicendum est in emphyteusi, eadem ratione,vt scilicet non possit vasallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusim.ita tenet gl.in c.Imperialem. in prin.in verbo, seu alienare,circa fin.Et est magis communis opinio,vt dicit Curtius Iunior in d. 4. par.in 2. quæst. primæ regulæ.

4 Scias tamen quòd quicquid sit in puncto iuris, hodie ex generali cõsuetudine vasalli pascua,terras incultas,& eremos feudales in emphyteusim concedunt,Et de hac consuetudine attestatur Petrus Iacob.& post eum Io. Raynau.in d. c.Imperialem. §.primo.Io.Fabr.in §.adeò.Insti.de locat.quem refert Curt.Iun.in d.2.q.Quod nõ.quia hæc consuetudo ita tolerata excusaret vasallum à pœna priuationis,quam de iure incurrisset,propter talem concessionem emphyteuticam factam de re feudali.

QVAESTIO XXXIIII.

1 *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini ipso inuito?*
2 *Et an post talẽ renunciationem possit offendere dominum?*
3 *Et an possit talem renunciationem facere in præiudicium agnatorum?*

1 QVæro,an vasallus possit renunciare feudum in manibus domini,ipso domino inuito? Respon. q; super hoc articulo variæ sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, q; vasallus possit, etiam inuito domino,feudum renunciare dummodo id ipsius domini non interfit: & videtur tex.in cap.1.de vasallo qui contra constit.Lothar.& dicit Abb.in c.quæ in ecclesiarum numer. 19. de constit. quòd ita communiter tenent Doctores Hanc etiã esse communem conclusionem attestatur Cur.Iun. de feu.in quarta parte in vltima causa amissio. feu. in 31.q.primæ regulæ.Quia cùm principaliter feudum concedatur fauore inuestiti, meritò videtur ei licere debere fauori suo renunciare.Contrariam autem opin.scilicet,q; imò non possit, tenet Bart, in l.is cum quo.circa prin.ff. de aqua plu.arc.& dicit Ale.in l.si quis vi.§.fi.n.14.in fi.ff. de acquir. pos. q; ita magis cõmuniter tenetur,licet super isto articulo multa scribantur: & hæc opinio mihi magis placet.Cùm enim feudum sit contractus nominatus & vltro citroq; obligatorius,non debet esse in facultate vnius,alio inuito,ab eo recedere. Esset tamen fortè tutius tenere distinctionem quam sensit gl.in c.1.in gl.fin.de cap.qui cur.vend. vt scilicet dicamus,quòd quando pro feudo præstatur certum seruitium,eo casu non possit vasallus inuito domino ipsi feudo renunciare.si verò feudum sit concessum simpliciter ad seruitium incertum, tunc possit renunciare.& illam glo.in hoc esse communiter approbatam attestatur Iacob.in verbo, qui quidẽ inuestit.nu.29.& in verbo.Et vnus ex dictis,num.1. Ita etiam communiter teneri affirmat Albertus in l.cum fructuarius.ff.de vsufructu Felin.in d. ca.quæ in ecclesiarum.nume.78.& seq. dicũt etiam Moder. in consuet.Paris.feud.§.1.glo.5.nume.3. q; ita distinguũt cõmuniter Doc.idẽ dicit Zas.de feu.in 10.parte in prin.2.particulę,qui etiam in 12.particula,vers. Secunda conclusio, dicit hanc esse communem opin.& ideò licet vasallus derelinquat rem feudalem,non tamen propterea liberabitur à præstatione seruitij, quod pro ipsa re præstare tenebatur.& ita esse commu.opi.attestatur Alb.in l.sed an vltro. §.is autem.vers.Item alleg.ff.de neg.gest.

2 Sed posito,quòd possit renũciare,quæro, nũquid poterit vasallus post talem renunciationem offendere dominum?Respon. quòd nullo modo debet eum offendere,propter reliquias præcedentis vasallagij, & amicitiæ, & si secus faciat, debet puniri:ita dicunt omnes Doctores vt dicit Iacob. in verbo,Et vnus ex dictis.nu.1.in fin.

3 Et hæc quidem omnia procedunt quatenus ipsa renunciatio potest concernere interesse ipsius domini directi,vel præiudicium ipsius vasalli renunciantis:sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipsius vasalli, quando scilicet feudum est antiquum

antiquum,seu paternum? Resp.quòd non præiudicat.ita tenet Bald.in c.1.in prin.nu.3. de alien. feud. pater.quem omnes sequuntur,vt dicit Iacob.in verbo,Et vnus ex dictis,post nu.8. vers.Addit in quantum,Non enim potest vasallus tollere agnatis ius illis quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, prouenies ex pacto & prouidentia primi acquirentis,vt sæpius dixi.& ideò,dato etiam,ꝙ huiusmodi renũciatio feudi valeret, non tamen amplius durat in præiudicium agnatorum,quàm ea non facta feudum remansisset penes ipsum renunciantem.& in hoc omnes concordant vt dicit Cuman.consil.167. nu.2.Et sic eueniente casu,feudũ nihilominus aperitur agnatis,quam si per illum vasallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

QVAESTIO XXXV.

1 *Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignorare,vel hypothecare?*

1 QVæro,nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignorare, vel hypothecare sine consensu domini? Respon.quòd nõ,tex.est clarus in c. Imperialem,de prohib.feud.alien.per Frider. & licet aliàs licita esset pignoratio feudi vsq; ad dimidiam,vt habetur in c.1.in prin.de alien.feu.pater.hodiè tamen indistinctè,& in totum est prohibita:& in hac sententia residem communiter Doctores, vt dicit Aluar.in d.c.1.in prin.nu.2.de alie. feud.pater.Intellige tñ quod propter simplicẽ pignorationem,seu hypothecam feudi,non incidit vasallus in caducitatem,nisi etiam procedat ad traditionem, vt etiam dictum est in alienatione, suprà q.31.versiculo,sed nunquid.

QVAESTIO XXXVI.

1 *Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini?*

1 QVæro,nunquid feudum possit dari in dotem sine consensu domini? Respon.hæc quæstio potest dupliciter contingere.primò quando vasallus habens filiam,vult ipsi filiæ,vel potius genero, dare in dotem ipsum feudum.& de hoc est textus expressus in c.1.§.donare.quali olim feud.alie.pot. quòd non potest illud dare in dotem,& hæc est cõmunis Doctorum sententia,vt dicit Zas. de feudis. in nona parte,n.49.quem refert Io.Iacob.de Leon. inter consilia feudal.Bruni cons. 114.nu.86.Si enim non est permissum vasallo alienare feudum propter propriam necessitatem, etiam famis,vt dixi suprà,q.31.vers.pone vasallus, multo minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia sua dotãda. Secundo modo potest contingere, si ipsamet mulier,quæ est vtilis domina feudi velit se ipsam de feudo dotare,& de hoc pariter videtur text. in ca. primo de inuest.quam Titius accepit &c. ꝙ possit se ipsam dotare de feudo.& hæc est communis conclusio modo duo concurrant:primò,ꝙ det feudum in dotem inæstimatam: secundò, quòd non apponat pactum de lucrando.& ita esse communem conclusionem attestatur Curt.Iun.de feu.in quarta parte principali,in prima regula,qu.4.Reuera,vbi etiã hæc duo concurrerent in dotatione filiæ facienda per patrem difficile esset allegare concludentem rationem diuersitatis.Tamen in practica sequenda esset cõmunis opi.Pro qua fortè posset dici in hoc differre patrem à filia, quia filia dãs in dotem,non videtur alienare feudum,sed tantum commoditates ipsius feudi,quarũ alienatio est vasallo permissa,vt dixi suprà,qu.31.vers.Successiuè. quibus tamẽ etiam ipsa fruitur,ex quo deseruiunt oneribus matrimonij.Præterea licet propriè possessio rei dotalis dicatur esse apud maritum,tamen etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem, secùs autem est in patre.Sed quidquid sit,tutius esset in vtroque casu requirere domini consensum, prout fieri debere consuluit Alua.in d. §.donare quem refert Curt.Iun.in loco præallegato.

QVÆSTIO XXXVII.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini constituere seruitutem in re feudali?*

2 *Et an possit constituere vsumfructum?*

1 QVæro nunquid possit vasallus sine cõsensu domini constituere in re feudali seruitutem, vel aliquod aliud onus imponere? Respon. aut loquimur quantum ad præiudicium ipsius constituentis, & res non habet difficultatem.Potest enim proculdubiò vasallus ad sui præiudicium constituere seruitutem realem in re feudali,sine cõsensu domini, vt est textus expressus in c.1.§.quid ergo.de inuesti. in re aliena facta.Et est communis conclusio,vt attestatur Curt. Iun. de feud.in quarta parte in vltima causa amis.feudi,quæst.14.& sequ. Quo verò ad præiudicium domini, non potest vasallus seruitutem, vel aliquod onus feudo imponere,& ideò euenie nte,casu,quo feudum domino aperiatur,extinguitur omne onus illi impositum per vasallum.Idẽ etiam dicendũ est,quantum ad præiudicium agnatorum,qui successuri sunt in feudo. Non enim potest vasallus aliquam seruitutem,vel onus constituere super feudo,in præiudicium eorum, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirentis,& ad hoc per Doctores allegatur gl.quam tamẽ ego in libro meo non reperio in c.1.in verbo,Alienationes,de cap.Contrad.& illam gl.dicit esse communiter approbatam Alex. cons. 18. post nume.5. lib.5.quem refert Picus in repe.§.Titia.post nu.99. ff.de leg.2.Paris.cons.88.nu.4.li.2.Et hanc opi. dicit esse communem Berous q.95.nu.1.

2 Sed nunquid poterit vasallus sine domini consensu constituere alteri vsumfructum in re feudali?Respon.ꝙ non.Et ad hoc pariter allegatur illa gl.quã ego non inuenio,vt suprà dixi.& ita est communis conclusio, vt attestatur Curt. Iunior in d. quarta parte quæstio. 15. Est enim vsusfructus pars dominij,meritò cùm vasallus prohibitus sit alienare vtile dominium,neque etiam posse debet alienare eius partem.

QVÆSTIO XXXVIII.

1 *Vasallus an possit sine cõsensu domini de feudo trãsigere?*

1 QVæro,an vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere? Respon. quòd aut vasallus transigendo transfert feudum in alium: & hoc facere non potest sine licentia domini, aut retinet feudum penes se, & tunc potest transigere.ita distinguit Bal.in cap.primo,num.16.de cõtrouer. inter vasal.& alium.& in hãc sententiam inclinat cõmunis mens Doctorum,vt ait Cur.Iunior,de feud. in quarta parte,in vltima causa amis. feud.quæst.septima,Hanc etiam opinionem dicit esse magis cõmunem Paris. consilio primo,nu.134.lib.1. Donec enim vasallus retinet feudum penes se, non dicitur inferre domino aliquod præiudicium:

QVAESTIO XXXIX.

1 *Vasallus an possit facere compromissum de re feudali sine consensu domini?*

Successiuè

1 SVccessiuè quæro,nunquid possit vasallus de re feudali facere compromissum sine domini consensu?Resp.respectu compromissi faciendi in arbitratorem,omnes conueniunt, quòd vasallus id facere non possit.Procedit enim arbitrator nullo iuris ordine seruato,meritò non debet vasallus, cui interdicta est omnis feudi alienatio,posse facere actũ,ex quo resultare posset alienatio. Hæc autem ratio non videtur militare in arbitrio,qui tenetur sequi iura.Et ideò multi tenuerunt, quòd in arbitros possit vasallus de feudo compromissum facere,ꝙ etiam expressè cõcedere videtur tex.in c. 1.§. si inter,delege Cõradi. Et licet per dispositioné c. Imperialẽ,de prohib.feud.alien.per Frid. videatur prohibita omnis alienatio feudi, tñ ex quo in specie non fit in eo text.mentio de compromisso,non videbatur dicendum quòd text.in d.§.si inter,cum sim.esset correctus, & ita quòd per d. ca. Imperialem,non sint correcta in hoc iura antiqua, dicit videri communem mentem Feudistarum Cur.Iun. de feu.in 4.parte, in materia alienationis feudi,q. 8.subdens,quòd ita sentiunt communiter Scribentes in materia iurisdictionis feudalis.Dicit tamen Curt.ibi in fin.ꝙ hæc decisio est multum dubia,& periculosa,& benè dicit,quia reuera cõtraria opin. ꝙ scilicet vasallus non possit etiã in arbitros facere compromissum de re feudali,est iudicio meo,tutior, & etiam magis communis,prout attestatur Soc.Iun.cons.77. nu. 76. & seq.lib. 1.Pro qua facit, quia regulariter, de qua re non potest quis liberè disponere,neque etiam potest de ea facere compromissum. Posset tamen & fortè non impertinenter ad hanc quæstionem accommodari distinctio facta in præcedenti quæstione, vt scilicet possit vasallus de feudo compromissum facere,modo ex tali compromisso,vel arbitramento superinde ferendo,non possit sequi,ꝙ feudum in alium transferatur,vt dictum de transactione, cui etiam iuxta communes iuris regulas æquiparatur compromissum siue arbitramentum.

QVÆSTIO XL.

1 *Vasallus an possit in suo testamento de feudo disponere?*

2 *Et quid in feudo simpliciter hæreditario?*

3 *Et quid in feudo omni?*

4 *Et an possit illud legare pro anima?*

5 *Et an possit plus assignare vni ex filiis suis, quàm alteri de ipso feudo?*

6 *Et quid in feudo nouo?*

1 QVæro,nunquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere?Resp.ꝙ dispositio testatoris de feudo nullo modo valeat.text.in c.1.de succesione feudi.ibi nulla ordinatione defuncti in feudo manente,vel valente.& hæc est communis regula,vt dicit Socin.Iun.cons.72.post nu.40.lib.1.Cur. Iunior de feud.in quarta parte principali; in prima regula,in penultima quæstione. Cùm enim vasallus non sit dominus feudi, nisi donec vixerit,meritò non debet posse de eo disponere, in præiudicium eorum,quibus ex prouidentia primi acquirẽtis post eius mortem feudum debetur.

2 Sed quia hæc materia à doctoribus aliquantulũ confusè tractatur,ideò distinguendi sunt aliqui casus pro eius intelligentia. Aut enim loquimur in feudo simpliciter,& absolutè hæreditario, & tunc dicẽdũ est,ꝙ potest testator de eo disponere ad sui libitũ,& illud relinquere cui voluerit. Ex quo enim tale feudum est alienabile & transitorium ad quoscunque hæredes,etiam extraneos, nihil prohibet, quòminus etiã de eo in specie possit vasallus in testamẽto suo disponere.Vide quę dixi sup. q.9.vers. Hoc præmisso,& sup. q. 31. vers.vlterius quæro.Aut verò,& secũdò,loquimur in feudo mixto,quod scilicet est hæreditariũ,& est etiam ex pacto & prouidẽtia,prout est feudũ receptũ pro se, & filiis,& hæredib.& hoc casu dicũt aliqui,ꝙ ex quo filius non potest habere feudũ,nisi etiã sit hæres, vt dixi in ead. q.9.vers.Quandoq;,& tertiò hæres autem non potest contrauenire facto defuncti,propterea dispositio testatoris de ipso feudo valebit,quia per ipsum hæredẽ infringi non poterit. Sed hic est aduertendum,quia hæc cõclusio,dato ꝙ esset vera,procederet solũmodò,vbi ageretur de præiudicio filiorum vel agnatorũ,sed quò ad præiudiciũ ipsius domini directi,non habetur in consideratione,an feudũ sit simpliciter ex pacto,& prouidẽtia,an mixtũ, vel an sit nouũ, vel antiquũ: & ideò modò feudũ non sit simpliciter & absolutè hæreditariũ, tene, ꝙ omnis dispositio de feudo facta per vasallũ testãtem,quòd ad præiudiciũ domini est nullius valoris & momẽti.Præterea hæc conclusio,etiã quò ad præiudiciũ filij,vel agnati,non videtur vera, saltem quando filius vel agnatus adiuissent hæreditatem vasalli,de feudo testantis,cum beneficio inuentarij.Nam talis confectio inuentarij conseruat filio vel agnato hæredi iura sua, vt possit, non obstante aditione, alienationem de feudo factam per defunctum reuocare,etiam,quòd tale feudum esset hæreditariũ, secundum vnam opi. quam ego tenui infrà quæst. 42.vers.Successiuè.Tertiò etiam hæc conclusio non satisfacit. nam solummodo haberet locum in filio vasalli,qui omninò cogitur acceptare hæreditatem patris,si vult feudum retinere: de quo tamen dixi infrà, q.76.secùs autem in agnato. sufficit enim,ꝙ agnatus sit hæres primi recipientis, neque requiritur,quòd sit hæres vasalli vltimo loco defuncti,vt dixi in suprà allegata q.9.vers.Sed quæro.& sic in eo cessat fundamentum conclusionis.Facienda est ergo generalis regula,quòd siue feudum sit simpliciter ex pacto & prouidentia,siue mixtum, non potest vasallus in præiudicium agnatorum de feudo testari Bene verum est, ꝙ si filius vel agnatus adirent hæreditatem vasalli,qui de feudo testatus est, sine beneficio inuentarij,non possent talem alienationem in testamento factam reuocare,quia eo casu non possent facto defuncti contrauenire,& hoc, non quia alienatio per aditionem cõualidetur,sed quia iste adeundo sibi præiudicasset.Et nota,quia hoc est maximi,effectus, nam cùm ista aditio non præiudicet nisi adeunti, posset filius, vel agnatus adeuntis, ad quem feudum spectaret virtute inuestituræ, ipsa aditione non obstante, alienationem ipsam reuocare.

3 Sed quęro,nũquid hæc cõclusio ita declarata.quæ habet, ꝙ vasallus non potest de feudo testari,habeat locum generaliter in omni feudo, scilicet siue sit antiquum, siue sit nouum,id est. acquisitum ab ipso vasallo testante?Resp.ꝙ quantum ad præiudicium domini,vt suprà dixi,non habetur in consideratione,an feudũ sit antiquum,vel nouũ,quia vtroque casu non potest per vasallum alienari sine consensu ipsius domini,sed quantùm ad præiudicium filiorum,vel agnatorum multum interest:nam si est feudum antiquum vel paternum,non poterit vasallus de eo testari in præiudicium eorum, qui sunt vocati ex tenore inuestituræ.Si verò sit nouum,vti

que

que poterit de eo testari,interueniẽte consensu domini.Est enim generalis regula, ꝙ potest vasallus de feudo nouo ad libitũ suũ disponere,sub quocũque tenore recepti sit, etiam in præiudicium filij, vel agnati,qui ex tenore inuestituræ successurus fuisset in feudo,vt dixi infrà q.41.versi.Et hæc quidem

4 Ex hac conclusione,ꝙ vasallus non potest de feudo testari:Primò infertur,ꝙ non poterit testator illud legare,etiam pro anima.tex.est in c.1.§.donare, qualiter olim feud. alien. po. Sed quæro,an legato feudo, debeatur saltem æstimatio, prout debetur quando legatur res aliena?Resp.ꝙ non debetur neque res, neque æstimatio.ita tenet Bald.in d.§.donare.num.3.& est communis opin.vt dicit Soci.Iun. cons.72.num.60.lib.1.& cons.74.nu.20.& seq.eod. vol.Quando enim aliquis habens ius in re,quod est morte periturum,illam legat alteri,censetur legasse solummodò illud ius quod habebat,neque debetur aliqua æstimatio, vt dixi suprà lib. proximo. §.legatum.

5 Secundò infertur,quòd non poterit pater habens plures filios, plus assignare in feudo vni ex filiis quàm alteri.& ita est communis opin.vt dicit Zas. de feud.in 8.parte,in 3.particula,vers. Et hanc partem.Est enim ex prouidentia legis constitutum, vt omnes filij æqualiter in feudis succedant.Multò minus ergo poterit totum ipsum feudũ prælegare vni ex filiis suis. Dicit Alex. in l. apud Iulianũ,quã legit cũ l.cũ seruus.§.si quis alicui,n.4.in fi.ff.de lega.1.ꝙ magis communis opin. videtur inclinare in hanc partem.Et hanc opi.tenere communiter Doctores attestatur Io. Ray.in c. Imperialẽ.§.habito, col.7.de prohi.feu.alie.per Fri. quẽ refert Iaco. in verbo,& cũ pacto.ꝙ de ipso feudo.nu. 2. in fi.Hanc etiam dicit esse communem Rui.cons.25.n.13.lib.1.

6 Quæ omnia de plano procedunt in feudo antiquo,& paterno.illud enim proculdubio nõ potest pater vni ex filiis suis prælegare.& ita esse communem opni.dicit Ruin.cons.9.in fi.li.1.& hoc pro indubitato præsupponit Soc.Iu.cons.160.n.44.lib.2. Cùm enim tale feudum virtute inuestituræ debeat ad omnes eius filios æqualiter peruenire ex prouidentia concedentis,meritò non potest vasallus per suam dispositionem alterare naturam feudi,in præiudicium aliorũ,& sic illud relinquere vni ex filiis suis,etiamsi sit ex cõprehensis in inuestitura.& ita solet communiter concludi, vt dicit Soci. Iun.in d.cons.72..nu.33. Sed quid in feudo nouo,id est,acquisito per ipsummet vasallũ testantẽ, pro se, & filus,vel pro se & liberis?Et in hoc variæ sunt Doctorũ opiniones,quas latè refert Curt.Iun.de feud. in 4.parte i vltima causa amisionis feudi,q.30.vers. Ex prædicta regula.Aliqui enim dicũt.quòd etiam feudũ nouum nõ potest pater vni ex filiis prælegare.& hanc opi.dicit videri magis cõmunẽ Soc.Iun. in d.cons.72.nu.35.& cons.160.nu.44.li.2.Alij verò dicunt,ꝙ potest: & hanc dicit videri communem Barb. inter consi.Alex.cons.55.col. pen. vers. Et si quispiã.lib.4. quæ etiã mihi magis placet. Est enim valdè rationabile,vt quod iure meo quęsiui, etiam arbitrio meo alienare possim. Et certè mirũ est,ꝙ Doctores in hoc articulo adeò inter se repugnent: nam aut loquimur quò ad præiudicium domini,& certum est, ꝙ quando prælegatur vni ex comprehensis in inuestitura,nõ dicitur agi de aliquo præiudicio ipsius domini. Aut loquimur quantum ad præiudicium aliorum,& pariter non videtur agi de aliquo eorum præiudicio. Si enim vera est decisio, And.de Iser.quam retuli in d.q.41.vers.Et hæc quidem,ꝙ scilicet vasallus de feudo nouo possit cum consensu domini ad sui libitum disponere, nescio videre qua ratione, si vasallus posset tale feudum alienare,etiam in extraneum, non posit etiam illud vni ex filiis suis prælegare. Et ita, si casus contingeret,consulerem,& iudicarem. Vide tamen in hoc proposito ea quæ dixi suprà hoc eod.lib.§.emphyteusis.quæst.16.

QVAESTIO XLI.

1 *Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum?*
2 *Et quid si feudum sit antiquum?*
4 *Et quid si sit hæreditarium?*

1 DIxi suprà q.31.in princ.quòd non potest vasallus feudum alienare sine consensu domini: quæro nunc,an possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in præiudicium agnatorum? Respond.quòd non:& est communis conclusio;vt attestatur Curt.Iun.de feud.in quarta parte,in vltima particula,in prima regula,colum.3.ver.Stat ergo ex præmissis.

2 Et hęc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo seu paterno. Nam tale feudum proculdubio non potest per vasallum alienari in præiudiciũ agnatorum,etiam cum domini cõsensu.& hæc est commu.opi.vt attestatur Alua. in c.1.post num.4. vers.Oppono ab extra.quẽ ad feud.ad fœ. perti. Et clarius post eum collegium Bonon. inter consilia Cut.Seni.cons.50.nume.21.refert,& sequitur Paris. cons.17.nu.16.li.1.Cùm enim sit ius quæsitum descendentibus.ex tenore primæ inuestituręꝰ meritò non potest tolli per aliquẽ ex successorib.primi inuestiti.& hæc est communis omnium conclusio,vt dicit Cur.Iun.cons.171.nu.5.Et est valdè rationabile,vt in huiusmodi feudis,quæ à maiorib.suis proueniunt,non possit vasallus aliquo modo filiis suis præiudicare,qui ad feuda ipsa veniũt, non ex facto ipsius patris,sed ex antiquorum suorũ prouisione. Ita dicit And.de Iser.in c.1.§.quid ergo.de ineusti. de re alien.facta.Et hæc est verisima,communis & ab omnib.approbata cõclusio,vt dicit Soc. Iu.cõs. 112.nu.1.li.2.subdẽs, ꝙ hoc est apud Doctores nostros indubitatũ.Sed in feudo nouo secùs est, nam feudum nouum sub quocunque tenore receptum sit,nisi fuisset expresè receptum contemplatione alicuius filij,specialiter & proprio nomine in ipsa inuestitura nominati,semper potest ad libitum alienari per feudatarium cum consensu domini,nec requiritur consensus filij primogeniti, vel alterius agnati,qui successurus esset in feudo.Et hæc est decis.Andr.de Iser.in c.1.numer.3.de alie.feudi pater. quam dicit esse per omnes approbatam,Sigismun. cons.feu.52.nu.1.vbi etiam subdit,ꝙ omnes eam sequuntur nemine discrepante.Quia id quod ego acquiro,possum pro mea voluntate alienare.& hæc decisio semper mihi placuit, licet Doct.super hoc articulo variè sctipserint.

3 Sunt autem nonnulli, qui non ità passim admittunt hanc conclusionem,quòd vasallus non possit de feudo antiquo,seu paterno disponere,in præiudicium agnatorum,sed putant distinguendum esse inter feudum hæreditarium,& feudum non hæreditariũ,dicẽtes; ꝙ in feudo nõ hęreditario benè procedit supradicta conclusio,& ideò si feudum sit receptum pro se,& descendentib.masculis, quòd non poterit vasallus de eo disponere in præiudicium descendentium masculorum.& hanc dicit esse cõmunem omniũ conclusionem Curt. Iun. in d. cons. 171. nu.6. Sed in feudo hęreditario, etiamsi sit antiquum,tenent,ꝙ possit vasallus præiudicare agnatis,& sic,quòd in feudo recepto pro se, & hæredibus,factum vnius ascendentis,tempore,quo feudũ est apud ipsum,præiudicet non solùm sibi, sed etiã posteris suis hæredibus, cùm censeatur quid hæreditarium.Et dicit Alex.cons.13.nu.11.lib.5.quòd hæc est communis conclusio Doctorum vbique, quam etiam post eum dicit esse communem Paris.cons. 16.nu.44.lib.1.Ias.cons.56.col.fi.vers. Secundò respondetur.libro tertio.Tu verò hic aduerte,nam si loquimur in feudo simpliciter & absolutè hæreditario,puta recepto pro se,& hæredib. quibuscunq; vel pro se,& quibus dederit,vera est cõclusio,quòd potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini,& sine consensu agnatorum: quia tale feudum æquiparatur bonis allodialibus, & transit ad quoscunque hæredes,vt sæpius dixi. Et in tali feudo non consideratur vtrum sit antiquum,vel nouũ Si verò loquimur in hæreditario mixto,puta, recepto pro se & filiis, & hæredibus non est hæc conclusio absolutè vera,per ea quæ dixi sup.q.40. vers. Sed quia. quæ hoc loco non repeto, quia optimè possunt accommodari ad hanc conclusionem.

QVAESTIO XLII.

1 *Alienatio feudi facta per vasallum in præiudicium agnatorũ an sit ipso iure nulla,vel detur agnatis reuocatio?*
2 *Et quid in feudo merè hæreditario?*
3 *Et quando feudum dicatur alienari iure permittente?*
4 *Et quid si alienatio fiat in agnatum proximiorem, & qui omninò erat in feudo successurus?*
5 *Et quid si fiat in remotiorem?*
6 *Et nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam viuo alienante?*
7 *Et an eo casu teneatur precium emptori restituere.*
8 *Et quid si vasallus alienans habeat filios?*
9 *Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum?*
10 *Et infra quantum tempus possit hoc casu fieri reuocatio?*
11 *Et an pendente hoc termino ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus petendi inuestituram à domino?*
12 *Et quid si agnatus proximior consentiat alienationi, an talis consensus præiudicabit eius filiis?*
13 *Et an præiudicet agnatis in sequenti gradu.*
14 *Et an filius vel agnatus ipsius vasalli admittantur ad huiusmodi reuocationem, etiamsi sint hæredes ipsiusmet vasalli alienantis.*

1 DIxi suprà q.1. quòd non potest vasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati,sine ipsius consensu:quæro modò, nunquid si illud alienet, talis alienatio sit ipso iure nulla.Respond.quòd quatenus alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta sine eius consensu,nulla est difficultas,quin sit ipso iure nulla.text. est in c.Imperialem,de prohib.feud. alien. per Frider.Sed quatenus respicit præiudicium agnatorũ, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios vel agnatos alienantis reuocari. & in hac materia habemus text.notab.in c.1.§.Titius filios.si de feudo defun.contentio fuerit, quòd filius vasalli potest alienationem feudi per patrem factam reuocare,etiam ipso patre viuo, sed tenetur eo casu restituere precium emptori.Agnatus autem non tenetur precium restituere,sed sine precio reuocat,mortuo tamen prius alienante,vt ibi.

2 Sed quia hæc materia habet plura capita,ideò distinguendum est: Aut enim loquimur in feudo merè hæreditario,& non datur aliquo modo reuocatio,quia vt sæpius dixi, tale feudũ est alienabile ad instar bonorum allodialium.Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto, & prouidentia, vel etiam mixto,& tunc,aut feudum est nouum, & non datur reuocatio,quia licitè potest per vasallum in quemcunque alienari,vt dixi suprà quæst.proxi. vers. Et hæc quidem.Aut est feudum antiquum, seu paternum,& hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari: & sic habes pro absoluto in hac materia præsupponere, quòd nunquam admittitur agnatus vel filius, ad reuocationem alienationis feudi, nisi hæ duæ qualitates concurrãt,scilicet quòd feudum sit ex pacto & prouidentia, vel absolutè, vel mixtim,& quòd sit feudum antiquum.

3 Est etiam pro intelligentia præmittendum,ꝙ feudum aliquando dicitur alienari iure permittente aliquando verò dicitur alienari iure non permittẽte:alienatur feudum,puta, si interueniat consensus domini,nam hoc casu valet alienatio ipsius feudi. Item alienatur iure permittente, quando vasallus illud alteri in feudum concedit,quod quidem facere potest.etiam si sine domini consensu, vt dixi suprà q.32.Item quando vasalla nubens dat feudum in dotem quod pariter ei permissum est, vt dixi suprà.q.36.Iure autem non permittente,dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus à iure vel consuetudine feudorum non permissis.

4 Hoc præmisso,explicandi sunt plures casus,prout pluribus modis potest hæc quæstio contingere. Aliquando enim vasallus alienat feudum in agnatũ proximiorem,& qui omninò post mortem alienãtis esset in feudum successurus,& tunc aliis agnatis non datur reuocatio,quia eorum nihil interest, ex quo,etiam non facta alienatione,feudum erat peruenturum in illum.ita dicit Iac.de Beluis.in ca.Imperialem,de prohib.feud.alien. per Frider. & hanc conclusionem firmant Doctores, vt dicit Iacob.de feu.in verb.Et cum pacto.de non alie.nu.23.

5 Aliquando,& secundò,vasallus alienat feudum in agnatum remotiorem, & tunc distinguendum est. nam,aut iste vasallus alienãs habet filios,& possunt ipsi talem alienationem reuocare. Sed si volunt eã reuocare viuo patre,tenentur precium emptori restituere.Mortuo autem patre, possunt etiam sine precio feudũ recuperare.d.§. Titius filios. Si verò vasallus non habeat filios, potest agnatus proximior reuocare talem alienationem,vt ibi.

6 Sed nunquid poterit agnatus proximior huiusmodi alienationem reuocare, etiam viuo agnato, qui alienauit.Respond. quòd si alienatio est facta iure permittente,nõ potest illam reuocare,nisi post morrem ipsius alienantis.Si verò sit facta iure non permittente,poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem,vt in d.§.Titius filios: quando autem dicatur facta alienatio iure permittente,vel non,dixi suprà,vers.est etiam,& hęc conclusio procedit sine difficultate,tenendo illam opinionem,ꝙ feudum antiquum propter alienationem non aperiatur domino,sed agnatis,quam ego tenui tanquã veriorem, infrà quæstion.66. verficulo.Sed quid si vasallus.

7 Sed an in præmisis casibus tenebitur iste agnatus proximior pretium emptori restituere. Respõ. quòd non.d. §. Titius filios. Ex quo enim in omnẽ

casum,feudum ad ipsum agnatũ deuoluebatur ex prouidentia primi inuestiti,non videretur æquum, vt ipse teneretur rem suam precio redimere.

8 Sed pone, quòd iste vasallus alienans feudum in remotiorem agnatum,habet filios:quæro,quis erit præferendus in huiusmodi reuocatione, an filius ipsius alienantis,an verò alius agnatus proximior? Respond.quòd si alienatio facta fuit iure permittente,tunc filius præfertur agnato:si verò facta fuit iure refragante,agnatus præfertur filio:& ista conclusio approbatur à doctoribus,vt dicit Iaco.in d. verbo,Et cum pacto de non alienando,nu.35.& dicit Curt.Iun.de feud.in quarta parte, in 3. regula, versicu.Quartò circa præmissa,quod ita intelligũt & declarant communiter Feudistæ.Et sic vides, q̃ quando alienatio est facta iure permittente, melior est conditio filij,quàm agnati,nam (vt dixi) filius potest,etiam viuo patre,eam reuocare restituto pretio:agnatus autem non potest , nisi secuta morte alienantis.Econuersò autem,quando alienatio est facta iure non permittente, melior est conditio agnati,quàm filij,quia agnatus in reuocatione præfertur filio,vt suprà dictum est,& harum decisionum difficile est,iudicio meo , assignare aliquam concludentem rationem , nisi quia ita vetustis feudorum moribus receptum est,licet Doctores in hoc multum laborent.

9 Aliquando,& tertiò,alienatio fit in penitus extraneum, & tunc dicendum est, quòd pariter admittuntur filij,& etiam agnati,ad reuocandam huiusmodi alienationẽ,prout quando facta est in agnatum remotiorem.Et in hoc proposito intellige extraneũ,eũ qui nõ sit ex comprehensis in inuestitura,dato quòd aliàs esset agnatus ipsius alienantis.

10 Scias,tamen,quòd in vno differt hic casus ab illo,quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem,tunc si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo,sed si alienatio facta sit in extraneum,tunc ad hoc , vt proximior agnatus excludatur,requiritur cursus saltem triginta annorum.ita tenet glo.in d.§.Titius filios,in verbo,per annum.quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Alex.cons.15.num.10.lib.5.Dec. cons. 395. in fin.Iac.in verbo,Et cum pacto de non alien. num.18.Balb.de præscrip.in 4.parte prin.q.12.num. 19.in fin.Et dicit Dec.cons.238.nu.4. quòd Doctor. illam cõmuniter sequuntur.Dicit etiam Aluaro. in d.§.Titius filios,post nu.4.vers.Oppo.cum gl.fin.q̃ ita tenetur per Doct.communiter.idem dicit Præpos.in d.§.Titius filios,col.3 vers.Oppo.cum gl.Facilius enim præsumitur consensus inter coniũctos, quàm inter extraneos.

11 Quæ autem sit ratio , cur sit præfixum tempus anni agnato proximiori ad reuocandum alienationem feudi factam in remotiorem & non maius,vel minus tempus,multa dici possent:Sed fortè melior ratio est,vel saltem magis colorata,quia intra illud tempus anni,tenetur vasallus petere à domino inuestituram,vt dixi infrà,q.49.vnde,ex quo intra illud tempus non reuocat,neque petit inuestituram, meritò excluditur à feudo.Sed quæro,an pendente hoc tempore ad reuocandum,stet etiam in pendẽti tempus ad petendam inuestituram à domino? Respond.quod non sed omnino debet petere inuestituram à domino intra annum à die alienationis aliàs cadit à feudo.ita sentire videtur Bal.in d.§. Titius filios,in fi.verbis.Et hanc opi.dicit esse communem Goza.cons.71.nu.3.Quæ tamen mihi semper visa fuit,dura tãto magis,quia regulariter tẽpus an niad petendũ inuestituram,non currit,nisi possidẽti,vt dixi j.q.49.verf.Item quid si fortè vasallus , & fortè etiam intentio Bal.non fuit hæc,ad quam allegatur.Sed pro nunc nihil determino.

Dixi,quòd si agnatus proximior tacuerit per annum,vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum,excluditur per hanc taciturnitatem , ex qua resultare videtur tacitus consensus: certè multò magis,si agnatus expressè alienationi consenserit,censebitur à feudo excluſus,neque poterit illam alienationem reuocare. Et hoc parùm habet difficultatis,& ideò cautela est , quòd vasallus volens feudum alienare,faciat,quòd agnati cõsentiant alienationi.

12 Sed quæro,pone,quòd agnatus proximior consenserit alienationi feudi factæ per vasallum , nunquid talis consensus præiudicabit filio ipsius consentientis,quò minus possit ipsum feudum recuperare?Resp.Aut iste filius est hęres patris,qui consensit,vel est aliquid habiturus ex eius hæreditate : & hoc casu cùm non possit retractare defuncti voluntatem,non poterit talem alienationem reuocare,si verò non est hæres patris,neque aliquid est habiturus ex eius hæreditate,vtique poterit, non obstãte cõsensu per patrem præstito , feudũ alienatũ recuperare. ita solẽt Feudistæ communiter distinguere,vt dicit Cur.Iun.in d.4.parte,in vltima causa amissionis feudi,in 3.reg.verf.Secunda cadit,quod tamen intellige,vt dicam j.In verf.Successiuè.

13 Sed maior videtur dubitatio,si extẽt agnati,proximiores,remotiores,& medij gradus ipsius alienantis,& agnatus proximior cõsentiat quòd feudũ alienetur in remotiorem,an talis consensus præiudicet agnatis medij gradus,quò minus possint ipsi talem alienationem reuocare?Est ardua quæstio,in qua aliàs inter se contrarium consuluerunt collegium Mediolan.& collegium Bononi. sed tenenda est opi.quòd talis consensus eis non præiudicet: cũ enim eis sit ius quæsitum ex tenore primæ inuestituræ , non debet posse illis auferri sine eorum culpa,aut facto.& hæc est etiam magis communis , vt dicit Cur.Iun.in d.4.parte,in vltima causa amissionis feudi circa princi. tertiæ regulæ , subdens quòd iudicio suo non habet multum dubitationis.

14 Successiuè quæro, nunquid filius vel agnatus ipsiusmet vasalli alienantis,admittãtur ad huiusmodi reuocationem,etiamsi sint hæredes ipsius vasalli?Respond.quòd si adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij,non poterit talem alienationem reuocare , tunc enim propriè repræsentat personam defuncti,& ideo non potest eius facto contrauenire,sed si fecit inuentarium, benè poterit reuocare. Ita tenent communiter Feudistæ,vt dicit Curt.Iun. in d.tertia regula,col.3.verfic. Limitate prædictam, quem refert Paris.cons. 10.num.8.lib.1.Nam beneficium inuentarij conseruat hæredi omnia iura sua, & actiones,perinde ac si non adiuisset hęreditatem Et hæc quidem conclusio de plano procedit,quando feudum nõ est hæreditarium,nam eo casu procul dubiò potest filius vel agnatus hæres , facto inuentario,reuocare huiusmodi alienationem.Et ita concludunt omnes,vt dicit Decius cons. 185.nume. primo, circa fin.nam hoc casu vasallus habet feudum ex simplici prouidentia primi inuestiti,nõ autem tanquam hæres.Sed quid si sit hæreditarium, quo casu non potest habere feudum , nisi tanquam hæres? Respond.quòd in hoc Doctores sunt varij nam

nam aliqui tenent, quòd inuentarium nihil prosit, ad hoc vt possit alienationem ipsam reuocare. Et hanc opin. tanquam communem sequitur Gratus cons.9.num.18.lib.primo,vbi etiam refert Curt.Iuniot.cons. 138.col.6.attestantem illam esse magis communem.Sed ego non reperio Cur.in allegato cons.maximè,nu.16.vbi loquitur in hoc proposito attestantem de communi.Aliqui verò tenent,quòd imò etiam in tali feudo hæreditario , possit filius vel agnatus hęres vasalli cum beneficio inuentarij, reuocare alienationem feudi per eum factam. & hanc opin. videtur admittere tanquam veriorem, & magis communiter approbatam, Socin. Iunior cons.112.num.13.lib.2.Reuera si loquimur in feudo merè hæreditario, credo quòd confectio inuentarij nihil prosit ad reuocandum,quia (vt suprà dixi) in tali feudo non datur reuocatio, ex quo de eo iudicatur,vt de alia quacunque re hæreditaria,sed si loquimur in feudo,quod est partim hæreditarium, & partim etiã est ex pacto & prouidẽtia, mihi magis placet secunda opinio, quòd scilicet confectio inuentarij conseruet ius reuocandi alienationem. Vocatur enim eo casu agnatus ad feudũ, non simpliciter tanquam hæres vasalli,qui alienauit,sed etiam ex pacto & prouidentia primi inuestiti.Quæ opin.multo magis tenenda esset , vbi iste agnatus, qui vult feudum alienatum reuocare, posset dicere se hæredem primi acquirentis, aliter quam mediante persona illius vasalli,qui alienauit,quod suficeret secundum opin.quam tenui suprà q.9.versi. Sed quæro.nunc enim ex quo posset habere feudũ alia via,& sic tanquam hæres istius alienantis, crederem omninò confectionem inuentarij ei prodesse debere.

QVAESTIO XLIII.

1 *Filius,penes quem est feudum paternum , vel emphyteusis an teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo,vel emphyteusi?*
2 *Et quid si adiit paternam hæreditatem?*

1 QVæro,nunquid filius, penes quem est feudũ paternum,vel emphyteusis , teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo vel emphyteusi?Respond.quòd siquidem filius paternam hæreditatem non adiit,non tenetur illis satisfacere & hoc est iudicio meo indubitatum.

2 Sed quid si adiit?Respond.quòd hoc casu distinguendum est inter feudum vel emphyteusim , quæ sint hæreditaria,& inter non hæreditaria. Nam filius accipiens feudum aut emphyteúsim non hæreditariam,& simul etiam hęreditatem patris adiens cũ beneficio tamen inuentarij,non tenetur vltra vires hæreditatis paternæ creditoribus satisfacere ex ipso feudo vel emphyteusi,quia habet feudũ ex pacto,& prouidentia primi acquirentis , non autem tanquam hæres.Nec aditio hæreditatis debet ei obesse , ex quo confectio inuentarij omnia iura sua integra conseruat,vt dixi in quæstione præcedenti versic.Successiuè. Secus autem si feudum aut emphyteusis sit hæreditaria,nam eo casu ex quo illam habet tanquam hæres, meritò etiam si solemniter inuentarium confecerit,tenetur ipsis creditoribus ex ipso feudo vel emphyteusi satisfacere. & ita cõmuni omnium consensu receptum esse attestatur Didac. libro 2.resolutionum cap. 17. post numero 4.versi.Octauò infertur.Et hęc quidem conclusio,si intelligatur,vt procedat in feudo simpliciter,& absolutè hæreditario,mihi satis placet,nam cùm tale feudum sit ad instar aliorum bonorũ hæreditariorum allodialium,certum est,quòd in bonis hæreditariis cõfectio inuentarij nihil prodest hæredi.Sed si esset feudum non absolutè hæreditariũ, sed etiã ex pacto,& prouidentia primi acquirentis, teneo, quod confectio inuentarij prodesset hæredi, prout etiam tenui in quæst.præcedenti in allegato versi. Successiuè.

QVAESTIO XLIIII.

1 *Feuda an possint diuidi?*
2 *Et quid de consuetudine obseruetur?*

1 QVæro,nunquid feudum possit diuidi? Respon. quòd feuda maiora,prout est feudum Ducatus,marchiæ,vel comitatus,quod habet dignitatẽ annexam,non possunt diuidi,etiam consentientib. consortibus & ita se habet communis opinio,vt attestatur Socin.cons.67.post num.25.vers.Tertiò cõfirmatur,lib.1.quòd est duplicatum in cons.165. lib. Idem etiam dicit Socinus consilio 278.nume.1.lib. 2.Et dicit Curt.Iun.de feud.in quarta parte principali,in vltima causa priuationis feudi,q. 30.in prin. quòd ita concludunt omnes in hoc absque disputatione.Et videtur tex.in ca.1.§.præterea ducatus, de prohib.feud. alien. per Frider. inferiora autem feuda,quæ non habent dignitatem annexam , vtique diuidi possunt,vt est tex.in d.§.præterea ducatus,& hoc etiam, si huiusmodi feuda inferiora sint feuda iurisdictionis.ita tenet Specula. de feudis. §. quoniam.ver.34.Et est cõmunis opinio,vt dicit Socin.in allegato cons.67.post num.45.vers. Septimò dato.& hoc videtur inductum in fauorem,& honorem Imperij,ne scilicet feuda maiora , quorum dignitatis titulus prouenit ab Imperatore diminuantur,& ad destructionem deducantur,quæ ratio non militat in feudis inferioribus non habentibus dignitatem annexam.

2 Scias tamen,quòd quicquid sit de iure, communiter in Italia,& in certis partibus Alemaniæ,& cæterarum prouinciarum,omnia feuda, etiam dignitatum,præter regales diuiduntur:de qua consuetudine attestatur Ioan.And.in additio.ad Specula.de feud.super Rubric.columna penultima. verficulo, Non omittam,quem refert Gratus cons.4.nu.29.li. 1.Et hæc consuetudo seruanda esset, in illis tãtum feudis,quæ solita essent diuidi, non autem in aliis.

QVÆSTIO XLV.

1 *Feudum an præscribi possit?*
2 *Et an contra dominum?*
3 *Et quid inter priuatos?*
4 *Et quid si sit alienatum sine consensu domini?*

1 QVæro,an feudum præscribi possit? Hæc est intricata quæstio,propterea procedẽdo per singulos casus,dic,Aut quæritur de præscribendo directo dominio,vel per vnum dominum contra aliũ vel per priuatum contra dominum,& in hoc remitto te ad ea,quæ dixi j.li.7.§. præscriptio.Aut quæritur de prescribẽda cõcessione feudali,per priuatũ cõtra dominũ,& dico q̃ si quis diuturno tẽpore, id est,p̃ decẽniũ,possedit aliquã rẽ,vt feudalẽ,præsumitur per talem cursum decennij,præcessisse solemnis concessio feudalis,vt dixi suprà q.9.verf.Sed pone.Aut verò quæritur de præscribendo titulo vasallagij per dominũ contra priuatum , & non sufficit cursus decennij,sed requiritur tẽpus 30.ann.vt dixi

in alleg.q.49.in princ.

2 Si autem quæritur de præscribendo vtili dominio contra dominum,puta quia vasallus habens feudũ, illud alienauit,& ille in quem feudum fuit alienatum,illud possedit,nunquid si postea dominus velit recuperare feudum tanquam sibi apertum propter alienationem sine suo consensu factam, poterit iste vasallus possessor feudi opponere decursam esse præscriptionem?Respon.quòd alienatio est adeò nulla,quòd non potest feudũ etiam longissimo tempore præscribi.Ita colligitur ex tex.in cap. Imperialem,ibi,nullius temporis prescriptione,de prohibit.feud.alien.per Frider.vbi hoc expressè tenet And.de Isern.quem sequũtur communiter Doctores,vt ait Curt.Iun.de feu.in 4.parte in vltima causa amissionis feu.col.1.ver.Prima,ergo,& in l.1. in fi.verbis.C.de ser.fugit.& licet gl.in c.1.§. præterea,in verbo,præscriptione de c. Conra. tenuerit, quòd illa verba,Nulla præscriptione obstante,non comprehendant præscriptionem 40.ann.tamen illa glo.communiter reprobatur,vt dicit affli.ibi.n. 24.& seq.& sic tene quòd possessor rei feudalis alienatæ irrequisito domino non potest illam præscribere contra dominũ,nisi concurrat tempus centũ annorũ,& ratio est,quia possidens cui ius commune resistit,non est audiendus,etiam si alleget præscriptionem,nisi de legitimo titulo constet.

3 Sed quid inter priuatos,nunquid poterit vnus priuatus contra alium præscribere vtile dominium ipsius feudi?Respond.quòd sic,modò concurrant tẽpus 30.ann.& bona fides præscribẽtis,& ad hoc pariter allegatur glo.in di.§.præterea,in verbo, Præscriptione.Et dicit Paris.cons.15.num.13.lib.1.quòd in hoc omnes Scribentes illam sequũtur.Quam etiam opi.attestatur esse communẽ idem Paris.cõ. 27.nu.91.lib.1.& cons. 1.nu.123.eod.vol.vbi dicit,q ita communiter tenetur & refert Balbum, de præscri.pariter attestantem hanc esse communem opi. vt ibi per eum.

4 Vt vides,Doctores in hoc articulo variè loquũtur:aliqui enim intelligunt illam gl.loqui inter dominũ & priuatũ:aliqui inter duos priuatos,cùm tamen appareat eam loqui,quando priuatus opponit præscriptionem contra dominum aliàs enim nõ posset applicari ad illũ tex.qui loquitur de reuocatione alienationũ faciẽda per dominos.Quid quid sit,mihi placet hæc resolutio,quam etiam credo esse magis communem , quod scilicet contra dominum non possit vtile dominium alienatũ præscribi spacio 30. nec 40.ann. sed solummodo per cursum centum annorum,sed inter priuatos,quòd currat præscriptio , feudi interueniente bona fide, cum spacio 30.annorum, cum aliis requisitis in ca. 1.§.si quis per triginta,si de feudo defũcti,&c.Quæ conclusio non multũ haberet difficultatis, vbi feudum peruenisset in istum vasallum, cum consensu domini,secus autem si sine domini consensu.Nam cùm eo casu prohibita sit omnis alienatio, & præscriptio rei feudalis , non videtur audiendus allegans præscriptionem,siue agatur inter dominum, & priuatum,siue inter priuatos.& ita videtur iudicasse consiliũ Neapo.vt per Afflic.dec.254.Ego tamen prima facie sentio contrariũ,nam illa constitutio annullans omnem alienationem & præscriptionem rei feudalis sine consensu domini,fuit facta in fauorem domini,non autem in fauorem priuatorum,& ideò videmus,quòd alienatio feudi sine consensu domini,licet sit nulla,quo ad præiudiciũ ipsius domini,valet tamen in præiudiciũ agnatorũ nisi intra debitũ tempus illam reuocauerint, vt dixi §.q.42. Meritò omni casu crederem teneri posse , q inter priuatos vtile dominiũ feudi possit spacio triginta annorum præscribi,vt §.dixi.

QVAESTIO XLVI.

1 *Feudum an imputari debeat filio in legitimam?*
2 *Et quid si sit ex pacto,& prouidentia?*

1 QVæro,nunquid feudũ imputetur filio in legitimã.Respõ.Hæc quæstio põt dupliciter considerari.Primò an filius cui feudum defertur,puta, quia ex tenore inuestituræ feudum spectet primogenito,teneatur illud imputare in legitimam, siue portionem sibi contingentem ex hæreditate , seu bonis paternis.Secundò,an feudum sit computandum in bonis defuncti , quando tractatur de assignanda legitima,siue eius supplemento , alicui ex filiis,cui non debeatur pars feudi,an autem sit detrahendum,prout etiam detrahitur çs alienũ,quod habebat defunctus.Dicunt ergo Doctores,quòd si feudum est paternum , scilicet acquisitum ab ipso patre,de cuius hæreditate agitur , tenetur filius illud in legitimam imputare.Si vero feudum prouenit ab auo, tunc ex quo censetur quid aduenticiũ, non debet imputari & hanc conclusionem dicit esse communem Ruin.in rep.l.in quartam, post n.17. vers.Prima conclusio.ff.ad l.Fal.

2 Quæ quidem conclusio de plano procedit, vbi feudum fuisset concessum patri simpliciter,pro se & hæredib.quo casu dicitur feudum hæreditarium, & proculdubiò est in legitimam imputandũ Et ita sentit Bartol.in l.1.§.nec castrense, numero 6.ff. de collat.bonorũ.& dicit esse communem sententiam Ripa in d.l.in quartam,nume.178.& seq. Sed quid si fuerit concessum pro se,& liberis,quo casu dicitur absolutè ex pacto & prouidentia?Respõ. quòd nihilominus,si est quæsitũ à patre , debet in legitimam imputari,& de eo debetur legitima,secundũ magis communem opi.vt attestatur Alex.con. 29. post nu.4.lib.5.dicens,quòd ita etiam est de mente Bar.in d.§.nec castrense,si benè aduertatur,& ratio est,nam cùm feudum acquisitum à patre,dicatur feudũ nouũ,& sic de eo pater liberè disponere poterat,etiam in extraneũ,siue esset quæsitum pro se,& hæredibus,siue pro se, & filiis, vt dixi suprà q. 41.ver.Et hæc quidem,me ritò filij illud habere dicuntur beneficio paterno,& sic debent illud in legitimam imputare.Qua ratione etiam dicendum est, quòd si esset feudum simpliciter , & absolutè hæreditarium,puta quia esset quæsitum pro se , & hæredibus quibuscunque,vel pro se,& quibus dederit,esset proculdubiò imputandum in legitimã, & de eo detrahenda legitima , quia de huiusmodi feudo iudicatur,vt de cæteris rebus hæreditariis, & allodialibus,vt sæpius dixi,& hoc siue esset quæsitum à patre,siue ab auo,vel etiam superiori ascẽdente, quia in vtroque casu militat eadem ratio.

QVAESTIO XLVII.

1 *Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali?*

1 QVæro, nunquid vasallus possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali? Respond. quòd non:ita tenet Bart. in l.diuortio.§.si fundum in final.verbis.ff.solut.matrim.& cum Bart.tenent omnes antiqui,& Moderni,vt dicit Ias.in d.§.si fundum,post numer.3.versicul.Circa secundam. Licet enim vasallus sit domin' vtilis rei feudalis,nõ tamẽ est absolutè,& irreuocabiliter dominus, quia post mortem tenetur feudum restituere successori, qui ex tenore inuestituræ vocatus est ad feudũ, & hinc infero,quòd in casu,in quo vasallus posset absolutè de feudo disponere:puta,quia feudum esset absolute,& simpliciter hæreditarium , vel quia esset feudum nouũ , posset etiam incidere arbores fructiferas. nam cui licet quod est plus multò magis licere debet quod est minus.Et hæc omnia intellige,quantùm ad præiudicium filiorum,vel agnatorũ,qui successuri essent in feudo.Sed quo ad præiudicium domini directi, caueat vasallus, ne malè versetur in re feudali,quia ex ea causa poterit feudo priuari,vt dixi §.q.56.

QVAESTIO XLVIII.

1 *Vasallus committens adulterium cum vxore domini priuatur feudo.*
2 *Et quid si post mortem domini cum ipsa vidua stuprum committat?*

1 TV scis, quòd vasallus committẽs adulterium cũ vxore domini directi,priuatur feudo. tex. est expressus in c.1.§.1.quib.mod.feud.amitt.Quæro,quid si post mortem domini committat stuprũ cum eius vxore vidua an pariter sit feudo priuandus?Respondeo,quòd sic:ita tenet And. de Iser. in d.§,primo,& est magis communis opi. vt dicit Io. Garo.in l.prima,C.de secun.nup.in textu. num. 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio.Propterea dicunt Doctores,quòd si transisset ad secunda vota,& vasallus cum ea coiret,non caderet à feudo,cessat enim eo casu ratio reuerẽtiæ, quam vasallus domino præstare tenetur.

QVÆSTIO XLIX.

1 *Vasallus tenetur infra annum & diem à morte domini petere renouationem inuestituræ.*
2 *Et quid in militibus vasallis?*
3 *Et an hoc tempus currat à die sententiæ?*
4 *Et an currat impuberi?*
5 *Et an minor aduersus lapsum huius termini possit petere restitutionem in integrum?*
6 *Et an requiratur sententia declaratoria?*
7 *Et quid si dominus inuestituram concedere noluerit?*
8 *Et quid si vasallus eo tempore non possidebat feudum?*
9 *Et an vasallus possit purgare moram?*
10 *Et quid si dominus post annum,& mensem recepit vasallum ad solita seruitia,an censeatur illi remisisse?*
11 *Et quid si dominus reliquerit plures hæredes, an teneatur vasallus ab omnibus petere inuestituram?*
12 *Et an ille qui prius habebit partem feudi, si aliam ac quirat,teneatur pro ea nouam inuestituram petere?*
13 *Et an iuramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem?*

1 MOrtuo domino tenetur vasallus intra annũ & diem à morte ipsius domini , petere ab eius successore renouationem inuestituræ, & debitum fidelitatis iuramentum exhibere , aliàs priuatur feudo. Idémque si domino superstite vasallus moriatur,tenetur eius filius intra dictum tempus idem facere,aliàs cadit à feudo.text. est expressus in c.1.in prin.quæ fue.pri.causa benef.amitt. & est communis conclusio,vt dicit Curt.Iun.de feud. in 4.parte,in 23.causa amiss.feud.Quæ tamen non seruatur in hoc ducatu Mediolan.vt ibi.Ratio autem huius conclusionis est secundum communiter Scribentes,vt dicit Curt.ibi,quia petere inuestituram, est signum deuotionis,& reuerentię,quam vasallus domino debet.Ego verò alia ratione dicebam illud fuisse introductum,quia scilicet virtus iuramẽti non transit ad hæredes,neque egreditur personã iurantis,ideò hæc renouatio iuramẽti, & recognitionis fuit necessaria,ad hoc vt specialius,& magis efficaciter ex proprio iuramento filius domino obligaretur. Nam licet vasallus mortuus iurasset fidelitatem pro se,& successoribus suis,adhuc est necessaria renouatio iuramenti fidelitatis , & ita tenent communiter Cano.vt dicit Curt.Iu.in d.quarta parte,in 24.causa priuationis,vers. Secundo extende,sic etiam respectu successoris in directo dominio, nisi specialiter præstetur iuramentũ domino.& eius successoribus,non obligatur vasallus successori,nisi renouetur iuramentum. Benè verũ est, quòd si iuramentum fuisset præstitum domino , & successoribus non esset necessaria renouatio iuramenti,sed benè esset renouãda inuestitura in signũ recognitionis,vt scilicet vasallus agnoscat illum,in dominum,& iste illum in vasallũ. Ratio autem cur præfixum sit tempus anni,& diei,non autem maius nec minus tempus,nulla potest,iudicio meo, melior assignari , quàm quia ita moribus receptum est.

2 Intellige tamen illud,quòd dictum est de termino anni,& diei,quia locum habet solummodò in priuatis vasallis.Milites autem vasalli habẽt annũ, & mensem.tex.est expressus in cap.1.quo tempore miles:& ita concludunt omnes Scribentes,vt dicit Cur.in d.23.causa,vers. Tertiò limitanda.Et dicit Alua.in d.c.1.post nu.7.vers.Oppo.cum gl.4.quòd ita tenent Doctores communiter omnes.

3 Scias etiã,q hoc tempus non incipit currere,nisi à die scientiæ probabilis,ita tenet glo.in d.ca. 1.in glo.2.quo tempore miles,quam omnes sequuntur vt dicunt Moderni in consuet.Paris.feud.§.1.glo.7. num.4.& sic iste annus à principio est vtilis,& post scientiam continuus.Addunt etiam dicti Moderni q non currit,nisi à die hęreditatis aditę,sed hoc gl. illa non dicit, neque credo quòd sit verum , licet multi hoc teneant,maximè si essemus in feudo,q agnatus vel etiam filius posset habere,etiam si non esset hæres vasalli vltimo loco defuncti. Propterea ego dicerem hunc annum & diem esse computandum à die quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis:& probabiliter sciuit,vel scire potuit ipsam rem esse feudalem:& nisi hæc duo concurrerent facilè eum excusarem ab amissione feudi,ob non petitam inuestituram.

4 Item scias,quòd hoc tempus non currit impuberi.tex.est in ca.si minori secundum communem intellectum,si de feudo defuncti,&c.& sic requiritur, quòd vasallus sit maior 14.ann.Sed quid in fœmina,nũquid hoc tempus illi currere incipiet, statim post pubertatem,& sic post 12.ann.Resp.quòd non sed solum post 14.an.sicut in masculo. ita dicit Bal. in c.Imperialem.§.præterea,si quis nu.2. de prohi. feu.alie.per Frid.cuius opi.sequuntur cæteri Scribẽtes,vt ait Iacob.de feu.in verbo,Qui quidem inuestiti.n.43.Debet enim latior fieri interpretatio,vbi agitur de euitanda pœna priuationis.

5 Sed quæro,pone,quòd vasallus minor 25.annis, non petierit huiusmodi renouationem inuestituræ intra tempus debitum,nunquid poterit petere restitutionem in integrum aduersus lapsum huius termini,à lege præfixi?Resp.quòd sic. ita tenet glo. in dict.§.præterea si quis,in verbo,Annis.& est communis opinio,vt attestatur Brunus cons.feud.100.

nu.1.& dicunt Moder.in consuet.Parisf.feuda.§.1.gl. septima,nu.2.quòd ita tenent omnes.

6 Item quæro,an ex hac causa non petitæ renouationis inuestituræ,vasallus cadat ipso iure à feudo an autem requiratur sententia declaratoria? Resp. quòd requiritur sententia.ita tenet Paulus de Castro,cons.84.nu.3.lib.2.Et dicit Cur.Iun. cons.242. nu.11.quòd ita tenent communiter Feudistæ.Hanc etiam opi.dicit esse magis communem Socin.Iun. cons.115.nu.22.lib.2.Guid.Papæ,cons.38.n.14. in fi. vide quæ dixi 3.q.62.

7 Sed quid si vasallus intra debitum tempus petierit à domino renouationem inuestituræ, dominus autem illam facere noluerit, nunquid hoc oberit vasallo?Resp.quòd non.ita tenet gl.in c.1.in gl.in fine,versic.Quid ergo per quos fiat inuestitura , vbi plus dicit,quòd fortè dominus propter hoc priuabitur propietate feudi.Et hanc opi.quòd dominus hoc casu priuetur feudi proprietate,omnes sequũtur,vt dicit Guido Papæ decis.168.nu.2.dicit etiam Iacob.de feud.in verbo,qui quidem inuestiti. post nu.40.quòd hæc est communis conclusio ,quæ tamen mihi videtur nimis rigorosa , tantò magis cũ pœna priuationis,secundum communes regulas, non debeat imponi,nisi in casibus à iure expressis.

8 Item quid si fortè vasallus intra dictũ tempus anni & diei non possideat feudum,an si non petierit inuestituram,erit nihilominus feudo priuãdus?Respond.quòd non.ita determinat Guliel. de Arimi. in l.solemnibus.C.de rei vend.quem sequuntur cõmuniter Scribentes,vt ait Curt.Iun.in d. 23. causa, versf.Septimò limitanda.Et pro hac opi.videtur facere text.in c.1.per quos fiat inuestit. qui expressè loquitur in possidente. Vide tamen quæ dixi suprà,q.82.versf.Quæ autem.

9 Sed nũquid vasallus, qui per annum & diem fuit negligens in petenda renouatione inuestituræ,poterit breui tempore purgare moram,ad exemplum emphyteutæ?Resp.quòd non.ita tenet Bald.in d. c. primo,in prin.nume.3.quo tempore miles,cuius opin.cæteri sequuntur,vt dicit Iacob.in verbo , Qui quidem inuestiti,nu.37.Ego tamen,si casus contingeret,facile inclinarem in contrariam partem,quę est æquior,& ex quacunque causa excusationis admitterem vasallum , ad purgandam hanc moram intra breue tempus non obstantibus argumentis, quibus Bald.mouetur,ad quæ faciliter posset respõderi,tãtò magis præsuppositio,quòd pœnam priuationis hoc casu non incurrat ipso iure,sed requiratur sententia.vt dixi suprà versf.Item quæro.

10 Sed pone,quòd dominus post annũ & mensem, recipit vasallũ ad solita seruitia,& secũdũ vsum consuetum ,nũquid censebitur illi remisisse hanc quasi ingratitudinem? Respon.quòd sic.ita tenet gl.in d. c.primo,in verbo,Et mensem,& in glo.fi.quo tempo.miles:& ita tenẽt communiter Doctores. vt attestatur Aluar.in eod.cap.colum.4 quẽ refert Cur. Iun.in d.23.causa versf.Sextò limitatur.& in d. cons. 142.nu.14.Hanc etiam glo.dicit esse communiter approbatam Alex.cons.14.post nu.10.versic.Ergo quæstionem,lib.2.Socin.cons.67.post nu.19. versic. Sextò ista,lib.3.Et hanc opi.dicit esse communem Socin.Iun.in d.cons.115.num.12.lib.2.Videtur enim dominus illum recipiendo vti vasallum, tacitè iuri suo renuntiasse.

11 Quæro nunc in proposito huius materiæ,Pone, dominus feudi decesit relictis pluribus hæredib. nunquid tenetur vasallus ab omnibus petere inuestituram, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis?Respond.in hoc articulo variæ fuerunt opiniones,nam gl.in l.si cuius.§.1.qui in libro meo non est.§.sed lex,incipies,si vsufructus,in verbo,Oportere,ff.de vsufructu.tenet,quod omnibus hæredib. domini faciendum sit iuramentũ fidelitatis. & hãc opi.dicit esse communem Zas.de feud.in 7. parte, versf.Cæterum si dominus.dicens, quòd illam cum Pyleo tenet glossf.in cap.1.§.omnes filij. si de feudo defuncti,&c.Sed in hoc iudicio meo fallitur , quia imò gl.in d.§.omnes:in fin.residet in alia opi.quòd scilicet nõ teneatur facere fidelitatem nisi vni quã dicit esse communem Alber.in d.l.si cuius,in prin. versf.vltimo.Et hanc sententiam, quòd non teneatur nisi vni iurare , & quòd sit in electione vasalli cui iuret,dicit Are.in l.2.§.ex his in secundo notabili.ff.de verbor.oblig.quòd sequeremur in practica,quia est communis,quem refert,& dicit esse magnum verbum.Ias.in l.de pupillo.§.si plurium , nu. 6.ff.de oper.no.nunc. dicit etiam Iacob. in verbo, Qui quidem inuestiti,nu.28.quod hæc sententia,ꝙ vni tantum ex pluribus hæredibus sit præstandum iuramẽtum fidelitatis,tanquam magis communis seruatur in practica.Hanc etiam dicit esse communem Apostill.ad Dec.in l.ea quæ in partes.ff.de regulis iuris.Et dicunt Moderni in consue.Parisf.feu §.2.glo.4.nu.35.in fin.quòd ita obseruamus. Et ita. etiam seruari in specie apud Germanos attestatur Zasius in loco suprà alle.Ego semper vidi seruari,ꝙ vasallus vnum tantum habet dominum,neque plures habere cogi potest,vt dicit tex.in c.Imperialem §.Præterea ducatus,de prohib.feud.alien.per Frid. quia vt plurimum illi domini supremi,vel vnum ex plurib.filiis reliquũt hæredem in eorũ,titulo supremo,& iure superioritatis,vel si plures relinquũt,adiudicant singulis suas prouincias,vel ciuitates,cum iure superioritatis eis spectante , occasione illius prouinciç,vel ciuitatis,ita quòd quilibet eorũ vasallus habiturus est suũ certũ dominũ,& nũquam vidi plures hęredes possidere tale ius superioritatis pro indiuiso.si tamen casus contingeret,credo , quòd posset vasallus ab eis petere,quòd vnus tantùm ex ipsis sibi assignaretur in dominum,& si id non facerent,posset deinde ipse, quem mallet ex eis sibi in dominũ eligere,& ei iurare,iuxta communem opide qua suprà.Sed quòd ipse,nulla præcedẽte requisitione,possit vnũ ex plurib. quẽ ipse malit eligere,non credo esse in iure verũ,neque seruari in practica,saltem in istis regionibus,tamen vbi ita seruaretur,non esset recedendũ à communi obseruãtia.

12 Præterea quæro,pone,quòd vnus agnatus trãsfert partem suam feudi antiqui in aliũ agnatũ habentem partem eiusdem feudi,nunquid iste tenebitur à domino petere inuestiturã pro ea parte, quã de nouo acquisiuit?Resp.aut iste agnatus acquirit portionem alterius agnati per ius accrescendi,puta,quia agnatus nondũ agnita sua portione feudi decessit,vel ob non petitam intra debitũ tempus inuestituram illam amisit: & hoc casu non tenetur pro illa portione facere se inuestiri. Ex quo enim est potius augmẽtũ,quàm noua portio,idẽ iudicari debet de augmento,quòd de principali.Aut verò isti duo agnati iam receperant à domino inuestituram de eorũ portionib.& præstiterant domino iuramentũ fidelitatis,& hoc casu acquirẽs partem consocij,tenetur infra annũ & diem pro ea petere nouam inuestituram,est enim noua portio, & ideò pro illa etiam est præstandũ iuramentũ fidelitatis,

ratis , & hæc distinctio traditur communiter per Scribentes,vt dicit Curt.Iun.in d. 4. par.in vltima causa amissionis feudi,in 3.regula col.3.versf.Circa hanc tertiam,Quæ quidem mihi placet,quantum, ad hoc,vt vasallus post factum excusaretur,sed ante factum consulerem,quòd vasallus,qui pro parte tantum fuisset à domino recognitus,& pro ea iurasset,quomodocũque ei noua portio deferretur, pro ea procuraret tempore debito recognosci, & inuestiri,& offerret nouum fidelitatis iuramentum pro ea domino præstare.

13 Successiuè quæro,an iuramentum fidelitatis possit præstari domino à vasallo per procuratorem? Respon.quòd sic.Ita tenet Bald.in c.1.§.1.nu.6.quo tempore mil.& est magis communis opin. vt dicit Iacob.in verbo,Qui quidem inuestiti.nu.10. Quã ego etiam sequor, dummodo iste procurator habeat ad hoc speciale mandatum ab ipso vasallo, prout est de mente omnium Scribentium in hac materia,& prout etiam dicit esse magis communem opinionem Iacobi.in dicto verbo, Qui quidẽ inuestiti,nu.22.in fine,& ita vbique obseruatur.

QVAESTIO L.

1 *Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo?*

1 QVæro,an vasallus alienans feudum sine domini consensu,priuetur feudo?Respõnd.quòd sic dixi latè 3.q.31.

QVAESTIO LI.

1 *Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis an cadat à feudo?*

1 QVæro,aliquis habet feudum, pro quo tenetur præstare certam pensionem , nunquid si cessauerit per biennium vel triennium à præstatione huius canonis,vel pensionis,cadet à feudo, ad exemplũ emphyteutę?Respond.quòd non,ita tenet Spe. de emphy.§.nunc aliqua.versf.85.Est communis opinio,vt dicit Alexand.cons.9.nu.3.lib.3. quem refert Marsi.sing.446.magna profecto. & Cassador. decisio.2.de iureiurand.nume. 6.licet in libro meo ambo illum corruptè sub alio numero allegent. Hanc etiam dicit esse communem,Dec.in authen. qui rem.num.7.C.de sacrosanct.eccles. & cons.138. nu.5.Curt.Iun.de feud.in quarta parte,in 23.causa priuationis feudi,in quarta limitatione.Ias.in prę ludiis feudorũ,nume.57.& seq.Hæc enim causa priuationis non est à iure posita in vasallo. cùm ergo ita non sit iure cautum,neque nos id dicere debemus.Est enim feudum de sui natura concesio gratiosa,& species beneficij, quod his caducitatis regulis recipientem non adstringit.

QVAESTIO LII.

1 *Vasallus non alens dominum,an priuetur feudo?*

1 QVæro,nunquid vasallus non præstans alimenta domino egeno,vel eum in carceribus,vel captiuitate existentem liberare non curans,priuetur feudo,dixi 3.q.23.& 24.

QVAESTIO LIII.

1 *Vasallus faciens contra iuramentum fidelitatis priuatur feudo.*

2 Et *quid si habeat feudum à pluribus, & delinquat tantũ contra vnum?*

1 TVscis,quòd vasallus qui delinquẽdo facit cõtra contenta in iuramento fidelitatis , potest feudo priuari.Ita dicit glos.in c.1. §.similiter.in verbo,Sciens,quib.mod.feud.amitt.quæ est communiter approbata,vt dicit Alex.cons.18.num.16.lib.6.

2 Modò vnus vasallus habens rem in feudũ à plurib. delinquit contra vnum ex dominis:quæro, an cadat in totum à feudo,an autem pro parte tantùm? Respond.quòd cadit pro parte tantùm ita colligitur ex tex.in capit.1.de vas.qui contra constitutionem Lothar.&c.& ita communiter dicitur , vt ait Alex.in l.communis,nume.10.ff.de in ius vocand. Videtur enim solum pro parte deliquisse , ex quo eum tantùm offendit,quem pro parte duntaxat in dominum recognoscit,& ideò vbi teneret feudum à pluribus in solidum , res non transiret sine difficultate.

QVÆSTIO LIIII.

1 *Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini?*

1 QVæro,an vasallus possit priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini? Respond.quòd sic.ita dicit gl.in c.primo,in verbo,Cõcubuerit,quib.mod.feud.amitt.& in l.1.§. cùm patronus,in verbo,cum inimicis.ff.de offic. præfect. vrb.quas glossas sequuntur communiter Doctores vt ait Gratus cons.primo,nu.81.lib.1. Non enim videtur domino fidelis , qui cum eius inimicis amicitiam contrahit.Hanc tamen conclusionem intellige,vt procedat quando talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini,aliàs autem propter solam amicitiam contractam cum inimico domini ad alium effectum non esset vasallus feudo priuandus.ita dicit glo.in c.1.§.porrò,in verbo Assalierit.quæ fuer.prima causa benef. amitt. & in c.1.in verbo,Scienter,hic potest esse tit.quib. mod. feu.amit. quam sequuntur communiter Feudistæ, vt dicit Curt.Iun.de feu.in 4.parte,in 15.causa priuationis feudi.

QVÆSTIO LV.

1 *Vasallus relinquẽs dominum in prælio,an priuetur feudo?*

1 QVæro,an vasallus relinquens dominũ in prælio,priuetur feudo.Respond.quòd sic,si dominus non sit mortuus nec ad mortem vulneratus, tex.est in c.1.in princip.quib.mod.feud.amit. tenetur enim vasallus dominum adiuuare,dixi 3.q.21.

QVÆSTIO LVI.

1 *Vasallus deteriorans rem feudalem,an possit feudo priuari?*

1 QVæro,si vasallus notabiliter abutatur re feudali,illam deteriorando , nunquid erit sufficiens causa,vt possit feudo priuari:Respond.quòd sic:& ita tenent omnes,vt dicunt Moderni.in consuetu.Parisf.feud.§.80.nume.166.moti exẽplo emphyteutæ,qui propter deteriorationem potest à re emphyteutica expelli. Hæc tamen conclusio nunquam mihi placuit,quia argumentum de emphyteuta ad vasallum non procedit ad infligendã pœnam priuationis,vt dicunt omnes Docto. per me allegati,suprà in q. 51. ideò nisi vasallus disiparet, vel dilapidaret maiorem vel meliorem partem rei feudalis tenerem , quod non posset feudo priuari. Est enim feudum quasi donatio,saltem respectu vtilis dominij meritò non debet esse in consideratione etiam notabile detrimentum quod vasallus faciat in re feudali,citra tamen pręiudicium ipsius directi dominij.

Universidad de Deusto Biblioteca

QVÆSTIO LVII.

Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit an cadat à feudo?

2 *Et quid si non potuit illum certiorare?*

3 *Et quid si potuit obuiare periculo domini, & non fecit?*

1 QVæro, nunquid vasallus sciens imminere periculum domino, siue circa personam siue circa grauem iacturam bonorum, si dominum non certiorauerit, possit feudo priuari? Resp. quòd sic: & de hoc est tex. expressus in c. 1. §. præterea, quæ fuerit prima causa bene. amitt.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando vasallus potuit dominum certiorare, & non fecit, aliàs autem si non potuit dominũ certiorare, non est puniẽdus. ita colligitur expressè ex verbis illius tex. dum dicit, quam citius potest. Et ita concludit gl. ibi In verbo, Certiorare, quam dicit esse communiter approbatam Cur. Iun. de feu. in d. quarta parte, in 26. causa, versi. Secundò limita. Valdè enim iniquum esset, vt pro eo quod quis absque culpa facere omisit, puniretur.

2 Sed quid si tunc quidem cùm sciuit, non potuit certiorare, postea verò potuit facere resistentiam, & obuiare huiusmodi periculo, aut damno domini & non fecit? Resp. quòd hoc casu non est excusandus à priuatione feudi. ita dicit gl. in d. §. præterea, in verbo certiorare: & ita sublimitant communiter Scribentes, vt dicit Curt. Iun. in dicta 26. causa, in fi.

3 Videtur enim quodammodo consentire delicto, qui cùm posset delinquere volenti resistere, nõ resistit. & licet regulariter quis non teneatur obuiare delicto tamen quando id commodè facere potest & sine sui periculo, vtique tenetur, vt dixi infrà lib. 5. §. fi. quæst. 87. versi. Dictum est, & in proposito huius conclusionis videnda sunt quæ dixi in ea. q. 87. circa prin.

QVÆSTIO LVIII.

1 *Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo?*

1 QVæro, nunquid vasallus occidens seipsum, priuetur feudo? Respõ. quòd non ita determinat Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. prout illum refert Iacob. de feu. in verbo, Dictique vasalli, promiserũt, el primo, nume. 19. vbi dicit, quòd cæteri Doctores eum sequuntur. Est enim hoc delictum vasalli nullo modo concernens offensionem domini, meritò propter illud non debet vasallus, neque eius hęredes feudo priuari.

QVÆSTIO LIX.

1 *Vasallus an possit priuari feudo sine causa?*

2 *Vasallus negans tenere feudum à domino, illud amittit.*

3 *Et quid si neget tantùm partem, an cadat à toto?*

4 *Et quid si simpliciter negauit narrata prout narrantur?*

1 QVæro, an vasallus possit feudo priuari sine causa? Respon. quòd non: etiam de plenitudine potestatis. & ista est communis resolutio Doctorum, vt dicit Crauetta de antiqui. tempo. in prima parte sectione prima, nume. 17. Cùm enim vasallus sit vtilis dominus feudi, nõ potest princeps, etiam Imperator, illud dominium sine causa ei auferre, tanto magis, cum feudum sit contactus, & secundum communes regulas, princeps ex contractu obligetur, sicut priuatus.

2 Vndecim autem causas propter quas potest vasallus feudo priuari, vidistis suprà in proximis quæst. Adde quòd vasallus negãs tenere feudũ à domino amittit feudum text. est in c. 1. §. vasallus si feudum, si de feu. defun. conten.

3 Sed quid si vasallus neget tantùm partem feudi, vel certa prædia, nũquid cadet à toto feudo, an autem tantùm à parte negata? Resp. quòd cadet tantùm à parte vel re negata ita tenet glo. in d. §. vasallus si feudũ, in verbo, Scientia. Et licet Pet. de Ceruotis tenuerit contrariũ, quòd scilicet cadat à toto feudo tamẽ eius sẽtẽtia ab omnib. Feudistis reiicitur, vt dicũt Mod. in consue. Paris. feu. §. 30. nu. 6.

4 Sed quæro, pone, vasallus non negauit in specie feudũ, sed litem contestãdo, negauit narrata, prout narrantur &c. vt solet fieri, nũquid dicetur negasse feudũ, ita q; incidat in pœnam priuationis? Resp. quòd nõ argumẽto eius quod dicit Bar. in l. si dubitetur. §. ita demum, in fin. ff. de fideiussor. & ita tenet Iac. de feu. in verbo, Dictique vasalli, el . nu. 35. & ita practicatur, vt dicũt Mod. in d. §. 30. numer. 8.

QVÆSTIO LX.

1 *Quot testes requirantur ad probandum ingratitudinem, siue feloniam contra vasallum?*

1 QVæro, quot testes requirantur ad probandũ ingratitudinem siue feloniam contra vasallũ? Respon. de hoc habemus tex. expressum in c. 1. quot testes sint necess. ad proban. &c. quòd requiruntur quinque qui sint omni exceptione maiores. Sed pũctus est, quia Moderni Paris. post nonnullos alios dicũt, quòd ille text. non est authenticus, & non seruatur. Tu dic, quòd imò est authenticus, & est lex & pro lege seruari debet. & ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Iacob. in verbo, Dictique vasalli, el 1. numero 55. Et dicit Bertrand. consil. 115. nume. 31. lib. 2. in secunda parte, quòd ita tenent communiter Doctores.

QVÆSTIO LXI.

1 *Vasallus qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo priuari?*

2 *Et quid si illud fecit per metum?*

1 QVæro, vasallus fecit aliquid propter quod est feudo priuandus, nũquid si illud fecit coactus, debet nihilominus feudum amittere? Respon. quòd non. ita dicit gl. in c. 1. §. porro, in verbo, Perdit, quę fuer. prima causa benefi. amit. quam sequũtur communiter Scribentes, vt dicit Gratus. con. 5. nu. 13. li. 2. Non enim dicitur delinquere, qui aliquid coactus facit.

2 Sed quid si illud fecerit per metum? Respõ. quòd pariter excusabitur. ita sentit gl. in c. 1. § similiter, in verbo, Priuabitur, de consuet. recti feud. quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Grammat. cons. 13. num. 30. Quod tamen intelligo, vt procedat in iusto metu, & qui cadit in constantem virũ. Dico etiam, quod si cessaret vis, aut causa metus & vasallus nihilominus perseueraret in offensione domini tunc reputaretur voluntariè delinquere: & ideò nõ esset excusandus à priuatione feudi.

QVÆSTIO LXII.

1 *Vasallus propter ingratitudinem, vel aliam causam priuationis, an cadat ipso iure à feudo, vel sit per sententiam priuandus?*

1 QVæro, an in casibus, in quibus vasallus incurrit pœnam priuationis feudi, priuetur feudo ipso iurè, an autem requiratur sententia? Respon. quòd regulariter non priuatur feudo ipso iure, sed post conuictam culpam. & sic secuta sententia. ita tenet gloss. in cap. 1. in verbo, Iure feudi. quib. mod. feud.

feud. amitt. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alex. cons. 124. nu. 1. lib. 1. Et est communis opin. vt ait Curt. Iun. de feud. in quarta parte, in vltima particula in prima dubitatione, Zas. de feud. in 10. parte, in fin. primæ particulæ. Et dicunt Moderni in consue. Paris. feud. §. 30. nume. 23. hanc esse cõmunem, & veram omnium sententiam, quòd propter quamcunque causam amittendi feudum, siue propter negationem, siue propter non petitam inuestituram infra tempus debitum, siue etiam propter feloniam, nunquam amittitur feudum ipso iure, sed tantùm post sententiam, excepto solo casu alienationis & traditionis factæ, domino irrequisito, quo casu feudum amittitur, & ad dominum reuertitur ipso iure.

QVAESTIO LXIII.

1 *Dominus recipiens seruitia à vasallo, an censeatur illi remittere caducitatem, quam prius incurrerat?*

1 QVæro, nunquid dominus, qui post ingratitudinem vasalli recepit ab eo seruitium, censeatur illi remisisse ingratitudinem, & pœnam? Respond. quòd si ignorabat vasallum à feudo cecidisse, non censetur illi remisisse caducitatem. & hoc approbant communiter Doctores, vt ait Gratus cons. 2. nu. 75. li. 1. nam ignorantis nulla est voluntas. Si verò sciebat eum cecidisse, tene, quòd censetur remisisse, nisi in receptione seruitij fuerit protestatus, se id recipere saluo iure caducitatis. Vide in hoc proposito quæ dixi s. q. 49. versi. sed pone.

QVÆSTIO LXIIII.

1 *Ius priuandi vasallũ feudo, an transeat ad hæredes domini.*

2 *Et quid si culpa erat talis, propter quam vasallus ipso iure cecidisset à feudo?*

1 PONe, vasallus commisit causam, propter quam poterat feudo priuari, dominus autẽ priusquã querelaret, decessit: quæro nunquid ius priuandi vasallum transeat ad hæredes ipsius domini? Resp. quòd si dominus in vita non querelauit, tale ius nõ transit ad hæredes. ita dicit glo. in cap. 1. §. 1. in verbo, Concubuerit, quibus mod. feud. amitt. & est cõmunis Doctorum sententia, vt dicit Curt. Iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in secunda dubitatione. Hanc etiam sententiam dicit esse communiter receptam Ripa in l. fi. num. 237. C. de reuo. dona. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat quãdo dominus sciuit culpam vasalli, & de ea conquestus non est: secus autem si non sciuisset: nam eo casu vtique transit ad hæredes. & hæc fuit doctr. Iac. de Belui. in d. §. 1. quam omnes Doctores sequuntur, vt ait Iac. in verbo. Dictique vasalli, el 1. nu. 51. faciunt quæ dixi s. q. præcedenti.

2 Sed quid si culpa erat talis, pro qua vasallus esset ipso iure priuatus feudo. Respon. quod idem dicẽdum est, adhuc enim si dominus sciens querelam non fecerit sed tacuerit, non transmittit ad hæredem ius reuocãdi feudum & ita tenẽt omnes Scribentes, vt dicunt Moderni in consuet. Paris. feud. §. 30. nume. 127. in fin. Nam conclusio Doctorum solummodo fundatur in coniecturata mente domini, qui, ex quo nõ querelauit, videtur remisisse: quæ ratio pariter militat, siue ipso iure, siue per sententiam priuetur feudo. Et ideò vbicunque appareret de voluntate domini in contrarium, puta, quia reuocasset iniuriam ad animum, vel huiusmodi, tenendum esset, quod transmitteret ius priuationis ad hæredes.

QVAESTIO LXV.

1 *Ius priuandi vasallum feudo, an transeat contra hæredes vasalli?*

1 QVæro nunc quid econuerso. Pone, vasallus cõmisit feloniam, vel aliquid aliud, propter quod ceciderat à feudo, sed tamen priusquam dominus querelam contra eum institueret, decessit, nunquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra hæredem ipsius vasalli, & eum feudo priuare. Respond. quòd non: nisi essemus in casibus, in quibus vasallus priuatur feudo ipso iure, vel ex dispositione iuris, vel ex forma pacti appositi in inuestitura, tunc enim benè posset querela proponi contra hæredem. ita dicit Bald. in cap. Imperialem. §. insuper, num. 6. de prohi. feu. alie. per Frid. quem omnes sequuntur, vt dicit Iaco. de feu. in verbo, Dictique vasalli, el 1. nu. 53. circa fi. Quam opin. ego sequerer, vbi delictum esset adeò notorium & inexcusabile, quòd nullo pacto negari aut defendi posset. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit, quòd feudum posset hoc casu ab hærede vasalli reuocari: est enim valdè iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur ad præiudicium hæredis, qui non deliquit. Et cùm semel iste casus in facto contigisset, ita consului: Dicebam etiam, quòd licet ille esset casus, in quo vasallus erat ipso iure priuatus feudo, neque requirebatur sententia. tamen ex quo agebatur contra hæredem, vel agnatum qui erat vocatus ex tenore inuestiturę, nõ poterat ab eo auferri feudum, nisi præcedente sententia, & processu, ex quo iste est tanquam tertius possessor: & tandem post longam litem res fuit cõposita. feudo remanente apud filium ipsius vasalli, qui deliquerat.

QVAESTIO LXVI.

1 *Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis?*

2 *Et quid in feudo nouo?*

3 *Et quid si sit antiquum?*

Et quid in agnatis collateralibus ipsius vasalli delinquentis?

4 *Et quid si feudum sit concessum pluribus æquè principaliter?*

5 *Et quid si vasallus priuetur feudo, ex aliquo delicto non concernente directo personam domini?*

6 *Et an aperiatur omnibus agnatis indistinctè?*

7 *Et quid si priuetur propter alienationem ipsius feudi domino irrequisito factam?*

8 *Et quid si priuetur ex eo, quòd fuerit contumax in associatione Imperatoris Romam proficiscentis ad suscipiendam coronam Imperij?*

1 QVæro, quando vasallus priuatur feudo, cui aperiatur ipsum feudum, scilicet an domino, vel agnatis? Respond. Debes scire, quòd quatuor modis principaliter feuda finiuntur, scilicet morte vasalli, siue sine lineæ renunciatione, delicto, & alienatione. Si feudum finitur morte vasalli, quia scilicet eius linea, seu progenies in ipso deficiat, nulli dubium est, quòd aperitur domino. An autem agnati proximiores vasalli, defuncti possint petere se de ipso feudo inuestiri, dixi infrà q. 87. Si finitur renunciatione vasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi suprà q. 34. Restat ergo vt videamus quando feudum finitur delicto, vel alienatione, cui applicetur: & hoc casu, secundum Doctores, distinguẽdum est inter species delicti. Nã si culpa aut delictũ propter q; vasallus priuatur feudo, est tale quod de

directo offendat dominum, tũc feudum reuertitur ad ipsum dominum, exclusis filiis, vel agnatis ipsius vasalli delinquentis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quãdo feudum est nouum. Nam hoc casu proculdubiò aperitur domino, exclusis agnatis & descendentibus ipsius vasalli. & in hoc consentiunt omnes Doctores, vt dicit Aluarot. in c. primo. §. denique. post nu. 8. versic. Et prima conclusio, quæ fue. prima causa benef. amit. Et dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictique vasalli, el 1. nume. 58. quòd hanc conclusionem communiter sequuntur Doctores, dicit etiam Curt. Iun. de feud. in quinta parte, in prima conclusione, quòd in feudo nouo hæc cõclusio est per omnes indifferenter approbata, quem refert Paris. cõs. 1. num. 17. lib. 1.

3 Sed si feudum sit antiquum, tunc si quæratur de filiis, aut descendentibus ipsius vasalli delinquentis ferè omnes in hoc conueniunt; quòd eis exclusis, feudum reuertatur ad dominum, & est magis communis opin. vt attestatur Alex. cons. 30. num. 4. lib. 6. quod est duplicatum consi. 60. lib. 3. Sed in agnatis collateralibus vasalli delinquẽtis, Doctores sunt varij, nam multi tenuerunt, quòd hoc casu feudum nõ aperiatur domino, sed agnatis. & ita tenuit And. de Isern. in d. §. denique. Multi verò tenuerunt contrarium, quòd scilicet etiam huiusmodi feudum, hoc casu aperiatur domino, non agnatis, & hęc est communis conclusio, vt attestatur Curt. Iun. in d. 1. conclusione, quem refert Gratus cons. 2. nu. 15. lib. 1. Hanc etiam esse communem & veram doctrinam affirmat Ioan. de Ana. consil. 32. numero 5. Dec. cõs. 44. num. 30. Gozad. consi. 84. nu. 3. Hæc tamen opin. mihi nunquam placuit. Videtur enim iniquum, q̃ vasallus posit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito, virtute primæ inuestituræ, absque aliquo eorum facto aut culpa. Nihilominus in practica, fortè propter auctoritatem Doctorum, illa obtineret.

4 Sed in omnem casum ista conclusio non haberet locum, quando tale feudum ita esset cõcessum: Titio, & eius hæredibus, de vno ad alterum reuertendo, vel Titio, Seio, & Caio, omnibus principaliter, vel insolidum, vel attentis meritis singulorum. nam his casibus, ex quo vnusquisque de per se principaliter consideratur, vnius culpa aliis nocet. ita sensit Bal. in d. §. denique. n. 1. quem post omnes sequũtur, vt ait Iacob. in d. verbo, Dictique vasalli. post nu. 58. versic. Quartò limitabitis. Et post eum dicit Zasius de feud. in decima parte, in secunda particula, conclusione quarta, versic. Tertiò fallit quòd hanc doctrinam tenent communiter Doctores.

5 Aut verò vasallus priuatur feudo ex alio delicto, vel culpa non concernente directò personam domini, & hoc casu si feudum est nouum, applicatur domino, & in hoc nemo discrepat, vt dicit Curt. Iun. in d. 5. par. in 2. concl. Si verò est antiquum reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. ita tenet And. de Isern. in d. §. deniq; Et ista cõclusio est per omnes approbata, vt dicit Curt. Iun. in d. 5. parte, in tertia conclusione. Hanc etiam esse communẽ opi. attestatur Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. col. 15. ff. de damno infect. prout illum refert Dec. cons. 252. post n. 6. licet ego non reperiam Alexã. ibi hoc attestantem. ita etiam dicit cõmuniter teneri, Prepositus in d. c. 1. §. pe. quem refert Zasius de feu. in d. 10. parte in secunda particula, in 5. conclusione.

6 Sed quæro, an hoc casu aperiatur omnibus agnatis indistinctè? Resp. quòd non; sed excludũtur filij & omnes descendentes, item etiam transuersales agnati, intra quartum gradum. ita tenet Iacob. de Belluis. in ca. 1. §. si vasallus culpam, si de feudo fue. contro. Et est communis opin. vt dicit Ruin. consil. 23. nu. 32. lib. 5. Quæ opinio mihi semper visa fuit dura, vt dixi suprà vers. Sed si feudum. Tameh præsupposito quòd sit vera, recepit vnam singularem limitationem, vt scilicet non procedat, nisi in feudo simpliciter recepto, quod aliqui appellant informẽ puta: concedo tibi hoc castrum in feudum. Secus autem si feudum fuisset receptum à patre vel auo ipsius delinquẽtis, expressè, pro se, & liberis, vel pro se, & filiis, vel huiusmodi. nam eo casu admittuntur indistinctè omnes agnati, & filij ipsius delinquentis. ita tenet Cyn. in l. 2. C. de liber. & eorum lib. quẽ in hoc cæteri Scribentes sequuntur: vt dicit Ale. in d. §. si vectigalibus, num. 29.

7 Sed quid si vasallus cadat à feudo, eò quia ipsum feudum irrequisito domino alienauerit, nunquid hoc casu feudum deuoluetur ad dominum, an autem ad agnatos? Respond. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. nam aliqui simpliciter dicunt quòd defertur domino, non autem filiis, vel agnatis, & hanc opinionem dicit esse magis communẽ Aret. cons. 14. post nume. 11. vers. venio ad secundum quem refert Socin. Iun. cons. 77. nume. 139. libro 1. Alij verò distinguunt inter filios & agnatos, & dicunt, quòd factum vasalli alienantis, irrequisito domino nocet filiis, sed non nocet aliis agnatis. & hãc opin. dicit esse communem Ruin. cons. 214. numero 16. lib. 1. & cons. 112. num. 10. lib. 4. Alij verò aliter distinguunt, scilicet inter feudum nouum, & feudũ antiquum, & dicũt, quòd si feudum est nouum, reuertitur ad dominum: si verò antiquum, reuertitur ad agnatos. Et hãc opin. dicit Cur. Iun. in d. 5. parte, in 4. conclusione, quòd tenet gl. in ca. 1. §. hoc quoque. de succes. feudi, quam dicit esse per omnes approbatam, & hæc quidem distinctio satis bona ratione sustinetur. Nam in feudo nouo ex quacũque causa vasallus eo priuetur, etiamsi non concernat iniuriam domini, tamen ipsum feudum semper ad dominum reuertitur, exclusis descendentibus, & agnatis omnibus, & hæc est clara & expedita conclusio, vt dicit Curt. Iun. in d. quinta parte, In secunda conclusione, subdens, quòd ab ea nullum inuenit discrepantem. Pro qua facit conclusio And. de Iser. de qua suprà pluries facta est mentio: maximè in quæst. 41. ver. Et hæc quidem, quòd scilicet de feudo nouo potest vasallus ad sui libitum disponere in præiudicium agnatorum, ergo & delinquendo, vel alienando poterit eis præiudicare. Secus autem est in feudo antiquo. in quo vasallus non potest agnatis alienando aut delinquendo præiudicare, vt dixi suprà. Ideò si illud alienet, non domino, sed ipsis agnatis deferri debet. & hanc opin. quòd scilicet deferatur agnatis, non autem domino, quam (vt dixi) tenuit gloss. in d. §. hoc quoque: dicit esse veram, & magis communem Bald. in d. cap. 1. §. denique. quæ fue. pri. causa benefi. amit. prout illum refert Ruin. consil. 166. numero 5. lib. primo. Ego tamen non reperio Baldum ibi attestari de communi, licet dicat quòd hæc opinio vera est. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem, Ioan. Rayn. in cap. Imperialem. §. pœna. de prohib. feu. alien. per Frid. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et cum pacto de non alien. numero 50. Alex. cons. 30. num. 17. in fin. lib. 1. quod est duplicatũ, cons. 2. in 5. vol. quẽ refert Ruin. cons

cons. 7. num. 12. lib. 1. & cons. 45. nu. 19. eod. volum. Curt. Iun. in d. quarta conclusione, in fi. verb. Ruin. cons. 2. post nu. 2. lib. 1. Zas. de feud. in 10. parte, in secunda particula, vers. Quarta conclusio, vbi dicit, quòd ita communiter tenetur. Et hæc conclusio, nedum habet locum, si talis alienatio facta sit per vasallum in actu inter viuos, sed etiam si facta sit per viam legati. & ita hãc opi. dicit esse magis communem Ale. in d. cons. 30. nu. 17. Hanc etiam opin. q̃ scilicet deferatur agnatis sequitur Soc. Iun. cons. 112. nu. 2. li. 2. dicens istam esse communem, & verissimam conclusionem, quòd feudum antiquum alienatum per vasallum sine consensu domini, non ipsi domino aperitur, sed filiis aut agnatis ipsius vasalli, vt sic ipsi saltem post mortem alienantis possint illud recuperare. Quam conclusionem attestatur esse magis communiter approbatam idem Soc. Iun. in d. cons. 77. nu. 121. lib. 1. & cons. 101. nu. 6. lib. 2.

Ego aliàs in illa causa, de qua suprà mentionem feci, consului, quòd indistinctè & ex quacunque culpa vasallus feudo priuetur, tàm alienationis, quàm feloniæ, vel alia si feudum est tale, de quo vasallus possit liberè disponere in præiudicium agnatorũ, semper feudum aperitur domino, non autem filiis, vel agnatis. Si verò vasallus non potest de feudo in præiudicium agnatorum disponere, nunquam feudum aperitur domino, sed ipsis agnatis, quibus iam ex tenore inuestituræ erat ius quæsitum. Neque scio videre aliquam bonam rationem differẽtiæ, cur qui nõ potest mihi præiudicare alienãdo, ẽt cum cõsensu domini, debeat posse mihi præiudicare alienando sine eius consensu, vel aliter delinquẽdo: & tex. in d. §. denique. posset euitari, tenendo, q̃ procedat solummodo in feudo antiquo informi, scilicet concesso simpliciter alicui nulla facta mentione filiorum, aut descendentium. Secus autem in feudo antiquo quod esset expressè ex pacto, & prouidentia. Et hæc opin. iudicio meo est verior, & æquior, licet fortè propter communem opin. Doct. difficilè esset illam sustinere in practica.

8 Non omitto etiam, quòd est vnus casus, in quo delictum siue iniuria non respicit principaliter dominum, & tamẽ vasallus priuatur feudo, & feudum deuoluitur ad dominum exclusis agnatis omnibus quando scilicet vasallus requisitus, vt associet Imperatorem proficiscentem Romam, pro suscipienda Corona Imperij, fuit contumax & inobediens. ita dixit gl. in c. 1. §. fi. in gl. fi. de pace iuramen. firman. licet in libro meo sit sub Rubrica de allodiis, & malè. quam gl. sequuntur communiter omnes Scribentes, vt dicit Cur. Iun. in d. 5. parte, in prima conclusione, col. 2. ver. Hanc primam, quam tamen ego nõ sequerer in feudo antiquo, quod esset ex pacto, & prouidentia, vt s̃. dixi.

QVAESTIO LXVII.

1 *Ingratitudo prælati, an noceat Ecclesiæ?*

1 QVæro, an propter ingratitudinem prælati feudum concessum Ecclesiæ, reuertatur ad dominum? Respon. quòd sic. solummodo tamen ad vitã ipsius prælati ingrati, & quatenus spectabat & eius mensam. ita tenent omnes Scribentes vbique vt dicunt Moderni in consue. Paris. feu. §. 30. num. 62. vbi etiã dicunt, quòd ita obseruatur. & est iudicio meo rationi consentaneum, ne Ecclesia & successor sine culpa ob alterius ingratitudinem, damnum patiantur.

QVAESTIO LXVIII.

1 *Dominus qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi?*

1 QVæro, nunquid dominus, qui non facit iustitiam vasallo, priuetur proprietate feudi? Respon. quòd sic: ita tenet gl. in c. 1. §. item qui domino in verbo, Iustitiam, quæ fuit prima causa benefic. amitt. & illam glo. Doctores, sequuntur, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictique vasalli, el 1. numero 24. Ex quo enim ex tali causa vasallus priuatur feudo, vt est tex. expressus in d. §. itẽ qui domino, pariter etiã dominus debet proprietate priuari, quod tamen argumentum mihi non placet, vt sæpè dixi.

QVÆSTIO LXIX.

1 *Dominus negans inuestire vasallum de feudo, an cadat à proprietate feudi?*

1 QVæro, an dominus denegans inuestire vasallum, qui tempore debito petiit ab eo inuestituram, cadat à proprietate feudi? dixi suprà q. 49. vers. Sed quid si vasallus.

QVAESTIO LXX.

1 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, sicut vasallus domino?*

1 QVæro, nunquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo, vt vasallus domino? Respond. quòd non: & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti num. 16. Licet enim dominus æquiparetur vasallo, tamen hæc æquiparatio non semper procedit, vt in nonnullis exemplis ibi demonstrat Iacob. Cùm ergo non reperiatur iure cautum, quòd dominus vasallo fidelitatẽ iuret, neque nos id dicere debemus & ita seruat totus mundus.

QVAESTIO LXXI.

1 *Dominus alienans vasallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi?*

1 QVæro, an dominus alienans vasallos inuitos in alium priuetur proprietate feudi? dixi suprà q. 28. vers. Sed quæro.

QVAESTIO LXXII.

1 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur?*

1 QVæro, quando dominus propter aliquam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini. Respon. quòd in hoc variæ fuerunt opin. Doctorum, sed gl. in c. 1. in gloss. 1. quali. do. feud. prop. priue. tenet, quòd directum dominium consolidetur cum vtili, & sic, quòd applicetur vasallo. Et dicit Sylua. de feudi recognit. quæstio. 32. quod hæc videtur receptior. opi. Ego credo quòd hæc opinio, non sit vera, & fortè etiam non sit communis, neque obseruetur in practica, & ideò semper tenui, quòd si iste dominus habet illum dominum superiorem, applicetur in domino superiori, nisi adessent agnati ipsius domini inferioris, qui essent vocati ad ipsum feudum ex tenore inuestituræ: nam eo casu crederem feudum ad ipsos deuolui. Si verò non adessent neque agnati, neque dominus superior, benè posset procedere illa opin. quòd scilicet consolidaretur directum cum vtili. Et superioribus annis cùm quidam Marchio fuisset priuatus feudo, propter iniustitiam erga subditos cõsuluerunt

Universidad de Salamanca Biblioteca

fuerunt multi Doctores, quòd feudum erat applicãdum agnatis, qui erant vocati ex tenore inueſtituræ, non autem Cæſari. & ita credo fuiſſe iudicatum per Conſilium Cæſareum.

QVÆSTIO LXXIII.

1 *Fœmina an ſuccedat in feudo?*
2 *Et quid ſi bona non ſint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iuriſdictionem?*
3 *Et quid ſi expreſſè ſint vocatæ fœminæ in inueſtitura?*
4 *Et quid interſit an inueſtitura concepta ſit per verba maſculis, & fœminis, vel maſculis cum fœminis?*
5 *Et quid ſi feudum fuerit à principio conceſſum fœminis?*
6 *Et quid in feudo empto?*
7 *Et quid in feudo pro quo nullum ſeruitium præſtatur?*
8 *Et quid ſi ſeruitium ita poſſit præſtari per fœminam ſicut per maſculum?*
9 *Et quid ſi ſtatuto, vel conſuetudine introductum fuerit, vt fœminæ in feudis ſuccedant?*

1 QVæro, an fœmina ſuccedat in feudo? Reſpon. quòd regulariter non ſuccedit, text. eſt in c.1. §. hoc autem, de his qui feud. dare poſſ. & eſt communis regula, vt dicit Dec. conſ. 139. verſ. Sed tamẽ & ita moribus feudorum receptum eſt, vt ait Zaſ. de feud. in 8. parte, verſ. Super ſecunda partic. Ratio autem quare fœmina reputatur inhabilis ad feudum, eſt, quia non poteſt dominum iuuare, nec pugnam facere, ita dicit gl. in d. §. hoc autem, in verbo, à ſucceſsione feudi, quæ in hoc eſt communiter approbata, vt ait Alex. con. 10. poſt num. 6. lib. 5. conſilio 98. numer. 9. lib. 6. Ruin. conſ. 18. nume. 13. libro. 1. quæ tamen ratio mihi planè non ſatisfacit, prout etiam non ſatisfecit ipſi gloſſ. quæ propterea ſubdidit, quòd fuit pro ratione voluntas.

2 Sed quæro, quid ſi bona non ſint feudalia, habeãt tamen annexam dignitatem, & adminiſtrationem cum mero & mixto imperio, nunquid fœmina erit eorum capax? Reſpon. quòd non: ita tenet Bartol. in l. 2. circa med. ff. de reg. iur. & eſt communis opin. vt dicit Socin. Iun. conſi. 68. nu. 26. lib. 1. Ruin. conſ. 99. poſt nu. 15. verſ. Solum igitur. li. 1. Sed tamẽ quicquid ſit de iure, videmus de conſuetudine contrarium obſeruari, quia mulieres, quotidie ſuccedunt in comitatibus, & aliis dignitatib. & etiã in regnis.

3 Item quæro, quid ſi fœminæ expreſſè ſint vocatæ in inueſtitura, quia ſcilicet feudum conceſſum ſit pro maſculis, & fœminis? Reſp. quòd hoc caſu deficientibus maſculis, fœminæ admittuntur, & ita omnes communiter concludunt vt dicit Pariſ. conſ. 12. nu. 33. lib. 1. & hoc modicam habet difficultatem.

4 Et in hoc propoſito aduerte ad vnum, ſuper quo proximis diebus conſului, quòd plurimum intereſt an inueſtitura ſit cõcepta pro maſculis & fœminis: an autem pro maſculis cum fœminis, quia ſi feudũ cõceſſum ſit pro maſculis cum fœminis, veniẽt ad ſucceſsionem feudi, maſculi & fœminæ ſimul, & ſemel: ſi verò ſit conceſſum pro maſculis & fœminis, venient ordine ſucceſsiuo, ſcilicet prius maſculi, deinde maſculis deficientibus, fœminæ, ita dixit notab. Bal. in l. quoties, nu. 5. C. de ſuis & leg. & dicit Iaſ. in l. Gallus. §. quidam rectè, nu. 32. ff. de lib. & poſth. quòd ita tenent omnes. Et hanc opi. dicit eſſe communem Pariſ. in d. conſ. 12. nu. 17. & ſeq. lib. 1.

5 Præterea quæro, quid ſi feudum ſit maternũ, ſiue fœmineum. ſcilicet à principio conceſſum vni fœminæ, nũquid poſtea ad tale feudũ etiã aliæ fœminæ admittentur? Reſp. q. ſic, ita probat tex. in c. 1. de na. ſucceſſ. feud. Sed hoc intellige vt procedat, vbi maſculi non extarent, & ita procedat tex. qui videtur aperte contrariari, in c. 1. de benef. fœmin. ſecũdum communem intellectum, vt dicit Curt. Iun. de feud. in 3. parte principali, in prima regula, verſ. Secũdò ſingulariter limitate, & Zaſ. de feud. in octaua parte, in ſecunda particula. verſ. Supradicta concluſio, ſubdẽs, quòd ita tenent communiter Doctores. & ratio eſt, quia ex quo tale feudum in fœminis originem habuit, non eſt inconueniens, q. ſucceſsiuè etiam fœminæ ad illud admittantur.

6 Sed quid in feudo empto, nunquid fœmina ſuccedit? Reſpon. quòd in hoc ſunt opin. inter Doctores nam And. de Iſern. in d. c. 1. §. hoc autem tenuit, q. etiam in feudo empto fœminæ non ſuccedant, & hanc eſſe communem opi. atteſtatur Brun. conſ. feudali 18. nu. 9. Contrariam autem ſententiam, quòd imò a ſucceſsione huiuſmodi feudi fœmina nõ excludatur, tenuit Odofre. in ſumma, qui poſsint ſuccedere in feud. & hanc dicit eſſe communem, Dec. conſ. 390. nu. 7. Pariſ. conſ. 4. nume. 39. lib. 1. referens Curt. Iun. ita atteſtari in dicta prima regula, verſic. Sextò limitate. Et hæc opin. Odofr. mihi magis placet, quam etiam credo eſſe magis communem, & veriorem, quia reuera tale feudum emptũ non habet propriam naturam feudi, vt dixi ſup. q. 16. verſ. Sed quæro. Quam tamen intelligo vt procedat, niſi ex inueſtituræ ipſius tenore eſſent expreſſè vocati maſculi, non autem fœminæ nam eo caſu crederẽ fœminas eſſe excludendas, etiã ſi maſculi non extarent principaliter enim in ſucceſsione feudorum attendimus tenorẽ inueſtituræ, in qua ſi ſolũ eſſent nominati maſculi, appareret de mente concedentis, q. fœminæ non admitterentur. Addũt alij, q. ad hoc vt fœmina poſsit in feudo empto ſuccedere, duo requiruntur. Primum, q. feudum fuerit iuſto pretio emptum. Secundum, quòd pro ipſo feudo nullum ſeruitium ſit præſtandum, & hanc dicit eſſe communem opin. Soc. Iun. conſ. 65. poſt nu. 16. verſ. Vel tertio, lib. 1. Sed hæc declaratio in ſecundo requiſito mihi non placet, quia eam tenendo, redditur omnino ſuperflua, & inanis prædicta concluſio: nam fœmina ſemper eſt capax feudi, quando pro eo nullum ſeruitium præſtatur, ſiue ſit emptum, ſiue non, vt ſtatim dicam.

7 Vlterius quęro, an mulier ſit capax feudi, pro quo nullum præſtatur ſeruitium? Reſp. quòd ſic: ita tenet Bal. in c. 1. §. & quia, num. 19. qui feud. dare poſſ. & hanc opi. dicit eſſe communem Curt. Iun. in d. prima regula, verſ. quintò limitate, prout illum refert Pariſ. conſilio quarto, numero 19. libro 1. & conſil. 12. nu. 27. eod. vol. & conſ. 23. nu. 30. eo. vol. niſi tamen verba inueſtituræ repugnarent.

8 Item quid ſi feudum conceſſum ſit pro certo ſeruitio, quod ita poteſt præſtari per fœminam ſicut per maſculum, nunquid ad tale feudum fœmina admittetur Reſp. quòd ſic, ita tenuit Iac. de Belui. in c. 1. §. quinetiam, in titulo, Epiſcopum, vel abbatem, quem ſequuntur omnes Feudiſtæ, vt dicit Gozad. conſ. 56. nu. 18. Et eſt cõmunis limitatio, vt dicit Cur. Iũ. in d. prima regula, verſ. Nonò fallit. Et licet hæ duæ concluſiones fortè in puncto iuris pateren tur aliquam difficultatem, ex quo non ſola præſtatio ſeruitij eſt cauſa excludendi fœminas à ſucceſsione feudorum, tamen in practica non eſſet ab eis recedendũ, niſi (vt dixi) verba inueſtituræ repugnarent, vel conſuetudo contrariam interpretationem recepiſſet, à qua, præſertim in cauſis feudalibus, nullo modo eſt recedendum, vt ſtatim dicam.

Sed

9 Sed quid ſi adſit conſuetudo in aliqua prouincia, vel ſtatutum diſponens, q. fœminæ poſsint in feudis ſuccedere. nunquid in ipſa prouincia fœminæ erũt ad ſucceſsionem feudorum admittendæ? Reſp. q. ſic: & ita communiter concluditur, vt ait Pariſ. conſ. 21. num. 13. lib. 1. Nam in ſucceſsione feudorum potiſſimè attendimus conſuetudinem. cùm enim feuda ipſa à principio introducta fuerint per conſuetudinem, meritò debẽt etiam ab ipſa conſuetudine regulari. Sed pone, q. princeps vel Imperator velit diſpenſare, quòd fœmina poſsit in feudo ſuccedere, quæro an poſsit hoc facere in præiudicium agnatorum, qui ſucceſſuri eſſent in feudo? Reſp. q. non. & ita communiter concludũt Doctores, vt dicit Soci. Iun. conſ. 76. nu. 18. lib. 1. non enim poteſt princeps auferre ius alteri quæſitum, ſed dato quòd poſſet, ſaltem non deberet hoc princeps facere.

QVÆSTIO LXXIIII.

1 *Filius exhæredatus, an ſuccedat in feudo?*

1 QVæro, an filius exhæredatus poſsit in feudo ſuccedere? Reſp. ſecundum Iacob. Ardizo. in ſumma de ſucceſsione feudi, ſub Rubric. an filius exhære. ſucce. in feudo, quòd filius fuit iniuſtè exhæredatus, poteſt in feudo ſuccedere, rumpendo teſtamentum per querelam inofficioſi: ſi verò ſit iuſtè exhæredatus, non ſuccedit in feudo. & hanc opin. dicit eſſe communem Cur. Iun. de feud. in 3. parte principali, in materia ſucceſsionis deſcendentiũ, q. 3. quem refert Pariſ. conſ. 1. nu. 7. lib. 1. & in propoſito facere videtur quod dicit Zaſ. de feu. in 8. parte, verſ. De exhæredato, quòd eſt conſequentia in feudis recepta, ex quibus, cauſis filius poteſt exhæredari, ex eiſdem poteſt etiam feudo priuari. cap. 1. §. prædictis modis, quæ fuit prima cauſa bene. amit. Reſolutio huius quæſtionis pendet ab illa, nunquid filius poſsit feudũ retinere ſine hæreditate paterna: propterea dic; Aut exhæredatio eſt nulla, & non eſt in conſideratione: Aut eſt valida, & tunc, aut ſumus in caſibus in quibus filius poteſt habere feudum, etiamſi non ſit hæres patris, & pariter exhæredatio non eſt in conſideratione quò ad ſucceſsionem feudi: Aut ſumus in caſib. in quibus requiritur, quòd ſit etiam hæres ipſius patris, & tunc iſte filius iuſtè exhæredatus nõ poteſt in feudo ſuccedere. Neque §. prædictis modis, facit in propoſito: quia aliud eſt dicere, q. dominus poteſt vaſallũ feudo priuare, ex omnibus cauſis, ex quibus pater poteſt filiũ exhæredare, vt ibi, aliud eſt dicere, q. pater poteſt exhæredando priuare filiũ feudo, quia ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia maiorũ ſuorũ acquiſitũ, nõ poſſet vaſallus de eo aliquo modo in teſtamẽto diſponere, vt dixi ſuprà quæſt. 40.

QVAESTIO LXXV.

1 *Filij fratrũ in feudis an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita?*
2 *Et quid ſi vocentur ſine patruis?*

1 QVæro vltimo loco, moriens reliquit nepotes ex multis eius fratribus prædefunctis, nũquid iſti filij fratrũ ſuccedẽt in capita, an autẽ in ſtirpes? Hæc quæſtio in aliis ſucceſsionibus ab inteſtato multum inter Doctores controuertitur, vt dixi ſuprà li. 3. §. primò, vbi tenui magis communem opin. eſſe, quòd ſuccedant in ſtirpes, & non in capita. Sed quid dicemus in feudis? Reſpon. quòd ſi iſti filij fratrum veniant ad ſucceſsionem feudi ſimul cum patruo, ſcilicet cum fratre vaſalli defuncti, veniunt in ſtirpes, & non in capita idemque ſi veniant ad ſucceſsionem aui ſimul cum patruo, & hoc eſt indubitatum ſecundum omnes, vt atteſtatur Aluarot. in cap. 1. in princ. nume. 2. de ſucceſſ. feud.

2 Difficultas eſt, quãdo vocantur ſine patruis: & hoc caſu ſunt opi. inter Doctores, nam Iacob. Ardizo. in ſumma, tenuit quòd ſuccedãt in capita. & dicit Bal. in auth. ceſſante, poſt nu. 2. verſ. Sed hæc ratio. C. de legi. her. quòd ita communiter determinatur: quem refert Iacob. de feu. in verbo, Præſentes, & recipientes, nu. 13. Hanc etiam concluſionem, q. in feudis diuiſio fiat ſecundum, capita, dicit communiter teneri Rapha. Comen. in authen. poſt fratres. la ſecundo. C. de legit. hær. & poſt eum Corn. ibi in fina. verbis. Contrariam autem opi. ſcilicet, quòd imò ſuccedant in ſtirpes, tenuit Bal. in c. 1. §. his verò, nu. 2. de ſucceſ. frat. vel de grad. ſucceſ. in feudo. & hãc opi. dicit eſſe communem Præpoſ. in cap. 1. §. & quia, de his qui feud. dare poſſ. prout illum refert Ruin. conſil. 8. in fina. verbis lib. primo. Sed ego non reperio Præpo. ibi, maximè poſt nu. 73. vbi tractat hunc articulum, atteſtari in ſpecie de communi opin. in materia feudali, licet ipſe teneat hanc opin. & referat etiam aliquos atteſtantes de communi opin. in ſucceſsionibus allodialibus. Tamẽ reuera ego credo, q. Bal. in d. auth. ceſſante: errauerit, dicẽdo cõmuniter determinari in feudis, q. ſuccedant in capita, & ita eũ deridet Barb. in conſil. ſuo poſito inter conſilia Alexan. in 4. vol. conſil. 55. nu. 28. vbi dicit quòd ſciret libẽter, quis ſpiritus reuelauerit Bal. q. Doct. ita communiter tenent, & c. Ego dico, quòd ſi feudum eſſet hæreditarium, procederet de plano ſecunda opi. ſcilicet, q. ſuccederent in ſtirpes, quã in hoc caſu videtur atteſtari eſſe magis cõmunem Rui. conſ. 25. nume. 23. lib. 1. & intelligo ſimpliciter hæreditarium. nam tale feudum reputatur pars hæreditatis, & de eo iudicandum eſt, vt de reliquo hæreditatis. Sed ſi eſſet feudũ ex pacto, & prouidentia, vel abſolutè, vel mixtim, fortè eſſet verior opi. Iaco. Ardizo. quia ad illud veniunt nepotes, non iure hæreditario, ſed virtute inueſtituræ, & ſic ceſſat fundamẽtum tenentium contrarium. Hoc tamen abſolutè pro nũc nõ affirmo, quia eget pleniori diſcuſsione.

QVAESTIO LXXVI.

1 *Filius, vel agnatus, an poſsit repudiare hæreditatem, & retinere feudum?*
2 *Et quid in feudo ſimpliciter recepto?*
3 *Et quid in feudo mixto?*

1 PONe, aliquis vaſallus decedit relicto, feudo, & etiam relictis aliis bonis allodialibus, quæro nũ quid poterit eius filius vel agnatus retinere feudũ, & repudiare hæreditatem, quæ fortè eſſet onerata ęre alieno? Reſp. q. in hoc eſt differẽtia inter filiũ, & agnatũ. nam agnatus poteſt repudiare hæreditatem vaſalli, & retinere feudũ. Filius autem cogitur vel acceptare vtrũque, ſcilicet hæreditatem, & feudum, vel vtrũque repudiare. & de hoc eſt tex. expreſſus in ca. 1. an agna. vel filius. Et ſic in hoc ſunt deterioris conditionis filij, quàm agnati. Doctores multũ laborant circa intellectũ illius cap. Sed breuiter tu ſcis quòd varia ſunt genera feudorũ. Aut ergo feudum de quo agitur, eſt feudum nouum, & tene, quòd ſiue ſit agnatus, ſiue ſit filius, nunquam poterit repudiare hæreditatem, & retinere feudũ, quia cùm vaſallus de huiuſmodi feudo poſsit liberè diſponere vt ſ. multoties dixi, maximè in q. 41.

verſ. Et hæc quidem, ſucceſſor dicitur habere feudum ex mero beneficio ipſius vaſalli acquirentis,& hoc ſiue huiuſmodi feudum ex tenore inueſtituræ ſit hæreditarium,ſiue ex pacto & prouidentia, meritò non poteſt repudiare eius hæreditatem,& feudum retinere. Aut eſt feudum antiquum,ſed merè, & ſimpliciter hæreditarium,& pariter dicendũ eſt, ꝙ non poterit neque filius,neque agnatus hæreditatem repudiare,& retinere feudum, quia de huiuſmodi feudo idẽ iudicatur,ꝙ de cæteris allodialibus bonis vaſalli,vt ſuprà ſæpius dixi. Aut eſt feudũ antiquum informe ſcilicet receptum ſimpliciter, nulla facta mentione filiorũ neque hæredũ,& hoc caſu dicendum eſt, quòd habeat locũ diſtinctio d. c.vt ſcilicet filius non poſsit retinere tale feudum, & repudiare hæreditatem,agnatus autem poſsit. Et ita ab omnibus receptum eſſe atteſtatur Didac. lib.2.reſolutionum ca.18.poſt nu.4.verſ. Primum ſimpliciter.& intellexi aliàs in Senatu concluſum fuiſſe,diſpoſitionem illius c.non habere locum,niſi in huiuſmodi feudo informi.& ita tenendo ceſſarent ferè omnes difficultates in hoc articulo per Doct. excitatæ. Aut verò feudum antiquum eſt mixtum, ſcilicet hæreditariũ,& ex pacto,& prouidentia,puta,quia eſt conceſſum pro ſe,& hæredib. vel pro ſe, & filiis,& hæredibus: Et hoc caſu videtur, quòd nó poſsit habere locũ diſpoſitio d.ca. nam huiuſmodi feudum ſiue ſit filius, ſiue ſit agnatus, non poteſt habere,niſi etiam ſit hæres:nam vtraq; qualitas requiritur,vt dixi ſuprà in d. q. 9. verſi. Quandoq;.& tertiò. Et propterea And.de Iſern.in d. c.1.tenuit,ꝙ diſpoſitio illius tex. procedat etiam in feudo non hæreditario, & ſic abſolutè ex pacto,& prouidentia,vt ſcilicet filius non poſsit illud retinere,repudiata hæreditate patris.& hanc opin.dicit eſſe communem Curt. Iun. conſ. 138.nume.29.Brun.conſil. 24.in prin.Didacus libro ſecundo reſolut. cap.18. poſt num.4.vbi etiam verſi.Secundò ſubdit, quòd Sal.& Imola in locis,de quibus paulo poſt mentionem faciam,falsò teſtantur communem opin. eſſe in contrariũ. Bald.autem in d.c.1.nume.8.tenet contrariũ, ſcilicet ꝙ imò diſpoſitio illius c.ſolũmodò locum habeat in feudo hæreditario, vel ſimpliciter recepto,non autem in feudo abſolutè ex pacto,& prouidentia,Et dicit Sal.in l.2.nu.5. in fi.C.de liber. & eorũ liber.ꝙ ita ſe habet communis opi. Idem dicit Imola,in c.ex parte, num. 29.de feud.quem refert,& ſequitur Iacobi.de feud.in verbo, Ita ꝙ ipſi inueſtiti,nu.2. Et hanc ego ſequor,tanquam.verioremNeq; obſtat fundamentum tenentium contrariũ,quia ſcilicet (vt ipſi dicũt,) aliter intelligẽdo, diſpoſitio illius c.eſſet eluſoria,ex quo in feudo hæreditario,ſiue ſit filius,ſiue ſit agnatus,ſemp requiritur,ꝙ ſit hæres,ad hoc vt poſsit habere feudũ.q.a licet verũ ſit,ꝙ in tali feudo requiratur,ꝙ volens ſuccedere ſit etiam hæres,non tamẽ eſt verũ,ꝙ requiratur volentem in tali feudo ſuccedere, eſſe hæredem vaſalli vltimo loco defuncti, ſed ſufficit,ꝙ ſit hæres primi acquirentis,vt dixi in d.q.9.verſic. Sed quæro,& ſic diſpoſitio illius c.operabitur, ꝙ in tali feudo pro ſe,& filiis,& hæredibus recepto,ꝙ eſt hæreditariũ.& ex pacto,& prouidentia,filius non poterit repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudũ. Agnatus autem poterit retinere feudũ,& repudiare hæreditatem vaſalli vltimo loco defuncti, modo aliàs poſsit ex aliqua parte eſſe hæres primi acquirentis. Et hæc nota in practica,quia iſta eſt notabilis & quotidiana quæſtio.

QVÆSTIO LXXVII.

1 *Ius accreſcendi,an habeat locum in feudis?*
2 *Et an in feudis conceſsis ab imperatore?*
3 *Et quid ſi conceſſa ſint pluribus inſolidum?*
4 *Et quid in feudis conceſsis ab aliis Principibus?*
5 *Et quid in feudis antiquis?*
6 *Et quid ſi in diuiſionibus totum feudum obuenit vni ex fratribus: qui deinde deceſſerit ſine liberis,an accreſcet alteri fratri?*

1 QVæro,an in ſucceſsione feudorũ locũ habeat ius accreſcendi? Hæc eſt quotidiana quæſtio & valde vtilis. Pro cuius reſolutione fac regulam, ꝙ in ſucceſsione feudorũ non habet locũ ius accreſcendi.ita probat tex.in capit.primo,§.& quia vidimus.verſic. Sin autem vnus, de his qui feudũ dare poſſ. & hæc eſt communis concluſio, vt atteſtatur Curtius Iunior de feudis in ſecũda parte principali,circa finem in tertia dubitatione principali circa materiam acquiſitionis feudi. Nam feudũ eſt contractus,vt dixi ſuprà, quæſtione ſexta. in contractibus autem non eſt locus iuri accreſcendi,vt dixi ſuprà libro 3.§.ius accreſcendi.

2 Scias tamen in primis,ꝙ ſecũdũ aliquos,hæc concluſio non habet locũ in feudo conceſſo ab Imperatore.nam in eo multi tenent, quòd habeat locũ ius accreſcendi. Et hæc limitatio per eos colligi videtur ex text.in l.vnica,C.ſi liberali.Imper.ſocius,li. 10. vbi Imperator generaliter ſtatuit, ꝙ ſi quis ex his,quibus communiter aliquid ab eo donatũ eſt, nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potius quàm ad perſonam aliam pars decedentis perueniat:de quo text.dixi in d.§.ius accreſcendi. Sed punctus eſt videre, an diſpoſitio dict.l. vnicæ,quæ ſimpliciter loquitur in donationibus Imperatoris, habeat locum etiam in feudis,quæ communiter à principe aliquibus conceſſa ſunt:& in hoc variæ ſunt opin.Doctorum. Nam Bald.in l.vnica,numer. 15.C.de cadu. tollen.tenet, ꝙ ſic:& hanc opi.dicit eſſe communem Iaſ.in l.ſi mihi, & Titio.nu.6.ff.de verbo.obl.& conſ.117.col.6.verſ.Et tenendo, lib.4. & conſ.136.nu.4.eod.vol. Curt.Iun.in d.tertia dubitat.Gratus conſ. 4.nu. 14.lib.1.Socin.Iun. conſ. 73. nu.22.& ſeq.libr. 1.Contrariam tameu ſententiam, quòd ſcilicet etiam in feudo à principe pluribus ſimul conceſso,non habeat locum ius accreſcendi, tenuit Cyn.in l.vnica, circa fin.C. quando non peten.par.quem multi ſequuntur, quos recẽſent Modern.in apoſtil.ad Alexand.conſilio 30.ſub.nume.8. lib.1.affirmantes, quòd imò quidquid dixerint alij, hæc eſt crebrior.opin.

3 Sed certè credo,quòd prima opin.ſit magis communis,& etiam verior,ꝙ ſcilicet in feudis à principe ſimul conceſsis habeat locum ius accreſcendi. Cùm enim in aliis conceſsionibus Principum, ita reperiatur cautum de iure communi, illi ſtandũ eſt etiam in feudis,ex quo expreſsè non reperitur iure feudorum diſpoſitum in contrarium. Quia tamen quæſtio non eſt ſine difficultate,ad euitandas opi.aliquando conſului, ꝙ in inueſtitura apponerẽtur illa verba & cuilibet eorum in ſolidum. Vbicunque enim in inueſtitura conceſſa eſt duobus,& vnicuique, vel cuilibet eorum, eo caſu proculdubiò vno deficiente,alter habebit totũ.ita decidit Bal.in c.1.§.fi.n.3.de ſucceſſ.feu.& eſt communis cõcluſio,quæ non habet cõtradicẽtẽ,vt ait Cur. Senior.conſ.49.num.53.quem refert Bello.conſ.20. nu.3.Et dicit Sigiſmund.conſ.15. feuda.nu. 3. quòd ita

ita præcedens concluſio ab omnibus Doctoribus limitatur.

4 Et hæc quidem concluſio ſatis de plano procedere videtur in feudo cõceſſo ab Imperatore,de quo loquitur tex.in d.l.vnica,C.ſi liberali. Imper.vt ſcilicet in eo locum habeat ius accreſcendi. Sed quid ſi fuerit conceſſum ab aliis Principibus? Reſp.ꝙ idem dicendũ eſt etiam in feudo conceſſo à Regibus, ſecundũ Bal.in c.j.nu.2.de duob.fratri.à cap.inueſt. & etiam ab aliis Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem.& ꝙ diſpoſitio d.l. vni procedat in quocunque Principe,qui ſuperiorem nó recognoſcat, dicit eſſe communem ſententiam Curt.Sen. in d. conſ.49.poſt numer. 50.verſ.Modò ſic. & ita etiam communiter teneri atteſtatur Soc.Iun.in d.conſ.73. nume.7.& hæc opi.mihi placet. Quia quilibet princeps nó recognoſcens ſuperiorem, habet in ſuo dominio idem ius,quod habet Imperator in toto orbe,vt dixi ſuprà lib.2.§.princeps.

Quando autem quis dicatur ſine hærede decedere,ad hoc vt in feudo ſit locus diſpoſitioni d.l.vnicæ,dixi in d.§.ius accreſcendi.

5 Secũdò principaliter ſcias,quòd iſta concluſio quæ habet,quòd in feudis non habet locum ius accreſcendi,eſt intelligenda,vt procedat in feudo nouo. Nam in tali feudo verum eſt, quòd non habet locum ius accreſcendi: & iſta eſt communis regula, vt ait Pariſ.conſ.16.nu.2.libr. 4.Gratus in d.conſ.4. nu.51.lib.1.Sed quando feudum eſt antiquum, tũc inter deſcendentes à primo acquirente procedit ſucceſsio,non quidem ex iure accreſcendi,ſed ex iure inueſtituræ paternæ. ita colligitur ex tex.in c.1. vbi gl.in verbo, Patris vel aui.de feu. March.& eſt communis opi.vt dicit Alex.conſ.21.nu.5.lib.5.

6 Sed pone,duo fratres ſucceſſerunt in feudo paterno,& indiuiſionib.tale feudum obuenit totum vni ex eis,qui deinde deceſsit ſine liberis, quæro nunquid feudũ ipſum accreſcet alteri fratri? Reſpond. Bald.in l.vnica.nu. 33. C. quando non pet.part.tenet,ꝙ non accreſcet fratri,ex quo apud eum nulla portio feudi reperiebatur. Contrariam tamen opinionem tenuit idem Bal.in l.1.poſt nu.8.verſ.11.quęritur.ff.de rer.diuiſ.& hæc opi.eſt magis communis, vt atteſtatur Aretin.in l. qui Romæ. §. duo fratres, col.penul.verſ.pro deciſione huius quæſtionis:ff.de verbor.obl.quem refert & ſequitur Rui.conſ.8.poſt nu.11.lib.1.& conſ.11.nu.14.eo.volu. Ego credo Bal. in d.l.vnica,bene dixiſſe,ꝙ ſcilicet feudũ alteri non accreſcit:nam in iure accreſcendi portio accreſcit portioni,non perſonæ,vt dixi in d.§. ius accreſcendi,Sed benè verum eſt,quòd frater hoc caſu nihilo minus ſuccedit in feudo,licet non per ius accreſcẽdi,ſed tenore inueſtiturę.& ita procedit ſecũda opi.

Sed quid ſi frater in diuiſionibus renũciaſſet omni iuri,&c.nũquid hoc caſu,non obſtante renũciatione,poterit venire ad feudũ, ſi frater ſine liberis deceſſerit? dixi infrà hoc eod.lib.§.renunciatio.

QVAESTIO LXXVIII.

1 *Clericus vel monachus,an ſuccedat in feudo?*
2 *Et an ad hoc vt tranſeat perpetuò in eccleſiam.*
3 *Et quid in feudis maioribus?*
4 *Et quid ſi præſtetur ſeruitium perſonale?*
5 *Et quid in clerico conſtituto in ſacris?*

1 QVæro,an clericus ſuccedat in feudo? Hęc quæſtio à Doctoribus ſatis confusè tractatur, nó diſtinguendo caſus,in quibus poſſet in practica contingere. poteſt enim eſſe,quòd habens feudum efficiatur monachus,aut clericus,vel quòd feudum ipſum ad aliquem iam clericum iure inueſtituræ, vel aliter deuoluatur. Dic ergo, quòd quando vaſallus efficitur monachus,aut ſeruitium, quod præſtatur pro ipſo feudo,eſt reale,quia ſcilicet præſtatur res, vel pecunia, ſiue etiam eſt perſonale, quod tamen poteſt à clerico honeſtè præſtari per ſe,vel per idoneum ſubſtitutum.& tunc feudum durat, & tranſit in monaſterium, aliàs autem feudum non durat, ſed finitur,& ad dominum directũ reuertitur,& ingreſſus à ſacramento fidelitatis abſoluitur. Et hanc diſtinctionem tenent communiter Doctores,vt atteſtatur Salyce.in auth.ingreſsi,num.11.C.de ſacroſanct.eccleſ.quem refert Affli&.deciſio.320.nu.2.& 3.& Dec.in ca.in præſentia,numer.74.de probatio. & Curt.Iun. de feu. in ſecunda parte, tertiæ partis principalis,quæſt,10. & Iacob.de feud.in verbo, Et quibuſcunque hæredibus,nu.4 dicit etiam Alex.cõſil.10.nume.8.lib.5.quòd ita tenent omnes,ꝙ conſilium eſt duplicatum in conſ.98.lib.ſexto.

2 Quæ tamen opin.intelligenda eſt,vt procedat nó ad hoc,vt feudum ipſum perpetuò remaneat apud monaſterium, ſed tantum ad hoc,vt monaſterium illud habeat durante vita feudatarij,quò ad commoditates ipſius feudi.ita dicit Bal.in cap.1.nu.2.de mili.vaſal.qui arma bellica &c.& in hac opin. non datur contradictor,vt ait Capic.deciſ.10.nu.10.

3 Sed hæc concluſio mihi nunquam placuit, ꝙ ſcilicet feudum tranſeat in monaſterium, ſi vaſallus efficiatur monachus,quia hoc eſſet diſtrahere monachos ab inſtituto ſuæ religionis, quòd eſt ſeruire Deo, & abſtinere ſe à negotiis & adminiſtrationibus ſecularibus.propterea dicerem,ꝙ ſi ſupereſſent alij vocati ex tenore inueſtituræ,illi deberent ſuccedere in feudo,perinde ac ſi vaſallus eſſet naturaliter mortuus.& ſi iſti non ſupereſſent,quòd feudũ reuerteretur ad dominũ directũ. Et licet gl.in c.1.§.1.in verſ.Poſtpoſuerit,de feud.vel beneficio fœmi.abſolutè dicat,ꝙ hoc caſu feudum ad dominum reuertatur, tamen illa gl.debet intelligi, vbi agnati non ſupereſſent,vel vbi feudũ eſſet nouũ.& ita illam intelligunt communiter Doctores,vt dicit Curt.Iun. in d.10.quæſt.in fin. Si tamen vellemus tenere communem opi.illa eſſet,iudicio meo, reſtringenda,vt procedat ſolummmodo in feudis inferioribus,id eſt non habentibus dignitatem annexam. Sed ſi filius Regis,Ducis,Marchionis aut Comitis,efficeretur monachus,non crederẽ quòd Regnum, Ducatus,Marchionatus,vel comitatus acquireretur monaſterio.& ita etiam de facto ſeruari atteſtatur Specul.de ſtatu.monach.§.1.num.15. Saluo tamen ſemper iudicio ſanctę matris eccleſiæ, cui in omnibus me ſubiicio.

4 De clerico autem non videtur dubitandũ, quin feudum capere poſsit:ſunt enim de hoc tex. aperti in c.verum.& in c.ex tranſmiſſa. de foro compe.& ita communi opi.obtentum eſt,vt dicit Zaſ. de feu. in 5.part.circa fi.dicit etiam Cardi.in c.1.§.& quia, poſt prin.de his qui feu.date poſſ. quòd multi Doctores,& in ſpecie Martinus Laud.ibi,inquiunt hãc eſſe communem opin. Quam tamen intellige, vt procedat,modo pro tali feudo præſtetur ſeruitium reale tantùm, nam eo caſu vtique clericus eſt capax feudi.& ita eſt de mente omnium, vt ait Ruin. conſil.42. nume.10.libr.1.Sed ſi præſtetur ſeruitium perſonale, non modo clericus non ſuccedit in

feudo ad eum deuoluto post clericatū,sed si post deuolutum feudū vasallus efficiatur clericus,amittit feudum. Et hæc est verior, & magis communis opi. vt dicit Ruin.in d.cons. 42.nu.9.Sed hoc tursus ego intelligo,vt ꝓcedat qñ huiusmodi seruitiū personale non posset explicari per substitutū secundū distinctionem,de qua suprà in monacho dictū est & ita dicit esse cōmunem opin.Crauetta cons.303. post num.10.vers.Secundo respondeo.

5 Et hæc omnia de plano procedunt in clerico,qui sit tantùm primæ tonsuræ,& non in sacris constitutus.Nam talis proculdubiò succedit in feudo.ita dicit Bal.in c.1.§.qui clericus,nu.7.si de feudo fue.cōtrouer.quem sequuntur communiter Doctores,vt dicit Curt.Iun.in d.q.10.col.penul.vers.Secundò limita.Et hanc opin.quòd clericus in minoribus cōstitutus non priuetur feudo,dicit teneri in practica iudicando & consulendo,Barb.de præstan.Card.in 5.quæst.basilica primæ partis,numer.5.quem refert Crauetta in d.cons.33.post nu.7.Cæterùm communiter seruatur, quòd Episcopi & Cardinales retinent feuda eis deuoluta iure successionis,ne dignitas potius decrementū quàm incrementum eis attulisse videatur:& sine controuersia admittuntur ad præstandum quodcunque seruitium per substitutū.Alij autem clerici, vel in sacris constituti, vel etiam in minoribus,si sunt beneficiati,non rerinent feudum,pro quo sit præstandum seruitium personale.si verò sunt in minoribus constituti,& non beneficiati,admittūtur ad feudum sicut merè laici.Et ita etiam videtur esse communis mens Doctorum in hac materia Scribentium, à qua recedendum non esset in practica,

QVÆSTIO LXXIX.

1 *Collaterales,an succedant in feudo?*
2 *Et quid in feudo nouo?*
3 *Et an succedant vsque in infinitum?*
4 *Et quid si concessum sit sacerdoti pro se,& hæredibus?*

1 HAbes regulam in materia feudorū, ꝙ quandiu sunt descendentes, ipsi in infinitū succedunt.est tex.in c. 1. de succes.feu. & hæc conclusio est ab omnibus recepta, vt dicit Zas. de feud.in 8. parte,vers.Secunda conclusio.

Si verò non extant descendentes,tunc admittuntur transuersales agnati,progeniti à primo ascendēte.Est communis opin.consuetudine firmata, vt attestatur Zasius in d.8.parte,versic.Tertia conclusio

2 Sed quæro,an simpliciter & indistinctè verum sit, ꝙ collaterales in feudo succedant?Resp.ꝙ est distinguendum. tàm respectu qualitatis feudi,quàm gradus agnationis. Aut enim loquimur in feudo nouo,& non succedunt collaterales,nisi id expressè actū sit.& ita tenet gl.in c.si quis miles,in gl.vnica,constit.feud. Loth. &c.quæ gl.tenetur per communiter Scribentes:vt dicit Alua.in eo.cap. si quis miles.nu.2.Et ideo, si duo fratres fuerint inuestiti de feudo pro se & filiis, &c. & vnus eorum decedat fine liberis, superstite filio alterius fratris prædefuncti, portio istius fratris non pertinet ad dictū nepotem superstitem,quia ipsi fratres videntur prospexisse sibi tantū,& vnusquisque eorum filiis suis,non autem filiis alterius fratris.& hanc dicit esse communem conclusionem.Curt. Sen.cons. 49.nu.11.Aut verò loquimur in feudo antiquo,& tunc bene procedit conclusio, ꝙ agnati collaterales in feudo succedant.

3 Difficultas est,an succedant solūmodò vsq; ad septimum gradum,an etiam vsque ad infinitū. Nam in hoc articulo videntur esse duo tex.cōtrarij,quia in c.1.§.& quia,de his qui feud.dare possunt,expressè videtur probari, quòd agnati succedant solummodo vsque ad septimum gradum.tex.autem in c. 1.§.j.de natu.succes.feudi,videtur probare,ꝙ succedant etiam in infinitum. Sunt etiam inter Doctores variæ opi.nā Iaco.de Belui.in c.1.de feu.March. dicit,ꝙ vbi agnati sint descendentes primi inuestiti,debent in infinitum succedere in ipso feudo,ex beneficio primæ inuestituræ.& hanc opinionem,ꝙ inter descendētes primi vasalli,procedat successio, etiam vltra decimum gradum,dicit esse communiter receptam Didac.lib.3.resol.c.5.post nu.4.versic. Quintò hinc.Quidam autem Doctor antiquus,appellatus Ioan.Fasoli,tenuit cōtrariam opinionem, ꝙ scilicet non admittantur collaterales vltra septimum gradum ad successionem feudi,& dicit Bald. in d.c.1.nume.4.de feud.March.ꝙ ita communiter tenetur,quem refert Ias.in l.certum,post nu. 3.vers. Secundò principaliter.C.vnde legi.& Soc.Iun.consil.76.nu.73.lib.1.Hanc etiam opin.dicit esse communem Mart.Laud.inter cons.feu.Bruni cons.119. post nu.8.Paris.cons.23.nu.262.lib.1.Mihi autm placet prima opi.ꝙ scilicet succedāt vsq; in infinitum, & secundū illam,si casus contingeret,consulerē, & iudicarē.Nā hoc casu non pōt propriè dici,ꝙ agat de successione collateraliū,sed de successione ascēdētis,delata virtute primæ inuestituræ.& credo, ꝙ ita etiā indistinctè obseruetur,maximè in feudis regalibus,& in specie de corona regni Frāciæ attestatur ita se habere consuetudinem Boer.cons.10. nu.16.vsque ad fi.cons.35.

4 Sed hic occurrit pulchra quæstio ,pone,Princeps concedit feudum alicui existenti in sacris,pro se,& hæredib.certum est,ꝙ illud verbū,Hęredibus.quod in materia feudali intelligitur de filiis, siue descendentibus,nō potest hoc casu verificari in filiis,quia talis constitutus in sacris, nisi eos suscepisset ante clericatum,non posset habere filios habiles ad successionem feudorum.Nunquid ergo hoc casu censebitur feudum concessum etiam pro agnatis collateralibus ipsius inuestiti?Respon.ꝙ sic.ita dicit Bal. in c.j. §.naturales,post nu.8.si de feudo fue.contro. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt.Iun.de feud.in tertia parte,in materia successionis descendentium, in prima regula q.17.in fin. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

QVAESTIO LXXX.

2 *Fœmina semel admissa ad feudum,an postea superueniente masculo excludatur?*
3 *Et quid econuerso,an fœmina semel exclusa per existentiā masculi,semper remaneat exclusa?*

POne,duæ sorores nullis existentibus masculis, successerunt in feudo, intellige in casu in quo poterant de iure succedere,de quo dixi suprà q.73. per totam quæst. Modò vna ipsarum suscepit filium masculum: quæro an ille masculus stante inuestitura, quæ velit masculos excludere fœminas, excludat etiam sororem matris suæ,quæ semel admissa fuit ad feudi successionem? Resp. Andr. de Isern.in c.1.de eo qui sibi.& hęred.suis,tenet, quòd illam excludat. Sed communis opin.est in contrarium,scilicet, quòd imò fœmina semel admissa ad

successionem feudi,propter non existentiam masculorum, si postea masculi superueniant, non excludatur.& ita esse communem opin. attestatur Aluator.in d.c.1.nume.5.quem refert Iacob. de feud. inverbo,Et fœminis,nu. 17.Zasius de feud.in 8.parte,in secūda particula,ver.Sed quæras de casu.Cur. Iun.in prima regula,tertiæ partis principalis,in 28. q.Nam lex regulariter non patitur,quòd dominia rerum stent in suspenso.& ad hoc faciunt quæ dixi suprà,lib.1.statuto.In casu statuti excludentis fœminas extantibus masculis.

2 Sed quęro , quid è conuerso,nunquid fœmina semel exclusa propter existentiam masculi,semper remanebit exclusa,ita ꝙ etiam mortuo masculo, qui eam exclusit,adhuc admitti nō possit?Respon. quòd sic,& ad hoc allegatur text.in c.1.§. quinetiā Episcopum , vel Abb.secundum intellectum Andreæ de Isernia, quem communiter Doctores sequuntur,vt ait Curt.Iun.in dict.prima regula,quæstio.27.subdens,hanc esse communem opi.quæ tamen mihi semper visa fuit dura,saltem quando agitur inter fœminam ipsam, quæ sola supereſt ex progenie primi inuestiti & dominum.Bene posset procedere textus in d.§.quinetiam,& communis opinio,quando ageretur inter fœminam,& aliū agnatum,in casu,in quo masculi & fœminæ essent vocati in inuestitura,secundum gradus proximitatem, vt proximis annis contingit disputari in quodam feudo in partibus Pedemontium,sed quò ad ipsum dominum,crederem absolutè,ꝙ existente fœmina, licet per masculum semel exclusa,quæ esset ex vocatis in inuestitura,feudum non aperiretur domino. Nec facit argumentum,ꝙ ita etiam statutum sit in successione bonorum allodialium , quia longa est ratio differentiæ,nam illa portio,à qua fœmina excluditur,stante statuto,efficitur patrimonium masculi excludentis,& incorporatur eius bonis,ita ꝙ non dicitur amplius agi de hæreditate illius ascendentis,sed successoris est:in feudis autem secùs.Nā vbi tractatur de vocatis in inuestitura , semper dicimus agi de successione primi inuestiti. Cogita.

Sed præsuppositā communi opinione pro vera, quæro,quid si ille masculus excludens statim moriatur?Respondeo , quòd hoc casu fœmina est admittenda , & ita prædictam conclusionem limitat gl.in d.§.quinetiam,in verbo,non admittuntur , & dicit Curt.Iun.in d.q.27.col.secunda,versiculo, Retenta igitur,quòd Doctores communiter sequuntur hanc limitationem. Non enim videtur extitisse,qui statim defecit.

QVÆSTIO LXXXI.

1 *In feudis dignitatum,an requiratur noua concessio?*

1 QVæro,an in feudis dignitatum,puta Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus,requiratur noua concessio,ad hoc vt descendentes inuestiti in ipsis feudis succedant? Respon. ꝙ de iure vtique requirebatur noua concessio,ex quo huiusmodi feuda potius electione,quàm successione obueniunt. & ita colligi videtur ex text.in c.1.de feudo March. Sed tamen consuetudo contrariū vsurpauit, quia hodiè in istis feudis sicut in aliis habet locum successio.& hæc est communis doctrina Doctorum,vt dicit Zas.de feud.in 8.parte,vers.Super tertio principali.hanc etiam dicit esse communem sententiam Iaco.de feud.in verbo,Dux.ver.quid si rex.nu.2.& seq.Intellige quando huiusmodi feudum concedi-

tur alicui in proprietatem , aliàs secus, & intellige etiam vt transeat ad primogenitum tantum,& non ad alios hæredes.& ita quotidiè obseruatur,vt dicit Iac.in loco prælegato.

QVÆSTIO LXXXII.

1 *Filius naturalis an succedat in feudo?*
Et quid si sit legitimatus ad feuda?
2 *Et quid si talis legitimatus sit spurius?*
3 *Et quid si legitimatio facta sit à comite palatino?*
4 *Et quid in legitimato per subsequens matrimonium?*
5 *Et quid si feudum receptum sit pro se , & filiis legitimè natis?*

1 FIlius naturalis nō succedit in feudo,etiam si sit legitimus text.est expressus in c. 1.§.naturales. si de feudo defuncti,&c.Sed quæro,quid si à principe sit legitimatus expressè ad feuda?Respon.quòd talis bene succedit in feudo , & excludit cæteros agnatos remotiores.& ita dixit glos.in d.§.naturales,in verbo,Legitimi,quam dicit esse communiter approbatam Paris.consil. 1. nume.76.lib.secundo, Ruin.consil.36.nume.18.lib.primo,Curti. Iun.cons. 136.num.1.& est magis communis opin. vt attestatur Boerius decis. 123.nume.6.Curt.Iun.consil.167. nume.28.illam etiam gl.dicit esse per omnes communiter approbatam Curt. Iun. de feud.in tertia parte in materia successionis descendentium,q.17. in prin.subdens,quòd secundum communiter Doctores sufficit , ꝙ princeps legitimet in genere ad successionem feudorum,licet non exprimat in specie ad talia & talia feuda.

2 Et nota,quòd licet gl.in d.§.naturales , loquatur tantùm de naturalibus simpliciter, tamen idem est etiam spuriis,& in aliis illegitimis , secundum omnes,vt dicit Cum. cons. 168.nu.4.vbi etiam subdit, ꝙ ita quotidiè de facto seruatur.

3 Et hæc quidem conclusio de plano procedit,quando talis legitimatio est facta ab ipso Principe,penes quem est plenitudo potestatis.Sed quid si facta sit à Comite palatino habente priuilegium legitimandi?Resp.ꝙ idem est dicendum,modò talis,Comes habeat in priuilegio expressam potestatem legitimandi ad feuda. Ita dicit Signorol. cons.220.nu.4. & sequenti,& est communis opin. vt dicit Paris.in d.cons.1.n.123.lib.2.Modern.in consue.Paris.feud.§. 8.gl.1,nume.38.

4 Itē quæro,quid in eo,qui est legitimatus per subsequens matrimonium?Respon.ꝙ iste vtique succedit in feudo.Ita tenet And.de Iser.in d.§.naturales. Et ita communiter tenetur,vt dicit Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,el 1.nu.18 in fin.ff.ad Trebellia.quem refert Ias. in l. generaliter.§. cùm autem, post numer.10.C.de inst.it. & substit.Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt.Iun. cons.136.nu.1.Decius cons.155.post num.3.quem refert Paris.cons.13.nu.44.& seq.lib.2.vbi etiam refert Socin.idem attestari cons.3.num.2.libr.3.quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestantē, licet in eo cons.n.6.videatur trāsire cū hac opi.quam ego etiam sequor. quia huiusmodi legitimati ferè in omnibus reputantur legitimi.

5 Sed quid si feudū sit receptum pro se,& filiis legitimè natis,nūquid talis legitimatus per subsequēs matrimonium succedet in feudo?Respon.quòd sic: & ita tenet Abb.in c.tanta,nume.7.qui filij sint legitimi.vbi etiam dicit,ꝙ ita tenent communiter Doctores:& est communis opin.vt dicit Card.Alex.in d.c.tāta.Ripa in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.el 1.

post nu.48.quia vt dixi æquiparantur legitimè natis in omnibus,& per omnia.

QVAESTIO LXXXIII.

1 *Extranei hæredes an succedant in feudo?*
2 *Et quid si receptum sit pro se, & hæredibus?*

1 QVæro,an in feudo succedant extranei hæredes?Respond.Omne feudũ quod potest alienari sine consensu domini,vel agnatorum, transit ad extraneos hæredes,quia de tali feudo idem iudicatur,quod de aliis bonis allodialibus.& ideò si feudũ sit nouũ,ex quo potest liberè per vasallũ alienari interueniente cõsensu domini,vt dixi suprà,q.41. vers.& hæc,quidem poterũt etiam in eo cũ licentia domini succedere extranei hæredes.Si vero sit concessum pro se.& hæredibus quibuscunque,tũc potérũt etiam sine licentia domini in eo succedere extranei.Idemq; si sit concessum pro se,& quibus dederit,potest enim de eo vasallus liberè disponere. Si verò feudũ sit simpliciter receptum,nulla facta mentione filiorũ, neque hæredum, tunc ex prouidentia legis non vocantur ad feudum,nisi filij,& descendẽtes ipsius inuestiti,vt dixi suprà q.9.vers.Sed quid dicendum:& ideo in tali feudo extranei hæredes non succedunt.Aut verò feudum est receptum pro se,& filiis,vel pro se, & liberis,vel pro se,& descendentibus,& in hoc non est difficultas,quia extraneus hæres ad illud non admittitur.Aut est receptum pro se,& filiis,& hæredibus,& idem est dicendum,scilicet,q; extraneus hæres non succedat. ad hoc enim,vt quis in tali feudo succedat,requiritur,quòd in eo vtraque qualitas concurrat,vt dixi suprà,in d.q.9.vers.Quandoque,& tertiò.

2 Sed quid si feudum sit concessum simpliciter pro se,& hęredib.nũquid in tali feudo admittentur extranei hæredes? Respon.q; licet in hoc articulo inter Doctores variæ fuerint opi. tamen tenendũ est, q; extranei hæredes in tali feudo non succedant.& ista est communis opin.vt dicit Bal.in l.etiam.in fine principij.ff.sol.mat. quem refert Dec. consi..175. post num.3.vers.Vlterius etiam.& cons.395.nume. 8.& Gozad.cons.9.n.52.& Socin.Iun.cons.112.nu.8. lib.2.& cons.72.nume.26.lib.1.Hanc etiam opin.dicit communiter teneri Calder. cons.15.sub titulo de verb.signifi.quem refert Gratus cons. 4.num.32. lib.1.Et dicit Paris.cons.2.nu.23. lib.1.quòd ita concludunt communiter omnes.& dicit Socin.Iun.cõs. 108.nume.6.lib.2.quòd istud est commune dictum. Hanc etiam dicit esse cõmunem opi.Gozad.consil. 26.nu.30.& ratio est,quia verbum hæredibus,in materia feudali recipit à lege hanc interpretationem, vt intelligatur solùm de descendentibus.ita est cõmunis opi.vt attestatur Rubeus cons.164.n.13.Gratus cons.29.nu.41.lib.2.Berous,quæst.17.nu.3.& dixi suprà sæpius.

QVÆSTIO LXXXIIII.

1 *Fiscus an succedat in feudo?*

1 QVæro, an fiscus succedat in feudo,[a] & sic an
a publicatis bonis vasalli confiscetur etiam feudum? Respon.quòd non.ita tenet Bart.in l.si finita. §.si de vectigalibus,n.3.ff.de damno infecto, & est communis opin. vt dicit Roman.in d.§.si de vectigalib. quem refert Apostil.ad Ange.de malefic.in verbo,præsente Caio,post nu.40.Alex.in eo. §.si de ctigalib.nu.30.Iacob.de feud.in verbo,Dictique vasalli,el 1.nu. 61.& seq.Ruin. cons.23.nume.23.libr.5. Curt.Iun.cons.4.nu.20,Rub.cons.134.nu.3.Boer.de cis.374.nume.9.

Ego verò aliquando dicebam,in hoc proposito considerari posse tria genera feudorũ.Primum est, de quo vasallus non potest liberè disponere sine licentia domini,& sine cõsensu agnatorum,cuiusmodi est feudum antiquum ex pacto,& prouidentia, & tale feudum, etiam quòd vasallus delinquat,& eius bona fisco applicentur,nunquam venit in confiscatione bonorum,cuiuscũque generis sit delictũ nã,vt dixi §. q. 66. mihi semper visum fuit iniquũ, & absurdũ,q; vasallus possit delinquendo præiudicare domino,aut agnatis,quibus non posset præiudicare alienando,& cùm ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus hæres, vt dixi q. prox. ergo nec fiscus,qui hoc casu habetur loco extranei hæredis,quæ consequentia apud me habet difficultatem.Quis autem hoc casu præferatur in ipso feudo,an dominus directus,an autem filij,vel agnati? dicẽdum est,quòd,si quidem delictum est tale,propter quod dominus,non possit priuare vasallum feudo,semper præferuntur agnati.Si verò propter illud delictum vasallus posset feudo priuari,tũc vt scias quis prçferatur,vide quæ dixi suprà in d.q.66. Secundum autem genus feudorũ est,de quo vasallus potest cũ consensu domini liberè disponere,etiã in extraneũ in præiudicium filiorum,vel agnatorũ, & huiusmodi est quodcunque feudum nouum,sub quocunque tenore receptum sit, vt dixi suprà q. 41.vers.Et hæc quidem.& hoc casu teneo,q; si vasallus delinquat,nullo modo feudũ confiscetur,sed absolutè & indistinctè consolidetur vtile cũ directo,& sic applicetur domino,neq; in hoc filij,aut agnati, qui non poterant ad feudũ venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterũt ius aliquod in feudo ipso prætendere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouũ,erit illis præferendus, prout etiam esset, si vasallus sine consensu domini illud alienasset,vt dixi in d. q. 66.vers.Sed quid si vasallus,vel aliter esset feudo priuandus,vt dixi in ead. quæst.vers.Et hæc quidem,Aut verò(& hoc est tertium genus feudorũ) feudũ erat tale,de quo vasallus,tã in præiudiciũ domini,quã in præiudiciũ agnatorũ,poterat liberè disponere,puta,quia erat concessum pro se,& quibuscũq; hæredibus, vel pro se, & quibuscunque daret, &c.quæ omnia feuda possunt sine domini licentia,in quoscunque etiam extraneos trãsferri,vt suprà sæpius dixi,& tunc aut fiscus,cui reliqua bona vasalli applicantur,est idem qui & fiscus dñi directi,& proculdubiò tenẽdũ est, q; etiam feudum vnà cum reliquis bonis vasalli applicatur:Aut verò est alius fisc⁹ diuersus à fisco domini directi,& tunc aut delictum,pro quo bona vasalli confiscantur, est tale,propter quod dominus potest vasallum feudo priuare,& hoc casu dominus directus præfertur, & feudum illi applicatur.Aut non erat tale propter quod posset feudo priuari, & tunc præfertur alius fiscus,qui tanquam hæres extraneus,ita in ipso feudo,sicut in aliis bonis vasalli delinquentis succedere potest:& licet hæc prima facie videatur noua distinctio, tamen si rectè ponderentur

ADDITIO.

a Succedat in feudo.Adde q; nec etiam commoditates feudi,quæ saltem non transeunt etiam ad extraneos hæredes fiscus consequi aut habere potest:prout est communis opin. vt attestatur Bursat.cons.43.nu.16.

ponderentur rationes & autoritates Doctorum in hac materia Scribẽtium,reperies,quòd ista est mera veritas,

QVÆSTIO LXXXV.

1 *Fideicommissarius an succedat in feudo?*
2 *Et quid in feudo hæreditario?*
3 *Et quid si fideicommissarius sit ex vocatis in inuestitura?*

1 QVæro, nunquid fideicommissarius succedat in feudo,& sic,an feudum veniat in restitutione fideicommissi? Potest autem casus in facto proponi,puta,quia vasallus habens plures filios,roganerit vnum ex eis,vel plures, vt partem suam restituant vni ex ipsismet filiis,vel alicui extraneo, vel agnato,an talis grauatus fideicommisso teneatur restituere,etiam partem suam feudi,illi,cui reliquũ hęreditatis grauatus est restituere? Respond.quòd regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi.ita tenet Barto.in l.si patroni,in princip. nu.3.ff.ad Trebel.& ita tenent communiter Doctores,vt dicit Ripa in l.ex facto.§.si quis ita, nu.17.ff. ad Trebel.Et est communis opin.vt dicit Curt.Iun. cons.171,nu.10.Et dicit Ias.in prælud.feud. nu.46.q; ita communiter concluditur.

2 Scias tamen in primis,quòd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat in feudo ex pacto & prouidentia,secus autem in hæreditario.Nam illud transit etiam in fideicommissarium: & ita solet communiter distingui,vt ait Curt.Iun.de feud.in 4.parte,in materia alienationis feudi,q.30.vers.Secunda decidi potest,quem refert Paris. cons.2.nu. 43,lib.1. & cons. 3.nu. 27.eo.vol.Sed hoc intelligo in feudo simpliciter & absolutè hæreditario,quod(vt sæpius dixi) transit in extraneos hæredes,& potest liberè alienari. Secus autem in hæreditario mixto. & ita in proposito attestatur esse magis communem opinio.Soc.Iun.cons.72.nu.22.lib.1.

3 Item scias,quòd conclusio non habet locum,quando fideicommissarius esset ex comprehensis in inuestitura,& sic esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestituræ, nam eo casu feudum venit in restitutione fideicommissi.& ista limitatio videtur communiter approbata, vt dicit Socin. Iun.in d.consil.72.nume.6.lib.1.Quam tamen non ego credo veram,nisi quatenus ageretur de præiudicio domini,cuius non interest,apud quem ex vocatis sit feudum,sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis, non video cur non posset proximior agnatus talem restitutionem impedire.Propterea iudicio meo hæc quæstio potest ita diffiniri, vt dicamus, quòd in casibus,in quibus vasallus potest de feudo testari,in illis potest etiam de feudo facere fideicommissum. Quando autem possit testari, dixi suprà quæst.40.

QVAESTIO LXXXVI.

1 *Institutus in re certa,an succedat in feudo?*

1 QVæro, vasallus habens plures filios, instituit vnum ex eis in re certa,nunquid iste filius institutus in re certa, succedat æqualiter cum aliis vniuersaliter hæredibus institutis? Respon. q; sic. ita allegatur tenuisse Bart.in l. vt iurisiurandi.§.si liberi,nu.6.ff.de oper. libert.qui tamen loquitur in emphyteusi.& dicit Curt.Iu. de feud.in 2.parte,1. partis,tertiæ partis principalis, q. 5.quòd ita decidunt communiter Doctores, Dicit etiam Didacus lib.2.resolut.c.18.nu.5.quòd in hoc Doctores communiter consentiunt.Hæc quæstio iudicio meo pẽdet ab illa,an vasallus possit de feudo testari,de qua dixi suprà quæst.40.

QVÆSTIO LXXXVII.

1 *Finito feudo,an proximiores ipsius vasalli sint inuestiẽdi?*

1 QVæro, fuit concessum feudum Titio, vsque in quartam generationem.Modò finita est quarta generatio Titij,nunquid poterũt filij, vel proximiores agnati vasalli, vltimo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Respondeo q; sic, & si non fiat refirmatio,fit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat, quòd refirmatio fiat. & hæc est famosa doctrina Bart. in l. prima, §.permittitur.ff.de aqua quotid.& æstiua. & est communis opi.vt dicit Rui.cons.12.nu.18.& seq. lib.1. Curt. Iu.de feu.in 2.parte principali,in 1.partic. q. 15. Sed hoc nunquam vidi in feudis seruari in practica, & fortè durum esset obtinere, licet in emphyteusi aliquando viderim iudicari secundũ illam doctr. Bart. Vide quæ dixi suprà hoc eo.li.§.emphyteusis,q.43.

QVAESTIO LXXXVIII.

1 *Finito feudo,cui remanere debeant melioramenta?*
Et an sit in electione domini,pati, quòd ædificium tollatur vel soluere eius æstimationem?
2 *Et an eo casu æstimandus sit valor ædificij,vel ipsa materies tantum?*
3 *Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel domini?*
4 *Et quid de seruitutibus,quas vasallus precio acquisiuit ad beneficium rei feudalis?*
5 *Et an habens castrum in feudum sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionem,accrescat feudo?*

1 POne finita est inuestitura feudalis, vel per cursum tẽporis,vel per generationem finitã,vel aliter,absque tamen dolo,vel culpa ipsius vasalli,quæro,cui remanere debeant melioramenta facta super ipsa re feudali?Respondeo,si ipsa melioramenta sunt facta,industria ipsius vasalli, putà, quia domum fabricauit in re feudali,vel huiusmodi, eo casu talia melioramenta spectant ad ipsum vasallum & hanc conclusionem sequuntur omnes Doct. vt dicit Aluar.in c.1.§.si quis de manso, post nu.5. de controue.inuest. Erit tamen in electione domini vel soluere vasallo æstimationem ipsorum melioramentorum,vel pati,q; ædificium tollatur.de hoc est text.expressus in c.1.§.si vasallus. in titulo,hic finitur lex.

2 Sed quæro,nunquid erunt æstimanda melioramẽta iuxta valorem ædificij consistentis, an autem debeant æstimari rudera,& materies, quæ ex ipso ædificio diruto vendi possent? Respon.Bal.in d. §. si vasallus,nu.4.in simili q.tenet,q; debet æstimari valor ipsorum melioramentorum,non autem ædificij diruti,& subdit,quòd ita seruat cõsuetudo. idem etiã dicit Bald.in auth.excipitur,post nu.2. C. de bonis quæ libe. quem referunt Moder. in consuet. Paris. feud.§.1.gl.5.num.98.Reperio tamen Beroum.q.96. post num.4.vers.Si verò feudum.dicentem, q; magis communis opi.est, quòd æstimentur rudera, & ædificium dirutum. Sed dubito, quod in hoc ipse Berous verum non dicat.& ita Modern.Paris. in d. gl.5.nu.98.dicunt q; scribentes sequuntur Bald. cuius opin. iudicio meo, æquior est, Et illam ego sequerer in iudicando,si casus contingeret.

3 Item quæro, an incrementum contingens in re feudali sit ipsius feudatarij, an autẽ domini directi? Resp. distinguendum esse inter incrementum dis-

cretum,& incrementum latens,nam si sit incrementum discretum,puta,insula in flemine nata è regione fundi feudalis,hoc acquiritur domino directi. Si verò est incrementum latens,putà,id quod per alluuionem accedit fundo feudali, hoc pertinet ad vasallum.ita dicit gl.in d.§.si quis de manso , in verbo reseruauerit,quæ est communiter approbata, vt dicit Ruin.cons.7.num.12.in fi.lib.1. Hæc tamen resolutio mihi non multum satisfacit , quia cum proprietas feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino , nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ appareret propterea fortè æquius esset dicere , quòd omne incrementum accedens feudo , absque industria vasalli,respectu proprietatis acquiritur domino directi,respectu verò vtilis dominij acquiritur vasallo.Cogita.

4 Sed quid de seruitutibus,quas ipse vasallus precio acquisiuit in beneficium rei feudalis? Resp. ℭ seruitutes,& alia iura inseparabilia, accedunt feudo , & rem feudalem sequũtur,& consequenter finito feudo,vnà cum illo ad dominũ directũ pertinent , non autem ad hæredes vasalli, ad quos feudũ non transit.& in hoc omnes conueniunt,vt ait Berous in d.q. 96.nu.6.dicit Aluar.in d.§.si quis de manso,post nu. 5.ℭ hanc conclusionem sequũtur omnes Doctores.

5 Sed pone,Princeps habens castrũ sine iurisdictione,illud concesit Titio in feudũ , postea Titius acquisiuit iurisdictionem ab alio, nũquid ipsa iurisdictio accrescit feudo? Respon. ℭ non, sed finito feudo erit vasalli,vel eius hæredũ,ita dicit Bald. in c.1. §.contrario,num.4.de inuesti. de re alie.facta,& est communis opi.vt ait Ruin.cons.14. post princi. lib. 1.Est enim iurisdictio quid separatũ ab ipso castro, & qđ per se subsistere põt, ideò feudo nõ accrescit.

QVÆSTIO LXXXIX.

1 *Quæ actio competat pro feudo?*

1 QVæro,quæ actio cõpetat pro feudo?Resp.ℭ pro feudo datur cõdictio ex lege,vel ex consuetudine:& ad hoc allegatur Bar.in l.1.n.11.C.de iure emphy.qui tñ loquitur in emphyteusi.& ita cõmuniter teneri attestatur Ias.in l.iurisgentiũ.§. quinimò, nu. 17.ff.de pac.Tu dic,ℭ si vasallus fuit inducẽ in actuale possessionem feudi, cõpetit ei vtilis rei vendicatio,nedũ contra extraneũ , sed etiam contra ipsum dominum directũ , si verò illi tantùm facta est promissio de inuestiendo,tùnc si est vallata stipulatione,competit actio ex stipulatu,si autem nõ est vallata stipulatione , competit condictio ex moribus. & ista est communis opi.vt ait Curt.Iun.de feud.in 1.parte principali,q.10.

QVAESTIO XC.

1 *Quis sit iudex competens in causis feudalibus,inter dominum,& vasallum?*
2 *Et quomodo eligantur pares curiæ?*
3 *Et an pares curiæ cogi possint ad iudicandum?*
4 *Et an pares curiæ cognoscant inter dominum laicum , & vasallum clericum?*
5 *Et quis sit iudex inter ipsos vasallos super feudo litigãtes?*
6 *Et an iurisdictio domini inter vasallos sit ordinaria , vel delegata?*
7 *Et quid si alter eorum neget se esse vasallum?*
8 *Et quid si dominus sit laicus,& vasalli sint clerici?*
9 *Et quid si inter ipsos agatur tantummodo de possessione ipsius feudi?*
10 *Et an vasalli litigãtes sup feudo,possint prorogare iurisdictionẽ alterius,vt sit iudex inter ipsos sine licẽtia domini?*
11 *Et quis cognoscat in causa appellationis interpositæ à sententia inter ipsos lata per dominum?*

1 QVæro,quis sit iudex competens in causis feudalib.Resp.ℭ si est controuersia super feudo inter dominum & vasallũ , eo casu eliguntur pares curiæ,qui in causa ipsa iudicant.tex.est in c. 1.§.præterea si inter,de prohi.feud.alie.per Frider.

2 Sed quomodo eligentur isti pares curiæ ? Resp. ℭ primò dominus eliget vnum,vel plures,quot voluerit,& deinde vasallus eliget totidem iuxta numerũ à domino comprobatũ.Ita dicit gl.in d.§. præterea si inter,in verbo,Pares curiæ, & Bal.in c.1. in primis verbis,de controuers. feud. apud par.termin. Et ita volunt communiter Doctores , vt dicit Iacob. de feud.in verbo,Et dicti vasalli,post nu.10.vers.Quæro etiam.

3 Sed an isti pares curiæ poterunt cogi ad iudicandum? Resp.ℭ sic,& ita volunt omnes Doctores, vt ait Iacob.in verbo,Et dicti vasalli,nu.14.

4 Sed quid si dominus sit laicus,& vasallus sit clericus,nunquid pares curiæ poterunt cognoscere, an ipse clericus sit priuandus feudo occasione feloniæ vel delicti?Resp.ℭ sic,ita tenet Inno.in c.verũ,de foro compe.quem sequũtur communiter scribentes, vt dicit Alex.cons.79.circa prin.li.1.Ripa in c.decernimus. post nu.21.ver.Intellige,de iudiciis.Nam respectu feudi, vt ȷ.dicam, clericus & Ecclesia , laicis subiiciuntur.

5 Si verò sit quæstio inter ipsos vasallos super feudo,tunc aut isti vasalli sunt Duces,Comites,aut Barones & sic immediatè subiecti Imperatori,& solus Imperator inter eos iudicat,tex.est in c.1. apud quẽ vel quos controuer.feu.&c.Et dicit Cur.Iun. de feu. in 7.parte,in 1.reg. ℭ omnes Feudistæ ita determinant:Aut verò est contentio inter vasallos inferiores,& si quidem controuersia non est super ipso feudo,vel re feudali,dominus nõ est iudex inter ipsos. ita dicunt communiter Can. vt ait Cur. Iun. in d.7. parte,in 2.reg.vers.Septimò fallit.Si verò sit contẽtio super feudo,tũc dominus directus est iudex cõpetẽs inter ipsos.tex.est in d.c.1.§. præterea si inter.

6 Sed nunquid hoc casu iurisdictio ipsius domini inter vasallos dicitur ordinaria , vel delegata Resp. ℭ respectu causæ concernentis ipsam rem feudalem, dominus habet inter vasallos iurisdictionem ordinariam.& ista est communis opi. vt dicit Curt. Iun. in d.7.parte in 2.reg.q.8.Cùm enim talis iurisdictio sit à lege collata,meritò dici debet ordinaria.

7 Sed pone,ℭ contra dominum volentem inter vasallos de feudo cognoscere , vnus ex ipsis opponat declinatoriam, puta , quia conuentus neget se esse vasallum,nunquid ipse dominus poterit cognoscere,an sua sit iurisdictio ? Resp. ℭ non, sed super hoc cognoscet iudex ordinarius, qui deinde,comperto, ℭ iste cõuentus sit vasallus,remittet causam ipsi domino decidendam.ita tenet gl.in c.1.in glo.fi.de inuest.in mari.facta,& est communis opi.vt dicit Cur. Iun.in d.7.par.in 2.reg.q.7.quæ tamen in puncto iuris non transit sine difficultate.Et videmus,ℭ de iure communi,Iudex coram quo opponitur declinatoria,semper cognoscit an iurisdictio sit sua, vel ne: tamen propter authoritatem gl.& Doctorũ,difficilè esset in practica obtinere contrarium , maximè, quia reuera maius est interesse domini,qui cognoscere & iudicare debet , an aliquis sit suus vasallus, quàm iudicis ordinarij,qui non tractat nisi de commodo sportularum.Quidquid sit,vbi iste excipiens esset in quasi possessione vassallagij,omninò inclinarem in sententiam,ℭ dominus ipse cognoscet,vel saltem pares curiæ,non autem Iudex ordinarius.

8 Et

8 Et hæc quidem conclusio,ℭ scilicet inter vasallos de feudo litigantes dominus sit Iudex ordinarius, de plano procedit,quãdo vasalli sunt laici.Sed quid si vasalli sint clerici,& dominus sit laicus? Respõ. ℭ adhuc ipse dominus est eorum iudex ordinarius. & ista est communis opin. vt dicit Marian.in c. ex transmissa.in 5.limitat.de foro compe. Fel. in c.verum,post nume.3.vers.tenent Modern.de foro compet.Curt.Iun.in d.secunda regula,in secunda quæst. Iacob.de feu.in verbo,Et dicti vasalli,num.3.Nam, vt dixi,ratione feudi,ecclesia & clerici domino laico subiiciuntur, prout etiam esse communem opi. attestatur Deci. in c. cæterum,nu.20. de iud.Et ita de cõsuetudine seruatur,quòd iudex laicus cognoscit de re feudali inter clericos,prout de ipsa consuetudine attestatur Archidi.in c.vnico, de cler.coniug.in sexto.Et ita seruat parlamentum Delphinale,vt refert Guido Papæ , decis.139.nu.1.in fin.Bene verum est,ℭ hæc opi.aliquando non placuit Doctoribus.Canonistis,quorum multi tenuerunt,quòd clerici non mutant forum in causa feudali.& ita hanc esse communem opi.Doctorum Canonista. attestatur Guido Papæ in allegata decis.139.in primis verbis,sed hodiè alia opi.est magis communis Legistarum,& Canonist.& ideo sequenda,saluo semper iudicio sãctæ Romanæ ecclesiæ.& ita seruat Senatus.

9 Quæ quidem opin.modicam habet difficultatem, quando inter istos vasallos clericos agitur de proprietate ipsius feudi,& sic de ipso feudo. Sed quid si agatur possessorio,& sic solùm de possessione ipsius feudi?Respõ. gl.in d.c.cæterum,in verbo,Quandiu parati,de iudi.tenuit,quòd eo casu iudiciũ ipsẽt ad iudicem ordinarium ecclesiasticum,sed tamen illa gl.in hoc communiter reprobatur,vt dicit Bald,in eo.c.cæterum. quem refert Iacob.in verbo, Et dicti vasalli,post nu. 5.& ideò tenenda est contraria opin.quòd scilicet vtroque casu cognitio spectet ad dominum directi , quam dicit esse communem Aret.in d.c.cæterum , col.4.& post eum Deci. ibi post nume.66.vers.An autem si agatur.Cur.Iun. in d.2.regula,in 6.q.Regulariter enim ille debet esse iudex in causa possessionis,qui est iudex competens in causa proprietatis.

10 Sed quæro,nunquid poterunt vasalli de feudo litigantes,prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine licentia ipsius domini? Resp. quòd non.ita tenet Bart. in l.1. num.2.ff.de iudic.& est communis opin.vt dicit Alex.in l.1.§.& post operis,nu.21.ff.de no.oper.nuncia.Iac.in verbo,& dicti vasalli, nu.32. Curt.Iun.in d.2.regula,in 5.q.Sapia in d.l.1.num.23. ff.de iudic.Maranta in suo Speculo,in 4.par.principali,in 12,diuis.nume.19.Ex quo enim talis iurisdictio domino est à lege specialiter tributa , non potest consensus partium contra priuilegium à iure concessum quicquam operari , vt in simili dicitur de clericis,qui non possunt,etiam si velint,consentire in Iudicem laicum in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ.Hoc tamen intellige,vt procedat,quãdo causa est super re feudali:sed si esset super alia re tunc bene possent vasalli prorogare iurisdictionem alterius domini,non modò si essent simpliciter subditi ipsi domino ratione iurisdictionis & subiectionis,sed etiam si tenerent ab eo feudum,ita allegatur tenere Bart.in d. §.& post operis, nume.8.& in d.l.1.nu.4.ff.de iud.quod dictum Bar.omnes sequũtur,vt dicit Capic.decis.9.nu.11.

11 Succesiuè quæro , si dominus iudicauit in causa feudali inter suos vasallos vertente,à quo sit appellatum ad proximiorem dominum , qui sit superior illius feudi , & si deinde etiam à proximiore domino , qui sit superior illius feudi , contingat appellari, erit appellandum ad dominum magis superiorem.ita sentit Ioan.Ray.in rep. c.Imperialem. §. præterea si inter. de prohib. feu. alie. per Frid.& est communis conclusio Doctorum,vt dicit Curt.Iun.in d.7.parte,in 2.regula,q.11.

QVÆSTIO XCI.

1 *Tempora appellationum statuta à iure communi,an sint etiam seruanda in causis feudalibus?*

1 QVæro , an tempora appellationũ statuta à iure communi,sint etiam seruãda in causis feudalibus? Respond. ℭ sic.Et est communis conclusio Doctorũ,vt dicit Curt.Iun.de feud. in 7. parte, in 2.reg. q. 13. Vbi enim non reperitur aliquid specialiter in feudis constitutum,semper seruandum est ius commune.

SERE-

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PHILIPPO AVSTRIO, REGI HISPAN. NEAP. SICIL. SARDIN. BALEAR. NOVI ORBIS, &c. DVCI MEDIOLANI, &c. Comiti Flandriæ, Burgundiæ, &c. Domino suo,

IVLIVS CLARVS S. D.

SOLENT, qui veteri more, atq; instituto, libros quos edũt, aliis nuncupãt, duobus præcipuè niti, quorũ alterum in Operis ipsius ratione versatur: alterum ad laudes eius pertinet, cui liber est inscriptus. Ego verò de Opere ipso pauca præfatus, eam partem, quæ ad laudationem tuam spectat, tacitus præterire constitui: ne, quod homini eloquentissimo longa oratione, imò verò iusto volumine exequi difficilè esset, id ego breui hac epistola concludere voluisse videar. Quis enim est, PHILIPPE Rex Regum maximè, qui de te verba facturus, commemorare vniuersa, nedum singula persequi oratione facilè posit? Primùm si generis claritatem, nobilitatémque maiorum tuorum is sibi laudandam proponat, tot me Herculè illi occurrent Reges, tot Imperatores, vt nuda eorũ nomina, nedum egregia facta, recensere vix longo queat temporis interuallo. Vnus pater tuus, CAROLVS MAXIMVS, qui (vt cæteros omnes præteream) & rerum gestarum magnitudine, & virtutum gloria non modo eorum, qui hoc sæculo fuerunt, Imperatorum, sed etiam omnem antiquitatis memoriam superauit doctissimum quenque, ac facundissimum à dicendo deterrebit. Deinde si amplitudinem Imperij tui describere aggressus fuerit, non minor erit labor, tot regna, tot vrbes, vel potius tot orbes, qui nutu, ac ditione tua gubernantur, dinumerare: Hispaniam, parentem virorum fortium, altricem equorum generosorum, eandem magnitudine pastionis, & excellentia rerum, quæ exportantur, nulli secundam. Neapolitanum regnum optimum, ac fertile bonis omnibus affluens: Siciliam vbertate agrorum, ac varietate fructuum fœcundam: Mediolanensem prouinciam, florem Italiæ: orbis delicias: Flandriam, adiacentésque regiones? insignium oppidorum multitudine, artificio, & mercatura nobiles: Indiam illam, quæ trans Oceanum est, auri, & argenti feracissimam: in qua tot planè Reges tuo parent imperio, quot hactenus victricia tua signa conspexerunt. Prætereo, quas in Africa vrbes, quæ oppida possides, mitto portus, insulas, littora, maria. Ad hæc, si idem ad enarranda corporis bona, quibus aliis omnibus excellis, orationem tuam conuerterit, quanto, quæso, tẽpore explicabit, quæ sit formæ dignitas, quæ oris pulchritudo, quæ compositio membrorum, quæ coloris suauitas? Præterea, si ad animi virtutes recensendas accesserit, an non pondere rerum pressus, neque initium, neque finem dicendi inueniet? Quis enim antiquorum Regum te liberalitate superauit? quis fortitudine æquauit, quis res magnas, & excelsas maiore animi amplitudine, aut splendore administrauit? quis iustius Remp. rexit? quis religionẽ, quis pietatem sanctius coluit? quis hostibus clementius pepercit? ad quem vnquam non modo Regem, sed Magistratum, quàm ad te, faciliores aditus priuatorum fuerunt? cuius vnquam tanta fuit in dicendo grauitas? tanta in oratione maiestas? Postremò, si res bello, pacéque fortiter, ac feliciter gestas, exornandas susceperit, quem sibi terminum laudandi constituet? dicturus, quas leges condideris, quos magistratus constitueris, quot bella confeceris, quas hostiũ copias pugnando deleueris, quot oppida expugnaris, quas victis leges dederis, quot socios & amicos præsenti ope, classibus & exercitibus ex hostium faucibus eripueris, quot vi atque armis in paternam ditionem restitueris, quot populos iisdem armis ab hæreticorum impia labe ad veram religionem reuocaueris. Sed aliter, atque initio instituì, facio, qui in tuarum laudum patentissimum campum à me summa ratione præteritum, planè imprudens, atque consilij mei immemor, ingredior: adeò me virtutum tuarũ amor, atque admiratio tenet, vt nihil mihi vnquam dulcius sit aut suauius, quàm de te loqui, aut scribere. Contrà verò id, de quo dicere institueram, mihi hoc loco omittendum esse video: nempe vt de toto opere Sententiarum receptarum, déque hac ipsa Operis parte, quæ nunc tuis auspiciis prodit in lucem, consilij mei ratione tibi exponerem. Vereor enim ne longiore, quam par sit, epistola tibi sim molestus inter maximas istas tuas occupationes, quibus implicatus, vt Atlas humeris cœlum, ita orbẽ ipse Christianum religione ac virtute tua sustines. Quare multò satius fuerit ea, quæ hac de re tibi dicenda erant, ocioso Lectori enarrare: interea tamen Deum precabor, vt te, Rex omnium Regum maxime, victoriis ac triumphis ornet, nobisq; & vniuersæ Reipublicæ diu seruet incolumem. Vale.

IVLIVS CLARVS LECTORI, S. D.

LEXISTIMAVI aliquando, amice Lector, posse me, & promisso meo, & expectationi tuæ satisfacere: hoc est, totos, atque integros septem hosce Sententiarum libros edere, in lucémque proferre: quod quidem ego, dum eorum fragmenta quædam publicarem, pollicitus eram me breui præstaturum: sed, quoniam plerunque fit, vt, quæ magis optamus, ea difficilius consequamur: quotidiè aliud ex alio impedimentum non modò moram attulit properanti, sed penè spem etiam omnem eripuit mihi rei conficiendæ. Primum quidem, Opere toto iam ita dispositio, vt nihil ei deesse videretur, nisi vt locorum numeros percurrens, extremã illi manũ adderẽ: in Mediolanẽsem Senatũ PHILIPPI Regis iussu cooptatus, in maximis illis, molestissimisque negociis hæc studia intermittere sum coactus, totúmque me ad Remp. transferre. Tertiò tandem anno post, quàm Senator fueram creatus, cùm opus ipsum senescere, nouósque quotidiè eiusdem argumenti libros, à doctissimis viris conscriptos, in lucem prodire viderem: mihi amplius cunctandum non esse ratus, statui aliquid mihi de somno detrahere: &, quod interdiu per assiduas occupationes non licebat, nocturnis horis consequi. Ita factum est, vt intra paucos menses particulam quandam absoluerem, quæ ad feudalem materiam pertinet. hac cùm in manus studiosorum peruenisset, non omninò displicuisse visa est. Hortantibus igitur amicis, præcipuè verò Atrebatensi Episcopo, viro amplissimo: quem ob egregias virtutes, singularémque in rebus agendis prudentiam, Pius eius nominis IIII. Pont. Max. summa cum totius Christianæ Reip. lætitia in amplissimum Cardinalitũ collegium cooptauit: eo inquam, non modo auctore, sed prope impulsore, paulò post alias quasdam particulas, de Testamentis, de Donationibus, de iure emphyteutico publicandas curaui. Sumpsi deinde in manus quintam totius operis partem: in qua de variis, ac diuersis criminibus, eorúmque pœnis agitur, prætereáque explicatur, quemadmodum puniendorum maleficiorum iudicia exercenda sint: quã vt emendare cœpi, idem PHILIPPVS Rex me ex Senatore, Præsidem Quæstorum extraordinarium, Præfectum annonæ, ac Curatorem aquarum publicarum constituit: quarum rerum procuratio adeò me implicatum, constrictúmque tenebat, vt vix quidquam otij supereſſet ad aliquid aliud agendum. Quicquid tamen dabatur temporis, id omne in his studiis consumebam. Erat autem iam in eo statu Quintus liber hic, vt propediem edi posse videretur: cum ecce, dum quasdam Neotericorum criminales tractatus, quas Practicas appellant, legendos mihi propono, repente affertur nuncius, me iussu PHILIPPI Regis in Hispaniam acciri, atque in supremum Italicarum rerum consilium cooptari. Tum verò abieci prope spem omnem Operis absoluendi. Videbam enim, non modo multos annos me patria abesse oportere: sed etiam eam esse huius Magistratus conditionem, vt à Regis curia nunquam discedere liceat: sed quocunque ipse eat, illò eundum sit. In hoc autem vitæ genere, quod à perpetua quadam peregrinatione non ita multũ differre mihi videtur, quis est qui credat aliquẽ studiis vacare posse? & præsertim Iuris ciuilis: quæ non nisi summa animi corporisque quiete, nec sine magna librorum copia tractari posse ignorat nemo: quorum librorum, vt mihi erat satis lauta supellex ita ad eam circunferendam neque paruo labore, neque exiguo sumptu opus fuisset. Hunc tamen Quintum librum, iam penè, vt dixi, absolutum, vt seponerem, nulla me potuit difficultas adducere: sed mecum in Hispaniam delatum, non ita quidem, vt cœperam, diligenter, sed vtcunque potui, emendaui: permisique vt in manus studiosorum exiret. reliquos sex libros, cùm me aliquando corrigere posse planè desperem, in arcam coniectos, perpetuo carceri mancipaui: nihil iam est, quòd eos à me quisquam efflagitet, qui (quod nonnulli aiunt) tanquam ex pollicitatione coram iudice mecum agat, vt eos in lucem proferam. Mihi plus, quàm aliis, dolendum est: cui sine fructu perit tot vigiliis, ac laboribus institutum, ac congestum opus. Alij in tãta voluminum multitudine, ac copia, paruam iacturam faciunt paucorum librorum, neq; adeò præclarorum, vt qui illos non legat, dãni aliquid facere videatur, præsertim cum paucis abhinc annis eodem argumento Communes Doctorum sententias in vnum volumen redegerint viri doctissimi, quos ego semper honoris causa nomino, Villalobos, Turzanius, Vinius, Ioannes Baptista Hispanus, & fortassè aliquot etiam alij, quorum commentarij hactenus in manus meas non peruenerunt: horum lectione desiderium suũ explere facilè poterunt studiosi, & quos ex meis scriptis fructus sperabant, ex illis vberiores, & præstantiores percipere. Ego verò humanissime Lector, tametsi culpa omninò carere non videtur, qui id pollicetur, quod præstare non potest, non tamen mihi opus esse arbitror, à te veniam petere, aut mihi vt ignoscas, postulare: non enim mea ignauia cessatum est. Qui autem, quantum in se erat, fecit, omni se prorsus crimine liberauit. Regis voluntati parendum fuit, relinquenda non modo studia, sed etiam carendum Italia, patria, domo, vxore, atque liberis, peragranda Hispania, Gallia Flandria: quid facerem? Huius ego rei, in qua nullum erratum meum agnosco si à te impunitatem mihi dari postulem: vtique videbor alienam culpã deprecari. Tu verò hãc quantulacunque est, Operis partem læta fronte accipe, bonique consule, inhumaniter certè facit, qui, quòd minus accipit, quàm vellet, amico id, quod potest, danti, gratiam non habet. Ego quidem eo animo ad scribendum accessi, vt studiosis prodessem potius, quàm vt scribendo laudem illustrarem meam: si susceptus labor Reipub. non inutilis est futurus, satis præclarè mecum actum puto. Habes igitur, amice Lector, hoc in libro criminalium rerum materiam hoc ordine dispositam. Primo libri paragrapho præmittuntur nonnulla, quæ ad terminorum (ita nostro vocabulo appellamus) intelligentiam pertinent. Subsequuntur breues de insignioribus aliquot delictis tractatus, singulis paragraphis alphabetico ordine collocati. Postremo loco posita est Practica criminalis, in qua de criminalium iudiciorum forma disseruimus. Vale, neque quidquam amplius de hisce libris expecta, sed, si quid fortè aliquando prodierit, id in lucro deputa. Iterum vale.

IVLI

Universidad de Sevilla
Biblioteca

DISPOSITIO TOTIVS OPERIS

TOTVM Opus Sententiarum Receptarum in septem libros à nobis diuisum est.

Eorum primus est de Legibus,ac Constitutionibus:in quo tùm præmissis iis,quæ generaliter ad Leges ac Statuta condenda,siue interpretanda pertinent, singulis statutis diuersas quæstiones applicauimus,tùm nonnulla non spernenda de consuetudine subiecimus.

Secundus liber est de iure personarum,in quo non solum de ipso statu hominũ, sed etiam de singulorum officiis ac dignitatibus,tractatur.

Tertius Successionum,& vltimarum voluntatum materiam,complectitur, cuius particula est §.Testamentum,iam pridem in lucem editus.

Quartus verò Contractus omnes explicat:ex quo excerpti sunt tractatus de Feudis, de Donationibus,de iure Emphyteutico,quos iam ante aliquot annos publicauimus.

Quintus Maleficia continet:in quorum calce,de criminum ipsorum Processibus conficiendis,ac delinquentium pœnis, satis accuratè differuimus:quem librum integrum,atque absolutum typis excludendum, nunc primùm curauimus.

Sextus liber is est,quo tota Ciuilium Iudiciorum tela continetur.

Septimus verò ac postremus,non libri tantùm,sed indicis etiam loco esse potest, in quem congessimus quicquid superiorum librorum materiæ haud satis conuenire videbatur:suis quoque locis inseruimus alphabetico ordine capita rerum,quæ præcedentibus libris tractatæ sunt,ita, vt quiuis vel imperitus, statim quæres,quo operis loco,quo scilicet libro,paragrapho,quæstione,versiculo posita sit,facillimè reperire possit.

PARAGRAPHI QVI QVINTO LIBRO CONTINENTVR.

§.PRIMVS,in quo generalia quædam,ad delictorum materiam pertinentia,præmittuntur.
§.Adulterium.
§.Assassinium.
§.Blasphemia.
§.Falsum.
§.Fornicatio.
§.Furtum. — f. 162
§.Hæresis.
§.Homicidium.
§.Incœstus.
§.Iniuria. folio 183
§.Læsæ Maiestatis.
§.Ludus.
§.Parricidium.
§.Periurium.
§.Raptus.
§.Sacrilegium.
§.Simonia.
§.Sodomia.
§.Stuprum.
§.Vsura.
§.Finalis,quo tota criminalium Processuum Practica diligenter explicatur.

IVLII

IVLII CLARI PATRITII
ALEXANDRINI IVRISCONSVLTI
CLARISSIMI, ET SERENISSIMI PHILIPPI HISPANIARVM REGIS SVPREMI CONSILIARII AC regentis dignis.

LIBER QVINTVS RECEPTARVM Sententiarum integer.

In quo omnium criminum materia sub receptis Sententiis copiosissimè tractatur,ita vt nil vlterius desiderari possit,quod,cùm ad Reorum persecutionem,tùm ad ipsorum defensionem, faciat.

§. PRIMVS.

1 *Delicta publica quæ dicantur?*
2 *Et an delicta commissa in offensam Dei,dicantur publica?*
3 *Et an commissa in offensam principis?*
4 *Et an accusator cuiuslibet falsi instrumenti,dicatur publici iudicij?*
5 *Priuata delicta quæ dicantur?*
6 *Et an de iure canonico sit aliquot delictum priuatum?*
7 *Delicta quæ sint merè Ecclesiastica,merè secularia,& quæ communia?*
8 *Delicta quæ sint nominata, & quæ innominata?*
9 *Delicta quæ sint leuia,quæ grauia,& quæ atrocissima? Iudex in atrocioribus potest iura transgredi.*
10 *Delictum,quod committitur faciendo grauius est,quàm illud,quod committitur omittendo.*
11 *Delictum,quod committitur verbo,an dicatur propriè maleficium?*
12 *Bannitus ex contumacia an dicatur bănitus ex maleficio?*
13 *Contumacia habens annexum contemptum iudicis dicitur delictum,& potest criminaliter puniri.*

1 SVperiore libro dictum est de Contractibus,sequitur nunc vt de maleficiis videamus.Pro intelligẽtia aũt terminorũ præmittẽdũ est,delictorũ quædã esse publica,quædã aũt priuata. Publica sunt, quorũ accusatio vel persecutio permissa est cuilibet de populo. & potest poni exemplum in crimine læsæ Maiestatis. Adulterij, Homicidij, Parricidij, Peculatus, Falsi testamenti, Vis publicæ,vel priuatæ ambitus, Repetundarum,Annonæ,quæ omnia pro publicis delictis connumerãtur in l.1.ff.de publ. iud. Et hæc est communis opi.Doctorũ,vt attestatur Ant. Gomez. ca.1.delictorum,post nu.1.

2 Item omne delictum, quod principaliter fit in offensam Dei,dicitur publicum,& quilibet de populo põt accusare.Ita colligitur ex tex.in l.Manichæos C.de hæret.& tenent communiter Doctores, teste Ant.Gomez.in d.c.1.nu.1.Illud enim quod fit in offensam Dei,ad omnium offensam pertinere videtur cum ipse omnium sit pater,& dominus.Et potest poni exemplum in blasphemia, deturbatione Ecclesiarum,vel imaginum,& similibus.

3 Præterea etiam omne delictum cõmissum in offensam Principis,dicitur publicum, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anto. Gomez. in loco præallegat.nume.4.Est enim & ipse princeps à Deo positus vti pater & dominus subditorum, meritò eius offensa etiam ad omnes eius subditos pertinet.

4 Sed nunquid accusatio falsi alterius instrumenti quã testamenti,dicenda est,publici iudicij? Respon. Aliqui dixerunt quòd non, ex quo in d.l. j. specialiter nominatur lex Cornelia de testa. Contrariam tamen sententiam,quòd scilicet de quocunque instrumẽto falso fiat accusatio,dicatur publicum iudiciũ, tenuit Azo.Et hanc partem tenent gl. & Doctores, vt attestatur Bart.in d.l.1.nu.2. Et ita communiter teneri,attestatur Aret.in §.Item lex Cornelia,ante nu.1.Instit.de publ.iud. Hanc etiam dicit esse communẽ opi.Rubeus cons.12. nu.7. quem refert Pract. Conradi,fol.401.nu.36.

5 Priuata autem delicta sunt ea,quorum accusatio, vel persecutio regulariter non permittitur, nisi parti læsæ,prout est furtum,damnum,iniuria, arborum furtim cæsarum,bonorum raptorum,& huiusmodi, ita tenent communiter DD.teste Ant.Gomez.in d.c.1.nu.9.vbi etiam nu. 6. allegat satis elegantem rationem,cur in delictis priuatis quilibet ad accusandum non admittatur.Et scias,quòd hæc differentia est maximi effectus in multis,nam regulariter condemnatus de crimine publico efficitur infamis, nõ autem cõdemnatus de crimine priuato,vt dicit tex. in l.infamem.ff.de pub.iud. præterquam in nonnullis casibus,vt ibi.Et dixi infrà hoc eo.lib. §.fin. q.72. vers.Damnatus.Item in crimine priuato non admittitur ad accusandum,nisi ille cuius interest,vt statim dixi,quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi j. hoc eod.lib.§.fi.q.17.vers.Sed quid si pro aliquo.

6 Hæc tamen omnia procedunt de iure ciuili, sed de iure canonico secus est:nam secundum ius canonicum,omnia crimina sunt publica,vt tenet gl.in c.infames, in verbo Fures.6. quæst.1. Et ita dicunt Canonistæ, vt ait Bald. in rub. C. qui accus. non poss. num.10.in fi.Et dicit Host. quem refert Anan. in c. statuimus,post nu.19.de maledic.quòd ita communiter dicitur.Et ex hoc infert Pract. Millei, fol.147. nu.32.q͞p hodiè titulus de priuatis delictis non est in vsu.Et secundum hoc pro quolibet crimine priuato posset procedi etiam ex officio,& sic per inquisitionem saltem ad imponendam pœnam extraordinariam,vt dixi in loco præalle.Sed certè hæc materia delictorum adeò est immutata à statutis & consuetudinibus locorum,vt hodiè vix distinguantur publica crimina à priuatis.Nã in regno Neapo. non admittitur aliquis ad accusandum, nisi suã vel suorum iniuriam prosequatur, vt dicit Maranta in suo spec.fol.43.nu.48.Et sic videtur q͞p ibi omnia crimina dici possint priuata.Econuerso in regno Franciæ nemo potest criminaliter accusare,etiamsi prosequatur suam, vel suorum iniuriam, vt dixi infrà hoc eod.lib.§.fi.q.3.vers.Sed certè. Et sic ibi nullum

crimen est publicum, neq; priuatum quò ad accusandum, propterea in hac confusione tutius est adhærere statuto vel consuetudini, quæ viget in eo loco, in quo delictū est commissum, & secundum illam declarare, quæ dicāt priuata, & quæ publica delicta.

7 Præmittendum est etiam, delictorum esse aliqua merè ecclesiastica, aliqua merè secularia, & aliqua communia. Merè ecclesiastica sunt illa, quorum cognitio reseruata est tantummodo iudicibus ecclesiasticis, etiamsi commissa sint per laicos, vt est crimen hæresis, & simoniæ, vt dixi infrà hoc eodem libro, §. Hæresis, versic. Hoc crimen, & §. Simonia, versiculo Hoc crimen. Merè secularia sunt ea, de quibus si à laicis committantur, soli iudices seculares cognoscunt, vt est homicidium, furtum, & huiusmodi.

Communia autem sunt ea, de quibus, si à laicis committantur, vterque Iudex cognoscere potest, scilicet ecclesiasticus, & secularis, prout est Adulterium, Concubinatus, & Sodomia, &c. de quibus dixi infrà hoc eod. lib. §. fin. q. 37. per totum.

8 Habes etiam quod quædam sunt delicta nominata, & quædam innominata. Delicta nominata sunt quæ à lege habēt particulare nomē iuris, vt est Furtum, Adulterium, & huiusmodi. nam ex contractatione rei alienæ, lex inducit delictum, quod appellauit furtum: ex concubitu vxoris alicuius cum alio viro, facit oriri delictum, quod vocauit Adulterium. Delicta verò innominata sunt, quæ non habent speciale nomen iuris, sed tantummodò facti, vt est verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia. quæ quidem fieri quandoque possunt sine maleficio, quandoque verò fiunt cum crimine. & ideò dicuntur delicta innominata. Sed ea quæ sunt nominata, non possunt fieri sine maleficio. semper enim furtum adulteriū, raptus, &c. sunt maleficia. Et hæc est distinctio Bar. in l. nunquam plura, nu. 4. ff. de priuatis delictis, quam cōmuniter Doctores approbāt vt dicit Blanc. in pract. crimin. fol. 52. nu. 111. Effectum autem huius differentiæ, vide apud Bart. ibi.

9 Sunt etiam delictorum quædam leuia, quædam verò grauia seu atrocia, & quædam atrocissima. In hoc autem non traditur à Doctoribus certa regula sed aliqui dicunt standum esse arbitrio iudicis. Et hanc dicit esse communem opin. Alcia. in ca. cum non ab homine, post nu. 28. de iudic. prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera D. nume. 56. Alij verò dicunt, quòd ex qualitate pœnæ, quæ pro delicto imponitur, cognoscitur qualitas, & quantitas delicti. Et ideò tanto grauius delictum iudicari debet, quanto grauior pœna pro eo imposita reperitur. Et hæc fuit opi. Bart. in l. leuia, circa prin. ff. de accusa. Et hanc dicit esse communem & regularem theoricam Socin. conf. 157. nume. 5. lib. 2. Circa quod tamen vltra illud elegans cōsilium Soci. videndum est etiam conf. Barb. 48. lib. 2. & Dec. conf. 65. Superioribus diebus Senatus noster interrogatus à serenissimo Rege, quæ viderentur delicta atrocia. Respōdit sibi videri atrocia hæc quæ sequuntur: Rebellionis, Læsæ maiestatis, Homicidij ex proposito commissi, Falsificationis monetæ, Tertij homicidij, scilicet commissi ab eo, qui alia duo homicidia prius commisisset, etiamsi pro eis condemnatus non fuisset. Vulneris illati proditoriè cum sclopo rotato, etiam si mors non sequatur. Tertiæ tonsationis seu diminutionis monetarum: Raptus virginis honestis parentibus ortæ etiamsi copula non sequatur. Vsus venereus cum sacra virgine in habitu intra monasterium degēte, Sodomia, Famosorū latronū in viis grassatio, & Falsificatio sigilli Principis, aut Senatus. Et hæc opinio Senatus, placuit Regi nostro, & ideò in hac prouincia seruāda esset pro lege. Ego autē dico, q̄ omnia delicta, pro quibus à lege, vel statuto imponitur simpliciter pœna mortis naturalis, vel ciuilis, scilicet triremiū perpetuò, & talis pœna est in vsu, vt à iudicib. imponatur, & exequatur, dicūtur grauia & atrocia. Atrociora autem siue atrocissima dicuntur, pro quibus lex vel statutum imponit pœnā grauiorē, quā simplicis mortis in ipso genere mortis, puta, quia vult pro talibus delictis reos in sui culeo, vel igne cōburi, vel in frusta scindi, vel rotæ inseri, vt trahi ad caudam equi, vel huiusmodi, vt in crimine hæresis, parricidij, assassinij, latrocinij ad viā publicā, sodomię, incēdiarij, falsæ monetæ, &c. Vel q̄n addit alias qualitates vltra pœnā mortis, vt quādo extendit pœnā etiā in filios, vt in crimine læsæ Maiest. Vel cōcedit aliqua specialia aduersus delinquentes, vt in crimine raptus virginū, & mulierū honestarum. Vtilitas aūt huius differētiæ pōt esse maxima: nā plerūq; statuta cōcedunt Iudicibus latiores habenas in atrociorib. Quinimò etiā secundum ius cōmune dici solet, q̄ plerunq; propter enormitatē delicti licitum est iura transgredi prout ab omnibus allegatur tenere Inn. quāuis id expresse non dicat in c. 1. de cōsti. quē sequuntur oēs Legistæ & Can. vt dicit Marsi. in l. 1. in princip. num. 59. ff. ad leg. Cor. de sicar. & conf. 52. nu. 16. & in l. 1. in prin. numer. 23. ff. de quæst. propter quod dictum Inno. fuit tempore Bal. suspectus quidā qui iuxta Papā dū ingrederetur Perusiū, alium interfecerat, fuit enim statim suspensus cōtra formam, statuti, vt recenset. Paris. Put. de synd. fol. 288. nu. 19. Illud autem dictum Innoc. aliqui intelligūt, vt procedat in puniendo, nō autem in procedendo. In quam sententiā inclinasse Curiam Neap. refert Grammat. voto 34. circa fin. Sed certè apud nos contrariū seruatur. Nam in enormibus, & atrocib. criminibus permittitur Iudicibus iura transgredi etiam in procedendo, quia scilicet deuenitur ad torturam, etiāsi indicia non sint in totū sufficientia, neq; probata per testes omni exceptione maiores, &c. vt de iure videtur regulariter requiri, & plerūque etiam non edita copia processus informatiui.

10 Est etiam communis regula, quòd semper grauius reputatur delictū, quod committitur faciendo, quam illud, quod committitur omittēdo. Ita colligi videtur ex gl. in l. si mora, in verbo, ne facto, ff. sol. matri. quam dicit communiter approbatā Alber. in l. præscriptione, col. 2. vers. Item ex prædictis, C. si contra ius vel vtil. publ. Iaſ. in d. l. præscript. num. 9. quem refert Illustris vir, & consiliarius Regius Do. Antonius de Padilla in l. transigere, post num. 107. C. de transact.

11 Sed quæro, nunquid maleficiū dicatur etiam illud delictum, quod committitur verbo, prout est blasphemia, iniuria verbalis, & huiusmodi? Resp. Bart. in l. aut facta: in princ. nu. 1. ff. de pœnis. tenuit, quòd non, ex quo maleficiū dicitur à malè faciendo, & ideò non comprehendit maledictum vel scriptū. & infert ad statuta, quę duplicant pœnas maleficiorum commissorum de nocte, vt non habeāt locum in blasphemantibus, vel dicentibus verba iniuriosa, &c. Et hanc opi. dicit frequētius probari Alciat. in l. verbum facere, ff. de verb. signif. Contrariā verò sententiam scilicet, quòd imo etiam delicta, quę cōmittuntur verbis, dicantur maleficia, tenuit Bal.

Bal. super Instit. in ti. de obli. quæ ex delicto. in principio, vbi dicit, q̄ cum quadā vice practicasset opin. Bart. fuit sibi oppositum tempore syndicatus, & q̄ vix euasit. Et hanc opin. contra Bart. dicit esse communem Ale. in Apostil. ad eundem Bart. ibi, dicens, q̄ ita etiam communiter practicatur. quem refert Blanc. in pract. crim. fol. 48. nu. 51. Et hæc opi. mihi magis placet, nā & qui maledicit, male facit, imò, & qui malè cogitat, quandoque etiam dicitur malè facere, & ex mala cogitatione punitur, vt dixi infr. hoc eo. lib. §. fin. q. 91.

21 Quæro etiam, nunquid contumacia dicatur delictum? Resp. quòd contumacia de per se non potest propriè dici delictum. Et hanc conclusionem dicit communem Felin. in c. ex literis, nu. 27. de consti. quem refert Foller. in pra. crim. cau. fol. 145. nu. 7. Et ex hoc infertur ad statuta loquentia de delictis seu maleficiis, & de condemnatis, siue bannitis ex delictis vel maleficiis, vt non cōprehēdant bānitos, vel condemnatos ex cōtumacia. Nā ille dicitur damnatus de maleficio, qui fuit præsens, & fecit suas defensiones, & tamen fuit (eis nō attētis) cōdemnatus, non autem ille qui fuit contumax, & in contumaciam condemnatus. Et ita dicunt communiter Doctores, vt ait Bald. conf. 193. lib. 2. Ita etiam magis communiter concludi attestatur Alex. in l. si mora, post nu. 13. ff. solut. matr. quem refert Roland. conf. 45. nu. 66. lib. 1. Hanc etiam opinionē dicit esse cōmunem Claud. in d. l. si mora: post nu. 18. August. ad Ange. de malef. in verbo, Qui dominus iudex videns, num. 26, Alci. conf. 362. post nu. 6. Sed certè licet hæc opi. sit communis, credo q̄ cum difficultate posset obtineri in practica. nā statibus statutis vel consuetudine quòd contumax habeatur pro presente, & confitente, credo q̄ bannitus prodelicto in contumaciam, posit propriè dici bannitus ex maleficio, non enim eo casu bannitur vel cōdemnatur reus propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia, tantò magis, quia videmus, quod cōmunis vsus loquendi ita interpretatur, vt ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, prout attestatur Salyc. in Rubrica, C. de crim. stellio. circa fin. Et ita pluries vidi iudicari: & ego etiam si casus contingeret, ita iudicarem. Scias autem, quòd vbicunque contumacia alicuius haberet admixtum contemptum iudicis, eo casu talis contumacia diceretur esse delictum, & posset ex ea criminaliter puniri. Ita dicit gl. in l. vnica, §. fi. in gl. magna, in fi. ff. si quis ius di. non obtem. quam dicit esse cōmuniter approbatam Claud. in d. l. si mora, nu. 19. Contemptus enim iudicis, dicitur delictum & potest puniri. Et hæc generaliter præmissa sufficiāt, nunc de singulis criminibus specialiter videamus.

§. ADVLTERIVM.

1 *Adulterij accusatio multipliciter proponi potest.*
2 *Adulterium quot modis committi possit?*
3 *Et an cum meretrice nupta dicatur adulterium cōmitti?*
4 *Et an adulterium sit crimen priuatum?*
5 *Et an in crimine adulterij lata culpa æquiparatur dolo?*
6 *Et an possit puniri etiam per Iudicem Ecclesiasticum.*
7 *Et quæ sit pœna adulterij?*
8 *Et an habeat locum in sponsa?*
9 *Et quid in Iudæo?*
10 *Et an pluries cum vna adulterium committens, dicatur plura adulteria commisisse?*
11 *Adulter in actu adulterij à patre deprehensus, potest impunè occidi?*
12 *Propter adulterium potest agi ad separationem thori?*
13 *Et an teneatur eo casu maritus vxori dotem restituere?*
14 *Et quid si deinde compertum fuerit matrimonium fuisse nullum?*
15 *Vxor propter adulterium amittit dotem, & bona parafernalia.*
Et an in præiudicium patris, vel filiorum suorum.
16 *Et an vxor amittat dotem propter osculum?*
17 *Et an facta separatione thori, maritus teneat alere vxorē?*
18 *Maritus, sciens vxorem esse adulterā, si cum ea se carnaliter commisceat, an videatur adulterium illi remisisse?*
19 *Exceptio adulterij in causa ciuili repetitionis dotis, quando, & per quos opponi possit?*
20 *Crimen adulterij præscribitur quinquennio?*

1 ADulterij crimē multis modis in iudicium deduci potest. Quandoque enim maritus accusat vxorem de adulterio, vt in casu in quo consuluit Bald. consil. 310. lib. 1. & Rom. conf. 451. & Bolog. conf. 23. & Gratus conf. 50. lib. 2. Mantua. conf. 43. lib. 1. Quandoq; econuerso vxor accusat virum de adulterio cum alia muliere commisso, vt in casu in quo consuluit Roma. conf. 167. Quandoq; maritus accusat vxorem, & adulterum, vt in casu in quo consuluit Bal. conf. 6. lib. 5. & Ioan. de Amicis, conf. 127. & est decis. Gramma. 31. & Boër. q. 297. & seq. Quandóque mulier agit ad separationem thori, vt in casu Socin. Iun. conf. 32. lib. 2.

2 Tribus autem modis adulterium committitur. Primò, inter virum coniugatum, & fœminam nuptā & hoc dicitur duplex adulterium. nam vterque ipsorum violat proprium thorum, & alienum. Secundò inter virum coniugatum, & mulierem solutam. Tertiò, inter virum solutum, & mulierem nuptam. Propriè verò adulterium in viro est, quando violat alienum thorum, licet ipse non sit coniugatus: in muliere autem quando violat proprium thorum, etiamsi adulter non sit matrimonio copulatus. Cæterum quando vir coniugatus coit cum soluta, tūc de iure ciuili neq; ex parte viri, neq; ex parte mulieris dicitur adulterium. a Ideóque non possunt puniri ea pœna qua adulteri puniuntur. Et hæc est indubitata Doctorū sentētia, vt dicit Rolan. conf. 74. nu. 12. lib. 1. Hanc etiam dicit esse cōmunem Caccia lup. in rep. l. si qua illustris nu. 58. C. ad Orficia licet dicat, q̄ potest vxoratus eo casu puniri pœna stupri, quem refert Placa lib. 1. delictorum, c. 41. nu. 35. Didac. super 4. decretal. fol. 172. nu. 16. in fi. Et quòd talis coitus appelletur stuprū, colligi videtur ex tex. in l. 1. C. de adul. Communiter tamen non punitur. De iure autē canonico vbicunq; maritus vel vxor habeat rem carnalem cum alio, quàm cum proprio coniuge, appellatur adulterium. c. nemo, 32. q. 4. cum simil. Quinimò secundum aliquos grauius peccat laicus coniugatus, violans thorum propriæ vxoris, & sic aliam mulierem carnaliter cognoscens quàm presbyter adulterans. Et ita cōmuniter tenetur vt dicit Abb. in c. vt clericorum. nu. 6. de vita & honestate clerico. prout illum refert Caccia lupus in d.

ADDITIO.

a Adulterium. Adde Roland. conf. 74. nu. 12. & seq. lib. 1. Dec. conf. 311. col. 2. Idem tamē Roland. cōs. 20. dicit accessū ad solutā largo modo dici adulteriū, cui accedit Guid. Pap. cōs. 159. Vide Osasc. decis. 119. Quomodo autem probetur adulteriū, not. Rom. conf. 91. nu. 6. & conf. 164. col. fin.

in d.l.si qua illustris,post num.13. Hanc etiam dicit esse communem opi.Corse. in repertorio Abbatis, in verbo,Coniuges,quam tamen ego non credo veram:quia licet magnum sit sacramentum matrimonij,magnum est etiam sacramentum sacerdotij.sed hæc disputatio in practica parum,vel nihil valet.

3 Quæro,nunquid dicatur cõmitti adulterium cum muliere nupta,quæ tamen sit meretrix,seu inhonestæ vitæ?Respon.Aut talis meretrix, quæ virum assumpsit,cessauit à meretricia vita, & honestè cum viro vixit:& hoc casu adulterium cum ea cõmissum potest accusari & puniri.Aut verò postquam matrimonium contraxit,perseuerauit in meretricali vita,& tunc vir illam carnaliter cognoscens,non debet aliqua pœna puniri.Et hæc opin. hodie cõmuniter obseruatur, vt dicit Ang.in l. si vxor.§.& sed & in ea,nu. 1.ff.de adult.& in l.si ea.C.de adul. quẽ refert Anan.in c.1.n.6.de adul.& Rim.cons.17.n.20. quod est pro maiori parte duplicatum in cõs.439. nu.23.Quò verò ad ipsam meretricem adulteriũ cõmittẽtem,Consil. Neapol.in facti contingentia:videtur sensisse,quòd in ea sit punibilis,vt per Capic. decis. 44. & refert Amad.de synd.nu. 174.quòd ita seruauit in practica D.Baptista de Corneto tũc potestas Recanati,qui condemnauit publicam meretricem de adulterio, & mortua est in carceribus. Sed certè iudicio meo contraria sententia verior est,quam etiã sequi videtur Amad.in loco præalle. nam text.in d. l. si ea, expressè dicit,quòd crimen adulterij in ea cessat: & ideò,si casus contingeret, ita iudicarem.Quę autem dicatur meretrix,dixi supra lib.2.§.Meretrix.

4 Est autem hodie adulteriũ crimen priuatum,nam nisi certis personis eius accusatio permittitur,vt est tex.in l.quamuis,la 2.C.de adult. Et hanc dicit esse sententiam communiter per maiores nostros approbatam,Fulg.cons.135.post nu.2.quam etiam communem appellat.Ant.Gomes.super l. 80.Tauri.nume.49.

5 Quæro etiã,nunquid in crimine adulterij lata culpa æquiparetur dolo?Dixi infrà hoc eo.li.§.fi.q.84. vers.Dixi etiam.

6 Hoc crimen est communis fori,& ideò potest puniri per iudicem secularem, & etiam per iudicem ecclesiasticum, vt dixi infrà hoc eod. lib.§. fi.q.37. vers.Quæro nunquid.

7 Sed quæro,quæ sit pœna adulterij secundum ius commune?Respon. De iure diuino secundum legẽ Mosaicam,in adulterio,tam masculo quam fœminæ erat imposita pœna mortis.genus autẽ mortis erat lapidatio, Exodi c.20.Deuter.cap.22.de iure autẽ canonico pro adulterio laicus tam masculus quam fœmina excõmunicatur,c. intelleximus.de adult.Præterea quę fœmina in monasterium detruditur:& si maritus eã nolit recipere, ibi cogitur toto tempore vitæ suę permanere,& pœnitẽtiam agere,c.gaudemus, eo. tit. de adult. Et nota,quia iste est vnus ex casibus,in quib.episcopus potest punire laicos,vt dixi in d.q.37.vers.Quæro nunqd Clericus aũt de iure canonico pro crimine adulterij deponitur,& vlterius in monasteriũ toto tẽpore vitæ suæ detruditur.Ita voluit expressè gl.in c.latior, in gl.1. 2.q.7.Et est communis op. vt dicit Gril. de diuers. cri.lib.3.q.2.nu.1.& seq.& q.6.nu. 11. Diaz, in pract. crim.cano.ca.79.quem refert Duennas reg.101.in 2.limi. Et prac. Conradi,fol.384.in 5.limit. Dida.in epitom.super 4.decretal.c.7.§.7.n.19.quẽ refert Villalob.in sua collecta cõmunium opi.in litera C.nu. 82.vers.clericus propter adulteriũ Bermond.de cõcub.fol.37.n.16.Dicebat tamẽ Alciatus, q; si hodie clerici propter adulteriũ detruderẽtur in monasteria,pauci eorũ ambularent per vias. De iure autẽ ciuili magna est varietas inter Scribẽtes,an secũdũ ius digestorũ,adulteriũ puniretur pœna mortis naturalis.Magis tamen cõmunis opin. videtur esse, q; olim puniretur tantummodò pœna deportationis.Et hãc esse communem opin.attestatur Cuma. cons.154.post nu.2.Mars.in pract. crim. §.opportunè nu.40.quem refert Didacus in epitom. super 4. decreta.fol.144.post nu.16.Secundũ verò ius Codicis omnes cõsentiunt, q; punitur pœna vltimi supplicij.Et est tex.in l.quanuis,la 2.C.de adult.Et hãc dicit esse communem Alex. cons. 13.post nu. 3. Cuma.in loco præallegato. & hoc tam in masculo,quàm in fœmina.Hanc etiam dicit esse communẽ opi.Legistarũ August.ad Ang. de malefi. in verbo,*Che hai adulterato* nu. 44. quem refert Ant. Gomes.super l.80.Tauri.nu.47.& Pract. Conradi, fol. 383.nu.21.Sed hodie secundũ ius Authenticorum in fœmina propter sexus fragilitatem cõmutata est pœna: virgis enim cæditur, deinde detruditur in monasterium:& si intra biennium maritus illam ad se non reuocet,ipsa cogitur habitum monachalem suscipere,& ibi perpetuò pmanere.tex.est in Auth. sed hodie C.de adult.Et ita volunt omnes Doctores,vt dicit Sal.in l.qui sepulchra,post nume.7.C.de sepulchro viola.Et hanc opin. dicit esse communẽ Imola in l.cùm mulier,post nu.18.ff.solut.matri.quẽ refert Nicellus in concord.gl.c.8.Et reperio,quòd secundum dispositionem illius authenticę iudicauit in facti cõtingentia Curia Burdegalen.vt refert Boer.decis.297.nu.12.Idem etiam seruauit parlamẽtũ Parisiense in quadã Maria Quatreliure, & alia adultera,vt refert Papo li.22.ti.9. Aresto 1.& 2.Pariter etiam Curia Neapol.quandam mulierem ob adulterium detrudi iussit in monasterium, teste Gramma.decis.31. In senatu autem ego nũquam vidi seruari hanc pœnam detrusionis in monasteriũ: sed quandoq; mulieres de adulterio conuictæ,fuerunt condemnatæ in fustigationem, & exilium arbitrariũ 10.Febru.1558.P.N.Quinimò quædã Margareta China confessa adulterium cum incœstu,nõ fuit nisi biduo virgis cæsa.20.Martij 1559.P.N.In masculo autem firma manet dispositio d.l.quanuis,q; scilicet propter adulterium puniatur pœna vltimi supplicij.Et ita tenent communiter Legistæ, vt dicit Imol.in c.tuę,nu.13.de procu.Hanc etiam dicit esse communem opin.Alex.in d.cons.13.nu.3.quem refert Rolan.in d.cons.74.nu.8.& cons.3.nu.35.li.2. Augu.ad Ang.de malef.in verbo, *Che hai adulterato.* sub nu.44.Aflict.super 3.parte cõstitutionum regni Rub.42.in princip.post nu.7.vbi dicit, q; ita tenent omnes Doctores,& q; ita vidit pluries iudicatum, scilicet q; adulteri fuerunt ad mortem cõdemnati, & sentẽtiæ fuerũt executæ.quem etiam refert Carrer.in pract.crim.fol.449.n.26.in fin.Mitius tamen actum fuit per parlamentum Parisi.cum quodam adultero, qui citra sanguinem fuit punitus, vt refert Papo.in d.Arresto 2.licet deinde Arresto 4.referat fuisse furcis suspensum quẽdam famulum,qui cum domina adulterium commiserat. de quo fit etiam mentio in placitis Galliæ lib.12.ti. 6.placito primo. Sed quicquid sit secundum iuris cõmunis dispositionem,hodie videmus in omnibus ferè pro uinciis immutatam esse pœnam mortis pro adulterio,& impositam esse pœnam pecuniariam.& ita communiter

communiter obseruari ex statutis Italiæ attestatur Anan.in c.fin.post nu.11.de colluſ.detegen.quem refert Tiraq.de legib.connub.l.13.nu.32. Quinimò in Gallia ex consuetudine adulteri non puniuntur,vt dicit Ioan.Fab.in l.consuetudinis,col.fin. C. quæ sit longa consuetudo.& in §.ex non scripto.institutionibus. deiure. naturali. gentium. & ciuili. & aliis pluribus. in locis, quæ refert Boër. in d.decis.297. num. 26.& decis.317.num.13.in fi.& Tiraq.in d.l. 13. nu.24.& igneus in l.lege Cornelia.§.ex hoc edicto, num.65.ff.ad Sylle.& Gulielm. Benedict.in secunda parte repet.ca.Raynutius.in verb.cuidam Petro.nu. 63.Et certè maximè dolendum est his temporibus, in quibus passim ferè apud omnia tribunalia adulteri impunè euadunt,imò de ipso crimine gloriantur,illi verò,quorum vxores adulteræ sunt, accusationem proponere non audent,ne in perpetuã infamiam, ita volente praua consuetudine, incurrant. Quapropter ego semper fui in hac sententia, quòd principes huius temporis,qui hoc grauissimum crimen seuerissimis legibus non coërcent, illáq; exequi non faciunt grauissimè peccẽt.Et iudicio meo iste est vnus ex casibus,in quib.Christiana respublica indigeret reformatione.

8 Sed hæc omnia locum habent in vxore adulteriũ committente.Sed quid in sponsa ? Respon. q; etiam cum sponsa alterius dicitur cõmitti adulterium.ita dicit gloss.in cap. discretionem, in verbo, Reatum adulterij,de eo qui cogno.consang.vxoris suæ, quã gl.tenẽt omnes, vt attestatur Mãtua.in l.Transigere,nume.52.C.de transact.Quòd tamen intellige,vt procedat in sponsa per verba de præsenti.nam in ea locum habet pœna adulterij, etiam si à viro cognita adhuc non fuerit,secus autem si sit tantummodo sponsa per verba de futuro. Et ita tenent cõmuniter Doctores,vt attestatur Anton.Gomes super d.l. 80.Tauri.post nu. 47. vers. Dubium tamen faciunt, quæ dixi infrà hoc eo.lib.§.homicidium, vers. Sed quid dicendum, circa fin.

9 Pone,stat statutum in aliqua ciuitate, quod pro adulterio imponit pœnam pecuniariam,vt in multis locis videmus. Quæro,si Iudæus in illa ciuitate committat adulteriũ cum muliere Christiana,nunquid erit puniendus pœna iuris communis,quæ (vt dixi) est pœna mortis,an autem erit puniendus pœna statuti,& sic pecuniaria?Resp.Ange. in cons.114. lib.1.& Alex.cons.99.lib.6.& Barba.cons.63.lib.4.in facti contingentia,consuluerunt,quòd debet puniri pœna statuti,non autem pœna mortis.Et hanc opi. dicit esse communem Bermon. de concub. fol. 40. post nu.32. & nu. 40. Ego verò in Iudæo committente adulterium cum Iudæa, vtique sequor opin. Ang.& communem, ex quo debent Iudæi iudicari secundum leges,quibus iudicantur alij de ciuitate, vt dixi suprà lib.2.§.Iudæus.Et pœna imposita à statuto tollit pœnam iuris cõmunis, vt dixi infrà hoc eo.lib §.fi.q.85.vers.Debet etiam.Sed in Iudæo cõmittente adulterium cum Christiana,secus dicerẽ, nam coitus Iudæi cum Christiana etiam soluta, & meretrice est punibilis, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. Fornicatio,vers.Cum Iudęis.Propterea cùm in hoc casu sit duplex crimen,debet grauius puniri, quàm disponat statutum simpliciter loquẽs in adulterio. Ego itaque huiusmodi Iudæum censerem esse ad triremes perpetuò transmittendum.

10 Sed pone,quòd ex statuto imposita sit pœna pecuniaria,vel etiam corporalis,quæ reiterari possit, puta fustigationis vel huiusmodi,nunquid si aliquis cum vxore alterius pluries rem carnalem habuerit etiã ex interuallo,dicetur plura adulteria cõmisisse, & sic erit pœna multiplicãda vel reiterãda? Resp. q; licet talis dici possit pluries adulterium commisisse non tamen debet puniri, nisi pro vnico adulterio. Ita tenet gl.in l.vulgaris,in verbo Fur erit ff. de furtis,quæ opinio communiter omnium calculis recipitur,vt ait Didacus,lib.2.resolut.c.10.nu. 8. circa fi. Et ita in facti cõtingentia consuluit Bart.cons. 222.

11 Habet etiam adulterium aliam pœnam,quia scilicet si adulter fuerit in ipso actu adulterij deprehẽsus,potest à patre mulieris impunè occidi,vt dixi j.hoc eo.li.§.Homicidiũ, vers.Dixi etiã & aliis seq.

12 Alia quoque est pœna adulterij de iure canonico nam propter hoc crimen agi potest ad separationem thori,necnon & ad dotis, & donationis propter nuptias,priuationem.Et est comm.opi.vt dicit Bermond.de concub.fol.35.post nu.32. Et hinc colligi potest tãtam esse immanitatem huius criminis vt licet iure diuino cautum sit,vt quos Deus coniunxit,homo nõ separet,nihilominus ex causa adulterij conceditur ipsius matrimonij separatio, vt est text.in c.ex literis,de diuort.cum simi. Quinimò si crimẽ adulterij esset notorium,posset maritus absque aliqua sententia aut declaratione Episcopi, vxorem adulteram propria auctoritate expellere. Et hanc dicit esse communem opin. Barbatia in Apostil.ad Abb.in c.fin.sub nu.6.de adulter.

13 Et scias,quòd hoc casu si matrimonium separatur propter adulterium commissum à viro, tenetur ipse vxori dotem suã restituere.Et ita firmant Doct. omnes,vt ait Paris.cons.54.nu.42.lib.4.Si verò separatur propter adulterium cõmissum ab vxore, ipsa amittit dotem,neque potest illam amplius repetere.Et hoc tam de iure ciuili,quàm de iure canonico, text.est in c.plerunque,de donat.inter virum & vxorem,& in l.cum mulier.ff.solut.mat. Et est communis opin.vt dicit Bermon.de concubinis,fol.43.post nu.42.Bal.Nouel.de dote,in vndecima parte. §. hactenus,nu.36.Didac.in epitom.super 4.decretal. fol. 135.nu.1.quem refert Villalobos in sua collecta communium opin.in litera A.nu.68.Pract. Conradi fol. 384.nu.23.Bologn.in Rob.C.de edendo,nu.29. quẽ refert Viuius in libro communium opi.fol.318.vers. Vxor perdit.Et nota,q; licet Bar.in l.si mulier. §.socer.in vltimis verbis.ff.de adulter. tenuerit, quòd si maritus criminaliter accuset vxorem de adulterio, non lucratur dotem, veritas tamen est in contrarium,quòd scilicet etiam si eam ciuiliter conuincat de adulterio,lucratur dotem,Et ita contra Bart. est communis opinio,vt attestatur Alex.cõs.189.nu.10. lib.6.Apostil.ad Bart.in d.§.socer.53.

14 Sed quid si aliquis ducat in vxorem aliquam mulierem,quam siue propter consanguinitatem, siue propter aliud legitimum impedimentum non poterat de iure vxorem ducere,& illa cõmiserit adulteriũ propter quod fuerit priuata dote,deinde matrimonium fuerit declaratum nullum, nunquid poterit mulier dotem suã repetere,ex eo q; stante nullitate matrimonij non potuerit dici adulterium,& consequenter neque ipsa dote priuari ?Respond. quòd non poterit illam repetere. ita tenet glos.in d. c.plerunque,in verbo, non valebit. Et est cõmunis opin.vt dicit Bal.Nouel.de dote,in 11.parte, in d.§ hactenus.nu.36.quẽ refert Didacus in epito. super 4.decretal.fol.135.nu.1.Anton. Gomes.super d.l.80. Tauri.post nume.48.versi.2.infertur. Bermon.in loco præallegato fol.44.nu.43.Ioan.Lupus de donat.

inter virum & vxorem. §.36.nu.3. quem refert Villalob.in loco ptæallegato.Considerandus enim est status matrimonij,qui erat tempore commissi criminis,saltem putatiuè,& mala intētio ipsius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij deinde declarata excusari non debet,saltem postquam iam super ipsa dotis priuatione fuit pronunciatum.

15 Adde,quòd propter adulterium vxor non modò amittit dotem,sed etiam bona parafernalia,ita tenuit glos.in d.c.plerunque,in verbo,Dotalitium.Et est communis opi.vt attestatur Boer. decis.338.nu. 2.Didacus in loco præallegato,n.2.Bermond.in loco præallegato,fol.46.nu.49.Pariter etiam maritus committens adulterium,punitur & ipse in donatione propter nuptias,quam vxor eo casu lucratur,ita tenet gl. in c. 1.in gl.1.vt lite non contestata.Et est commu.opin. vt dicit Bermon.in loco præal. num. 56.& seq.

16 Scias etiã,q mulier amittit dotem non solùm propter adulteriũ,sed etiam propter solum oscula alteri viro,quam marito datum,vel quia ille sibi manus ad mamillas posuit,ita tenet Bal.in c.tuæ,nu. 4.de procu.Et est communis opi. vt dicit Bello.in Rub. C.de edendo,n.81.quem refert Didac.in loco præallega.nu.3.Cũ n.adulteriũ sit difficilis probationis, & oscula,dicãtur ꝓxima,& ferè immediata præparatoria adulterij,optimè statutum est,vt mulier eo ipso,q conuincitur osculum amatori dedisse,dicatur etiam de adulterio conuicta.Quod intellige,vt procedat non modò quantum ad processum ciuilem,sed etiam ad puniendam eam criminaliter de adulterio.Et hoc dicit esse de mente omnium Anton.Gomes.super d.l.80.Tauri.nu.50. quam tamen opi.ego non sequerer in iudicando ad imponēdam pœnam ordinariam delicti,& multi etiam contra Bal.tenuerũt,quorum opi.communem esse attestatur Bero. in Rub.de iudic.nu. 22. quem refert Do. Anto.de Padilla in l.transigere, nu. 87.de transact.

17 Facta autē thori separatione propter vxoris adulteriũ,tenetur nihilominus maritus illam alere.Et ita tenent communiter Docto. vt ait Card.Alex.in c.ex parte,col.fin.vers.Sed operæprecium, de sponsalib.Licet enim vxor sit adultera,non propterea desinit esse vxor,etiã post thori separationem. c.2. de diuor.Tenetur etiam maritus castitatē seruare, aliàs si fornicetur,tenetur ipsam vxorem iterum in consortium admittere.Et est communis opinio:vt dicit Abb. in d.c.ex literis,nu. 11.de diuortiis. Et ad hoc cogi pōt nō solùm officio iudicis,sed etiam ad actionem ipsius vxoris.Et ita communiter tenetur, vt dicit Felin.in cap.lator,post nume.9.vers.Limita, 2.de re iudica.Didacus in loco præallegato,num.5.

18 Caueat etiam maritus,ne sciens vxorem esse adulteram,se cum ea carnaliter commisceat,nam ex eo videtur illi adulteriũ remisisse,ita tenet gl.in c.fi. in gl.vnica,de adult. quam dicit ab omnib. receptam Didac.in loco præallega.num.7. Censetur enim ex hoc mores suos approbasse.Quinimò vir,qui rem habet cum vxore adultera,non facta prius pœnitentia,peccat mortaliter, vt notatur in ca. coniugio. 32.q. 1.Sed certè adulteri hodiè ad hoc non aduertunt:& malè,vt dicit Bertach.in suo repe.in verbo, Adulter,nu.3.

19 Et hæc quidem de adulterio criminaliter in iudicium deducto sufficiant.Cęterùm an vxor committens adulterium amittat dotem in præiudicium
a etiam patris & filiorum suorum, & quandiu a hæc exceptio adulterij in dotis repetitione opponi possit,& contra quas personas, & an necesse sit, quòd maritus prius iudiciũ criminale proposuerit, cùm hæc omnia magis iudicium ciuile, quàm criminale respicere videantur, suo loco tractauimus suprà lib.proximo,§.Dos.

20 Vnum tamen volo vt scias,quòd licet regulariter crimina non præscribantur minori temporis spacio quàm viginti annorum, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fi.q.51.circa princip.nihilominus accusatio adulterij præscribitur quinquennio,vt est tex. in l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. de adulter. Et ita in facti contingentia iudicatum fuisse refert Papo lib. 24. tit.2.Arresto 2.Quod intellige, vt procedat in simplici adulterio:secus autem in adulterio cum incœstu,illud enim nō præscribitur minori spacio,quàm viginti annorum,prout & cætera crimina, de quibus dixi in loco præallegato.

ADDITIO.

a Quandiu.Adde quòd exceptio adulterii contra mulierem repetentem dotem,durat in perpetuum,secundum Balb.in tractat. præscript.4. part.quæst.2.nu.9.

§. ASSASSINIVM.

1 *Qui dicatur assassinus in materia cap. primi de homicid.in 6.*

2 *Et an ad hoc,vt quis dicatur assassinus, requiratur,quòd constet occisum fuisse Christianum?*

3 *Et an episcopus assassinus comprehendatur in dispositione dicti cap.primi?*

4 *Quæ sit pœna assassinij?*

5 *Et an assassinus sit tutus immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiat?*

6 *Et an in crimine assassinij requirantur plenæ probationes,vt in aliis criminibus?*

7 *Et an in hoc crimine puniatur affectus,etiam si non sit secutus effectus?*

8 *Et an clericus assassinus possit puniri à iudice laico?*

1 ASsassinus est ille, quia aliquem Christianum occidi precio mandat alteri siue infideli,siue
b Christiano.Et hęc est communis opi.b vt dicit Are. cons.163.post nu.17.vbi subdit,q fortè etiam est cõsuetudine approbata,quem refert Placa lib.1.delictorum,c.19.nu.2.& Viuius in lib. communiũ opi. in verbo,Assassini omnes. Capic.dec.155.Gram.voto 8.& 9.Et dicit Prac. Conradi fol. 237.nu.1.q in hoc Doct.omnes cõueniunt.Exemplum autem poni potest in casibus,in quib. consuluerunt Bal.cõs. 430.lib.2.& cons. 383. lib.2.& Rimi.cons.55.& Rolan.cons.24.in 1.dubio libr. 1. & Gram.consil.44.& cons.66.& est decis. Capic. 112. & 155. Et scias,q licet aliqui tenuerint,quòd dispositio c.1.de homic. in 6.punientis assassinos,habeat locum solummodo in certo genere hominum,qui appellantur assassini:tamen in contrarium,scilicet q imò cõprehendat omnes,vt dixi,est commu.opi.vt attestatur Bos.in tit.de mandato ad homici.nu.16.Bene verũ est (vt dixi) quòd ad hoc,vt quis propriè dicatur assassinus,& consequenter in eo locũ habeat dispositio d.c.requiritur,q ille interfectus esset Christia
2 nus.ita dicit Io.And.in d.c.1.quẽ sequuntur cõmuniter Doct.vt attestatur Alex.cons.166.in fi.lib.7.& Prac.Carer.fol.290.post nu.15. Et hæc sententia est omnium

ADDITIO.

b Communis opin.Adde Bursat.cons.20. nu.4. li. 1.& Roland.cons.14.lib.4.

omnium consensu stabilita,vt dicit Placa in d. c.19. nume.8.Nam vbi agitur de imponēda pœna alicuius constitutionis specialis, requiritur q concurrant omnes qualitates,de quib.in ipsa constitutione,vt dixi infrà hoc eo.lib.§.fin.q.85.vers.vbi agitur. Et subdit Io.And.propter hoc se euasisse, quendam imputatũ de assassinio,ex eo,q in processu nõ fuerat probata illa qualitas, quòd ille occissus esset Christianus.Et dicit Io.Arno.caut.23.Vos scitis,q ipse ita in facto semel iudicauit.Sed certè credo,q hæc defensio apud nos parum prodesset, modò ille fuisset occisus in territorio Christianorũ licet enim verè non nascatur Christianus,tamen cùm à communiter contingentib.infideles non sint soliti inter Christianos cõuersari,ille qui in territorio Christianorum reperitur,habendus est pro Christiano,præsertim in hoc tam graui delicto,in quo non est super huiusmodi subtilitatibus insistendum. Vbi tamen reus Probaret illum fuisse infidelem, tunc vtique esset ab hoc crimine assassinij absoluendus.

3 Quæro nũquid etiam episcopus,qui sit assassinus, sit comprehensus in dispositione d. c.j. Resp.q sic. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Soc. inter consi.Curtij.Sen.cons.20.post nu.43.

4 Sed quæro,quæ sit pœna assassinij?Respon. quòd tales sunt diffidati à toto populo Christiano, & possunt impunè offendi, &c.vt est tex. in d.c.1.Debet autem assassinus puniri pœna mortis,& secundum aliquos debet trahi ad caudam equi, prout in pluribus locis vsu ac consuetudine receptum esse attestatur Soc.quem refert Placa.in d.c.19.nu.5. dicit tamẽ Pract.Carer.fol.294.nu.35.quòd hodiè assassini per frusta scinduntur, q iudices hac pœna vtuntur propter criminis immanitatem,& ad terrorem aliorũ.

5 Item licet assassinus confugiat ad ecclesiam , non tamen est tutus eius immunitate,de qua dixi infrà hoc eo.li.§.fin.q.30.sed potest inde extrahi perquẽcunque iudicem secularem. Et hæc est crebrior apud omnes recepta opin.vt dicit Placa in d. c.19. numero 24.

6 Præterea quamuis regulariter in criminalib.requirantur probationes luce meridiana clariores:tamẽ in hoc delicto propter eius immanitatem sufficiũt probabilia argumenta,etiam ad condemnandum. ita expressè dicit text.in d.c.1.& est communis opinio,vt dicit Boss.in tit.de conuictis, numer. 55.& in tit.de indic. nu. 201. Quòd intellige non solùm ad condemnandum pœna extraordinaria , sed etiam ad condemnandum pœna corporis afflictiua. Et hoc constitutissimum esse attestatur Placa in d.ca. 19.numer.16.

7 Scias etiam,q quamuis regulariter ex generali cõsuetudine Italiæ non puniatur affectus, nisi sequatur effectus,vt dixi in d.§.fi.q.92.tamen in crimine assassinij punitur conatus etiam si effectus secutus non fuerit. Et ita in facti contingentia consuluit Ang.cons.incip.in q. præmissa. Et hoc frequentissimo omnium consensu receptum esse ait Didacus repet.cle.si furiosus,fol.180.versic.Secundò proponitur.Hanc etiam dicit esse frequentiori calculo receptam sententiam Gonius de immu.eccle.fol.143. in 15.fall.post num.8.quem refert Placa in d.c.19.nu. 9.Et ita obseruatum fuisse in facti contingentia per Cur.Neap.refert Affli.super 1.par.const.regni,Rub. 12.nu.11.in fi.in quodam assassino , qui cum dardo balliste dedit in arzone sellæ equi illius,quem volebat interficere,nec tamen eũ offendit,quem refert, & in eandem sententiam consuluit Gram.voto 9. Idem etiam seruauit cons. Neapo. in persona cuiusdam notarij Marci , qui fuit furcis suspensus,licet mors vulnerati per assassinum secuta nõ fuisset, teste Capic.decis.155.Notarius Marcus.Idem etiam seruatum fuisse Mediolani refert Chas. qui tunc se dicit fuisse vicariũ Capitanei Iustitiæ super consuetu.Burg.fol.14.post nu. 7.& fol.44.nu.11.licet idem Gram.voto 8.referat assassinum non secuta morte condemnatum fuisse in pœnam pecuniariam.de quo etiam mentionem facit, idem Gramma. super consti.regni,fol.14.col.2.& pariter etiam voto 20. refert assassinum non secuta morte condemnatum fuisse ad triremes perpetuò. Et licet fortè circa hoc loquendo secundum dispositionem iuris communis,multa dici possent,tamen stante consuetudine,& cõmuni Doct.opin. credo , q non erraret iudex,qui illam in iudicando sequeretur. Nam vt dicit Ang.in l.non solùm.§. si mandato , num. 2.ff.de iniur.licet de iure communi assassinus non videatur teneri in plus quã mandator, id tñ de consuetudine non seruatur.Et meritò,quia plus delinquit faciens per pecuniam,quàm qui gratis.In senatu tamen vidi secundum qualitatem facti,& personarũ, diuersimodè iudicari, quandoque pœnam ordinariam infligendo,quãdoque mitius puniendo,vt dixi in allegata q.92.versi.Scias autem. Et ideò putarem hoc esse arbitrio iudicis relinquendum.

3 Videndum est etiam , nunquid clericus assassinus possit per iudicem secularem puniri,& an requiratur degradatio,de quibus omnibus dixi infrà hoc eo.lib.§.fin.q.36.vers.Item quæro,& seq.

§. BLASPHEMIA.

1 *Omnis contumelia in Deum , vel sanctos prolata,est blasphemia.*

2 *Et an dicere,*Al dispetto di Dio *sit blasphemia?*

3 *Quæ sit pœna blasphemia?*

4 *Et an in crimine blasphemiæ admittatur repulsa testium?*

5 *Iudæus blasphemans an possit puniri per iudicem ecclesiasticum?*

6 *Blasphemans per iracundiam, an excusetur?*

7 *Et an propter consuetudinem prouinciæ?*

1 OMne conuitium , contumelia vel maledictũ, prolatum in Deum, vel Sanctos,est blasphemia.ita dicit Barto.in l.Item apud Labeonem,quã legit cum l.iniuriarum.§.sed adiicitur , quem legit cum §.ait prætor,num.4.ff.de iniur.Et est communis opin.vt dicit Aug.ad Ang. de malef. in verbo, Verba iniuriosa,nu.13.quem refert Pract.Conradi, fol.400.nu.25. Didac. in repet.c.quanuis.fol.57.nu. 8.de pactis lib. 6.Et potest poni exemplũ in Iudæo qui dixerat *Nasca il vermo cane al Papa,& à chi il fe Papa: Iddio non protrebbe far che esso non fosse Papa,Et se io hauessi.Iddio,il Papa,e'l Vescouo nelle mani,ti rarrei loro gli occhi.*super quo consuluit Cald.cons.2.de Iudæis. Et in alio Iudæo, qui dixit, *La vostra fede è fede decazzi,*super quo consuluit Soci .cons.119. lib.4.Et in alio Iudæo,qui dixit,*Nol potrebbe fare Iddio,che l' hauessi scambiata,io,*super quo consuluit Socin. cõs. 102.lib.1.& Alex.cons. 15. libr.3.Et in alio,qui dixit, *De asina di Dio,*super quo consuluit Bal.in quodam suo consil.paruo,quod refert Catald. de syndica. post nu.401.Et in alio,qui dixit,*Se Iddio il decesse,io direi,ceh,il mentisse per la gola* , super quo consuluit Cæpoll.consil.77.Et in eo,qui dixit,*Se'l se appontasse nostra donna,tu mi renderai quello che m'hai tolto* , vt in casu Corn.consil.181.lib.1.Scias autem , quòd licet Barto.in d. §.ait prætor,senserit,quòd etiam in homines

mines posit dici blasphemia: tamen hoc non admittit communis vsus loquendi, vt dicit Boss. in titu. de inquisitione. post numer. 131. Et ideò in eo, qui aliquod malum imprecaretur alteri, non haberet locum pœna blasphemiæ.

2 Sed nunquid dicere, *Al dispetto di Dio*, est blasphemia? Respon. Bald. cons. 476. lib. 3. tenuit quòd non. Contrarium vero scilicet quòd imò dicatur Blasphemia, iudicauit in facti contingentia Curia Bur. degalen. vt per Boer. deci. 301. vbi in princip. dicit, quòd hæc opi. est verior tam secundũ Theologos, quàm secundũ Canonistas, & Legistas. Idem etiã iudicauit consil. Neapol. vt attestatur Gramat. decis. 50. & super constit. Regni, fol. 114. colum. 3. quẽ refert Didacus in loco præallegato, nume. 9. Apud nos autem non modò reputatur blasphemia, sed etiam connumeratur inter atroces, ita declarante senatu 2. Aug. 1556. B.P. & 14. Iunij 1550. P.N.

3 Sed quæro, quæ sit pœna blasphemiæ? Resp. de iure diuino est pœna mortis, Leuit. c. 24. genus autem mortis erat lapidatio, vt ibi. De iure autem canoni co cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores Ecclesiæ faciendam, modo, & forma posita in cap. 2. de maled. quæ tamen pœna non habet locum in clericis, ne propter huiusmodi publicam satisfactionem, vilescat clericalis ordinis auctoritas. Et ita communiter teneri attestatur Abb. in d. c. 2. nu. 8. quẽ refert Simancas de hæret. c. 8. nu. 12. De iure ciuili, pœna blasphemię est pœna mortis, tex. est clarus, in Authen. vt non luxurientur contra nat. in fi. & ita affirmant & concludunt Doctor. vt dicit Io. doc. in pract. crim. c. 61. nu. 26. Sed hęc pœna licet diuina & humana lege cõstituta fuerit, hodiernis tamen temporibus ob defectum religionis & iustitię, non seruatur, vt dicit Lucas de penna in l. omnes, col. 3. vers. 2. queritur. C. de delator lib. 10. Et dicit Bal. in l. 2. circa fin. C. de reb. cred. & hodiè pœna illius Auth. de cõsuetudine nõ seruat: aput illũ refert Aug. ad Ang. de malef. in ver. Verba iniuriosa, post num. 14. relatus & ipse per Nunium de los corregidiores. fol. 153. num. 14. & per pract. Conradi, fol. 409. col. 2. Refert etiam Gram. super cõstit. Regni fol. 113. col. 2. in fi. Bald. tamen in lib. meo id non dicit. Dicit etiam Zas. cons. 19. nu. 37. libr. 1. quòd hæc pœna de consuetudine non seruatur, nisi esset magna & enormis blasphemia quæ ex deliberato, maligno & doloso proposito, & ore execrabili ad perniciosum exemplum Dei, & hominum proferatur. Et proculdubiò si omnes blasphemi decapitarentur, pauci superessent, qui possent blasphemare, vt dicit Bello. cons. 69. nu. 6. Sed certè hæc est pessima consuetudo, & iudicio meo grauiter peccant principes Christiani, & eorum magistratus, qui hoc crimen seuerissimè non puniunt. Et in hoc respublica Christiana magna indigeret reformatione. Refert autem Boer. in d. decis. 301. & quidam pro blasphemia fuit per illam curiam, lingua prius perforata, condemnatus ad ignem, & alius decapitatus. Afflic. super tertia parte constitut. Regni Rub. 54. numer. 7. dicit, quòd licet ex illa constitutione imponatur blasphemis pœna amputationis linguę vidit tamen aliquando eis perforari tantum linguam cum ferro: & hoc ex causa. Idem ferè iudicauit parlamentum Delphinale, vt refert Marcus decis. 509. Iodoc. in d. c. 61 nu. 17. dicit quòd de consuetudine blasphemans gloriosissimam Virginem, vel Sanctos, punitur in amputatione linguę, & vlterius exilio, vel alia pœna arbitraria. Et ideò seruanda in hoc sunt statuta, vel consuetudo locorum. Cæterũ senatus, cui à constitutionib. permittitur pœnas ordinarias blasphemis impositas augere, solet præsertim in atrocibus, plerunque arbitrari graues pœnas, quãdoque ictuum funis, vt in Gulielmo Casasco, qui dixerat, *Ne tu, ne quell, asino di Christo, &c.* Et quandoque triremium. Et recordor & quidam Barbinus, qui dixerat, *Venga il cancaro á quel traditor di Domenedio, & á colui che l'ha di pinto, á chi crede, ch'el sia da bene, à for piouer adesso*, fuit per biennĩ transmissus ad triremes 13. Septembris 1560. P.N. Et nisi rusticitas, & ira illum excusassent, fuisset laqueo suspensus. Et quidam Antonius Zanza propter atroces blasphemias, iussus fuit, si erat aptus remo, trãsmitti ad triremes perpetuò: sin minus furcis suspẽdi 18. Apr. 1549. P.N.

4 Reperio etiam, quòd Par. de Puteo. tractat de synd. fol. 210 post numer. 13 tenuit, quòd imputatus de blasphemia non sit admittendus ad probandũ contra personas testium, quia. s. sint infames, vel aliàs inhabiles ad testificandum, attento, & in hoc crimine grauissimo. quod est læsæ Maiestatis diuinæ, admittuntur testes etiam inhabiles, prout fit in crimine læsæ Maiest. humanæ. Sed certè hæc decisio Paridis apud nos non seruatur, prout etiam non seruatur in supremis curiis Franciæ, teste Boer. in d. decis. 301. nu. 11. in fi. Et ideò semper admittitur imputatus de blasphemia ad probandum contra testes quicquid vult, prout in aliis criminibus.

Hoc crimen blasphemiæ est communis fori. Et ideò potest laicus blasphemans puniri tam per iudicem ecclesiasticum, quam per secularem, vt not. in d. c. 2, de maled.

5 Sed pone, quòd Iudæus blasphemauerit, nunquid & ipse poterit puniri per iudicem ecclesiasticum? Resp. quòd non, sed debet iudex secularis super tali blasphemia per Iudæum prolata cognoscere. Et hanc dicit esse communem opin. Alex. in quodam suo cons. quem refert Soc. cons. 119. post nume. 16. vers. Vnde ponderandum, libr. 4. nam Iudæi sunt de foro seculari, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 35. vers. Modò quæro. Benè verum est, quòd si iudex secularis esset negligens, eo casu posset iudex ecclesiasticus de ipsa blasphemia cognoscere & Iudæum punire. Et ita magis communiter concludunt Doctores, vt dicit Alex. in cons. 96. nu. 15. lib. 6. quod consil. credo esse illud, de quo loquitur Soc. in loco præallegato, prout etiam considerat Marquard. qui illum refert in tract. de Iudæis, fol. 83. post nu. 5.

6 Excusari potest quandoque ille, qui ira motus blasphemat, vt dixi infrà hoc eod. lib. §. fi. q. 60. vers. Est etiam ira, in rustico, qui faciendo computa cũ domino suo iratus dixit, & Deus non potuisset facere, quòd esset debitor tot operarum. Dicit etiam Bald. in l. accusationem, nu. 11. C. qui accus. non poss. quòd in illis qui blasphemãt per lasciuiam, & ebrietatem, prout faciunt Perusini, non est tantum scelus, puniendi tamen sunt, sed mitius, vt dixi in d. q. 60. vers. Præterea quæro.

7 Item potest, excusari propter consuetudinem pro uinciæ, non quidem, vt in totũ impunitus euadat, sed vt non puniatur pœna ordinaria blasphemantibus imposita. Nam vt dicit Nunius de los corregidiores, col. 152. nume. 13. vbi in aliqua prouincia est frequens vsus dicẽdi, *Al dispetto di Dio*, vel huiusmodi, licet in effectu sint verba blasphemiæ, tamen propter multitudinem hominum ita loquentium, consuetudo interpretata est, vt non pro blasphemis, sed tantum

tantùm pro sceleratis & maledictis iuramentis talia verba puniantur. Senatus tamẽ noster hoc non admittit, quinimò plerunque iussit reiici capitula in quibus quandoque imputati de blasphemia, volebant huiusmodi consuetudinem probare. Talis enim non consuetudo, sed abusus potius dicendus est, cuius nulla ratio haberi debet.

§. FALSVM.

1 *Falsi crimen est publicum.*
2 *Falsitas circa multa committi potest.*
3 *Falsitas circa testes multis modis committitur.*
4 *Subornans testes an dicatur falsum committere?*
5 *Et an credatur testibus dicentibus se ad preces alicuius falsum deposuisse.*
6 *Producens falsos testes, an dicatur falsum committere?*
7 *Et an stante statuto puniente producentem falsos testes puniri debeat producens vnum tantummodo testem falsum?*
8 *Testis falsum deponens dicitur falsum committere.*
9 *Et quid si deponat in iudicio contrarium eius quod prius dixerat extra iudicium?*
10 *Et quid si deponat contrarium eius quod dixerat in alio iudicio?*
11 *Et quid si duo testes inuicem sibi contradicant, an sint de falso puniendi?*
12 *Et an dicta testium sint inter se concordanda, vt euitetur falsum?*
13 *Testis deponens super negatiua est suspectus de falso.*
14 *Testis deponens falsum, non circa factum principale, sed circa alia extrinseca, non potest puniri de falso.*
15 *Si testis neget dixisse prout scriptum reperitur, cui magis credendum sit, notario, an testi?*
16 *Testis qui falsum deposuit sine iuramento, an possit puniri de falso?*
17 *Ad hoc vt testis dicatur falsus, an requiratur, quòd probetur ipsum fuisse corruptum.*
18 *Et quid econuerso: nunquid sufficiat probare, quòd fuit pecunia corruptus, absque eo, quòd probetur falsum deposuisse?*
19 *Pœna testis falsi quæ sit?*
20 *Vtens dicto falsi testis dicitur falsum committere.*
21 *Fabricans falsum instrumentum dicitur falsum committere.*
22 *Et quæ sit pœna notarij fabricãtis falsum instrumẽtum*
23 *Producens falsum instrumentum dicitur falsum committere.*
24 *Vtens falso instrumento scienter dicitur falsum committere.*
25 *Et quomodo hoc casu conuinci possit de scientia?*
26 *Et an puniatur eadem pœna, ac si illud fabricasset?*
27 *Notarius ponens in instrumento, quòd interuenit precij numeratio, licet reuera pecuniæ non fuerint numeratæ, incidit in pœnam falsi.*
28 *Notarius scribens in instrumento, Rogauit Titius, spopondit Mœuius, cùm tamen Titius esset absens, incidit in pœnam falsi.*
29 *Notarius conficiens instrumenta super re illicita, incidit in pœnam falsi.*
30 *Notarius negans se rogatum de instrumento, de quo reuera fuit rogatus punitur pœna falsi.*
31 *Falsificans literas Principis punitur pœna falsi.*
32 *Abradens instrumentum dicitur falsum committere.*
33 *Aperiens literas alienas, & illas ostendens aduersario, incidit in pœnam falsi.*
34 *Asscribens sibi legatum in testamento alieno, punitur pœna falsi.*
35 *Et quid in testamento nuncupatiuo?*
36 *Prohibens aliquem testari, incidit in crimen falsi.*
37 *Vendens eandem rem duobus, incidit in pœnam falsi.*
38 *Suspicio falsi pro veritate habetur.*
39 *Et quid ad puniendum criminaliter?*
40 *Quæ sit pœna falsi.*
41 *Falsitatem committens circa testes instrumenta, vel acta causæ, an causam ipsam amittat?*
42 *Falsitas an possit committi sine dolo?*
43 *Falsũ nõ dicitur, id quod adiuuatur primordio veritatis.*
44 *Falsitas nemini præiudicans, an sit punibilis?*
45 *Iudex omni studio, & interpretatione curare debet, vt falsum euitetur.*
46 *Falsificans monetam qua pœna puniatur?*
47 *Radens aut minuens monetam, qua pœna puniatur?*
48 *Expendens falsam monetam, qua pœna puniatur?*

1 FAlsi crimen grauissimũ est & propter eius frequẽtiam solet à legibus, & statutis grauiter puniri, & connumeratur inter publica delicta, non modo si agatur de testamento falso, sed etiam quocũque alio instrumento. Et ideò quilibet de populo, etiam si particulariter eius non interfit, poterit de falso accusare, dixi suprà hoc eodẽ libro §. primo verficulo. Sed nunquid.

2 Sciendum est, quòd falsitas circa multa & multis modis committi potest. Potest enim committi circa testes, circa instrumenta, & scripturas, circa monetam, &c.

3 Et in primis quidem circa testes potest falsitas cõmitti. Primò, subornando testem ad dicendum falsum testimonium. Secundò, producendo in iudicio testem falsum. Tertiò, dicendo falsum testimoniũ. Quartò, vtendo dicto ipsius testis falsi.

4 Subornans autem testes ad dicendum falsum, dicitur falsum committere, sicut & ipse testis falsum deponens.

5 Sed nunquid est danda fides ipsis testibus dicentibus se precibus alicuius falsum testimonium perhibuisse? Resp. & non. Et est communis opin. vt dicit Dec. cons. 189. post nume. 8. vers. Primo, quia, quem refert Rolan. cons. 16. nu. 7. libr. 1. & Boss. in titu. de inquisit. nume. 42. secundum quam in facti contingentia consuluit Ruin. cons. 146. 147. libr. 5. & Natta. cons. 298. Sũt enim socij criminis, & periuri, merito non debet eorum dictum, neque etiam sufficere ad inquirendum, iuxta ea quæ dixi infrà hoc eo. libr. §. fi. q. 21. vers. Dictum socij, & vers. Scias tamen. Sed quicquid sit de iure consuetudo obseruat contrarium, quòd scilicet creditur huiusmodi testibus ita dicentibus, quò ad hoc vt contra eos, à quibus asserunt se subornatos procedatur ad inquisitionem, vt attestatur Boss. in loco præal. post nume. 46. Et practica est, quod confirment eorum dictum in tortura, deinde procedatur contra nominatos. Quinimò idem Boss. in tit. de iudic. nume. 156. circa fin. dicit, quòd creditur etiam ad torturam, modò aliquod aliud adminiculum concurrat. Et subdit quòd ita communiter seruatur. Et ita ego etiã multoties vidi seruari.

6 Producens falsos testes scienter, dicitur & ipse falsum committere, vt declarat Bal. cons. 106. in 2. dubio, lib. 3. & cons. 446. lib. 5. Et reperio, & senatus in facti contingentia iussit poni ad catenam infamẽ quendam Blasiũ Axcardũ, qui produxerat testem falsum pro filio suo, etiam grauiter vulnerato 11. Decemb. 1543. P.N.

7 Sed pone, stat statutum quod punit producentẽ falsos testes, modò aliquis producit tantummodo vnum testem falsum, nunquid dicetur incidisse in pœnam

pœnã statutũ?Respon.q̃ sic. Et ita cõmuniter tenetur, vt dicit Ias.in l.Gallus. §. quòd si is,in 2.lectura. nu.ff.de li.& posthu.Et ita practicatur,vt dicit Ang. in l.prætor.§.homines,in fi.ff.vi bonor.raptor.

8 Testis,qui falsum testimoniũ deponit in iudicio, dicitur falsum cõmittere,l.1.ff.de falsis,c.1.de crim. falsi.& si quidé dolo malo deposuit contra innocentẽ,punitur tanquam homicida,l. 1. in prin.ff.ad l.Corn.de sica.Et ita in facti cõtingẽtia senatus iussit furcis suspendi quendã Cerrutũ,& aliũ testé,qui in causa criminali falsum testimoniũ ad offensam deposuerat 27.Sep.1548.P.N.quod etiã pluries seruatum fuisse per parlamentũ Parisiense refert Papo lib.22.ti.13. Arresto 1.Non tamen semper senatus solet hac seueritate vti,sed quandoque etiã mitius agitur,prout in quodã Baltramino de Beluardo, qui transmissus fuit ad triremes per decenniũ. 30.Ian.1555.D.P.Francisco Pineta,qui fuit tantũmodo fustigatus,27.Octob.1558.P.N.Si verò deponat ad defensam,incidit in pœnam falsi,quæ est deportatio cũ publicatione bonorũ,vt dixi infrà ver.Sed quæro.Sed quia hodiè (vt ibi dixi) deportatio nõ est in vsu,debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis.Et ita in facti contingentia consuluit Ale.cons.55.li.7.Et secuta est iudicando Curia Neapol.quæ condemnauit ad triremes ad tẽpus,quendã, qui falsum deposuerat ad defensam, vt refert Grãma.voto,5.& super constit.Regni fol. 116.col.3. vbi in hac materia valde eleganter loquitur.Testibus autẽ falsum deponentibus in causa ciuili quandoque amputatur lingua, plerunque etiã fustigantur,secundum causæ,& personarum qualitatem.

Conuincitur autẽ testis de falso,in primis si ipsemet fateatur falsum deposuisse, nulla enim maior est probatio,quã proprij oris confessio. Item si ipsemet contraria dixerit.

9 Et in hoc proposito scire debes, q̃ aut testis deponit in iudicio contrariũ eius,quod dixerat extra iudiciũ:& tunc non dicitur falsarius, & consequenter etiã neque potest de falso puniri. Et est cõmunis opin.vt dicit Alex. cons.74. num.8.lib.1.Didac. in repet.ca.quanuis.fol.55.post nu.5.versic.Sed, & si quis.de pact.libr.6.Et latè dixi infrà hoc eo.libr. §. fi.q.53.vers.Primus casus.

10 Aut verò deponit in vno iudicio contrarium eius quod dixerat in alio iudicio: & hoc casu debet puniri tanquã falsarius.Et est cõmunis opin. vt dicit Camer. in suo cons. matrimoniali posito post cons.Zabarel.nu.3.Aut deponit in vno iudicio contrariũ eius,quod prius dixerat in eodẽ iudicio, & pariter puniendus est de falso.Et in hoc omnes conueniunt,vt ait Dida.lib.2.resolutionem, ca. 13. post nu.8.vers.Cæterũ ibi,tertiũ est.Sed in hoc proposito videnda sunt ea,quæ dixi in dicta quæstio.53.vbi diffusius scripsi,& hic non repeto.Conuincitur etiã testis de falso per alios testes numero plures, qui contrarium doponant.

11 Sed pone,quòd duo testes tantũ inter se contradicant,nunquid erunt puniendi de falso? Resp. aliqui tenent quòd sic.Et hanc dicit esse cõmunẽ opi. Aret.cõs.71.nu.3.quem refert Bos.in tit. de tortura testium,nu. 35.& in tit.de falsis,nume.20.Sed certè ego non credo q̃ hæc opinio sit neque cõmunis, neque vera,quia si neutri eorum creditur,quò ad hoc vt probent secundũ cõmunẽ opi.vt dixi suprà, lib.2.§.Testis,multò minus erit vni credendum cõtra aliũ,vt ille puniatur de falso.Benè potest & debet iudex hoc casu super ipsa contrarietate diligen trinquirere,quis eorũ falsum dixerit. Et etiam vbi tales testes essent aliàs suspecti, vel malæ conditionis,possent subiici torturæ,prout se vidisse practicari affirmat Bos.in d.tit.de falsis,nu.24.Quod tamẽ intelligẽdũ est cũ grano salis,vt scilicet Iudex priusquã ad talẽ actũ torturæ deueniat, diligenter animaduertat,ne destruat intentionem fisci,vel indebitè lædat ius partis,& videat an dictũ vnius ex ipsis testibus coadiuuetur aliis præsump.& similia,in quibus versabitur multùm religio ipsius iudicare debentis.

12 Scias tamen,quod dicta testiũ sunt inter se,quantũ fieri potest,cõcordãda,vt euitetur falsum,vt dixi in d.§.testis.& hoc non modo,si plures testes inter se contradicant, sed etiam si vnus testis videatur sibiipsi contrarius.

13 Solet etiam dici,quòd testis deponens super negatiua,est suspectus de falso,nam regulariter negatiua est improbabilis,vt dixi infra hoc eo. lib.§.fin. q.52.vers. Scias autem.Scias tamen, q̃ testis ex eo solo,q̃ deponat super negatiua, non potest puniri de falso.Et est communis opin.vt attestatur Bos.in tit.defens.reorũ.nu.43.Quod intellige,nisi per alias probationes conuincatur falsum deposuisse.potest tamen puniri pœna extraordinaria ob temerariã assertionẽ.Et ita tenent cõmuniter Scribentes,vt dicit Cagno.in l.vnica,nu.38.ff.si quis ius dicen. non obtemp.Scias etiã,q̃ in dubio verba testis sunt intelligenda,vt talis falsitas quam incurrit testis deponens super negatiua, euitetur. Ita colligitur ex gl.in l.iurisgentiũ.§.quod ferè in verbo.Contrariũ probetur.ff.de pac.quam dicit esse communiter approbatam Curt.Iun. in d. l. vnic.in prin.num.9.Faciunt quæ dixi infrà vers.Item debet.

14 Sed quid si testis non deposuerit falsum circa factũ principale,nec circa qualitates substãtiales,sed circa alia extrinseca,nunquid poterit puniri de falso?Resp.q̃ non,ita dicit Bald.in l.si ex falsis.circa fi. C.de transac.& ita communiter concluditur,vt dicit Ale.cons.88. num.19.lib. 5.Potest tamen puniri pœna Stellionatus secũd. Iac.But. in l. Lucius.ff.de his, qui no. infa. Et idem dicunt omnes Doctores teste Marsil.cos.70.nu.11.

15 Pone,testis negat se dixisse,prout notarius scripsit, notarius verò asserit testẽ ita dixisse,vt scriptũ est, cui magis est credẽdũ?Respõ.q̃ regulariter magis creditur notario,vt dixi ĩ.hoc eo lib. §.fi.q.53.vers. Quintus est casus.Sed quãtũ ad hoc,vt notarius vel testis puniantur,de falso, nõ creditur neq; notario cõtra testẽ,neq; testi cõtra notariũ.Ita tenuit Spec. in tit.de teste.§.1.vers.Sed pone iudex. Et ita concluditur per omnes, vt dicit Alex.cons. 74. nu.12.li. 1.ita etiã cõmuniter concludi attestatur Rimi.cõs. 56.n.2.Et ita reperio decisum fuisse in facti contingentia per cõs.Neapol.teste Capic.decis.94.in causa Ioan.Pauli.Dicit aũt Prac.Millei fol.83. nu.46.q̃ hodiè de consuetudine ad abũdãtiorem cautelam iudices solent,imò tenentur, acta,& processus criminales signi sui,aut chirographi munimine comprobare vnà cũ scriba seu notario. Sed hoc apud nos non seruatur. Benè solent quãdoq; iudices in causis arduis facere qd̃ testes ipsi post eorũ depositionẽ,manu sua attestationes suas subscribãt,qd̃ satis placet.Hæc autẽ omnia intellige, vt procedãt quãdo in ipso examine nullus prẽsens fuisset,prẽter ipsos notariũ & testẽ.Sed si vltra notariũ fuisset etiã præsens iudex,tũc absolutè statur ei, quod reperitur scriptum,quicquid testis postea dicat.

Tu

16 Tu scis,quòd dictum testis non probat,nisi sit iuratus,vt dixi in d.§.Testis. Modò aliquis dixit falsum testimoniũ nõ iuratus,nũquid poterit argui de falso?Respon.quod poterit puniri de falso,perinde ac si iurasset,ita dixit Bar.in l.si quis legatũ. nu.3.& seq.ff.de falsis.Et est communis opin.vt dicit Alex. in l.Edi.§.cũ autem nu.6.ff.de edendo.Curt. Sen.in tracta.de testib.conclus.15.n.34. licet enim testis nõ iuret,non tamen propterea dicitur eius depositio esse sine forma,vt declarat Bartolus ibi,meritò est puniẽdus.Quò ad hoc tamẽ an iuramentum sit de forma,vel ne,videda sunt ea,quæ dixi in d.§.testis. Et est intelligenda hæc conclusio,vt procedat,modo talis falsitas quam deposuit testis nõ iuratus,sit nocibilis:aliàs enim non esset de falso puniendus, saltem pœna ordinaria,iuxta ea quç dixi infrà vers. Item excusatur.

17 Quæro,nunquid ad hoc,vt testis dicatur falsus, sufficiat ꝓbare, quod dixit falsum in sua depositione,an autem debeat etiã probari,quòd fuerit corruptus?Respo.q̃ sufficit probare testem falsum dixisse,absque eo,quod probetur,q̃ pecunia,vel alio modo corruptus falsum deposuerit,ita dicit glo.in c.licet causam,in gl.2.circa med.de probat.Et hæc opi.communiter tenetur,vt dicit Imola in l.Diuus, col.1.in gl.in verbo,Corruptis,ff.de re iud.Hãc etiã dicit esse communem opi.Soc.Iun.cons.40.num.9. libr.2.Mench.controuer.vsu frequentium.ca.36.nu. 10.nisi tamen pars vtrunque simul dixerit, scilicet q̃ testes corrupti falsum dixerint,nã eo casu vtrunque probare tenetur secundum communem op.vt ibi per Mench.cui tamen hæc differẽtia non placet, prout neque etiã placet mihi.Si verò pars non vtrũque simul,sed copulatiuè deduxerit,quia scilicet dixerit testes corruptos fuisse, & falsum deposuisse, eo casu sufficit alterum probare.Et hæc est communis opi.vt attestãtur Scribentes in d.l.Diuus,quos refert Menchia.in loco prædallegato,nu.14.

18 Sed quid econuersò,nunquid sufficit probare,q̃ testes acceperunt pecuniam pro testimonio dicendo,absque eo,q̃ probetur ipsos falsum deposuisse? Resp.Bar.in l.1.in prin.post gl.in verbo, Aduocationem,ff.de falsis.& in d.l.Diuus,nu.7.ff.de re iudi.tenuit,quòd eo ipso,quod probatur testem accepisse pecuniam pro testimonio ferendo, posit puniri de falso.Et hanc opi.dicit sequi communiter DD. Anan.in c.1.n.15. de falsis.Menchiaca controuer.vsu frequentium,c.36.n.6.Illam etiam dicit esse magis communem Didac.in rep.d.c.quanuis,fol.57.col.3. licet dicat illam sibi non placere.idem attestatur Nunius de los corregidores,fol.238.num.18.in fin. Alij dicunt,q̃ ex eo nõ probatur falsitas testis quo ad illum,qui dedit pecuniam,Et ait,Dec.in d.ca.licet causam.nu.20.de probatio.& cons. 189. paulò ante nu.12.quòd ita tenent communiter Doctores, quem refert Bos.in tit.de falsis,nume.168.& in tit. de oppos.contra testes,nume.148.& Vinius in lib.j. communium opin.fol.299.vers.Testium solam corruptelã.Ego verò sic dico.Aut apparet testẽ,qui pecuniã accepit,falsum deposuisse. & superfluum est quærere,an sit propter corruptionẽ de falso conuictus,cũ sit de falso testimonio omnino puniendus. Aut apparet ipsum veritatẽ dixisse:& hoc casu ego non video,quomodo possit puniri de falso,ex quo constat ipsum nõ dixisse falsum.Et idcò dicerẽ posse puniri aliqua pœna extraordinaria,ex quo turpiter accepit pecuniã pro eo quod tenetur gratis facere.& hoc,nisi accepisset pro suis expẽsis vel operis,nam eo casu potuit licitè accipere.Aut verò dubitatur,nunquid falsum,aut verũ dixerit.& eo casu negari non potest,quin sit valdè suspectus,quod falsum dixerit.Et ideo credẽrẽ,q̃ posset iudex illũ torqueri facere super falsitate principalis depositionis,& deinde etiã illum punire extra ordinem,propterea q̃ pecuniã turpiter accepisset,vt suprà dixi.

19 Pœna autem testis falsum deponentis de iure canonico,est in clerico depositio & detrusio in monasterium,c.si Episcopus.50.distinctione. De iure ciuili est pœna falsi,de quo dixi infrà vers.Sed quæro. Itẽ testis falsus tenetur versus partẽ de omni damno contingente propter illud falsum testimonium, secundum regulam,quam tradit gl.in c.presbyterũ, in gl.fi.de homicid.Hoc tamen intellige, vt procedat in foro contentioso,secus autem in foro conscientiæ,nam in hoc foro nõ tenetur nisi de falso testimonio, non autem de dãno ex illo subsequente. Ita singulariter dixit Vinc.in capit.1.de custod.eucha.quem sequuntur communiter Doctores. vt dicit Corset.in suis sing.in verbo,Testi.vers.Si aliquis. quod nota quia de facili quis respõderet cõtrariũ.

20 Vtens dicto falsi testis,dicitur falsum cõmittere. Quod intellige. si sciens testimoniũ esse falsum eo vtatur,aliàs secus.Et quia scientia est difficilis probationis, ideò inuẽta est illa practica, qua quotidiè vtũtur aduocati,& procuratores,quia faciunt partem,quæ producit testem,interrogari, an velit vti dicto ipsius testis cum termino ad deliberandũ.Et si in eo termino respõdeat se velle vti,tunc habetur pro sciẽte,vt dixi infrà vers.Vtens falso.Et istud interrogatorium, est de consuetudine. vt dicit Rim. cons.569.nu.5.vbi consuluit q̃ iudex inquirens non potest hãc interrogationem facere.Quòd nota.

21 Fabricans falsum instrumentum dicitur falsum committere.

22 Pœna autem notarij fabricãtis falsum instrumentum de iure cõmuni est pœna falsi,de qua dixi infr. vers.Sed quæro. De iure autem Longobardorum, erat pœna amputationis manus dextræ.Et hæc pœna etiam hodiè seruatur,vt attestatur Gand.de malef.in Rub.de falsar.nu.3.quẽ refert Aug.ad Ange. de malef. in verbo,Falsario,post nu. 48.& Roland. cons.38.nu.16.lib.1.& Cap.decis.153.nu.5.licet dicat, q̃ ille notarius fuit suspensus propter constitutiones vtriusque regni, quæ puniunt hoc crimen vltimo supplicio.In hoc tamen Ducatu pro prima falsitate notarij vt plurimum puniuntur circa mortem, sed si plures cõmittãt,igne comburuntur,prout vidi in facti contingentia condemnatum ad ignem quendam Ant.Gayanellum,6.Iun.1545.& alium de Applaniis 27.Aug.1548.

23 Producens falsum instrumentum dicitur falsum committere,si sciebat illud esse falsum.

24 Vtens falso instrumento dicitur falsum committere,l.maiorem,C.de falsis.Et ita in facti contingẽtia consuluit Bar.cons. 54.maximè, num.16.& seq. lib.3.Scias tamen, q̃ ille,qui vtitur falso instrumẽto,nõ punit,nisi sciẽs illud esse falsũ,eo vsus fuerit.

25 Et quia scientia difficile probari potest,nisi per coniecturas, vt dixi infr.libr.7.§.Probatio, ideò in practica inuentus est modus ad illam probandã saltẽ præsumptiue.s.interrogando producentẽ,an velit vti ipso instrumento,cum termino ad respondẽdum.Et si in eo termino responderit velle vti,punitur de falso tanquam scienter producens, vt dixi suprà vers.Vtens dicto.Et scias,quòd statuto dicto termino tenetur clarè respondere,& sine vlla conditione,

ditione,vel adiectione,an velit vti vel non. Et hoc siue sit factum proprium,siue alienum,& siue possit de eo verisimiliter esse instructus,siue nō. Et hęc est cōmunis opi.vt dicit Bos.in titu.de falsis,nu.155. Benè verum est q̄ si agatur de facto alieno,de quo non sit verisimiliter instructus,iudex debet illi (si eam petat) concedere longiorem dilationem ad respondendū,quam si ageretur de facto proprio. Et ita vsu obseruatur.

16 Scias et q̄ ille qui vtitur falso instrumēto, mitius punit, q̄ ille qui illud fabricauit,vel fabricari fecit, nā solūmodo punitur pœna relegationis. Et ita cōmuniter tenetur,vt dicit Sal.in d.l.si vteri , nu.4.C. de fid.instr.Fabricans autē punitur pœna falsi ordinaria,quę est deportatio cū publicatione bonorū.

27 Notarius autem non modo fabricando falsa instrumenta dicitur falsum cōmittere,sed etiam si in instrumento aliquid apponat,quod verum non sit, puta si in instrumento mutui apponat verbum numerauit,cùm tamen tempore celebrati contractus nulla pecunia fuerit numerata.Et ideo debet puniri de falso.ita dicit gl.in l.ex cautione,in gl.magna ff.de pac.quam sequuntur omnes , vt dicit Alex.in l.prædia,nu.4.ff.de acqui.pos.Hanc etiam dicunt esse communem opin.Scribentes,in l. singularia,ff.si cert.peta.& in specie Ias.nu.48.qui dicit, quòd totus mundus eam sequitur,& Dec.nu. 33. quem refert Diaz.reg.492.Et licet Bar.in d.l. prædia,nu.3. post Iac.But. videatur tenere, quod illud verbum numerauit,possit etiā verificari in actu ficto,illa tamen opin.communiter damnatur,vt dicit Alex.in ea.l.singularia,post n.33.quem refert Dec.ibi,post nu.33.& Foller.in pract.crim.fol.126.nu.66.Idem dicit Curt.Iun.in ea l.singularia,n.36.Nō enim debet notarius cōficere instrumētū,nisi de his, quæ sensu corporis tunc percipit, secundum doct. Barto. in auc.si quis in aliquo,circa fi.C.de edendo,quam dicit esse communiter approbatam,Curt.Iun.in d. l.singularia. post nu.36.

28 Sic etiam si notarius scripserit in instrumento,rogauit Titius,spopōdit Męuius.& probetur,quòd tēpore cōfecti instrumēti Titius erat absens, proculdubiò incidit in pœnam falsi.ita sentit Bar.in l.iurisgentium,§.quòd ferè, ff. de pact. quam sequuntur cōmuniter Doctores,vt attestatur Rip.in l.1.in pri. nu.3.ff.de verb.ob.Licet enim quis possit interroga re,& alius respondere ex interuallo, tamen cum in instrumēto apponatur locus,& tempus præcisum, nō debet notarius(vt dixi) ponere in instrumento,nisi ea quæ percipit sensu corporis tempore cōfecti instrumenti,aliàs incidit in crimen falsi.

Pariter etiā notarius omittēs apponere solemnitates requisitas in instrumēto,de quo est rogatus incidit in pœnam falsi.Et ita magis cōmuniter tenetur,vt dicit Corn.cons.53.in litera G. lib.4.Scias tamen,quòd propter hoc non punitur de falso,nisi in casibus à iure expressis. Et hæc est cōmu.opi.vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Falsario,in fi. quem refert Pract.Conradi , fol.393.nu.10.

29 Adde,quòd notarius conficiens instrumētum super re illicita,extra casus à iure permissos , incidit in pœnā falsi.ita tenet Bart.in l.1.vers.Venio ad tertiam.C.de petit.bon.subla.lib.10.cuius opin.ab omnib.approbatur,vt dicit Aug,ad Ang.de malef.in d.verbo,Falsario,nu.46.quem refert Pract.Conradi,fol.363.nu.9.in fi.

30 Item notarius negans se esse rogatum de instrumento,de quo reuera fuit rogatus, punitur pœna falsi.ita tenent cōmuniter Scribentes,vt dicit Cur. Iun.in l.qui accusare,post n.12.C.de edendo.Quod intelligo,nisi notarius esset vir bonæ opinionis,& factum esset iam ante longo tempore ipsum instrumentum,nā eo casu esset excusandus,quia ex cursu longi temporis præsumitur obliuio vt dixi infrà,li 7.§.possessio.Benè verum est,quod si pars faceret statui notario terminum ad respondendum,an esset de eo rogatus,& negaret:dicerem illum non esse à pœna falsi excusandum.

31 Sunt etiam alij casus,in quibus falsum committitur,puta,falsificando literas Papæ, Regum,&c.Et nota,q̄ clericus committens crimen in literis Apostolicis,statim est degradandus & tradendus curiæ seculari,vt dixi infrà,§.fi. q. 36.vers.Scias etiam,& vers.Videmus etiam.

32 Abradens instrumenta,dicitur falsum committere.Et scias,quòd de abrasione facta in literis confirmatoriis principis,vel in literis de iustitia , idem iudicatur,quòd de rasura alicuius instrumenti. Et est communis opi.vt dicit Afflic.decis.404.post nu.4.

33 Aperiēs & desigillans literas alienas,vt illas ostendat aduersario,cōmittit crimen falsi:ita tenet Bart. in l.Titio,nu.3.ff.ad municip.Et est communis opi. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo,Falsario, num.quem refert Pract. Conradi , fol. 392.colum. 2.in princ.

34 Adscribens sibi legatum in testamento alieno,punitur pœna l.Cor.de falsis,quę est deportatio, & bonorū publicatio l.1.§.fi.ff.ad l.Corn.de falsis.l.Senatusconsulto.C.de his qui sibi adscrib.Et hoc ex dispositione Senatusconsulti Liboniani: vt ibi.Hoc autem Senatusconsultum de plano procedit,quando testamentū de quo agitur,fuit confectū in scriptis,& sic per ipsam solam scripturam potest veritas voluntatis probari,prout etiā apertè loqui videntur verba ipsius Senatusconsulti. Sed quid in testamento nuncupatiuo,quod cōficitur coram testibus,propterea q̄;videtur cessare suspicio,ex quo voluntas potest etiā per ipsos testes probari?Resp. q̄ etiam in tali testamento locum habet dispositio dicti Senatusconsulti.Ita tenuit Dyn.quem communiter Doctores sequuntur,vt dicit Bello. cons.80. post nu.3.Hanc ēt dicit esse cōmunem opin. Bos.in tit.de his,qui sibi adscribunt,n.3. Licet enim adsint testes,quando conficitur testamentum, tamen experientia docet, quòd quilibet de facili obliuiscitur,præsertim ea,quæ ad ipsum nō pertinēt:præterea vbi quid reperitur scriptum in testamento,pauci sunt,qui contra ipsum testamentum velint deponere.Si tamen notarius probaret per testes,quòd testator tale legatum sibi reliquisset , credo quòd euitaret pœnam falsi.Et ita intelligo illud quod dicit Anan.in c.accedens,post nu. 6. de crim.falsi,dū attestatur communiter teneri,quòd quando est tale testamentum nūcupatiuum,quod probatur per testes , non tenetur notarius in eo aliquid sibi adscribens,scilicet q̄ secuta probatione per testes,notarius non sit ex ea causa molestandus.

26 Prohibens aliquem testari,incidit in crimen falsi. l.Paulus.ff.de falsis.vt in casu Cor. cons.56.libr.1.& cons.84.eo.vol.& cons.209.lib.2.& cons.110.lib.4.& Calc.cons.91.& Ias.cons.31. lib.1.& Socin. cons.105. lib.1.& Soc.Iun.cons.148.lib.2.& punitur talis prohibens pœna extraordinaria,arbitrio iudicis.Ita tenent communiter Doct. vt dicit Bos.in tit.de his, qui prohibēt aliquem testari,nu.1.& ei aufertur hęreditas tanquam ab indigno. Scias tamen,quòd ad

ad hoc,vt huiusmodi pœna locum habeat , duo requiruntur.Primùm, quòd defunctus vellet testari. Secundum,quòd fuerit prohibitus testari. Et hoc est commune dictum,vt attestatur Socin.Iun.in d. cons.148.nu.1.lib.2.

37 Vendens eandem rem duobus,incidit in crimen falsi:Si verò alienat duobus alio contractu, quàm venditionis,punitur tātum pœna stellionatus.text. est in l.qui duobus.ff.de falsis.Sed certè illis iuribus derogatum est per generalem consuetudinem , vt attestatur Pract.Pap.in forma libelli,in actione hypothecaria,in verbo,Sub ead.col. fin. quem refert Pract.Conradi.fol.396.nu.22.

38 Tertia est conclusio apud omnes , quòd suspicio falsi pro veritate habetur, & fuit dictum Archid. in ca.in memoriam. 19.distinct.Scias tamen,quòd hæc conclusio ita simpliciter intellecta,nō est vera imò in contrarium est communis opin.vt attestatur Gratus cons.60.nu.16.lib.2.Soc.Iun.cons.45.nu. 8.lib.3.quem refert Herculan.de prob.nega. nu.131.

39 Est igitur distinguendum,nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquem de falso , & tunc ad probandam falsitatem non sufficiunt coniecturæ,neque suspiciones, sed requiruntur probationes legitimæ, & quæ de necessitate concludant. Et est communis opi.vt dicit Soc.Iun.cons.39. nu. 44.& nu.77.lib.2.& cons.61.nu.9. eod. vol. Bos.in tit.de off.corrup.pec.nu.14.Aut loquimur in ciuilibus ad elidendam aliquam probationem , & eo casu vtique talis suspicio falsi pro veritate habetur & ita intelligendo,illud dictum Archidi.est communiter approbatum,vt dicit Cur.Iun.cons.132.nu.10. & cons.166.nu.6.

40 Sed quæro,quæ sit pœna falsi?Resp. q̄ est deportatio cum publicatione bonorum,hæc tamen pœna hodiè non est in vsu,neque imponitur alicui de consuetudine,vt dicit Gand.in tit.de falsa.nu.3.quē refert Aug.ad Ang.de malef.in verb.falsario , post nu.48.nam(vt ipse ait)hodiè non vtimur deportationibus,vt dixi etiam j. hoc eo.lib.§.fi.q.67. vers. Deportatio.Et ideò(secundum eum)vbi adsunt statuta superinde disponentia , imponenda est pœna expressa in ipsis statutis: vbi verò non sit à statutis aliqua pœna imposita, tunc imponenda est pœna consueta,quasi hoc arbitrio iudicis relinquatur.Et dicit,quòd ita sentiunt Iacob.de Arena,& multi alij Doctores.Vide quæ dixi suprà,vers.Testis qui falsum,& vers.Pœna autem,& vers.Fabricans, & in d. vers.deportatio.

41 Item propter falsitatem cōmissam in causa, pars ipsa falsitatem committens causam amittit.Et hęc est commu.opin.vt dicit Boer.decis.291.nu.2.prout illum refert Villalob.in sua collecta commu.opi.in litera F.nu.4.Tu verò dic, q̄ aut commissa est falsitas circa testes,aut instrumenta,& hoc casu non amittit causam,ita dicit Bar.in l.in fraudem.§. quoties.ff.de iu.fisci.Et est communis opi. vt dicit Dec. in c.cum venerabilis,nu.21.de excep.Boe.in d.decis. 291.post n.2.quem refert Turza.in suis communib. opin.c.81.Aut verò est commissa falsitas circa acta ipsius causæ,& tunc causam amittit.ita dicit Bart. in loco prælegat.& ita cōmuniter tenetur , vt ait Deci. in dict.capitul. cùm venerabilis,post numerū vigesimūprimum. Hanc etiam opini. dicit esse communem.Alexand.in l. Diuus,nu. 6. quē refert Dida.in rep.d.c.quanuis,fo.56.post n.6.ver.Item punitur,& Pract.Conradi.fol.399.nu.31.Boer.in loco prælleg.vbi etiā subdit quòd ita seruatur in prācti ca, quem refert Vantiùs de nullitatibus,fol.334.nu. 141.Ruin.cons.15.nu.3.libro quinto.Et licet aliqui tenuerint istud tantummodo locum habere quando causa est cum fisco , nihilominus magis communis opin.est,quòd habeat locum etiam,quando est cum priuato , vt attestatur Ruin. in loco prælegato.

42 Excusatur autem à crimine,& pœna falsi ille,qui non est in dolo,nam vera est iuris conclusio, quòd falsitas sine dolo cōmitti non potest.Et est communis opin.vt ait Socin.Iun.cons.39.nu.83.libro.2.Faciunt quæ dixi j.hoc eod.lib.§.fin. quæst. 84. circa princip.

43 Præterea excusatur , quando illud quod dicitur falsum,adiuuatur primordio veritatis.Est enim certa iuris conclusio,q̄ non potest dici falsum illud,q̄ iuuatur primordio veritatis. l.cum filius. §. hæres meus.ff.de lega. 2. Et hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Foller.in pract.crim.fol. 183.nu.35.

44 Item excusatur,si falsitas nemini præiudicat, nā regulariter nemo incipit in pœnam falsi , nisi falsitas commissa sit notabilis, quia scilicet alicui præiudicet,aut potuisset præiudicare, ita colligitur ex gl.in l.damus,in verbo,Priuatus.C.de falsis, quam sequuntur cōmuniter Doctores,vt dicit Alex.cons. 145.col.1.vers.Confirmo per id,lib.6.Et illam glos. esse singularem,& communiter approbatam attestatur Barb.cons.52.nu.4.lib.3. Hanc etiam dicit esse communem opin.Socin.cons.103.nu.1.& 2.lib. 1.quod est duplicatum in con.185.lib.2.quem refert Dida.in rep.d.c.quānis.fol.56.post nu.6.vers.Pœnæ verò statutæ,& pract.Conradi,fol.399.post nu. 33. & Foller.in pract.crim.fol. 346.nu.102.& Vinius in lib.cōmunium opi.in verbo , Falsitas quæ nemini, & fol.268.vers.Testis falsum,in fi.Turzanus in suis communib.opin.c.80.Plottus in rep.l.si quando,n. 716.in fin.Et dicit Cur.Iun.de feud.in 4.parte,in prima causa amissionis feudi,q.10. quòd hæc est communis practica,qua aduocati sæpè vtuntur. Idem dicit Ana.in c.1.post nu.14.de falsis. Et ita reperio seruatum fuisse per senatum in quodam errore cōmisso,per quendam Trouanum notarium 28. Nouemb.1543.P.N.Hinc infertur,q̄ quando scriptura quæ dicitur falsificata,deficiebat in forma,& circa substantialia, & sic erat nulla, neque ex ea poterat alicui præiudicium inferri,eo casu ille,qui in ea falsitatem dicitur commisisse, non potest de falso puniri.ita dicit Barto.in l.si quis legatum,num.2.ff.de falsis.Et ita communiter tenetur,vt dicit Alb. in 2. par.statutorū.q.147.Hanc etiam attestatur esse cōmu.opi.Soc.cons.104.post nu.3.vers.Tertius casus li.1.quē refert Fran.de Mariano inter cons.criminaliū,cons.100.nu.1.li.2.Sic etiā testis,cuius depositio erat nulla,vel aliàs nemini præiudicare poterat non potest de falso puniri.Intellige pœna falsi ordinaria.Sed bene potest extra ordinem puniri pœna stellionatus.& ita communiter tenetur,vt dicit Albe.in 2.parte statutorum q.146.Cotta in memoral.in verbo,Mendax,circa fi. Hanc etiam opi. dicit esse communem Gand.de malefi.in tit.de falsar.nu.21.prout illum refert Augustī.ad Ang.de malef.in verbo,Falsario,nu.21.relatus,& ipse in pract. Conradi.fol.395.post.nu.20. Ego verò in hac materia solitus sum distinguere duos casus.Primus est quando siue testis diceret verum siue falsum, & siue probaretur illud quod deposuit,siue nō, in omnē casum non poterat alicui nocere, etiā si falsitas

detecta non fuisset & hoc casu Bal.in l.fi.nu.20. C.si ex falsis instrumentis,tenuit, quòd talis testis inutilis falsum deponens puniatur de falso. Sed contrarium communiter tenetur,vt dicit Soc.in d.cõs. 103.nu.1.lib. 1.vbi etiam in fine consilij dicit hanc opin. contra Bald.esse communem quasi omnium opin.subdens non esse ab ea in iudicando recedendum.Et ita procedat gl.in d.l.damus. cum similib. Addit Soc.in d.cons.104.nu.2.lib.1.idem esse dicendum,quãdo aliquis committeret falsitatem in scriptura,quæ de se nullam faceret probationem,puta si quis in lib.suo scriberet aliquem esse suum debitorem.Et dicit,quòd Saly.in l.1.num.6.C.de sepulchro viol.qui tenuit,quòd hoc casu debeat puniri de falso,male locutus est,& contra commu.opi. Et ita ꝙ talis falsitas puniri non possit,dicit esse communem opin.Plot.in repet.l.si quando,nu.722. Sed certè,iudicio meo,hoc non transit sine difficultate, quia Doctores in hac materia loquentes considerant,non solùm,ꝙ falsitas possit nocere eo tẽpore quo fit,sed etiam ꝙ in futurum sit apta aliquo casu nocere,prout nocere potest scriptura,vel liber privatus viri probi post eius mortem producta, iuxta ea quæ dixi ẽ.li.7.Propterea ego hoc casu dicerem, ꝙ aut talis falsum committens vsus est etiam illa re falsificata,puta eam producendo in iudicio, vel huiusmodi,& tunc debet puniri de falso, iuxta opi. Sal.saltem pœna extraordinaria , aliàs autẽ posset teneri opi.Soc.tanquam mitior.Secũdus est casus, quando scriptura falsificata,vel dictũ testis falsi poterat alicui præiudicare,vbi falsitas detecta nõ fuisset.Et hoc casu aut actus de se erat validus in substãtia & forma,sed in aliis deficiebat,& tunc punitur falsarius pœna falsi,perinde ac si fuisset omnino validus,& ita finaliter concludere Doctor. attestatur Marsi. cons.70.n.2.Aut verò actus peccabat in substantia & forma,& hoc casu,ex quo nõ poterat nocere,nõ debet puniri pœna falsi ordinaria , sed extra ordinẽ pœna stellionatus. Et ita intelligo do ctrinam Bar.in d.l.si quis legatum, & Gand.in loco præall.Et in hoc proposito generaliter cõcludo, ꝙ licet falsitas nõ nocebilis nõ sit puniẽda pœna falsi ordinaria,debet tamen puniri pœna extraordinaria,secũdũ qualitatem facti,& personarum,arbitrio iudicis.Et hæc est communis opin. vt dicit Plot.in rep.d.l.si quãdo,post n.721.An autẽ testis nõ iuratus possit argui de falso,dixi ẽ.versi.Tu scis, ꝙ dictum.

45 Item debet iudex omni studio laborare , vt reos à pœna falsi excuset.& ideo debet , quantum fieri potest,studere,vt dicta testium contraria deponentium,ad concordiam reducat,vt dixi ẽ.lib. 2.§.Testis.Pariter etiam instrumentum iuuare debet omni interpretatione,& distinctione ne falsum iudice tur,vt colligitur ex gl.in l.iurisgentium.§.quod ferè,in verbo,Contrarium probetur.ff.de pact.quam dicit esse communiter approbatam Curt.Iun. in l. singularia,post nu.36.ff.si cert.pet.Hanc etiam dicit esse communem opi.Cæpol.cons.cri. 22.vers.Et quod hoc fit.Faciunt quæ dixi ẽ.versi. Solet etiam.

46 Dixi etiam,quòd circa monetam potest cõmitti falsitas.Et scias, ꝙ multis modis potest quis falsum committere circa monetam.Primò,fabricando falsam monetam.Secundò,adulterando.Tertiò diminuendo.Quartò,illam sic falsificatam vel adulteratam , vel diminutam expendendo. Falsificans autem monetam imperatoris punitur pœna ignis, vt est tex. in l.2.C.de falsa moneta secũdũ interpretationem , quam dicit esse communem Viuius in li.commu.opin.in verbo,Monetam falsam Imperatoris.& Dida.in li.pract.q.fol.339.nu.3.In Gallia aũt falsificantes monetam regis, in aqua feruente siue bulliente suffocantur,vt dicit Igneus in rep.§. non aliàs,nu.597.ff.ad Syll.Falsificans autem monetam ciuitatis punitur pœna capitali,vt est tex.in l. 1. C. eo.tit.de falsa moneta.Illa tamẽ pœna capitalis nõ est intelligenda de pœna mortis,sed deportationis. Et ita intelligunt communiter Docto.vt attestatur Alex.cons.121.nu.1.lib.7.referentes Io.Glosatorem defendisse in facti contingentia quendam à pœna amputationis capitis, qui falsificauerat monetam cuiusdam ciuitatis.Hanc etiam opi.dicit esse communem Viuius in loco præal.& Didac.esse pariter, loco præallegato dicit hanc frequentissimam iuris vtriusque interpretationem,Faciũt quæ dixi ĩ. hoc eo.lib.§.fi.q.67.circa prin.

47 Radens autem , aut minuens monetam auream si liber est,bestiis subiicitur:si seruus vltimo supplicio punitur.l.quicunque.ff.de falsis.Et est communis opi.vt dicit Viuius lib.communium opi.in verbo,Monetã radens Didac.in loco præallegato,n.5.

48 Expendens autem falsam monetam , si quidem nũmi sunt plumbei,vel stannei , incidit in pœnam legis Corneliæ de falsis:si verò non appareat,quòd essent plumbei,vel stannei , punitur tantummodò pœna extraordinaria iudicis arbitrio.Ita dicit Bar. in l.lege Cornel.in princ.ff.ad l.Corn.de falsis, subdens se dixisse propter hoc plures euasisse à pœna legis Corneliæ. Et ita tenent etiã Doctores,vt dicit Alex.in d.cons.121.nu. 3.lib.7.vbi in facti cõtingentia ita consuluit. Salyc.autem in l.2. nu.6.C.de falsa moneta , tenet indistinctè imponendam esse pœnã falsi ordinariam.Et dicit Marsil.in l.qui falsam,nu. 64. ff. de falsis , quòd hæc opi.seruatur in practica, quem refert Didac.in loco præallẽ. nu.4.& Viuius in lib.communium opi. in verbo, Monetam falsam scienter.Mihi magis placet opi.Bart.tanquã mitior, & secundum illam,si casus contingeret, cõsulerem, & iudicarem.

§. FORNICATIO.

1 *Fornicatio simplex an sit omni iure prohibita?*
2 *Et an cum meretrice?*
3 *Quæ sit pœna fornicationis?*
4 *Notarius fornicator an sit ipso iure suspensus ab officio?*
5 *Qui sint coitus damnati?*
6 *Concubinatus an sit de iure prohibitus?*
7 *Et an possit puniri per iudicem secularem?*
8 *Et quæ sit pœna tenentis concubinam?*
9 *Et an tenens eodem tempore duas concubinas, vel vxorẽ & concubinam,sit infamis?*
10 *Plura requiri ad hoc,vt dicatur concubinatus.*
11 *Coitus cum virgine est punibilis?*
12 *Et quid si sit cum puella nondum viri potente?*
13 *Coitus cum puero an sit punibilis?*
14 *Coitus cum nupta an sit punibilis?*
15 *Coitus cum vidua an sit punibilis?*
16 *Coitus cum affine an sit punibilis?*
17 *Coitus cum moniali an sit punibilis?*
18 *Mulier si coierit tum presbytero,an dicatur committere sacrilegium?*
19 *Vasallus commiscens se cum domina,an puniatur?*
20 *Coitus mulieris cum proprio seruo,an sit punibilis?*
21 *Dominus commiscens si cum subdita,an puniatur?*
22 *Officialis carnaliter cognoscens mulierem sibi subditam an puniatur?*
23 *Tutor cognoscens carnaliter pupillam,an puniatur?*
24 *Custos carcerum,cognoscens carnaliter mulierem carceratam punitur.*
25 *Iudæus,cognoscens carnaliter mulierem Christianam , an sit pœna mortis puniendus?*
26 *Christianus cognoscens carnaliter Iudæam vel aliam,mulierem infidelem,qua pœna puniatur?*
27 *Coitus cum bruto animali qua pœna puniatur?*
28 *Coitus cum mortua an sit punibilis?*
29 *Mulierum inter se concubitus qua pœna puniatur?*
30 *Raptus qua pœna puniatur?*
31 *Vxores duas,vel duos maritos,vel plures ducens,qua pœna puniatur?*
32 *Et quid si vxor credens virum suum mortuum esse alium ducat?*
33 *Coitus cum violentia commissi, grauius sunt puniendi?*

1 FOrnicatio simplex de iure ciuili non est prohibita, neque etiam in concubinario,secundum aliquos, vt dixi infrà vers.Et in primis.De iure autem canonico vtique est punibilis , quum eo iure prohibitus sit omnis coitus præter matrimonialẽ, vt dixi in loco præallegato. De iure etiam diuino fornicatio simplex est prohibita , adeò ꝙ est proculdubio peccatum mortale. & ita tenent omnes sancti Theologi,vt attestatur Afflict.super 1. parte const.regni,Rub.1.nu.21.Et qui aliter diceret , vel crederet,esset hæreticus,vt dixi infrà hoc eo. lib. §. hæresis,circa prin.De iure autem ciuili,vt dixi,simplex fornicatio , siue coitus soluti cum soluta non est punibilis,quinimò neque etiam coniugati cum soluta,vt dixi suprà hoc eo.lib.§.adulterium , circa princ.Hoc autem multo magis locum haberet,si talis mulier soluta esset meretrix:nam fornicatio,vel coitus cum meretrice, non est de iure ciuili punibilis.Et hanc opi.dicit esse communem Ange. in l. si vxor.§.sed & in ea n.1.ff.de adul.Et hoc adeò verum est, vt etiam si per vim quis stuprauerit meretricẽ,non potest puniri, neque etiam crimine iniuriarum,quicquid dixerit Bald.in l.fi.nu.3.ff. de rer. diui.cuius opi.est communiter reprobata,vt dicit Ale.con.469.nu.Et hæc quidẽ cõclusio in meretrice nõ nupta,nõ habet multũ difficultatis.Sed quid si sit nupta?dixi ẽ.hoc eo.lib.§.Adulterium.vers.sed nunquid.Quæro etiam quid si meretrix sit carcerata,an illã carnaliter cognoscens,sit puniendus?Dixi ĩ.vers.Cum carcerata.

3 Sed quæro , quæ sit pœna fornicationis de iure canonico?Resp.in laico est pœna arbitraria:in clerico autem variæ fuerunt opiniones inter Scribentes,nam aliqui tenuerũt,ꝙ propter simplicem fornicationem clericus incurrat pœnam depositionis Et hanc dixit esse communem opin.Aret.in c.cùm non ab homine,col.10.de iudic. Contrariã autem sententiam,ꝙ scilicet clericus propter simplicem fornicationẽ nõ incurrat pœnam depositionis, sed solummodò suspensionis,dicit communiter teneri gl.in c.Maximianus,in verbo,Remoueantur,81.distinct.quam refert, & sequitur Abb.in ca.ex parte, num.1. in fin.de testib.Hanc etiam opin.dicunt esse communem Scribentes in ca.at si clerici, de iudic. & in specie Imola,nu.11.& Fel.post nu.14.vers. Vtrum autem,quem refert Foller.in practi.crimi. cano.fo.221.n.6.& Dec.in eo.c.at si clerici,n.36.& Berous nu.165.& seq.Corse.in suis sing.in verbo , Fornicatio vers.propter Sylua.de beneficio,fol.140.n. 7.Duennas reg.101.in prin.Bermon.de concubi.fo. 251.nu.10.Boss.in tit.de coitu damnato,n.10.Et ab hac opi.tanquam veriori,& magis communi nullo modo esset in practica recedendum , quam etiam dicit esse forensibus vsibus receptam, Menchiaca lib.3.de testa.§.22.num.48. & seq. Bene verum est ꝙ pro fornicatione, quæ habet insignem deformitatem,clericus est deponendus. Et est communis opi.vt attestatur Menchiaca in loco præalleg. post nu.49.Vide quæ dixi ẽ.hoc eod.lib.§.adulterium, vers.Sed quæro,& ĩ.§.Incestus.vers.Sed quæro, & §.Sodomia,vers.Sed quæro,& §.Stuprum,versicul. Sed quæro.

4 Cæterùm coitus,qui fit inter clericum & mulierẽ solutam,non est neque incestus,neque sacrilegium vt dixi ĩ.vers.cum presbytero,& ĩ.hoc eo.li.§.Incestus.vers.Sed nũquid,sed simplex fornicatio, prout etiam inter laicum solutum, & solutam. Clericus autem notorius fornicator est ipso iure suspẽsus ab officio.Et est communis opin.vt dicit Abb.in ca.cũ non liceat,nu.4.de præscrip.

5 Frequenter dubitari contingit,quis dicatur damnatus coitus. Scias igitur,quòd damnatus coitus. dicitur ille,qui aliqua lege exteriori,& humana punitur.ita dicit Bar.in l.fi.nu.4.ff.de his,quib.vt indi. atque ita ab omnib.receptum videtur, vt ait Dida. in epito.super 4.decret.fo.172.post n.15.Videamus igitur qui coitus sint à lege punibiles.Et reperio,ꝙ à lege puniri videntur hi,qui sequuntur.

Cum concubina.
Cum virgine.
Cum puella nondum viri potente.
Cum puero.
Cum nupta.
Cum vidua.
Cum affine.
Cum moniali.
Cum præsbytero.
Cum domina.
Cum subdita.
Cum pupilla.
Cum carcerata.
Cum Iudæis vel infidelibus.
Cum animali bruto.
Cum mortua.
Mulierum inter se.

His accedit Raptus,& violentia,& is coitus , qui plures vxores eodem tempore ducendo committitur,de quibus omnibus figillatim videamus.

6 Et in primis quæro , nunquid concubinatus sit à iure prohibitus?Resp.hæc quæstio de iure canonico nullam habet difficultatem:nam omnis coitus,præter matrimonialem,est prohibitus in foro conscientiæ,secundum canones,vt tenet glo.in clem. vt nostrum.in verbo , Non est,de hæret.quam sequuntur omnes,vt dicit Caccialup. in rep.l.si qua illustris, n. 30.in fin.C.ad Orficia. Sed de iure ciuili magna fuit altercatio inter Scribentes: nam aliqui tenuerunt, quòd de iure ciuili coitus cum concubina non sit improbatus.Et hanc opin. dixit esse communem Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,nu.13.ff.ad Trebel.quem refert Io.Garon.in Rub.C.de secun. nup. in 28.pœna,vers.Ex qua conclusione.& in l.1.in textualib.n.37.eo.tit.& Bermon.de concub.fol. 391.n. 2.Socin.in l.cùm auus,post nu.65.vers.Magis tamẽ. ff.de cond.& demon.Contrariam autem sententiã scilicet,quòd imò concubinatus hodiè sit reprobatus etiam à iure ciuili,dicit communiter teneri Alex.sibi contrarius cons.59.nume.3.in fin.lib.4 Feli. in c.cũ sit generale,nu.13.de foro compe.Ripa in l. fin.nume.38.in fin.C.de reuocan.dona. Didacus in epitom.super quarto decretal. in prima parte ca.4. fo.5.prout illum refert Nunius de los corregidores

fol.223.nu.1.in fin.Ego certè ſuſpicor in puncto iuris veriorem eſſe opin.quòd concubinatus non ſit de iure ciuili prohibitus,atque ita videmus ſeruari de conſuetudine,quæ eſt optima legum interpres. Quia iudices ſeculares regulariter hoc crimen nõ puniunt, niſi quatenus requiſiti ab eccleſiaſticis brachium ſuum impartiuntur,vt dixi infrà hoc eo. lib.§.fin.q.37.verſ.Quæro etiam:propterea ego ab hac ſententia in iudicãdo non recederem. De iure autem canonico laicus tenens concubinam, punitur arbitrio iudicis:clericus autem concubinarius eſt priuandus beneficio, & tenetur ad reſtituendũ fructus perceptos. Et eſt communis opin. vt dicit Bello.conſ.56.nu.3.prout illũ refert Villalob. in ſua collecta cõmuniũ opin.in litera C.nu.85.Sed certè Bello.ibi atteſtatur de communi in alio propoſito, prout ego fideliter retuli infrà hoc eo.lib.§.fina.q. 63.verſ. Pariter etiam. Idem de iure tenens eodem tempore vxorem,& concubinam, vel duas concubinas ſimul,efficitur infamis,ſicut ille,qui duas vxores habet eodẽ tẽpore.ſecũdũ gl.in §.ſi verò effuſa: in verbo,conſiſtẽte,in aut.quib.mo.nat.effi.ſui,col. 7.Sed hoc nõ obſeruatur de facto,vt dicit Bal.in l. neminem,quæ eſt lex 2.num.1.C.de inceſt.nuptiis, quem refert Barb.de teſtib.in 4.parte poſt nu. 9.& Caccialup.in rep.d.l.ſi qua illuſtris,nu.35.C.ad Orficianũ,& Bermon.de concubinis.fo.188.n.3.& fol. 399.in prin.& Rolan.conſ.64.nu.18.lib.2.

10 Vnũ tamen ſcias in hac materia, quòd ad hoc, vt dicatur concubinatus,plura de iure requirũtur, quæ ſi non concurrant,tranſit in crimen ſtupri, ꝙ eſt omni iure punibile,prout in facti contingentia iudicauit Curia Neapolitana vt per Gramma.voto quarto,quæ relegauit per trienniũ quẽdam qui diu mulierem vt concubinam tenuerat, deficiẽtib. aliquibus ex dictis requiſitis, quæ ibi enumerat, n. 6.& aliis ſeq.

11 Cum virgine proculdubiò punibilis eſt coitus, & appellatur ſtuprum,de quo dixi infrà hoc eo.lib. §.Stuprum.

12 Cũ puella nondũ viri potente coitus eſt punibilis,vt dixi in d.§.Stuprũ,verſ.Fuit aliquando.

13 Cũ puero pariter eſt punibilis coitus,vt dixi infrà hoc eo.li.§.Sodomia.

14 Cũ nupta eſt punibilis coitus, vt dixi ĩ. hoc eo, lib.§.Adulterium.

15 Cũ vidua eſt punibilis coitus,vt dixi j̃.eo.lib.§. Stuprum.

16 Cũ affine vel conſanguinea eſt punibilis & damnatus coitus,vt dixi j̃.hoc eo.li.§.Inceſtus.

17 cũ moniali eſt prohibitus coitus,& punitur pœna capitis.vt eſt tex.in §. penultimo in authen. de ſanctiſſ.Epiſco.& ita etiam cautũ eſt per conſtitutiones huius Ducatus in tit.de pœnis.cap. Carnali copula.Et idem etiam diſponũt communiter ſtatuta per Italiam,vt dicit Marſilius in l.vnica, num. 40.& ſeq.C.de rap. virg. vbi in.hoc propoſito eleganter loquitur.

18 Cũ preſbytero autem mulieris fornicatio proculdubiò eſt prohibita, prout cũ cæteris. Punctus eſt,nũquid concubina,vel alia mulier ſoluta concũbens cũ preſbytero,dicatur committere ſacrilegiũ? Reſpond.quòd non,ſed tantũ dicitur committere ſimplicem fornicationem.Et eſt communis opin. vt dicit Caccialup.in rep.l.ſi qua illuſtris,poſt num. 31.C.ad Orficia.prout illũ refert Boſſ.in tit.de coitu damnato,nu.15.licet Caccialup.in libro meo id nõ dicat,ſed quòd coitus clerici cum ſoluta non habeatur pro adulterio,neque pro ſtupro, neque pro inceſtu,ſed tantũmodo pro ſimplici fornicatione atteſtatur eſſe communem opin. Menchiaca lib.3. de teſta.§.22.nu.50.Boſſ.in tit.præalleg.de coitu dã nato,n.10.Vide quæ dixi infrà hoc eod.lib.§.inceſtus,ver.Sed nũquid.Et ſecũdũ hanc concluſionem neceſſè eſt dicere,ꝙ gl.in c.per venerabilem,in verbo,adulterinus,qui filij ſint leg.quæ appellat hunc coitũ adulterinũ,impropriè loquatur, licet illam communiter receptam eſſe aſſerat Didac.in epito. ſuper 4.decret.fo.172.col.4.in fi.& Placa.lib.1.delicto.c.41.nu.31

19 Cum domina punitur vaſallus ſe commiſcens,vt dixi ĩ.lib.prox.§.Feudũ.q.58.Item ſeruus cũ domina coiens,flammis eſt comburendus,vt dixi j̃.verſ. Mulieris etiam.

20 Mulieris etiam cũ proprio ſeruo coitus inter dã natos connumeratur,& grauiſsimè punitur ex diſpoſitione.l.1.C.de mul.quæ prop.ſeruis ſe iũxerũt: nam mulier ipſa capite punitur,ſeruus autem flammis comburitur. Et ita tenent communiter Doctores,vt dicit Anto.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.23. Non tamen econtrà ſi ancilla rem habeat cũ domino,punitur,imò remuneratur,vt eſt text.in l.fin.C. communia de manumiſ. vnde ſumit argumentum Cynus in dicta l. 1. quòd amatores debent donare amaſiis ſuis,non econtrà ſubdens. Et crede experto quòd donũ magis valet quam ſuſpiriũ,imò ſuſpiriũ nihil valet ſine dono.ferrũ tamen præponitur auro,nam ſecundum Iuuen.Ferrũ eſt quod amant. Quod(vt ipſe ait)quidam,exponunt.1. ferreũ membrũ propter cuius ferri fortitudinem inſignes etiã mulieres ſeruis viliſsimis ſe exponunt. Quæ verba D.Cyni ſunt notanda,quia licet eſſet excellens Doctor,fuit etiam maximus amator,& egregius poeta,vt Franc.Petrarcha atteſtatur in iis carminibus, in quibus ipſius mortem deplorat. Et extant adhuc cantiones, & alia carmina amatoria D. Cyni non inſulſa.

21 Cũ ſubdita punitur etiã coitus in domino feudi.

22 Item in officiali cognoſcente carnaliter mulierẽ ſibi ſubditam.

23 Cũ pupilla punitur tutor, vel curator ſe carnaliter commiſcens pœna deportationis,& confiſcationis omniũ bonorũ,vt eſt tex.in l.vnic.C. ſi quis eam cuius tutor fue.&c.Et ita tenent communiter DD. teſte Ant.Gomeſ.ſuper l.89.Tauri.nu.24.Et licet ille tex.loquatur in eo,qui iam deſiit eſſe tutor, vel curator,nihilominus multò magis locũ habebit eius diſpoſitio in eo,qui adhuc durãte tutela,vel cura eam ſtuprauerit,& ita eſſe de mente omnium,atteſtatur Ant.Gomeſ.in loco præalleg.

24 Cũ carcerata coiens cuſtos carceris grauiter punitur,& de conſuetudine Regni Franciæ ſuſpenditur, vt atteſtatur Io.Fab.§.Itẽ lex Iul.n. 6. Inſt. de pub.iud.quem refert Pariſ.Put.de Syn.in verbo,Adulteriũ,c.1.poſt nu.2.& Ant.Gomeſ.ſuper l.80.Tauri.n.25. Sed hoc apud nos non ſeruatur. Habemus enim conſtitutionem in tit.de cuſto.reor.c.ſi prætores.§.Cuſtodib.per quã imponitur pœna triũ ictuũ funis,&vltrà,arbitrio ſenatus.Sed quid ſi mulier cognita à commentarienſi eſſet meretrix? Reſpond. quòd licet coitus cum meretrice ſit impunitus etiamſi per vim fiat,vt dixi ſuprà verſic.Sed nũquid: nihilominus ratione loci & cuſtodiæ,non eſt impunitus dimittendus. Et ideò in facti contingentia parlamentũ Burdegalenſe iuſsit fuſtigari quẽdã cuſtodem carcerũ,qui meretricem carceratã, per vim

vim cognouerat.vt refert Boër.deciſ.317.num.9.de quo Arreſto mentionem facit Papo li.22.ti.octauo Arreſto 1.Si verò alius ex carceratis cognoſcat meretricem pariter carceratam, non videtur propter hoc moleſtandus.& ita ſeruatum fuiſſe per eandẽ curiam Burdegalẽ.atteſtatur Boer.in d. deciſ. 317. n.10.vbi etiam n. 14. dicit hanc eſſe communẽ opi.

26 Cum Iudæis etiam coitus eſt prohibitus. Poteſt autem hoc dupliciter contingere. ſ.ſi Iudæus cognoſcat mulierẽ Chriſtianam, & econuerſò ſi Chriſtianus cognoſcat mulierem Hebræam. Quæro igitur qua pœna puniendus ſit Iudæus cognoſcens mulierem Chriſtianam?Reſp. quòd non debet puniri pœna mortis,ſed alia mitiore.& hanc eſſe communem opin.atteſtatur Boer.deciſ.316.nu.5. quẽ refert Dida.in epito.ſuper quarto decre.fo.112.nu. 3.Mantua.centuria 1.nu. 30. Erit ergo puniendus pœna extraordinaria, arbitrio iudicis citra mortẽ Et dicit Alc.conſ.458.nu. 1.ꝙ Doctores magis cõmuniter ſentire videntur, ꝙ puniri debeat pœna pecuniaria & ita in facti contingentia cõſuluit Ale.conſ.13 li.7.& Cor.conſ.107.li.1.Oldra. autem in conſ.ſuo vltimo dicit, quòd in facti contingentia vidit iudicatum,quòd quidam Iudæo, qui carnaliter cognouerat quandam mulierem Chriſtianam amputarentur virilia,& dicit ſe illa vidiſſe ante Palatium.Et ego vidi Iudæum de hoc crimine accuſatum tranſmitti ad triremes per decenniũ, etiam ꝙ mulier,cum qua ipſe carnaliter commiſcuerat, eſſet publica meretrix.Hoc autem intellige vt procedat,quando talis coitus Hebræi cum Chriſtiana eſſet ſimplex fornicatio.Sed ſi eſſet adulterium, vt in caſu Iaſ.conſ.22.lib.1.& aliorũ quos retuli ſuprà hoc eo.li.§.Adulterium,verſ.Pone ſtat ſtatutũ, vel alius coitus qui eſſet punibilis pœna mortis, crederem non eſſe debere meliorem conditionem Iudæi,quàm Chriſtiani.Refert etiam Boer.in d.deciſ. 316.nu.5.ꝙ Pariſiis fuit combuſtus quidam Io. Alardus,qui ex quadam Iudæa,quam in domo retinuerat,ſuſceperat plures liberos.

27 Cum animali bruto coitus inter nefandos connumeratur,puta ſi vir coierit cũ aſina,vt in caſu in quo cõſuluit Rolã.cõ.7.lib.1.dicitur enim talis coitus fieri cõtra naturã humani generis,c.hoc ipſum §.1.33.q.2.& punitur pœna mortis, vt eſt tex.in ca. mulier 15.q.1.& ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Anto.Gomeſ.ſuper.l.80. Tauri.nu.35. Et ita fuit in facti contingentia ad mortem damnatus per curiam Burgedal.quidam, qui nixum fecerat coeũdi cum bruto animali,licet impeditus opus non conſũmaſſet,vt refert Boer.deciſ.316.vſq; ad nu.5.& Papo lib.22.tit.7.Arreſto 1.Et certè ſecũdũ legẽ Moſaicã tale facinus committentes puniebãtur morte,Exodi 23. & etiam mandatur occidi pecus,cũ quo ipſum ſcelus committitur, prout etiam ſeruatũ fuiſſe per prædictam curiam in nõnullis caſibus refert Boer.in alleg.deci.316.poſt nu. 6.in quibus dicit viros,prius ſtrangulatis animalibus,cõbuſtos fuiſſe.Vide in hoc propoſito quæ dixi j̃.hoc eo.li.§.fi.q.99.verſ.Quæro etiam.

28 Cum mortua quoque coitus eſt punibilis,& hoc faciens videtur grauiter puniendus,tanquam contrectator cadauerum,iuxta diſpoſitionem l.fi.C.de ſepulchro violato,prout etiam ſentit Boer. in alle. deciſ.316.nu.13.

29 Inter mulieres cadit etiam coitus punibilis quãdo inter ſe actum venereum faciunt,fricando,& ſe corrumpendo,de quo in facto propoſitam fuiſſe accuſationem cõtra duas mulieres,refert Boer.in d.deciſ.316.circa fin.Eſt autẽ à iure pro hoc crimine impoſita pœna mortis,vt eſt tex.in l. fœdiſsimam, C.de adul.& eſt cõmunis opi.vt dicit Ant.Gomeſ. ſuper l.80.Tauri.n.34.quã.tamen ipſe intelligit, vt procedat,quando ſimul coeunt,non ſimpliciter fricando,ſed imponendo aliquod inſtrumentum materiale,puta ligneũ vel vitreum.Et ibi recenſet multos caſus qui in hoc propoſito contigerunt, & dicit ſibi relatum fuiſſe,quòd quædam moniales,quę ita ſimul coibant,fuerunt combuſtæ.Quando verò ſimplex fricatio interuenit,debent ſecundum eum puniri citra mortẽ.Et ita in facti contingentia iudicatum fuiſſe refert in ciuitate Granatæ,quæ opi.tãquam mitior mihi ſatis placet.

30 Raptus etiam inter maximè damnatos coitus connumeratur,& punitur vltimo ſupplicio, vt dixi j̃.hoc eo.li.§.Raptus.

31 Dicitur etiã dãnãtus,& punibilis coitus,illius qui eodẽ tẽpore duas vel plures ducit vxores.Scias autẽ,ꝙ ſanctis Patribus ex diuina reuelatione permiſſum fuit plures vxores habere & hæc eſt commun. opi.vt dicit Floren.in 3.parte ti.14.c.10.nu.2. quem refert Dida.in epito.ſuper quarto decretal.fol.124. nu.2.Hodiè verò eſt prohibitũ viro duas vxores ducere,& mulieri pariter duos maritos habere.Pœna autẽ viri accipiẽtis duas vxores,& mulieris accipiẽtis duos maritos,de iure canonico eſt, vt mulieris capilli,& panni anteriores,& poſteriores ſcindantur,vt habetur in c.de benedicto.32.q.1.ſecundũ expoſitionem quã dicit eſſe verã,& approbatã Pet.de Bagarottis inter conſ.crim.diuerſorũ conſi.85.in fi. li.2.De iure autẽ ciuili variæ ſunt opi.ſed magis cõmunis opi.videtur eſſe,quòd puniatur pœna ſtupri quæ eſt publicatio dimidiæ partis bonorũ,vt in facti contingentia conſuluit Alex.conſ.156.lib.7.Præterea tales ducentes duas vxores ſunt infames, vt eſt tex.in l.2.C.de incæſt.nup. & ita tenẽt communiter Doctores,vt atteſtatur Ant.Gomez. ſuper l. 80.Tauri.n.27.Sed hodiè,vt ait Ant.Gomez. ibi & Dida.ſuper 4.decret.fol.126.nu.8.praxis recepit, vt cõtrahentib.binas nuptias candenti ferro frontiim primatur litera Q.Cæterùm hoc fortè apud Hiſpanos ſeruatur,Nos autẽ habemus conſtitutionẽ diſponẽtẽ,ꝙ puniãtur in ſcutis 500. vel tribus ictibus aculei,& vlterius arbitrio ſenatus. Solet autẽ ſenatus,quãdo quis plures,quã duas vxores habet eodẽ tẽpore grauius in eo animaduertere,prout factum fuit in quodã Bartho.Comenſi,qui quatuor mulieres eodẽ tẽpore viuentes in vxores duxerat, fuit enim publicè fuſtigatus,& ad triremes per trienniũ tranſmiſſus 2.Decẽ.1531.C.Gramma.autẽ voto 17.refert ꝙ quidã, qui eodẽ tẽpore quinque vxores duxerat,fuit propter delictũ toties reiteratum, vltimo ſupplicio affectus ex iudicio illius curiæ Neapo.

32 Sed pone,ꝙ mulier virũ ſuũ, qui longo tempore abſens fuerat, eſſe vita defunctũ arbitrata,aliũ duxerit in maritũ,nũquid erit punienda?Reſpon. ꝙ ſi quidem talis mulier certũ nunciũ de mariti morte acceperit,vel etiam aliter fama publica interueniẽte probabiliter credere potuerit illum defunctum eſſe,debet excuſari:aliàs verò punitur de adulterio & hæc eſt communis opi.vt atteſtatur Anto.Gom. ſuper d.l.80.Tauri.nu.31.

33 Omnes autem coitus cuiuſcunque generis ſint, ſi per vim committantur,grauius puniri debent.Et ideò cognoſcens carnaliter mulierem per vim,punitur pœna capitis,vt dixi infra hoc eo.li.§.Raptus

circa prin.& ita etiã cautum est per constitutiones huius Ducatus, quas tamen senatus non semper obseruat, licet grauissimè puniat,& memini, quòd quidam Hieronymus de Lomatio pro violentia illata mulieri, etiam quòd haberet pacem, fuit transmissus ad triremes per quinquẽnium, 28. Septemb. 1559. P. N. Et potest poni exemplum in adulterio per vim commisso, vt in casu in quo cõsuluit Gram mat. consil. 45. item in Sodomia perpetrata cũ violentia, vt in casu, in quo consuluit Mantua. consilio 213. lib. 1.

§. FVRTVM.

1 *Furtum quid sit?*
2 *Furtorum genera quòt sint?*
3 *Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum?*
4 *Et an possit proponi edictum, vt quilibet teneatur indicare rem furtiuam?*
5 *Et an ille apud quem reperitur res subtracta, præsumatur fur?*
6 *Et an furtum sit graue delictum?*
7 *Furti pœna quæ sit?*
8 *Et quid in furibus famosis?*
9 *Et an pro vno furto magno possit quis suspendi?*
10 *Et an stante statuto, quòd pro tertio furto quis suspendatur, si quis commiserit duo furta extra territorium, & vnum in territorio possit suspendi?*
11 *Et an fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit possit in eo puniri ratione contrectationis?*
12 *Et quid si fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus?*
13 *Et quid si fuerit absolutus?*
14 *Et quomodo dicantur esse tria furta?*
15 *Fures an possint capite puniri?*
16 *Et an puniantur pœna quadrupli?*
17 *Fur deprehensus in flagranti crimine potest impunè occidi.*
18 *Contra furem potest in litem iurari.*
19 *Quando dicatur constare de furto?*
20 *Fur an excusetur a pœna furti, si probet illum, cui furatus est, esse suum debitorem?*
21 *Et quid si ille, cui res furata fuit, protestetur quòd illam accepit de eius voluntate, vel consensu?*
22 *Furta domestica an sint punienda?*
23 *Furtum de re modici valoris an sit puniendum?*
24 *Propter necessitatem an licitum sit furari?*
25 *Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat, teneatur restituere.*
26 *Emens rem furtiuam an teneatur ad eius restitutionem?*
27 *Qualiter procedatur pro furto aduersus nautas, caupones, stabularios?*
28 *Et an quando familia furtum fecisse dicitur, punitio vnius liberet alios?*

1 FVrtum est contrectatio rei alienæ fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus possessionis. Et ita definit Iurisc. in l. 1. §. furtum. ff. de furtis.

2 Furtorum autem duo sunt genera: manifestũ, & non manifestum. l. furtorum, ff. de furt. Fur manifestus est ille, qui cum ipso furto deprehenditur, l. fur manifestus, eo. tit. Sed quid si non fuerit quis cum furto deprehensus, fuerit tamen visus furari, nunquid dicetur fur manifestus? Resp. quòd sic, ita tenet gl. in d. l. manifestus, in verbo, Deprehensus, quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Alber. in ead. l. fur manifestus in fine principij. Vide in hoc proposito quæ dixi infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 82. stat. 6. vers. Quæro, stat. & seq.

3 Quæro, nunquid liceat domino rei, qui dicit illã sibi furto subtractam fuisse, accedere ad domos aliorum, & talem rem sibi furatam perquirere? Resp. quòd sic, dummodo id faciat cum auctoritate iudicis. Et est commun. opin. vt dicit Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, nu. 34. Pract. Conra. fol. 36. post num. 14. Et ita seruatur de stylo vt attestatur Boer. decis. 174. post num. 20. & secundum hanc opin. iudicatum fuisse refert Papo lib. 23. tit. 6. Arresto 3. Contrariam tamen sententiam, scilicet, quòd non sit concedenda perquisitio, dicit tenere communiter DD. Abb. in c. qui cum fure, nu. 6. de furtis, quem refert Pract. Conra. in loco præalle. Sed certè Pract. videtur approbasse, quòd concedatur. Benè verum est, quòd in hoc ducatu iudices non concedunt licentiam perquirendi ipsismet dominis, ne sequantur scandala: sed mittunt ipsi executores suos, siue consules viciniæ, qui perquirant, præsentibus etiam quandoque ipsis dominis: & dicit Alex. cõ. 462. in 1. dubio: quòd ita videmus quotidiè fieri per iudices, & quòd minimè mutanda sunt, &c.

4 Solent etiam plerunque proponi edicta, vel impetrari literæ, quas vocãt monitorias, quibus sub pœna excommunicationis committitur scientibus rẽ furatam vt illam indicent, de quo dixi inf. hoc eod. li. §. fi. q. 27. ver. Sed quæro, & seq.

5 Sed nunquid ille apud quem reperitur res subtracta, præsumitur fur? Respon. quòd (secundum aliquos) si est persona malæ famæ, præsumitur fur: secus autem si esset persona bonæ famæ, & conditionis. Et hoc videntur approbare communiter omnes Doctores, vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem. post num. 19. Ex hoc tamen non oritur indicium sufficiens ad condemnationẽ, sed bene ad torturam, vt dixi infrà hoc eod. lib. §. fi. q. 21. vers. Si res furata.

6 Quæro an furtum dicatur graue delictum? Resp. quòd si est factum in re magna, dicitur graue delictum, & hæc est commu. conclusio, vt dicit Abb. cõ. 25. nu. 1. in fi. lib. 1.

7 Sed quæro, quæ sit pœna furti? Resp. quòd de iure communi pro furto nõ est imposita pœna mortis: & est communis opin. vt dicit Gomes. in §. ex maleficiis, num. 12. Instit. de action. & licet in cap. 1. §. si quis quinque solidos, de pace tenenda in vsib. feud. videatur constitutum, quòd pro furto quinque solidorum quis debeat suspendi, tamen illud erat, quia cum furto concurrebat etiam violatio pacis. Et hæc est commun. opin. vt dicit Gomes. in d. §. ex maleficiis, num. 2. & 3. Et in omnem causam illa pœna imposita contra fures in d. §. si quis quinque nõ seruatur de cõsuetudine, vt attestatur Gand. de malef. in tit. de furib. nu. 10. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, num. 12. Idẽ dixit gl. in c. 1. §. Iniuria, in verbo, Legitimè. de pace iur. fir. Hoc idem attestatur Bal. in d. §. si quis quinque, nume. 1. & in authen. Sed nouo iure, post nume. 3. C. de ser. fug. quem refert Iaf. in d. §. ex maleficiis, nume. 3. Roma. in l. cũ seruus, nume. 14. ff. de condi. causa data, Cæpol. in ead. authen. sed nouo iure, nume. 8. & 71. Et dicit Anan. in c. ex literis. post nume. 9. de fur. quòd omnes hoc sequuntur. Quinimò dicit Paris. Put. de synd. fol. 224. post numer. 5. quòd proles Federici Imperatoris, qui statuit in illa lege, quòd fur quinque solidorum. suspenderetur, & sic, q̃ homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alij reges successiuè, qui secuti sunt hanc

hanc legem, eorúmque ministri, non regnauerunt super terram, & malè vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit, Ego tamẽ credo id potius eis contigisse propter bella, & indebitas vexationes, quibus sanctam Dei Ecclesiam perturbabant, quàm propter illam legem, quæ etiã (vt arbitror) nunquam fuit vsu recepta.

8 Scias tamen, quòd hæc conclusio locum non habet in furibus famosis, siue infamatis de pluribus furtis, tales enim laqueo suspenduntur, & ita de cõsuetudine seruari attestatur Vital. de malefic. in Rubric. de furtis, num. 10. Fur enim qui furari consueuit, dicitur famosus latro. & ita obseruatur, vt dicit Pract. Conradi. fol. 357. numero 1. In hoc autem proposito plura furta dicuntur tria. Et ideò de generali consuetudine pro tribus furtis fures laqueo suspenduntur, prout de hac generali consuetudine attestatur Chassan. super consuetu. Burgun. fol. 42. num. 17. in fin. & ante eum Bal. in d. authen. sed nouo iure, num. 3. quem refert Iaf. in d. §. ex maleficiis num. 12. & Igneus in l. 1. §. hoc rescriptum, num. 32. ff. ad Sylle. & Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famosos. num. 46. ff. de pœnis. & Anan. in d. cap. ex literis, num. 6. in fin. de furtis, Cæpol. in dict. authen. sed nouo iure num. 82. vbi etiam, num. 84. dicit, quòd hæc est communis opi. glos. & Doctorum, quòd fur pro furtis debet mori. s. furca suspendi, & nume. 85. subdit, quòd ita communiter practicatur de quadam consuetudine generali: Quinimò videtur quòd (secundum aliquos) ex duobus furtis dicatur quis famosus fur, & laqueo suspendi debeat, & ita generali consuetudine obseruari refert nonnullos attestãtes Fulgos. consil. 157. nu. 1. quos tamen in lib. meo id dicentes non reperio. Ego puto in hoc seruãda esse statuta locorum, quibus non extantibus, non crederem furẽ etiam propter multa furta esse pœna mortis afficiendum, sed obseruari debere ius commune, vt citra mortem puniatur. Et hoc nisi in aliquo loco esset specialis consuetudo, vt fures suspẽderentur, nam eo casu minimè mutãda essent, &c. Fures autem incẽdiarij etiam pro primo furto de consuetudine suspenduntur, vt attestatur Pract. Iodoci c. 114. num. 2. quod tamen apud nos non seruatur. Posset etiam esse locus, in quo furtum commit teretur, adeò insignis, vt etiam pro primo furto, quamuis exiguo, esset fur suspendẽdus. Quod quidem seruatum fuit per parlamentum Paris. in quodam, qui crumenam cum 60. solidis tantum inciderat in camera ipsiusmet Parlamenti 22. Ian. 1549. vt refert Papo li. 23. tit. 6. Arresto 1. & Placita Galliæ tit. 4.

9 Sed an pro vno furto magno poterit quis suspendi? Respon. Bald. in d. authen. sed nouo iure, post nume. 3. tenuit quòd sic. Et dicit Ang. de malef. in verbo, & vestem cœlestem, num. 13. quòd ita semel practicauit Perusij, dum ibi assideret, & hanc opin. ex consuetudine, inualuisse in Hispania attestatur Diaz, in pract. crim. cano. c. 84. post num 2. Sed certè contra Bald. est communis opin. vt dicit Ang. de Vbald. inter consil. criminalia diuersorum. consi. 71. num. 21. lib. 2. & Greg. Lopez quem refert Don. Anto. de Padilla. in l. transigere, post nu. 12. C. de transac. neque hæc opin. Bal. seruatur in practica, vt dicit Aret. in d. authen. sed nouo iure. nume. 4. quem refert Chas. in loco præal. fol. 42. num. 15. & Rolan. cons. 51. circa fin. libro primo. Et dicit Caccial. in d. l. cùm seruus. ff. de cond. causa data, quod vidit quẽdam qui commiserat furtum mille ducentorũ aureorum, qui euasit pœnam mortis, & fuit solummodò punitus pro primo furto.

10 Sed pone, stat statutũ, quòd pro tertio furto quis suspendatur, modò aliquis commisit duo furta extra territoriũ, & vnũ in territorio: Quæro, nũquid illa duo furta commissa extra territoriũ, sint computanda, ad hoc, vt pro isto tertio furto sit suspendendus? Resp. q̃ sic, & ita iudices feroces faciũt eos suspendi, vt dicit Ioan. And. in addi. ad Spec. super rub. de furtis. Ita etiam seruari de consuetudine dicit Ang. in l. si cui. §. fi. nu. 4. ff. de accu. quem refert Aug. ad Ang. de malefi. in verbo. Et vestem cœlestẽ, post nu. 14. & post nu. 24. & in verbo, Existens Florentiæ, post nu. 1. & Nellus de bannitis, in secunda parte primi temporis, q. 6. & Apost. ad Dec. in l. bona fides, sub n. 11. ff. de reg. iur. Chassen. super cõsuet. Burgun. fol. 41. nu. 17. quem refert Didac. lib. 2. resolu. c. 9. post nu. 7. vers. Idem erit obseruandũ. Et dicit Cæpol. in d. authẽ. Sed nouo iure, nu. 89. in fi. q̃ hæc est communis opi. Mod. alij verò distinguũt, q̃ aut statutum respicit factum, puta qui fecerit tria furta, moriatur, & tunc secundum delictum aggrauatur à primo. Aut verò respicit pœnam, puta pro trib. furtis fur moriatur, & tũc non grauat. & hanc opi. dicit esse communem Alc. in c. cùm non ab homine, n. 35. de iud. prout illũ refert Villalobos in sua collecta commu. opin. in litera S. nu. 108. qui tamẽ hoc non dicit, licet ita teneat. Mihi placet prima opin. quam etiam consuetudo approbauit, dũmodò fur, de quo agitur, sit subditus ratione originis, vel domicilij illi iudici, in cuius territorio tertiũ furtũ commisit: aliàs verò illam non seruarem, prout ẽt se illam nõ seruaturũ, si esset iudex maleficiorũ, dicit Aug. in d. verbo, Existens Florentiæ. Sed distinguerem, quod aut statutũ dicit pro tribus furtis, & tunc non facerem illũ suspendi, quia non potest dici commisisse tria furta, ex quo illa duo fuerunt extra territoriũ commissa, pro quib. non potest hic puniri. Aut verò statutum dicit pro tertio furto, & hoc casu, cũ statutũ puniat tertiũ furtũ, & istud cõmissum in territorio, sit proculdubio tertiũ, transirem cũ opin. prædicta, quam vsus recipit, prout ego etiam vidi multoties in practica obseruari. Cæterùm si statutum diceret, q̃ famosus, vel publicus fur suspendatur, vtique illa furta extra territorium cõmissa aggrauarent: ita vt pro tertio, in territorio commisso, esset suspendendus, & ita tenent communiter Docto. vt dicit Cæp. in d. authen. Sed nouo iure, n. 88. nã ex interpretatione facta à cõsuetudine ille dicitur fur famosus, qui tria furta commisit, vt dixi š. vers. Sias tamen, neque in hoc fit vlla distinctio, an consuetudo furandi sit in vno territorio tãtùm, an in plurib. & ideo statutib. huiusmodi verbis statuti, dicerem illũ esse omnino suspendendum. Vide quæ dixi infrà hoc eod. lib. §. fin. q. 40. versic. Pro complemento.

11 An autẽ fur, qui rẽ furatam in aliud territoriũ exportauit, possit in eo puniri ratione contrectationis, dixi j. hoc eo. li. §. fin. q. 38 versi. Tu scis q̃ furtũ.

12 Quæro etiam, stante statuto prædicto, si quis cõmiserit duo furta, & pro illis fuerat punitus, deinde commiserit tertiũ furtũ, nunquid erit pro hoc tertio suspendendus, non obstante, quod pro illis duobus fuerit iam punitus? Respon. quod sic, ita tenuit Vbertus de Bobio, & hanc opin. approbat consuetudo, vt attestatur Apostil. ad Vital. de malef. in Rub. de furtis, sub. nu. 3. illa enim duo furta nõ computantur ad ea puniendum, sed ad aggrauandũ ter

tium furtum,& ita in hoc Ducatu seruatur.

13 Sed quid si pro illis duob. primis fuerit absolutus per gratiam principis,nunquid nihilominus erunt computanda,ad hoc vt pro isto tertio suspēdi possit?Resp.q̄ sic.Et hęc est communis obseruātia,vt attestatur Chassen.super consue.Burgun.fo. 41.nu.23.quem refert Didac.lib.2.resolutio.c.10.nu. 2.circa fi.

14 Vnum tamen nota in hoc proposito, quòd ad hoc,vt dicantur esse tria furta,debent esse distincta non solùm re,sed etiam tempore.& ita tenent communiter Doctores,vt dicit Cæpol.in d.auth.sed no uo iure,num. 105.

15 Est igitur pœna furū,vt furca suspendantur, & ideò non debet eis caput amputari,ex quo hæc pœna propriè est contra eos à consuetudine introducta.& ita concludūt communiter Doctores, vt dicit Chassen.super consue.Bur.fo.47.nu.3.

16 Pœna autem quadrupli à iure communi imposita pro furto,hodiè non est in consuetudine:sed pœna corporalis tantùm,vt attestatur Cæpo.in d. authen.Sed nouo iure,nu.59.Et dato quòd adhuc vigeret hæc pœna quadrupli, volo vt scias,quòd in foro conscientiæ fur nō tenetur ad talem pœnam, sed tantūmodò ad restitutionem rei furatæ.Et hęc est commu.sententia,teste Gomes.in d.§.ex malef. n.14.Inst.de act.quem refert Beninсas. de pauper. fol.103.nu.9.Faciunt quæ dixi infrà hoc eodem li. §.fi.q.80.vers.Sed hic incidenter.

17 Potest etiam fur deprehensus in flagranti crimine,impunè occidi,vt dixi infrà §. homicidium. ver.Vltima est.

18 Item contra furem iuratur in litem, & est communis opi.vt dicit Paris.cons.109.n.30.lib.3.quem refert Plottus in repe.l.si quando nu. 189.circa fi.C. vnde vi.Gratus cōs.61.n.16.lib.2.Plot.in d.l. si quādo,nu.129.Phanuccius de in litem iurando,fol. 72. nu.63.Et ideò constito de furto,si non appareat de quantitate rerū furatarū, neque ea facilè probari possit,statur in hoc iuramento illius, cui furtū est factū,& ita quotidiè practicatur,vt dicit Bos.in tit. de rapinis,n.36.Et dicitur in hoc proposito concurrere talis difficultas probationis,vbicunque res furata non extet.Et hæc est commu.opi.vt attestatur Bos.in loco præall.nu.37.Sed in hoc proposito videnda sunt quæ dixi ꝯ.li.7.§.Iuramentum,vbi diffuse tractaui hunc articulum.

19 Quando autem dicatur constare de furto,dixi ꝯ. hoc eod.li.§.fi.q.4.& q.76.circa princi.

20 Excusatur autem fur à pœna pro furto imposita, si probet,quòd ille,cui furatus est, erat eius debitor, & quòd ab eo creditū sūm consequi non poterat:licitū est enim ei,qui non potest à suo debitore pecuniam,vel rem aliquam consequi, æquialentem rem, seu quantitatem ei subripere. Et hæc est communis opin.vt ait Didacus lib.1.resolut. cap.2. post.nu.15.vers.Quartò eodem.

21 Item excusatur,si probet,quòd rem ipsam,de cuius furto imputatur, accepit de voluntate domini cuius erat,ad hoc enim vt dicatur furtū,requiritur quòd cōtrectetur res aliena inuito domino,& propterea Iac.de Are.tradidit cautelam furi, vt faciat quòd dominus protestetur, quòd illam accepit de eius volūtate. Sed certè hæc excusatio in practica parū prodesset.nam illud dictū Iacob.de Arena.de consuetudine non seruatur, vt dicit Ang.in l.inter omnes.§.rectè.n.5.ff.de furtis, quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Comparent, & produxerūt instrumentū pacis,post num.12.& Anan.in Rub.de furtis,nu.4.Et contrariū tenuit Bar.in d.§.rectè,n. 1.q̄ scilicet hæc protestatio domini non excusaret furem, quò minus esset de furto condemnandus, quæ doctrina Bar.est communiter approbata,vt dicit Cur.Iun.in l.1.nu.5. C. de fur. quem refert Don Anto.de Padilla in l.transigere.nu.105.C.de transa. illam etiam teneri per omnes attestatur Villalpan. in rep.l.22.c.23.nume.5.nisi tamen, vt subiicit Bart. ibi,vltra talem protestationem concurreret etiam aliæ coniecturę,& verisimilitudines,puta,quia esset eius cōsanguineus,vel amicus,vel solitus talia donare,vel q̄ res esset modici valoris, vel huiusmodi: tunc enim posset excusari,& sic videtur dicendū,q̄ hoc relinquatur arbitrio iudicis,& ita esse communem opi.attestatur Fel.in c.nulli,num.5.de præsum. quem refert Publ.super consuet.Aluer.26. col.1.in fi.& Bos.in ti.de fur.post nu.58.

22 Posset etiam allegare furtū esse domesticū, & ideò non debere puniri,per text.in l.respiciendū. §. furta.ff.de pœn.Sed certè hæc etiam excusatio parū prodesset, nam hoc de consuetudine non seruatur,nisi in leuibus, & ita fuit laqueo suspensus quidam famulus,cui dominus pecuniā tradiderat, vt alteri mutuaret,& ipse illam in vsus suos conuerterat,pro quo famulo fuerat aduocatus D. Ioan. de Imola prout ipsemet Imola recenset in l. si tibi dederim.ff.de don.& in l.Cassius.ff.de solutio. quem refert Igneus in l.1.in princ.n.91.& seq.ff. ad Sylle. subdens,q̄ ita etiam Rothomagi fuit pluries iudicatū,hoc idem recenset Ias.in l.eius qui. §. quas verò,n.7.ff.si cert.pet. Idē etiam seruatū fuit in quadam ancilla,quę furata fuerat domino suo certam quantitatem auri,& argenti,& fuit laqueo suspensa,vt refert Chassen.super consue.Burg.fol48.n.37. & de alia ancilla idem seruatum fuisse in ciuitate Neapolis attestatur Afflict.super prima parte constitutionū regni,Rub.63.n.12.& Boer.deci.316.post numer.septim. refert, quòd quidam famulus pro furto fuit transmissus ad triremes perpetuò. refert etiam Papo libro.23.tit.5.Arresto 2. quòd quidam mulaterius,qui domino suo furatus fuerat notabilem quantitatem pecuniarū, fuit laqueo suspensus. Tales enim fures non modò sunt corporaliter citra mortem puniendi,vt pluries vidi seruari in hoc ducatu,sed debent furcis suspendi tanquam grassatores,seu famosi fures vt dicūt prælegati Doctor. & in aliis prouinciis seruatū fuisse attestantur.Quinimò etiam furta domestica vidi ego aliquādo puniri quando sunt multiplicata, vt in quodam Io.Iacobo Cremonen.7.Nouembris,1558.P.N.

23 Pariter etiam posset fur allegare rem furatam esse modici valoris: nam de re minima nō videtur curandū,vt est tex.in l.scio.ff.de in integ.rest. & est communis regula, vt dicit Gomes.in §.pœnales, post nu.4.Inst.de actio.Sed certè hæc etiam defensio,esset multū Periculosa, nam actio furti datur etiam de re minima,puta pro gallina, vel pro anſere,imò etiam pro ouo,vt dicit gl.in §.Gallinarū, in verbo,qui lucrandi animo.Inst.de rerū diuis. q̄ sequūtur omnes,vt dicit Tiraq.in tracta. de iud.in reb.mini.exig.fol.50.col.2.vers.10.& hæc opi.est frequentissimo omniū calculo recepta vt ait Didac. lib.1.resolutionū,c.3.nu. 12.licet dicat sibi nūquam hoc placuisse ita tamen seruatur in practica, licet soleat aliquando propter rei modicitatē pœna mitigari.Faciunt quæ dixt ꝯ.hoc eo.li.§.iniuria, versi. Item condemnatus.

24 Quando-

24 Quandoque etiam excusatur quis à pœna furti propter necessitatem, nam tempore extremæ necessitatis licitū est furari,& est communis opin. vt dicit Maria.in cap.si quis propter,post nume.12.de furtis.Caguo.in l.quæ propter necessitatem, num. 3.ff.de reg.iur.quem refert Beninсas.de pauper.fol. 105.nu.22.

25 Sed vidi dubitari,nūquid iste,qui tempore necessitatis aliquid furatus est,teneatur si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit,illud restituere?Ali qui dicūt q̄ sic,& dicit Maria.in d.c.si quis propter in vltimis verbis,quòd ita tenent cōmuniter Doc. Hanc etiam opi.communem appellat Beninсas.in loco prælleg.a.nu.37.Multi verò contrariū tenuerunt.Et hanc dicit esse communem opin. Summa Sylvest.§.furtū.q.5.quem refert Dida.in repe.c.peccatū,fol.70.de reg.iur.in 6.Prima opi.tutior est, in foro contentioso non recederem à secunda opi.Cū enim factū fuerit iure permittente,non est vlterius de restitutione tractandum.

26 Sed hic incidenter quæro, nunquid emens rem furtiuam,teneatur ad eius restitutionem? Respon. quòd sic,etiam nullo reddito precio,vt est text. in l.inciuilem.C.de furt.Et reperio,q̄ Natta cōs.436. in facti contingentia consuluit,q̄ etiam si tempore quo eam emit,protestatus fuerit se illam emere,vt eam restitueret domino suo accepto precio, teneatur nihilominus absque precio illā restituere quod ego pro nunc non affirmo.Scias,tamen, quòd si illam acquisiuit bona fide,tenetur ipsam restituere, si extat,si verò bona fide consumpta est, tenetur solùm quatenus est factus locupletior.Et hanc cōclusionem dicit esse frequentissimo Theologorum & Canon.consensu probatam Dida.in rep.d.c.peccatum,fol.303.

27 Pro complemento huius materiæ, quæro quid iuris,quando in caupona aut naui furtū commissum fuisse,dicitur,de quo est tit.in ff.furti aduersus nau.caupo.stabul.Et quotidiè contingit, q̄ hospites consignant eorum valisias cauponibus. Dubitatur itaque quid agendū, si reddatur valisia aperta vel desigillata? Et in hoc articulo variæ fuerunt opi.inter Scribentes.nam aliqui dicūt,q̄ nō creditur iuramento hospitis dicentis,q̄ aliquæ res, quæ erāt in valisia,fuerint sibi furto subtractæ,sed debet Prætor torquere familiares,vel domesticos domus & alios,qui erant in domo. Et hæc fuit opin. Bart. in l.1.§.fi.nu.5.ff.si famil.fur.fec.dicatur, vbi subdit, q̄ cū Pisis ei occurrisset,ita de facto obseruauit.Et dixit Alex.ibi in Apost.hoc esse notādum: & quòd quotidiè ita seruatur. Alij verò dicunt, quòd imò statur iuramento ipsius hospitis. Et hanc opi. dicit esse communē Ias.in l.in actionib.nu.41.ff.de in litem iurā.quē refert Paris.cons.74.nu. 11.& seq. li.1.& Diaz.reg.186.& Phanucius de in litē iurādo, fo.70.nu.62.Mihi placet opin.contra caupones, vt scilicet stetur iuramento hospitis.nam (vt experiētia docet) huiusmodi genus hominū est furacissimū,ideò ad reprimendam eorū improbitatem, puto,q̄ in practica bonum sit seruare hanc opin. quæ etiam est magis communis.Et scias,q̄ hoc casu ad hoc,vt sit locus iuramento, non est necesse, quòd hospes aperuerit valisiam cauponi , ita quòd caupo sciret , quæ res essent in valisia, quicquid dixerit gloss.in l.1.§.fi.in verbo,in naui.ff. nautæ, caup. stabul.nam illa gl.communiter reprobatur , vt dicit Iason in loco prælegato,nu.43.

28 Non attingam hoc loco materiam tituli,si familia furtum fecisse dicatur , quia ille titulus, dum disponit,quòd si plures serui furtum committant, dominus soluendo pœnam pro vno liberatur pro omnibus,& omnes etiam serui liberantur,non habet locum si criminaliter agatur. Et hæc est communis opin.vt attestatur Rimin.in l.si familia. nu. 6.ff.de iurisd.om.iud.Boss.in ti.si familia fur.fecisse dicatur,nu.2. præsertim si imponenda esset pœna corporalis.Et hoc tenent omnes communiter , vt dicit Angel.in Rub.ff.si famil.fur.fecisse.dicatur.nu. 1.Vide quæ dixi ꝯ.lib.proximo.

§. HÆRESIS.

1 Quis dicatur propriè hæreticus?
Et quid si quis asserat , fornicationem non esse peccatum mortale?
Et quid si contendat,periurium non esse mortale peccatū?
2 Quæ requirantur ad hoc,vt quis dicatur hæreticus?
3 Et an ore negans Christum,& corde credens,dicatur hæreticus?
4 Hæresis crimen est merè ecclesiasticum,& in eo solus iudex ecclesiasticus est competens.5
6 Et quis inter ecclesiasticos sit iudex competens?
Et an solus inquisitor , vel Episcopus possit inquisitum de hæresi absoluere?
7 Et an iudex ecclesiasticus condemnet hæreticum ad pœnam ignis?
8 Hæretici igne sunt comburendi.
Et quid si pœniteat?
9 Et an liceat pœnitere etiam post condemnationem?
10 Et quid si dicat se nunquam fuisse hæreticum,& tamen testibus conuincatur de hæresi?
11 Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus?
12 Bona condemnatorum de hæresi confiscantur.
13 Et cui fisco applicentur?
14 Et an confiscentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum?
15 Matrimonium propter hæresim separatur.
Et an viro redeunte ad fidem,teneatur vxor ad virum redire?
16 Clericus hæreticus,& eius filij priuantur omnibus officiis & beneficiis ecclesiasticis.
17 Et an pœnæ statutæ contra filios hæreticorum,habeant locum etiam contra illos,qui nati sunt ante quàm pater esset hæreticus?
18 Hæreticis non est seruanda fides.
19 Aduocatus,& procurator an possint pro hæreticis interuenire?
20 In causa hæresis sufficiunt minores probationes,quam in aliis criminibus.
Et an sufficiant testes singulares?
21 De crimine hæresis potest etiam post mortem inquiri , & defuncti memoria damnari.
22 Papa potest de hæresi accusari.& condemnari.
23 Hæreticus occultus an incidat in pœnas hæresis?
24 Quæ facta sapiant hæresim manifestam?
25 Sortilegia an sapiant hæresim,& possint ab inquisitoribus puniri?
26 Et quæ sit pœna sortilegij?

1 PRO intelligentia terminorum quæro,quis dicatur propriè hæreticus?Resp.quòd hæreticus propriè(secundum aliquos)dicitur in duobus casibus tantùm. Primò quando sentit de articulis fidei aliter,quam sentiat Romana ecclesia.Secundò quando malè sentit de sacramentis ecclesiæ. & ita tenere communiter Doctores dicit Bos.in titul.de hæret.num.1.Tu verò dic,quòd non modò est verè

hæreti-

hæreticus ille qui malè sentit de articulis fidei, vel de sacramentis Ecclesiæ, sed etiam ille qui habet peruersum dogma, vel gignit nouas opiniones falsas, aut veteres falsas & ab Eccles. damnatas sequitur, ita dicit glo. in cle. vnica in gl. pen. de vsur. & ita tenent Doct. vt dicit Fran. Squillac. in trac. de fide cath. c. 14. Hinc infertur, q; si aliquis asserat simplicem fornicationem non esse peccatũ, erit indicandus hæreticus, & ita fuit decisum in curia Tholos. teste Aufrer. decis. 346. Item. fuit quæsitũ, quem refert Mantua. con. 239. nu. 8. lib. 2. Pariter etiã si quis dicat periuriũ non esse mortale peccatũ, censebitur hæreticus, & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Bellon. cons. 78. nu. 6.

2 Ad hoc autem vt aliquis dicatur hęreticus, primo requiritur, quòd sit baptizatus, nam Iudæi, Pagani, vel Mahumetani non sunt hæretici. Et hoc receptissimis Doctorũ sententiis comprobatur, vt dicit Simancas de hæret. c. 31. num. 3. Item requiritur, quòd sciẽter erret in fide catholica, approbãdo falsa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerso, & hæc est omniũ Doctorũ concors, & vnanimis sententia, vt dicit Simancas in allegat. c. 31. num. 5. Item quòd sit pertinax in sua opin. aliàs nunquam dicitur hæreticus. Et in hoc omnes concordant. Fortius dicit Inn. in cap. 1. in vltimis verbis, de summa Trini. q; si quis habet fidem implicitam, quia scilicet credat illud, quod credit sancta mater ecclesia, sed falsò opinetur, motus ratione naturali, q; pater sit maior vel prior filio, vel quòd in Trinitate tres personæ sunt res à se inuicem distinctæ, non est hæreticus, neque peccat, dũmodò, hunc errorem suũ non defendat, & hoc ipsum credat, quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ supponat. Et hæc dicit esse famosa verba Lupus in allegatione hæresis. §. 4. col. 3. vbi subdit, quòd alij Doctores hoc sequũtur, & dicit esse valdè notandũ. Aduerte etiam, quia illud, quod dicitur, quòd dubius in his, quæ sunt fidei, est hæreticus, intelligendum est, vt procedat, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi & quandam pertinaciam, propter quam perseuerat in illa dubitatione, aliàs secus, ita dicit Ioan. And. in c. 1. de hære. quem alij sequuntur, vt dicit Lupus in loco prælegato. §. 5. in princip.

3 Sed nunquid ille, qui metu mortis, vel tormentorum, vel alia ex causa ore Christum negat, credit tamen corde, censendus est hæreticus? Resp. q; talis quidem mortaliter & grauissimè peccat, vt dicit gl. in c. non solùm, in c. fi. 11. q. 3. Doctores tamen illum non iudicant hæreticum, vt attestatur Cald. cons. 4. de hæret. solent tamen tales reconciliari ecclesiæ per Episcopum, & absolutionis, ac reconciliationis literas ab eo impetrare.

4 Hoc crimen hæresis est merè ecclesiasticũ, & ideò eius cognitio ad solos iudices ecclesiasticos spectat, neque potest iudex laicus aliquo modo in eo se intromittere, & cũ hac conclusione transeunt omnes indifferenter, vt dicit Alci. in ca. 1. nu. 73. de offic. ord. Dicit tamen prac. Millæi fol. 75. nu. 38. q; hodiè etiam Iudex secularis cognoscit de crimine hæresis, & quòd ipse vidit plures cremari propter hoc crimen, iudicatos à Præposito Parisiensi ex indulto summi Pontificis. Verùm apud nos hoc non seruatur. sed cognitio spectat ad ecclesiasticum, & punitio ad laicum, prout etiam in practica obseruari attestatur Lupus de donatio. inter virum & vxorem. fol. 184. post nu. 22.

5 Et scias, quòd hæc conclusio adeò vera est, vt neq; etiam possit iudex secularis, postquam ei traditus est à iudice ecclesiastico aliquis de hæresi condemnatus, super ipso crimine aliquo modo cognoscere, neque pœnam à iure impositam commutare, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 96. vers. Quæro etiam. Bene potest iudex laicus detineri facere suspectos de hæresi, vt deinde eos tradat iudici ecclesiastico competenti. Et ita rescripsit Senatus Prætori Cremonæ 18. Iunij 1557. P. N.

6 Sed quis inter ecclesiasticos est iudex competens in causa hæresis? Resp. in hac causa Episcopi sunt iudices ordinarij. Delegati autem sunt inquisitores hæreticæ pranitatis. Et potest vterque eorum procedere simul & diuisim, non tamen possunt aliquẽ condemnare, nisi vterque interueniat. Sed nunquid poterunt absoluere? Respon. glo. in Clemẽ. 1. in verbo, Contra eos: tenet, quòd sic, ex quo ius antiquũ solummodo correctum est in condemnatione. Et opin. illius glo. dicit esse communem pract. Carer. fol. 601. nu. 72.

7 Scias tamen, q; licet iudex ecclesiasticus de hoc crimine solus cognoscat, non tamen ipse condemnat ad pœnam ignis, sed tantummodo declarat reũ esse hæreticum, & remittit iudici seculari puniendũ & ita obseruat consuetudo, vt dicit Boss. in tit. de foro compe. post nu. 61.

8 Sed quæro, quæ sit pœna hæresis? Respon. Si hæreticus nolit ad fidem ecclesiæ redire, tunc de consuetudine igne comburitur, vt attestatur Vitali. de malefi. in Rubr. de crimine hæresis, nu. 6. in fi. quem refert Chassen. super consue. Burgun. fol. 44. num. 3. in fin. Idem dicunt Scribentes in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & in specie Aret. n. 11. & Purpu. nu. 90. Griland. de crim. lib. 1. q. 3. nu. 3. Et dicit Bertran. cons. 212. nu. 3. lib. 2. in 1. parte, quòd ita interpretata est generalis consuetudo. Idem dicit Gundis. de hæret. q. 15. nu. 3. quem refert Pract. Conradi, fo. 346. circa prin. Pract. Car. fo. 630. nu. 132. Simancas de hæret. c. 45. nu. 9. quem refert Don Antonius de Padilla in l. transigere, nu. 98. C. de transact. Pract. Iod. c. 61. nu. 59. Cæterùm si hæreticus pœniteat, & paratus sit redire ad fidem ecclesiæ, & abiurare suã hæresim, euitat pœnas de iure hæreticis impositas, est tamen ad perpetuos carceres condemnandus. Et hanc dicit esse communem sententiam Legistarum & Canonistarum. Igneus in l. 1. §. cùm dominus, nume. 32. ff. ad Sylle. Bene verum est, quod hodie ista pœna potest per superiorem, & etiam per inquisitorem in aliam commutari, vt est tex. in c. vt cõmissi. de hære. in 6. Intellige per superiorẽ, iudicẽ ecclesiasticũ, nã iudex secularis nõ posset illam cõmutare, vt dixi in d. q. 96. vers. Quæro etiam. Item intellige, nisi esset relapsus, tunc enim omnino est igne cremandus, etiam si velit pœnitere, & ad fidẽ ecclesiæ redire. Et nota, quòd quando hæreticus nõ relapsus, ante sententiam pœnitere, & abiurare paratus est, non modò euitat pœnam mortis, sed etiã confiscationem bonorum, licet ipso iure à die commissi delicti sit imposita. Et hæc est magis communis opin. vt attestatur Paris. cons. 2. nume. 185. & sequen. lib. 4.

9 Sed vsque ad quod tempus erit admittenda hæc pœnitentia? Respon. Aliqui dicunt, quod non admittuntur, nisi statim post deprehensionem erroris sponte ad ecclesiæ veritatem & vnitatem redierint. Et hanc opin. tenere communiter Canon. affirmat Gril. in tract. de hæret. q. 5. quem refert Simancas de hæret.

hære. c. 46. nu. 8. licet subdat, quòd ipse ferè nullum inuenit qui hoc teneat. Alij verò dicunt, quòd non sunt admittendi nisi vsque ad sententiam, & ita in Hispania obseruatur, vt tradit Simancas in d. c. 46. nu. 11. Alij verò dicunt, quòd semper admittuntur etiam post cõdemnationem. Et hæc opi. est mitior & etiam magis communis, vt dicit Boer. dec. 343. n. 3. & 4. Idem dicit Prac. Carer. fol. 642. post nu. 159. Et dicit Boss. in tit. de foro comp. post nu. 137. & in tit. de hære. nu. 20. quòd ita seruatur, prout etiam aliàs obseruatum fuisse attestatur Card. in ca. ad abolendam, col. 1. de hæret. nam Ecclesia nulli gremium claudit, nisi his, qui sunt in hæresim relapsi. Et secundum hanc opi. in facti contingentia consuluit Bertr. cons. 212. lib. 2. in prima parte.

10 Et nota in hoc proposito vnum, quòd prima facie videtur mirabile, quòd si aliquis imputatus, & conuictus de hæresi, puta q; dixerit, seu tenuerit aliquod hæreticum, & contra fidem sanctæ ecclesiæ, & paratus sit abiurare hæresim, & fateri illam opinionem esse hæreticam, & erroneam, nolit tamen confiteri quòd ita dixerit, sed dicat se semper credidisse, & credere illud quod credit, & tenet sancta mater ecclesia, talis non admittitur ad abiurationem, nisi fateatur se ita dixisse, prout conuictus est. Et si perseueret in negãdo, est igne cremandus, tanquam impœnitẽs. ita decisum fuit per dominos de Rota decis. 875. accusatus, quam decis. ego didici à reuerendissimo Vida Episcopo Albensi viro clarissimo, & mihi amicissimo, & postea reperi Rebu. in pract. beneficia. fo. 469. nu. 20. & seq. qui idem tenet prætereáque attestatur se ita vidisse seruari cõtra quẽdam astutum hæreticum. Et hanc sententiam receptam esse affirmat Simancas de hæret. ca. 47. nu. 20. & seq. Mihi certè hæc opi. semper est visa rigorosa, non enim video, quomodo iste possit dici hæreticus, cũ non sit pertinax in errore, vt elegãter considerat Boer. decis. 341. n. 4. Me tamen remitto determinationi sanctæ matris Ecclesiæ.

11 Idem etiam (secundum aliquos) esset dicendũ, si hæreticus nollet facere emendam, ad quam esset condemnatus, puta, vt publicè incederet cum aliquo signo pœnitẽtiæ, nã eo quoque casu esset igne cõburendus, prout se vidisse Parisiis practicari contra quendã Io. Berquin. attestatur Milleus in pract. crim. fol. 10. nu. 112. & fol. 148. nu. 55. Et ita vsu comprobatum esse attestatur Simancas de hæret. in d. c. 47. nu. 23. licet contrarium in facto consultum vidisse attestetur Calde. in cap. literas, de præsump. in quodam Senensi, cui pro pœnitentia siue emenda iniunctum fuerat, vt per sex menses non ingrederetur ciuitatem, quòd etiam refert Franc. Squillac. in d. tract. de fide cath. c. 19. Quæ opin. mitior est, & iudicio meo tenenda, nisi cum tali contumacia concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ, per quas appareret illũ adhuc non bene sentire de ecclesia, hoc enim casu fortè dicerem hunc tanquam verè relapsum, flammis esse comburendum.

12 Vnum tamen scias, quòd isti impœnitentes non statim debent relinqui iudici seculari: non enim dicuntur relapsi, sed sunt monendi, & hortandi, non semel tantum, sed pluries, vt ad fidem reuertantur & vbi pœniteant, sunt ipsi quoque ad recõciliationem admittẽdi, vt tenuit Cald. cons. 2. nu. 2. de hær. & ita vtimur, vt attestatur Simancas in d. c. 47. numero 24.

13 Item bona condemnatorum de crimine hæresis de iure communi confiscantur. Et ita dicunt communiter Doctores, vt dicit Brun. consil. feudali, 31. nu. 17. Et scias, q; nõ modo bona hæreticorum sunt confiscata ipso iure, sed ipsi statim à die commissi criminis, amittũt administrationẽ omniũ bonorũ suorum, vt est tex. in c. cum secundum, de hære. in 6. Punctus est, cui applicentur, nam secundum dispositionem iuris canonici videtur expressum, q; bona clerici hæretici habentis beneficium ecclesiasticum pertinent ad ecclesiam, in qua est beneficiatus & si non habet beneficium, pertinent ad fiscum ecclesiæ cathedralis. Bona autem laici hæretici applicantur fisco seculari, ita disponit tex. in c. excommunicamus. §. damnati, de hæreticis. Dicit tamen Felin. in c. irrefragabili. §. cæterùm. nu. 5. in fin. de off. ordin. q; talis constitutio sublata fuit per quasdam extrauagantes pontificias, disponentes, q; bona hæreticorum diuidantur æquis portionibus inter Roma. eccles. episcopum & inquisitorem. Sed hoc etiã in practica non seruatur, vt ait Didac. lib. 2. resolut. c. 9. nu. 12. saltem in Hispania, vbi bona tam mobilia, quàm immobilia hæreticorum etiam clericorũ, & habentium beneficia ecclesiastica applicantur fisco Regio: subdens, q; ita praxis obtinuit. In hoc autem Ducatu, seruatur, q; bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus inter fiscum Ducalem, & Episcopum, & inquisitorem, & in hoc seruãda est consuetudo locorum. Vnum tamen scias in hoc proposito, quòd in hoc Ducatu licet, vt dixi, pars bonorum applicetur Episcopo, & pars officio inquisitionis nihilominus liquidatio bonorum fit per procuratores fisci Regij, & sic per hunc magistratum. Et ponuntur bona ad proclama, & omnia fiunt perinde ac si in totum essent applicata fisco Regio: & deinde facta liquidatione, datur vnicuique sua portio. Et ita fieri debere declarauit senatus, consentiente etiam Reueren. inquisitore 30. Iun. 1559. A. C.

14 Et scias, q; licet bona damnatorum, regulariter conseruentur filiis ex dispositione auth. bona damnatorum, C. de bo. præscrip. & dixi infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 78. circa principium, & vers. Videndum est etiam, nihilominus bona hæreticorum confiscantur etiam existentibus filiis ipsorum hæreticorum catholicis, & orthodoxis, vt est tex. in c. Vergentis, de hær. qui est approbatus etiam de iure ciuili per tex. in auth. Gazaros, C. de hære. Et ita communiter tenetur, vt dicit Pract. Carer. fol. 635. nu. 140. hanc etiam dicit esse communem sententiam & vsu etiam comprobatam Simancas de hære. c. 9. nu. 2.

15 Item propter hæresim separatur matrimonium. Scias tamen quòd vxor, quæ recesit à viro lapso in hæresim, siue ex iudicio ecclesiæ siue non, si ipse reuertatur ad fidẽ, cõpellitur ad eum redire, nisi velit ingredi religionem: nam eo casu si fuit separata iudicio ecclesiæ, potest illã ingredi, nec tenetur ad virum redire. Et est cõmunis opi. vt attestatur Abb. in c. de illa. circa fi. de diuor.

16 Item clericus hæreticus priuatur omni officio, & beneficio ecclesiastico. C. ad abolendam. §. 1. de hæret. & amittit omnem ecclesiasticam potestatem. Et hæc est concors sanctorũ patrũ sententia, vt dicit Pighius de eccles. Hierar. c. 8. quem refert Simancas de hæret. c. 45. nu. 18. Quinimò etiam filij hæreticorum, & eorum receptatorũ, priuantur ipso iure beneficiis obtentis tempore commissi criminis. Et est communis opin. vt attestatur Io. Lup. de regno Nauarræ in 5. parte, §. 8. quem refert Didacus lib. 2. resolutionum, c. 8. post nu. 4. vers. Cæterùm, quòd filij

Dicit

Dicit tamen Simancas in tract.præalleg.c.29.num. 7.quòd pia consuetudine obtentum est non modo quòd non sint priuati ipso iure,sed etiam quòd neque per sententiam priuentur.Et hęc opi.mitior est atque benignior.

17 Quæro nunc,an pœnæ statutæ contra filios hæreticorum comprehendant eos tantũ,qui nati sunt postquam parentes hæreticam labem contraxerũt, an autem etiam eos,qui prius nati erant?Respó. q indistinctè comprehendunt omnes filios, tam natos antè, quam post.Et hanc opin.dicit esse communem Galind.in Regia disputatione.§.18. quem refert Simancas in tract.præalle.c.29.nu.3. licet ipse teneat contrariam sententiam, quam (vt ipse ait) multi viri sequuntur,neque numero, neque auctoritate aliis inferiores. Et hæc etiam opi. tanquam æquior,& benignior mihi magis placet. Vide quæ dixi ℣.hoc eo.li.§.Læsæ maiest.vers.fuit etiam.

18 Præterea hæreticis non est seruãda fides à priuatis,ita allegatur tenere Bar.in q.inci. Lucanæ ciuitatis,& est frequentiori Doctorum calculo recepta sententia vt dicit Simancas de hær.c. 45. n.14.Placa lib.1.delictorum,c.37.nu.11.

19 Vlterius,pro hæreticis non potest aduocatus neque procurator præstare patrocinium, & hanc cõclusionem dicit esse ex mente Doctorum Afflict.super 1.parte constit.Regni,Rub.1.nu.43.Hoc tamen intellige,vt procedat,quando constat illũ esse hæreticum,& persistere in hæresi:secus autem si aduocatus vellet probare,q ex processu non appareret illum esse hæreticum, vel quòd esset paratus redire ad catholicam fidem. Cæterùm solent Episcopi,& inquisitores semper concedere veniam aduocatis, in quibuscũque causis hęreticorũ,vt pro eis interce dãt,qua venia impetrata,nõ est vlterius quærendũ.

Sunt etiam aliæ hęreticorum pœnę tam à iure ciuili,quàm à iure canonico constitutę,quas copiosè & eleganter tractat Prac.Carerij in trac.de hæreticis,n.132.& aliis seq.& Simãcas,in d.tract.& alij qui de hoc crimine integros tractatus scripserunt.

20 Habet etiam hoc crimen multa specialia,quæ pariter recensẽt Prac.Care. in trac. præalleg. & inter cætera in causa hæresis sufficiunt minores probationes,quã in aliis,& hoc nõ modo ad inquirendũ, de quo aliquid dixi ℣.hoc eo.lib.§.fin.q.6.ver.Item scias,sed etiam ad faciendum plenã probationẽ criminis,vt videtur tex.in c.in fidei.de hæret.in sexto. quem ita intelligunt communiter Doctores, vt dicit Boss.in tit.de hæretic.n.5.Et ex hoc apparet nõ esse veram opi.eorum,qui dixerunt, quòd ad conuincendum aliquem pro crimine hæresis, requirãtur saltẽ tres testes,quia imò duo sufficiunt,& hæc opin.est communis,teste Anan.in c.excommunicamus,§.Adiicimus,num.1.de hæret.quem refert Simancas de hær.c.50.nu.3. Et in proposito circa testes de hæresi deponentes, videndum est cons.Cruettæ 262. Et an plures testes singulares sufficiant dixi ℣.hoc eo.lib.§.fi.q.35.vers.Dixi etiam.

21 Item de crimine hæresis potest inquiri etiam post mortem,& defuncti memoria damnari,& ita in facto practicatũ fuit contra memoriã Bonifacij Papæ,qui ad instantiam Regis Franciæ fuit post mortem accusatus de hæresi,vt refert Alb.in Rub.C.de hær.n.2.& 3.licet Boer.dec.341.in fi.dicat se hoc nõ inuenisse in vitis Pontificum.Et scias,q de consuetudine Regni Frãciæ corpus illius, qui post mortẽ damnatur de hæresi, relinquitur brachio seculari, & per brachium seculare comburitur. Hæc autem conclusio,quòd in crimine hæresis possit cõtra defunctum procedi,& eius memoria damnari, habet locum non modo in hæretico vero,& qui per veras probationes est de hæresi conuictus, sed etiam in hæretico præsumpto.s. illo qui citatus in causa fidei fuit cõtumax per annũ,& deinde mortuus est, vt per Bellameram decis.677.in tali processu. Et in hoc proposito videnda sunt ea quę idem Bellamera ponit in sequen.decis.678.679. 680. 688. & 689. vbi multa eleganter tractat in hac materia,& præsertim an hoc casu sint vocãdi hæredes defũcti,&c.

22 Item licet Papa non possit pro aliquo crimine accusari,vt dixi infrà hoc eo.lib.§.fi.q.35.vers.Vidẽdum igitur:potest tamen pro crimine hæresis accusari,& condemnari,vt ibi dixi.

23 Quæro,an occultus hæreticus,scilicet ille,qui solum corde deuiat à fide catholica, non tamen verbo,scripto aut facto aliquod signum hæresis ostendit,incidat,in pœnã excõmunicationis & alias pœnas à iure impositas hæreticis? Resp. q non & hæc est Theologorum ferè omnium receptissima sententia,vt attestatur Simancas de hæret.c.42.nu.1.& seq.nam(vt vulgò dicitur)Ecclesia non iudicat de occultis.

24 Sed hic incidenter quæro quæ sint facta, quæ sapiant manifestã hæresim?Resp.q illa quę de sui natura præ se ferunt aliquid quod manifesta est hæresis,dicuntur sapere manifestam hæresim, puta baptizare imagines, rebaptizare pueros,& huiusmodi.& hæc est peritorum omnium sententia,teste Simanca in tract.præallega.c.30.nu.9.

25 Successiuè quæro, nunquid inuocatio dæmonũ sapiat hæresim manifestam?Resp. quòd aut inuocãtur dæmones,vt quis sciat futura,& hoc sapit hæresim manifestã,quia tribuit diabolo id quòd est proprium Dei,scilicet ventura præscire.Aut inuocãtur ad alium finem,puta ad tentãdam pudicitiam mulieris,vel huiusmodi,& non sapit hæresim quia aduocatur diabolus ad id,quod ei maximè conuenit cùm sit tentator animarum.Ita declarat eleganter Gemin.cons.54.vbi in pulchro casu ita consuluit,& ita distinguunt DD.vt attestatur Afflictus super prima parte constitutionum Regni,Rub.1.num.27.Et hoc secundo casu iurisdictio non spectat ad inquisitores,sed ad ordinarium, qui in hoc crimine potest esse tam secularis,quàm ecclesiasticus,nam crimen sortilegij est communis fori,ita quod vterque iudex potest procedere,vt tenuit Abb.in c.1.nu.3.& 4.de sortileg.quem sequuntur communiter DD.vt dicit Nunius de los corregidores,fo.259.n.1.Quod nota,quia in parlamentis Franciæ fuit super hoc diuersimodè iudicatum,vt refert Papo lib.22.tit.3.Arresto 1.& 2.Et dicit Alb.in Rub.de hæret.nu. 13. q ita fuit determinatum in Romana curia in causa cuiusdam Ioan.de Partiniaco, quòd huiusmodi incantationes, quæ fiunt ex causa amoris,non essent hæreticæ, & ita etiã refert Oldra.cons.210.in fin. relatus,& ipse per Tiraq.de pœnis,causa 4.num. 3. quod in facti contingentia fuit absolutus quidam qui fecerat sortilegia propter amorem cuiusdam mulieris.Faciunt quæ dixi infrà hoc eod.libro §. fina.quæst.60.versicul. Est & amor.& ex his credo male consuluisse Barbat. consilio 55. libro. primo quod sortilegia, quæ fiunt ad scienda furta commissa, sapiant hæresim manifestam, & quod eorum cognitio spectet ad inquisitores. Pœna autem de iure communi imposita huiusmodi sortilegis,diuinatoribus, & maleficis, est mortis & con

& confiscationis bonorum,vt est tex.in l.3. C.de malef.sed de consuetudine hæc pœna non seruatur, sed imponitur pœna fustigationis,vt attestatur Nunius de Los corregidores,fol.259.nu.2.vel(secundum alios) ducuntur in publicũ cum mitra depicta in capite,& deinde eiiciuntur, vt attestatur Berb. in viatorio iuris in rub.de sortil.circa fi.& ideò cum superiorib.annis in causa cuiusdam Angelæ Cornetanæ imputatæ de sortilegiis, maleficiis, & incantationibus,dubitatũ fuisset,an esset imponenda confiscatio bonorum,senatus censuit, q nõ, 20.Augusti 1563. P.N.Quod nota.

§. HOMICIDIVM.

1 *Quotuplex sit homicidium.*
2 *Et quod dicatur homicidium casuale?*
3 *Et quod homicidium culposum?*
Et qua pœna puniatur homicidium culpa commissum?
4 *Et quid si aliquis citra animũ occidẽdi alium percusserit?*
5 *Et quid si putans interficere vnum,occiderit alium?*
6 *Et quod dicatur homicidium dolosum?*
7 *Et quod dicatur homicidiũ commissum,animo deliberato?*
8 *Et quod dicatur homicidium commissum ex proposito?*
9 *Et quod dicatur homicidium commissum ex insidiis?*
10 *Et quod dicatur homicidium commissum proditorie?*
11 *Et quod dicatur homicidium commissum per assassiniũ?*
12 *Quibus modis homicidium committatur?*
13 *Et quid in eo, qui venenum alteri dedit?*
14 *Et quid si mors secuta non fuerit,an sit puniendus pœna mortis?*
15 *Et quid in iudice,qui innocentem condemnauit?*
16 *Et quid si aliquem indebitè torsit?*
17 *Et quid in medico,qui mortis causam infirmo præbuerit?*
18 *Quæ sit pœna homicidij de iure ciuili?*
19 *Et an valeat statutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam?*
20 *Et quæ sit pœna homicidij de iure canonico?.*
21 *Et an clericus homicida priuetur ipso iure beneficio,an autem requiratur sententia?*
22 *Et an homicida priuetur successione eius,quẽ interficit?*
23 *Et an teneatur ad interesse animæ occisi,& expensas factas in medicinis:& ad æstimationem operarum?*
24 *Homicida,qui alium interfecit ad sui defensionem,excusatur.*
25 *Et quid,si pro defensione bonorum suorum?*
26 *Et quid,si pro defensione proprij honoris?*
27 *Et quid,si pro defensione coniunctorum suorum?*
28 *Et quid,si pro defensione alicuius extranei?*
29 *Et quid si volens offendere,sit clericus?*
30 *Et quid,si sit Papa,vel Imperator?*
31 *Et an liceat occidere alium non insultantem,si aliter me ab insultante defendere non poteram?*
32 *Et quid,si fugiendo poteram me saluare?*
33 *Et quomodo probetur factum fuisse ad necessariam defensionem?*
34 *Et quid,si excessum fuerit in defensione?*
35 *Et an si quis neget se occidisse,possit postea fateri & probare,quòd ad sui defensionem id fecerit?*
36 *Et quid,si occidi aliquem,qui me in insidiis expectabat, vt me offenderet?*
37 *Quando plures interuenerunt homicidio, & ignoratur quis fuerit interfector,an sint omnes puniendi?*
38 *Et quid,si vnicum tantum vulnus sit illatum?*
39 *Et quid si appareat quis fuerit auctor rixæ?*
40 *Et quomodo sit formanda inquisitio,quando non apparet quis fuerit homicida?*
41 *Et quid si sint illata plura vulnera, sed nescitur ex quo vulnere decesserit?*
42 *quid si reus probet,vulneratum non ex vulnere decessisse,an sit à pœna homicidij excusandus?*
43 *Et an in hoc standum sit iudicio medicorum?*
44 *Et quid,si vulneratus intra breue spacium decesserit,an præsumatur mortuus ex vulnere?*
45 *Et quid,si reus velit probare contrarium eius,quod medici dixerunt?*
46 *Et quid si posti illatum vulnus lethale alius superuenit, qui vulneratum exanimauit,nunquid primus vulnerans excusetur?*
47 *Fur an possit licitè occidi?.*
48 *Adulter an possit impunè à patre occidi?*
49 *Et an à marito?*
50 *Et quid in foro conscientiæ?*
51 *Et an pater,vel maritus id possint alteri mandare?*
52 *Banniti an possint impunè offendi?*
53 *Et an valeat statutum disponens, quòd possint impunè offendi?*
54 *Et an stante tali statuto,possint offendi etiam in foro conscientiæ?*
55 *Et an etiam occidi?*
56 *Et an mulier bannita adulterari?*
57 *Et an bannitus censeatur hostis ciuitatis,à qua est bannitus?*
58 *Et an æquiparetur deportato?*
59 *Et an stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum?*
60 *Et an eum quem prius promiserat non offendere?*
61 *Et an liceat bannitum proditorie interficere?*
62 *Et quid si bannitus habuerit gratiam à principe, nondum tamen fuerit de albo cancellatus?*
63 *Et quid si bannum sit nullum?*
64 *Et an pendente appellatione à sententia banni possit bannitus impunè occidi?*
65 *Et an bannitus captus per familiam officialis, possit licitè offendi?*
66 *Et an liceat occidere bannitum,extra territorium,à quo est bannitus?*
67 *Et an occidens eum,quem ignorabat esse bannitum, gaudeat beneficio statuti.*
68 *Si statutum permittat occidi bannitum in lib. centum, an liceat occidere eum,qui est bannitus in pluribus minoribus summis quæ cumulatæ excedunt centum libras?*
69 *Exceptio proueniens ex hoc statuto, an sit peremptoria?*
70 *Et an possit opponi per procuratorem?*
71 *Bannitus,stante hoc statuto, an possit se defendere?*
72 *Stante hoc statuto,si bannitus offendatur,an possit iudex ex officio inquirere?*
73 *Casus,in quibus quis potest alium licitè interficere?*
74 *An in crimine homicidij puniatur affectus, etiam non secuto effectu?*

1 HOmicidij materia malo nostro fato frequens est.Quotidie enim videmus, etiam ex leuissimis causis, homines trucidari, quapropter in hoc deflenda est hominum conditio, quòd cum cæteris eiusdem generis animantia inter se non sæuiant,soli homines sibi inter se insidiantur,& crudeliter mortem inferunt. Pro intelligentia autem terminorum præmittendum est, quòd homicidij duæ sunt species, scilicet homicidium simplex, & homicidium deliberatum,& ad has duas species reduci possunt omnes aliæ species homicidij.Simplex homicidium est illud,quod committitur sine qualitate animi deliberati. Deliberatum verò est, quod committitur ex proposito cum illa qualitate. Homicidium autẽ simplex altero ex quatuor modis cõmitti põt.s.Necessitate,Casu,Culpa,Dolo.Necessitate cũ qs ad sui

Universidad de Deusto Biblioteca
Sem. Penal DEUSTO-

necessariam defensionē alium interficit', & de hoc latè diximus infra ver. Excusatur autē, & aliis seq.

2 Casu autem dicitur committi homicidium, cum quis alium occidit sine culpa aliud facere cogitās, & potest poni exēplum in eo, qui cùm luderet ad iaciendū palū loco solito, hominem interfecit, vt in casu in quo consuluit Socin. consil. 16. lib. 1.

3 Culpa dicitur homicidium committi quādo quis non dolosè, neque animo occidendi, sed inaduertētē alium interficit, & hoc homicidiū licet sine dolo commissum, potest nihilominus puniri criminaliter, non quidem pœna ordinaria, & sic pœna mortis, sed debet puniri pœna pecuniaria, vel exilio, pro modo culpę, & ita seruari attestatur Bos. in tit. defen. reorum, nu. 68. & dixi infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 84. circa prin. & quandoque etiam pœna triremiū, ad tempus, vt seruatū fuit in quodā Laurētio Moreno, qui propter homicidiū culposum, fuit ad triremes per triennium condemnatus 9. Iun. 1557. P.N. Semper autē mitius punitur homicidium cōmissum sine dolo, & sine animo occidendi, quàm illud quod cōmittitur dolo. Et hæc est cōmunis sentētia Scribētiū, vt dicit Cæpol. cōs. crim. 37. col. 1. & in hoc nemo discrepat, vt dicit Maranta in suo spec. fol. 26. post nu. 59. Quinimò stante statuto, q̄ homicida decapitetur, debet intelligi, quādo homicidium est dolo commissum, non quando culpa, vt dixi in d. q. 82. Hæc tamen cōclusio, vt scilicet homicidium culposum possit criminaliter puniri, intelligenda est vt procedat, quando fuit lata culpa cōmissum, talis enim lata culpa valdè proxima est dolo, vt communiter dici consueuit: sed si non fuerit lata culpa, sed leuis aut leuissima, tunc nō debet criminaliter puniri. Et hæc est cōmu. opi. vt attestatur Bos. in tit. quomodo procedatur per actionē nu. 38. nam talis culpa potius æquiparatur casui, & sic dicitur potius homicidium casuale, quam culposum. Huius aūt homicidij ex culpa cōmissi, possunt poni exēpla, puta, si quis versus turbā hominū proiiciat lapidem, ex quo hominē interfecerit, certè non adfuit dolus in illo homine interficiendo, sed tantum culpa in proiiciendo lapidem, & ideo non erit puniendus pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria. Et hæc est cōmunis opi. vt attestatur Menchiaca controuers. Illust. c. 10. nu. 22. Item potest poni exē plum in illo architecto, qui ascēderat machinam, & eam non ligauerat sufficienter, & machina tota cecidit super caput existentis sub ea, & occidit eū, vt refert Ang. in l. Cornelia. ff. de sicar. dicens, quòd fuit punitus pœna arbitraria. Item in eo, qui culpa sua causam dat homicidio, puta in portitore, qui noluit in portum recipere currus onustos, vt eos transfretaret, & dū ipsorum curruū vectores per aquas transirent, vnus eorum submersus fuit, pro quo tamen portitore consuluit Cravetta cons. 80.

4 Dicitur etiam culposum homicidiū quando quis citra animum occidendi alium percussit, ex qua tamē percussione ille mortuus est, cuius rei vt plurimū solet sumi coniectura ex genere armorum, vel instrumenti, cum quo illata fuit percussio, puta, si cum baculo, prout contingit in illa muliere, quæ percussit baculo super capite ancillam quā credebat esse ex viro suo prægnantem, ex qua percussione ista decessit, & illa fuit per cōs. Neap. deportata per septēniū, in insulā, vt refert Grāmat. voto 23. Idē si cū manaria, vt in casu, in quo cōsuluit Bal. cōs. 136. lib. 2. vel cū ligone, vt in casu Io. de Amic. cōs. 23. vel pugno etiā armato, vt in casu Are. cons. 146. vel calce, vt in casu Signo. cons. 63. Item si quis habet ensem, & percutiat. cum pomo ensis, nō autem cum ipso ense punctim, nec cæsim, vel si habeat roncam, & percutiat eum hasta, non dicitur habuisse animum occidendi, & ita dicunt Doctores, teste Marsil. cons. 67. nu. 18. Idē etiam, & multò magis dicēdū est, si quis non animo percutiendi alium percutiat, ex qua percussione mors deinde sequatur, prout in eo, qui volens se defendere à cane, proiecit lapidem aduersus canem, & hominem transeuntē occidit, de quo per Signorol. cons. 27. dicentem ita fuisse iudicatum.

5 Dicunt etiam aliqui, quòd si aliquis volens occidere Titium, occidit Sempronium, non tenetur pœna ordinaria homicidij, sed tantū extraordinaria, ex quo respectu Sempronij non fuit animus occidendi. Et sic videtur hoc homicidiū potius culpa, quàm dolo cōmissum. Et hāc opi. dicit tenere Doctores plures enumero, Placa lib. delictorum, c. 27. nu. 1. quam etiam cōmunē appellat Alba cons. 30. nu. 1. 2. & Menchiaca controuers. Illust. c. 96. post nu. 32. & secundum illam consuluit Gramma. cons. 5. & fuit etiam in facti contingētia iudicatum per cōs. Neap. teste eod. Grammat. cons. Regni, fol. 14. nu. 21. vbi dicit, quòd decisio Bartol. qui contrarium determinauit, in l. respiciendum. §. delinquūt, in fi. ff. de pœ. ponit iudices maleficiorum in magno discrimine, dum volunt illam seruare. Vidē quæ dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 77. ver. Sed quid si aliquis. Sed certè ego, si casus cōtingeret, illi facerē caput amputari. Benè verū est q̄ respectu istius homicidij cessat qualitas animi deliberati, & ideò non esset reiiciendus, qui pro eo gratiam reportaret, habita legitima partis remissione. Et ita in simili casu decisum fuit per senatū, q̄ licet factus fuerit insultus cōtra aliquē animo deliberato illū occidēdi, si tamē aliquis alius superueniat ad rixā, & occidatur, iste dicitur occisus in rixa, & non animo deliberato, & homicida est admittendus ad beneficiū decreti gratiosi, 2. Augusti, 1559. P.N.

6 Dolosum autem homicidiū dicitur, quando quis animo aliquem occidendi illum interficit, dicitur tamē simplex homicidium, quando hæc deliberatio illum occidendi, nō ex interuallo præcesserit, sed in rixa, vel calore iracundiæ superuenit, vt dixi infrà vers. Ex proposito.

7 Deliberatum autem homicidium quatuor etiam modis committi potest. s. ex proposito absque alia qualitate, secūdò ex insidiis, tertiò proditoriè, quartò per assassinium.

8 Ex proposito dicitur committi homicidium, quando quis aggreditur alium præuia animi deliberatione ex interuallo præcedente, & illum interficit. Et dixi ex interuallo, quia si quis casu obuium habuerit inimicū suū, & ira cōmotus illum interfecerit, non dicitur homicidiū animo deliberato commississe, nisi appareat q̄ antea deliberasset illū interficere, & ambulasset armatus, animo illum occidendi: eo enim casu, etiā q̄ illū casu obuium habuerit, & occiderit, dicitur animo deliberato illū occidisse. Et ita pluries vidi in senatu seruari. Et licet Pra. Casonij, fol. 13. nume. 8. dicat, q̄ conclusiuè, secundum omnes, non dicitur homicidium ex proposito commissum, nisi industria, & insidiæ interceserint, iudicio tamen meo non est eius opi. tenenda. nam etiamsi quis absq; insidiis, vel industria alium præuia animi deliberatione insultādo interfecerit, dicitur

dicitur homicidiū ex proposito commissum, vt patet ad sensum, & omnes fatentur post Bart. in l. respiciendum. §. delinquūt. in primis verbis. ff. de pœnis. Illud verò quod commissum est ex insidiis, ab hoc longè differt, vt dixi infrà ver. Ex insidiis. Et hæc omnia nota, quia hoc, quando scilicet dicatur homicidium commissum animo deliberato, vel non, valdè vtile est scire in hoc Ducatu, in quo non solent principes concedere gratiam homicidiorum, animo deliberato commissorum. Item committens homicidium animo deliberato, non est tutus immunitate Ecclesiæ, secundū opi. magis cōmunem, quā ego tenui infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 30. Punctus est. Animus autem deliberatus occidendi, cùm ea, quæ in animo consistunt, à solo Deo videri possint, non nisi per coniecturas colligi potest, quarū multæ recensentur per Scribentes practicas criminales, & per Mantuam, cons. 152. lib. 1. & cons. 236. eo. vol. & cons. 294. nu. 5. & seq. eo. vol. & cōs. 314. nu. 7. & seq. eo. vol. & cons. 325. nu. 5. & seq. eo. vol. & cons. 173. lib. 2. puta si præcedant inimicitiæ, minæ, tractatus, & huiusmodi. Item dicit pract. Casoni, fol. 37. nu. 2. (q̄ secūdū iurisperitos) præsumitur tractatus, quando committitur homicidium cū multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint. Sed ego in hoc proposito puto esse diligenter aduertendum. nam aliud est præsumere animum occidendi, aliud præsumere animū deliberatū, nam animus deliberatus ex nullis coniecturis argui pōt, nisi ex his, ex quibus verisimiliter colligitur ex interuallo, præmeditatio homicidij cōmittendi. Et ideò verū quidem est, q̄ ex loco corporis, in quo facta est percussio vel illatū vulnus, item ex genere armorū, item ex multitudine vulnerū, & huiusmodi, præsumitur animus occidēdi, sed nō deliberatus. Et ideò etiā si quis post acceptā iniuriam, statim cōgreget multitudinē sociorū armatorū, reuersus interficiat eum, qui sibi intulit iniuriam, illū multis vulnerib. confodiendo, certè ex quo durabat calor iracundiæ, non dicetur homicidiū animo deliberato cōmisisse, sed in rixa. Et hoc pluries per senatum decisum fuit. Sed quando sedato calore, & (vt vulgò apud nos dicitur) *à sangue freddo*, post acceptam iniuriam quis alium interficit, tunc recurritur ad coniecturas, quæ sunt præparatio armorum, congregatio sociorum, & huiusmodi, ex quibus verisimiliter colligitur, quòd anteà ex interuallo cogitatum, & deliberatum fuit homicidium illud committere.

9 Ex insidiis dicitur homicidium committi, quando aliquis expectat alium, positus in loco, qui ab illo præuideri verisimiliter non poterat, animo eum occidendi, illūmque ex improuiso venientem aggreditur, & interficit. Ex hoc vtile est scire, quia interficiens alium ex insidiis, si confugiat ad ecclesiam, non gaudet eius immunitate, vt dixi in d. q. 30. ver. hoc autem.

10 Proditoriè verò dicitur committi homicidium, quando aliquis nulla præcedente inimicitia alium interficit, puta, quia veniens tecum tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, vel dum sederes mecum in mensa, vel si, cùm me tibi amicum esse fingerem, te a tergo percutio: nam his casib. dicor te proditoriè interfecisse, ita dicit Bart. in d. l. respiciendum. §. delinquunt, num. 1. ff. de pœn. cuius doctrinam omnes qui Bart. posteriores sunt transcribunt, vt dicit Igne. in l. si certus. §. si vnus ex dominis, post nu. 14. ff. ad Sylle. Et hoc etiam vtile est scire, nam in homicida proditorio omnes cōueniunt, quòd si confugiat ad ecclesiam, nō gaudeat eius immunitate, vt dixi in d. quæst. 30. vers. Scias tamen.

11 Per assassinium autem dicitur committi homicidium, quando sit pecunia interueniente, de quo latius dixi suprà hoc eodem lib. §. assassinium.

12 Pluribus autem modis potest committi homicidium. Aliquando enim quis propriis manibus aliū interficit, & de hoc principaliter tractamus in hoc §. Aliquando mandat alteri, vt homicidium committat, quo casu tenetur de homicidio propter mādatum, perinde ac si ipse interfecisset, vt dixi infrà hoc eod. lib. §. fin. q. 80. Aliquando dat auxilium vel consilium alteri ad homicidium committendum, de quo dixi in d. §. q. 88. & q. 90. Nec minus punitur vt homicida, ille qui seipsum interficit, vel vult interficere, de quo dixi infrà hoc eod. lib. §. fin. q. 68. vers. seipsum occidere. Dans etiam aliquid mortiferum alicui ad commēdendum vel bibendum dicitur homicida. l. 2. §. Præterea. ff. de sica. Item dans poculum amatorium, ex quo illud accipiens moriatur. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de sica. Item falsum testimoniū dicens ad offensam contra aliquē de quo dixi suprà hoc eo. lib. §. Falsum, vers. Testis qui falsum. Sic etiā dicitur homicida ille, qui misit aliquem per viam, in qua sciebat esse eius inimicos, vt occideretur, vt est tex. in l. 3. §. Itē si quis auctor. ff. de sica. Et ita in facti contingentia iussit Senatus, homicidam vltimo supplicio affici prætorem Caluationi, qui quendā hominem inimicis suis trucidandum tradiderat, 23. Septem. 1542. P.N.

13 Punitur etiam vt homicida, venenū malum sciēter faciens, aut dans ad aliquem occidendum, l. 1. l. 3. in princi. ff. de sicar. vt in casu, de quo per Cæpol. cons. vltimo. Gramma. cons. 36. 38. voto 3. 30. 31. 38. decis. 2. 33. 38. Alban. cons. 72. Et certè quando ex veneno sequitur mors, non videtur dubitandū, quin illud dās sit pœna capitis puniēdus. Et hæc est cōmuni consensu recepta sentētia, vt attestatur Placa li. delictor. c. 20. post nu. 1. Et ita iudicauit Senatus in causa cuiusdam medici, qui vxori venenū dederat,

14 & fuit ei caput amputatū. † Punctus est, an si mors ex veneno secuta non fuerit, debeat nihilominus puniri pœna ordinaria, non obstante generali consuetudine, præsertim cùm hoc crimen videatur esse ex atrocissimis, iuxta ea quæ dixi inf. hoc eo. li. 9. §. fi. q. 92. vers. Scias tamen. Sed certè magis cōmunis opi. videtur esse, q̄ non puniatur pœna ordinaria, vt attestatur pract. Carer. fol. 190. nu. 10. vbi dicit, q̄ ita concludunt magis communiter DD. quem refert Did. in repe. clem. si furiosus, fol. 281. nu. 11. de homici. idem dicit Gram. super const. regni, fol. 107. col. 4. nu. 5. & ita se pluries iudicasse refert Bertach. in verbo. Venenatio, nu. 6. quem refert Prac. Conra. fo. 338. nu. 11. Et refert Gram. in loco prælleg. se ita bis vidisse iudicari in sacro cons. in duabus ancillis, quæ dominis suis venenum porrexerant, quarum altera fuit condemnata ad fustigationē, altera verò vt inserviret infirmis, & languētibus hospitalis. Et de illa condemnatione mentionem facit idem Gram. decis. 2. Vidi etiam ego in facti contingentia, q̄ quidā Thom. Francus pro veneno propinato, fuit trāsmissus ad triremes per decenniū, 23. Martij 1560. A.C.

15 Item iudex qui innocentem ad mortem condemnauit, punitur pœna capitis, vt homicida, si id fecit pecunia corruptus, vel ira commotus, vt est text. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. repe. Idēmq; si dedit operam vt accusatus, vel inquisitus aliquid falsò

consisteretur,per quod innocens postea dānaretur ad mortē tenetur enim leg.Cor.de sicar. vt est tex.
16 in l. 1.in prin.& in l.3.§.qui falsa.ff.de sicar.† Itē si aliquem posuit indebitè ad torturā,vel adeò modū excelsit in torquendo,vt mortuus sit,punitur pœna capitis vt homicida,de quo dixi infrà hoc eo.li. §.fin.quæst. 64. vers. Antequam tamen. & vers. Iudex autem.

17 Itē medicus si malū medicamentū scienter adhibeat,vt infirmus moriatur,tenetur vt homicida lege.Cor.de sica. vt colligitur ex tex.in l. necessario. §.fin.ibi.medicus infidus.ff.ad Syl. Et memini ego superioribus annis,ꝙ fuit in non modico crimine quidā Mag.Laurentius de Luciferis chirurgus,qui fecit vnā incisionem cuidam rustico,propter quā ille ex nimia profusione sanguinis statim decesit. Cùm tamē nulla subesset suspicio, ꝙ animo illum occidendi id fecisset,fuit solummodo iussus exulare arbitrio Senatus,13. April. 1562.P. N.Reperio etiam, ꝙ quędam Rosa,quę medicamentum non malo animo dederat, ex quo sequuta erat mors, non fuit punita,quia fuerat tolerata vt ita medere tur,sed fuit illi solūmodo interdicta in futurū ars medendi.30.Augu.1558.P.N.Tenetur etiam medicus,qui propter imperitiā, vel culpā,infirmo præbet causam moriendi,ad damna & interesse,prout in facti contingentia consuluit Chasse. cons. 48.in quodam medico,qui cuidam testiculos inciderat.

18 Sed quæro,quę sit pœna homicidij?Respō.de iure cōmuni homicida punitur pœna legis Corne.de sica.vt est tex.in l.j.ff.ad leg.Corn.de sicar.quę pœna est nobili deportatio,& bonorū omnium confiscatio,vt est tex.in l.3.§.legis Corneliæ.eo.ti. de sicar. Sed hodie illa pœna legis Corneliæ non est in vsu. vt dicit Ange.in d.§.legis Corne.n.1.ff.ad le.Corn. de sicar.quem refert Afflic.super prima parte cōst. regni,Rub. 13.nu. 2.Idem dicit Marsil. in d.§.legis, nu. 1.& 2.quem refert Placa li.1.delictorum, ca.10. post nu.2.Vide quæ dixi infrà hoc eo. lib.§. fi.q.67. vers. Deportatio. Pœna ergo homicidij hodie est pœna mortis.Et hæc est cōmunis opi.vt dicit Boss. in titu.de homic.nu. 109. Et hodie locū habet hæc pœna tàm in nobili committente homicidiū, quā in plebeio.Et hanc opin.recepit practica, vt dicit Bolenc.in repet.l.capitalium.§. famosos,nume.64. ff.de pœnis.

16 Sed nunquid valet statutum, vel consuetudo,disponēs quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria?Resp.Aliqui dicunt,ꝙ sic.Et hanc opi.videtur tenuisse Bar. in l. 1.post nu. 10.vers.Vlterius quæro, de pub. iud.quam etiam dicit tenere communiter Doct.Pract.Carer.fol.515.nu.12.Contrariā autem sententiam,quòd scilicet tale statutū nō valeat,multi tenuerunt.Et hāc dicit esse communem opi.Anan.in ca.fin.num.1.de delict. puer.Dec.in c. 2.post nu.2.de constit.quem refert Public.super cōsuet.Aluer.fol.159.nu.4.Dida.lib.2.resolu.c.9.nu.2. Et hanc ego semper secutus sum vti veriorem,& magis communem.Et reperio etiam quòd Igneus in l.lege Cornelia.§.ex hoc edicto,n.62.& seq.ff.ad Syll.refert,quòd suis temporib.ita fuit iudicatū per Senatum contra Nouarienses, apud quos vigebat huiusmodi cōsuetudo,vt pœna homicidij esset centum aureorum.Bene verū est quòd Albe. in 2.parte statutorū,q.122.dicit,quòd totus mundus seruat contrariū.Et illum refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et ex interuallo,post num.7.Sed certè illud potuit fortè seruari temporib.Alberici,nostris autem tēporib.semper vidi obseruari,quòd talia statuta nō valeant,nec sint obseruanda.Et ita teneas, & serues in practica.Sed posito,quòd valeāt,quæro,pone quòd Perusij extet statutū disponens,ꝙ si forensis ibi occidatur,puniatur pœna pecuniaria, nūquid si Perusinus alibi occidatur,erit puniendus occisor solūmodò pœna pecuniaria,vt s. l. tale ius reddatur &c.Resp.ꝙ non,sed debet huiusmodi homicida,eo non obstāte,puniri pœna mortis.Et hęc est communis opinio,vt dicit Sapia in l.1.in princ. colum.1.versicu.Ex istis præcedētibus.ff.quod quisque iuris.

20 De iure autē canonico laicus pro homicidio excommunicatur,clericus autē deponitur, præterea-
21 que priuatur beneficiis.† Est tamen non leuis controuersia inter Doctores, an clericus homicida sit priuatus ipso iure beneficio,an autē veniat priuandus per sententiam.Et in hoc articulo Innoc.in c. cum nostris. de concess. præb.tenuit quòd non est priuatus ipso facto,titulo beneficij,nec perdit ipso iure beneficium, sed venit priuandus per sententiā. Et dicit Anan.in c.inquisitionis.nume 3.de accus.ꝙ ita tenent communiter Doctores. Ita etiam communiter teneri attestatur Corset.in suis singul.in verbo,Sententia,vers.Clericus.Hanc etiam dicit esse communem opin.Feli.in d.c. inquisitionis,num. 2.quēm refert Foller.in pract. crim. canon.fol.276. nume.37.Diaz in Pract.crim.canon.c.88.Gomes.in c.1.post nu.7. de rescrip.in 6. Alciat.in c.cum non ab homine, post nu. 16. de iudic.Ferratius cautela 44.canonicis cōstitutionibus Didac.in repet.Cle. si furiosus,fol.302.nume.6.in fin. de homicid.Placa lib.1.delictorum,cap. 11.nu.2.Et quidem in simplici homicida, scilicet, qui animo deliberato homicidiū non perpetrauit, hæc opin.Inno. ab omnibus recipitur,vt dicit Igneus in l.necessarios.§.nō alias in lectura,nu.13.ff.ad Sille.Sed in homicida deliberato,siue qualificato aliqui contrarium tenuerunt. nihilominus dicit Igneus in loco præallegato,quòd omnis penè Cano.& Legistarum schola in han sententiam declinat.

22 Priuatur etiam homicida successione eius,quem interfecit,vbi ex testamento, vel ab intestato talis successio ad eū pertinet.Et ita volunt Doctores,vt attestatur Marsc.cons. 93.nu. 8.Et hoc non,vt ab ea excludatur,tāquam incapax, sed vt admittatur ad succedendum, & deinde fiscus illam auferat, tanquā ab idigno tex.est in l.cum ratio.§.fi.ff. de bon. dam.Et quòd filius occidens patrem illi succedat, & fiscus ab eo auferat hæreditatem, tanquam ab indigno,dicit esse communem opin. Butr. cons.63. in primis verbis. Sed pone, ꝙ filius interficiat patrem,nūquid nepotes,& sic filij homicidæ poterūt auo succedere?Resp.Bal.in l.si quis incesti,nu.4.C. de incestis nupt.loquēdo in terminis statuti,tenuit ꝙ sic.sed in cōtrariū est magis cōis opin. vt attesta tur Boer.decis.25.nu.8.& 17.vbi etiam refert ita iudicatum fuisse per illam curiā,prout etiā prius iudicauerat parlamentū Parisiense, teste Aufrer.in 4. parte de Arrestis,q. 130.& Ioan. Gal.q.146.Idem etiam dicendum fuisse in casu,in quo frater fratrē occiderat,vt scilicet fiscus præferretur in successione fratris occisi,filius ipsius fratris occidentis atte statur Albe.in 3.parte statutorum,q.58.si frater occidit.quem refert Barb.cons.8.post nume. 4:lib.3.& cons.70.nu.45.li. 4.Aliàs autem sequendo opi.Bal. daretur improbis facilior occasio delinquendi.Si verò non extent filij occisoris,res nullam videtur habere

habere difficultatē,ꝙ fiscus venit,de iure cōmuni, ad ipsam successionē.Et hanc dicit esse cōmunem opi.& sententiam Barb.qui in his terminis ita consuluit in allegato cons.8.lib.3.in 1.dubio. Sed quid si maritus interficiat vxorē,nunquid lucrum dotis applicabitur fisco,an autē hæredibus ipsius mariti,vel vxoris?Resp.Bar.in l.si.in fi.ff.de his, quib.vt indig.loquendo generaliter distinguit,quòd aut lucrum defertur ex pacto,seu conuentione, & in eo succedunt hæredes vxoris,simul cum reliquo eius patrimonio.Aut defertur ex dispositione statuti,& applicatur fisco. Sed certè hæc distinctio Bart.cōmuniter reprobatur per Doct.qui volūt ꝙ indistinctè transeat ad hæredes ipsius vxoris, vt attestatur Rui.qui in facti cōtingentia ita cōsuluit cons.11.in fi.lib.5.quam sententiam vti communem sequi videtur Rolan.in suo elegāti tracta. de lucro dotis, q.61.Et secundum illā consuluit Dec. cons.525.quę mihi etiam magis placet,vt viri facilius à delinquēdo abstineant.Et hæc conclusio locum habet etiā, quando maritus vxorē occidit iure, vel cōsuetudine id permittēte,puta,propter adulteriū, nam neque eo casu lucratur dotē iuxta formā statuti, vel pacti,quicquid dixerit Bar.in l.si ab hostib.§.si vir, nu.5.ff.solu.matri.contra quem tenent ferè omnes, vt dicit Ias.in d.§.si vir,circa fi.& cōtra Bar.esse cōmunem opinio.attestatur Gomes. Arias super lege 80.Tauri.nu.1.quod nota.

23 Tenetur etiam homicida ad interesse animæ occisi,scilicet ad dandū,vt pro ea fiant orationes,ieiunia,eleēmosynæ,& huiusmodi,secūdū facultates ipsius homicidæ,prætereaq; ad mercedes,& expensas factas in medicis,medicinis, & aliis ad eius curationem pertinentibus, necnō & ad æstimationē operarum,quas interfectus exercere potuisset,si vixisset eo tēpore,quo naturaliter viuere poterat.Et has conclusiones vti communes refert Rolan.cōs. 39. per totū,li.2.& ita in facti contingētia cōsuluit Bertran.cons.217.li.8.quòd de iure fiscus tenetur ex bonis confiscatis soluere filiis occisi,æstimationem operarum,&c. Sed hoc in practica malè obseruatur.nam fiscus rapit omnia bona delinquentis,virtute confiscationis,& nulla prædictorum ratio habetur.In hoc tamen proposito videndum est cons. Crauettæ 119.

24 Excusatur autem homicida,pluribus ex causis, & in primis quidem,si probet,quod homicidiū ipsum commisit, ad sui necessariam defensionem.Est enim indubitata iuris conclusio, quòd homicidiū factum ad sui defensionem,nō est punibile,cùm licitum sit vnicuique vim vi repellere,quod quidem est vulgatissimū,& commune,vt dicit Catald.consil.53.in primis verbis,inter consilia criminalia diuersorum lib.1.& est text.in l.vt vim.ff.de iusti.& iure,vbi est locus ordinarius huius materiæ.Et hanc sentētiam dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptam Placa lib.primo delictorum c. 28.nu. 3.in fin.Et ita,omnium gentium more,& consuetudine receptum esse,ait Cæpolla cons.crim.42. vers. Et profectò, quæ quidem procedit etiam in foro conscientiæ.Et est communis opin. vt dicit Nicel. in conc.gl.c.quinquagesimosexto.Et ait Didacus in repet.d.Clem.si furiosus,fol.323.post numerum primum, quòd hæc est apud Theologos receptissima sententia.

25 Hæc autem conclusio,ꝙ pro sui defensione liceat alium interficere locum habet,non solum pro defensione vitæ & corporis sui,sed etiam pro defensione rerum suarum.Et hæc est communis opi.Legistarum,vt dicit Pract. Carer.fol.371. nume.29.& seq.Hanc etiam opi.dicit esse communem Claud. in d.l.vt vim,num.43.& seq.Dec.in d.l.vt vim,nu.31. Ias.in d.l.vt vim,nu.23.& seq.quem refert Diaz reg. 507.Dida.in loco præal.fol.325.nu.6. Placa in d.ca. 28.nu.52.Plot.in rep.l.si quando, nu.109.Menchiaca controuers.Illust.c.18.n.5.nam (vt vulgò dicitur) bona & res vitæ æquiparantur, vt dicit glo.in l.aduocati.C.de aduo.diuers.Iud.prout illam refert & dicit,esse communi consensu approbatam, Plac. in loco prēallega.vers.Aduotanda vtique. Dicit tamen Feli.in c.2.post nu.4 de homici.ꝙ omnes concludunt,ꝙ de iure canonico non licet furem interficere,pro reb.tantum seruandis.Sed vide quæ dixi infr.vers.Vltima est.

26 Idemq; & multò magis dicēdum est,quòd liceat alicui alterum interficere, pro defensione proprij honoris.nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ.l.iusta.ff.de manu.vind.Et est commune dictum,teste Bolen. in rep.l. capitalium.§.famosos, post nu.161.ff.de pœn.Et ideò si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis,poterit quis licitè aggressorem interficere,ita dicit Bart.in l.1.num.8. C.vnde vi.Et dicit Ang.in l.is,qui aggressorem,n.2. in fin.C.de sicar.quòd hoc practicauit in ciuitate Venetiarum, & defendit quendam accusatum de homicidio.Et illum refert Marc.cons.81.nu.16.Vide quæ dixi infrà vers.Atque adeò.

7 Item locum habet,non solum pro defensione proprij corporis,sed etiam pro defensione eorum,qui sunt sanguine coniuncti & ita tenent communiter Doct.vt dicit Gramma.cons.68.nu.4. Hanc etiam dicit esse communem opi.Pet.Calefat. inter consil. criminalia diuers.cons.89.nu.10.lib.2.Et in facti contingentia quidā Ant.Persicus,qui, vt auxiliaretur fratri suo,interfecerat alium cum eo rixātē.fuit ab-
28 solutus 24.Nouemb.1548.P.N.† Imò etiā pro defensione alterius extranei,secūdum Barto. in d.l.vt vim,& in l.si quis in seruitute, nu,3.ff.de fur.Et est communis opin. vt dicit Dec.in ea. l. vt vim, post nu.32.vers.subiicit Bart.Et dicit Alciat. consil.475. quòd hæc conclusio est ab omnibus Doctoribus approbata.

29 Præterea etiā generaliter & indistinctè intelligenda est hæc conclusio,ita vt pro salutis propriæ defensione licitum mihi sit aliū interficere, etiamsi ille,qui me vult offendere,sit clericus:nā & ipse potest à me impunè occidi pro mea defensione,imò nō solùm pro mea,sed etiam propinquorum meorū,imò etiam extraneorum. Et ita tenēt Cano.indistinctè, vt dicit Claud.in lect.d.l.vt vim.nume.85. Hāc etiā dicit esse cōmunē opi. Abb.in c.si verò,el 1.nu.11.de pœn.quem refert Did.li.2.resol.c.10.post nu.8. vers. Quartum si eiusdē. Quinimò etiam si sit
30 Papa,vel Imperator adhuc poterit licitè occidi.Et dicit Placa in d.c.28.post nu.7.versic. 3. illud.quòd hoc est constitutissimum inter vtriusque classis literatos.Quod tamen puto & intelligendū esse cū grano salis scilicet si Papa, vel Imperator contra omne ius volebat eum offendere,neque iste poterat se vllo modo saluare ab imminenti morte,neq; etiam fugiendo. Et adhuc si casu contingeret in practica, nescio an posset obtineri hæc opin.In inferiorib.autē cuiuscunque dignitatis existant,credo ꝙ posset sustineri.Et reperio ꝙ in facti cōtingētia Rim.cōs.44.cōsuluit ,ꝙ quodā q pcusserat prætorē,à quo pri° fuerat ipse percussus.Et not.in hoc

propoſito, ꝙ ille, qui percutit clericũ ſe defendendo, non incidit in excommunicationem, etiam ſi in defendendo modum excedat, dummodo id ex propoſito non faciat ita dicit gl. in c. ſignificaſti, el 2. in verb. Tutelæ, de homic. quam dicit eſſe communiter approbatam Soc. inter conſ. Curt. Sen. conſ. 20. poſt nu. 41. verſ. Confirmantur prædicta.

31 Adde, ꝙ non ſolùm licet inſultato occidere ipſum inſultãtem, ſed etiã licet occidere alium nõ offendentem, ſi ab illo inſultante ſe aliter defendere nõ poterat, niſi iſtum interficeret, ita dicit glo. in l. ſi familia, in verbo, Poterat, ff. ſi fami. fur. feciſſe dicatur. Et eſt cõmunis opi. vt ait Deci. in d. l. vt vim, poſt nu. 9. verſi. Et quod dictum. Sed pone, ego fui aggreſſus à Titio, & Caius ſe interpoſuit, vt rixam diuideret, & ego ne interficerer, oppoſui Titio me inſultanti, iſtum Caiũ mediatorem, qui ab eo fuit occiſus, nũquid ego teneor de homicidio? Reſpon. Hæc quæſtio fuit diſputata per Angel. Aret. in ſua q. incip. Atholus, & cõcludit ibi Ang. quòd non teneor. Et eius opin. dicit eſſe commu. Corſe. in ſuis ſing. in verbo, Metus, prout illũ refert Pract. Carer. fol. 422. nu. 174. relatus & ipſe per Placam in d. c. 28. num. 26. Menchiaca controuerſ. Illuſt. c. 19. n. 19. Quod eſt notandum contra eos, qui de facili ſe interponunt rixis, vt diuidant inter ſe rixantes, quorum multos vidi ego remanere vulneratos, & quãdoque etiam interfectos, ipſis principalibus rixæ ſaluis permanẽtibus. Quinimò, quocunque modo ego me defendendo percutio alium, non debeo puniri, quia videor dare operam rei licitæ. Et ita fuit abſolutus per Senatum quidam Ant. Dauerius, qui dum ſe ab alio inſultante defenderet, percuſſit quendam ſaxo, qui mortuus eſt. iuſſus tamen fuit ipſe Dauerius exulare per annum. 24. Octobris 1543. P.N.

32 Atque adeo vera eſt hæc concluſio, ꝙ etiam ſi inſultatus poſſet ſe fugiendo, ſaluare, poteſt nihilominus ipſum inſultantem impunè interficere. Et eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in d. l. vt vim, nu. 38. Dec. in ea. l. vt vim, nu. 35. Pract. Car. fol. 403. n. 131. Rimin. conſ. 44. nu. 12. Io. de Amicis conſ. 77. num. 5. Boſſ. in tit. de homicidio, nu. 86. Et quòd inſultatus ab aliquo, non teneatur fugere, etiam quòd poſſet ſine periculo illud facere, dicit eſſe communem opin. Alex. conſ. 109. num. 4. lib. 1. & conſ. 119. nu. 12. lib. 7. Alex. de Neuo inter conſilia crim. diuerſorum conſ. 77. nume. 7. lib. 1. Felin. in c. ſuſcepimus. de homicid. atteſtans hanc eſſe communem opinio. ſiue inſultatus ſit perſona, cui ſit dedecori fugere, ſiue non. Tiraq. de nobilita. cap. 20. nu. 64. Bertran. conſ. 290. nu. 10. lib. 3. in 1. parte, & conſ. 128. nu. 1. lib. 7. Didacus in repet. d. Clem. ſi furioſus, fol. 323. poſt nu. 4. Menchiaca controuerſ. Illuſt. cap. nu. 20. Placa in d. cap. 28, nu. 10. & ſeq. Et quòd aggreſſus ab æquali, non teneatur fugere, dicit eſſe communem opi. Petrus Calephatus inter conſilia criminalia diuerſorum conſil. 103. nu. 11. lib. 1.

33 Sed quomodo probatur, quòd fecit ad ſui neceſſariam defenſionem? Reſp. non quidem eſt neceſſe, vt probetur in ſpecie iſta neceſſitas defenſionis, ſed ſatis eſt, ꝙ probet ſimpliciter, quòd fecit ad ſui defenſionem. ita ſenſit Bal. in l. ſolam. poſt nu. 11. C. de teſtib. & ita communiter teneri arteſtatur Pract. Carer. in loco prælegato, nu. 126. quem refert Placa in d. c. 28. nu. 20. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Dec. in d. l. vt vim, nu. 17. à qua non puto eſſe in practica recedendum, quanuis contrariam ſentẽtiam receptiorem eſſe affirmet Menchiaca in d. c. 18. nu. 6. Hinc infertur, quòd ad probandũ aliquem fuiſſe in periculo vitæ, ſufficit probare, ꝙ eius aduerſarius veniebat armatus contra ipſum. ita tenet gl. in l. 1. in verb. Moderatione. C. vnde vi, quam dicit eſſe cõmuniter approbatam Bertr. in d. conſ. 128. nu. 3. Claud. in lectura d. l. vt vim, poſt nume. 54. Grammat. conſ. 56. nu. 9. Dicit etiã Ancha. in Clem. 1. poſt nu. 5. de homicid. quòd communiter gl. ita tenent, prout illũ refert Riminal. conſ. 13. nume. 30. & conſ. 23. poſt nu. 12. Verſ. Vnde ſuccedit, & Bertran. conſ. 84. nu. 5. lib. 2. in 2. parte, & conſ. 35. nu. 5. li. 4. & conſ. 146. nu. 6. li. 6. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Placa in d. c. 28. num. 15. Non enim tenetur quis expectare, quòd prius ab alio percutiatur, vel offendatur: ſed ſi ille ſibi mortem minetur, poteſt ipſe ſtatim illum percutere. ita allegatur tenere Bal. in l. 1. nu. 18. C. vnde vi. & ante eum ita tenuit glo. prælegata in ea. l. 1. quam ſequuntur communiter Doctores. vt dicit Pet. de Barbobus inter conſil. criminalia diuerſorum, conſ. 97. nu. 21. lib. 1. & Petrus Calephat. inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ. 88. nu. 21. lib. 2. & conſ. 89. nu. 3. eo. vol. & conſ. 90. num. 4. eo. vol. & ita affirmant cõmuniter omnes, vt dicit Io. de Amicis, conſ. 116. num. 5. & ita, in facti contingentia, abſolutum fuiſſe quendam nobilem, qui aliũ ſibi minantẽ interfecerat, refert Afflict. ſuper prima parte conſtit. regni, Rub. 9. nu. 33. & Rub. 13. nu. 30. licet (vt ipſe ait) aliqui intelligerent illud dictum in l. procedere, quãdo quis facto minatur, nõ autem quando verbis tantum. Eſt enim iuſta cauſa timoris, quòd veniat animo percutiendi, etiamſi non expectetur percuſsio, vt dicit gl. in c. ſi perfodiẽs, in verbo, Secularibus, de homic. quam ſeq. commu. Doct. vt dicit Alex. de Neuo inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 77. n. 4. Et in eo qui præparabat offendere, dicit fuiſſe in facti cõtingẽtia iudicatũ, ꝙ poterat impunè offendi, Iaſ. in d. l. vt vim, poſt nu. 9. referens id atteſtari Bald. in l. ff. loca. in quadam lectura antiqua, quam ego non habeo, & illum refert pract. Car. fol. 391. num. 91. Vide quæ dixi infrà, verſ. Poteſt etiam, & infra, hoc eod. lib. §. fin. q. 60. verſ. Nunc quæro.

34 Scias tamẽ, quòd talis defenſio, propter quã quis, iuxta prædicta, excuſatur ab homicidio, debet eſſe facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod quidem moderamen circa tria cõſiſtit, ſcilicet modum, tempus, & cauſam, & ita dicunt omnes Doct. vt ait Blanc. in pract. crim. fol. 146. nu. 2. vbi ea omnia declarat, & ante eum ita dixit Bolog. conſil. 36. col. 6. verſ. Verũ ſi dicatur. alias autem ſi aggreſſus excedat modum, in ſe defendendo, vtique erit puniendus. Bene verum eſt, ꝙ hoc caſu non debet puniri pœna ordinaria homicidij, ſed ſolum de exceſſu pœna extraordinaria, & mitiore arbitrio iudicis Et hoc non ſolùm quando exceſsiſſet modum ex culpa, ſecũdum opin. aliquorum, quam dicit eſſe communem Soc. Iun. conſ. 36. nu. 10. lib. 2. ſed etiam ſi exceſsiſſet modum ex dolo. Et ita communiter concluditur, vt dicit Prac. Care. fol. 409. numero 152. & ſeq. quem refert Placa in d. cap. 28. nume. 14. Bertrand. conſ. 274. nume. 2. libr. 2. in 1. parte. Didac. in repe. d. cle. ſi furioſus. 323. poſt n. 3. Hinc eſt, quòd ſi aliquis inſultet me cum baculo, non licet mihi illum percutere cum gladio, ſi aliter me defendere poteram. Et ita tenẽt communiter Doct. dicit Grãma. conſ. 63. nu. 2. & 3. Sic etiam, ſi poſt ſedatam rixam, vulneratus ex interuallo inſultum faciet in vulnerantem, non videtur id feciſſe cauſa defenſionis, ſed vindictæ. Et hæc eſt communis Theorica Docto. vt atteſtatur Cæp. conſ. crim. 43. circa prin. Sed in omnem caſum occidens aggreſſorem ſe defendendo, nunquam tenetur de occiſo. Et ita tenent communiter Docto. vt dicit Gram. in d. cõſ. 56. nu. 7. Sed debet mitius, quam capitali pœna puniri. Et hanc eſſe receptiſsimam ab omnibus ſentẽtiam, atteſtatur Soci. Iun. conſ. 117. nu. 17. lib. 3. Faciũt quæ dixi in d. verſ. Nunc quæro.

35 Sed hic occurrit alia quæſtio, pone ꝙ reus in ſuo examine, negauerit ſe Titium occidiſſe, deinde habita copia proceſſus, cum videret ſe eſſe de ipſo homicidio conuictum, vult probare, quòd illum interfecit ad ſui defenſionem, nunquit erit admittendus? Reſp. ꝙ ſic, ita tenet Bart. in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Dec. in c. paſtoralis. nu. 15. in fi. de excep. Boër. deciſ. 164. nu. 12. Cagno. in d. l. nemo ex his, nume. 4. Boſſ. in ti. de defenſ. reorum, num. 4. nam reus non prohibetur proponere diuerſas, & etiam contrarias exceptiones, vt dixi infrà, lib. prox.

36 Poteſt etiam homicida ſe excuſare, ſi probet illũ, qui ab ipſo interfectus eſt, fuiſſe in inſidiis poſitum, & ipſum expectaſſe, vt interficeret. nam licitum eſt tales inſidiatores præuenire, & eos interficere. ita colligitur ex gloſſ. prælegata in l. 1. in verbo, Moderatione. C. vnde vi. Et hanc ſententiam approbãt communi conſenſu Doctores, vt dicit Placa lib. 1. de lictorum c. 21. nu. 12. Quod tamen intellige vt procedat, dummodò ex huiuſmodi inſidiis tale periculũ, & adeò præſens immineret, vt non ſatis tutò vitari poſſet, niſi inſidiator occideretur, ſed ſi aut ipſe inſidiator comprehẽdi, aut vitari potuiſſet, crederem non eſſe homicidam ab aliqua pœna extraordinaria excuſandum. Vide quæ dixi ſuprà verſ. Sed quomodo.

37 Alia etiam eſt defenſio, quæ ad euitandam pœnã homicidij proponi poteſt, oriturque ex incertitudine eius, qui homicidium perpetrauit, quando ipſi homicidio plures interuenerunt, quo caſu propter talem incertitudinem videtur omnes eſſe abſoluendos. Quæro igitur, quãdo aliquis eſt à pluribus [a] interfectus, & ignoratur, quis eorum illum interfecerit, nunquid omnes propter incertitudinem ſint excuſandi, an autem omnes ſint puniendi? Reſp. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd quando vnicum eſt tãtum vulnus lethale, & ignoratur quis illud intulerit, omnes abſoluuntur à pœna ordinaria legis Corneliæ, & condẽnantur pœna pecuniaria. Et dicit Natta conſ. 240. nu. 9. quòd in hoc concordant Legiſtæ, & Can. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Boſſ. in tit. de homic. nu. 26. Et dicit Rimin. cõſ. 23. circa fi. ꝙ Bart. in l. ſi in rixa, poſt nu. 10. ff. ad l. Cor. de ſicar. qui tenuit, ꝙ omnes puniantur pœna homicidij, cõmuniter damnatur. Idemque ſi plura ſint vulnera lethalia, & ignoratur, ex quo vulnere mortuus ſit, pariter enim (ſecundum eos) ſunt omnes abſoluendi à pœna mortis, & condemnandi pœna pecuniaria arbitrio iudicis, vt allegatur tenere glo. in l. item Mela. §. ſed ſi plures, in verbo, Percuſſerint, ff. ad l. Aquil. & ita communi calculo receptum eſſe atteſtatur Rolan. conſ. 63. nu. 10. lib. 2. Hanc etiam dicit eſſe communẽ opin. Ang. de malef. in verbo, Et Andreas. nu. 21. Alciat. de præſumpt. in tertia regula præſumpt. 44. nu. 4. Hæc eſt ardua quæſtio, in qua, vt dicit Placa. lib. 1. delictor. c. 12. pauci nauigauerunt ſine periculo. Tu igitur, pro veriori reſolutione, fac tres caſus, Primus eſt, quando homicidium eſt deliberatum, & ex propoſito & tunc abſolutè facienda eſt concluſio, ꝙ omnes, qui in ipſo homicidio interuenerunt, tenẽtur pœna ordinaria homicidij ſiue defunctus ex vnico tantum vulnere, ſiue ex pluribus deceſſerit. Et ſiue vnum tantum vulnus eſſet lethale, cætera verò non lethalia. Et ſiue appareat, ꝙ omnes vulnerauerint, ſiue appareat nõ omnes vulneraſſe, ſiue ſit dubium, qui nam vulnerauerint, vel ne. Et hanc eſſe frequentiori Doctorum calculo receptam ſententiam, dicit Placa in d. c. 12. nume. 1. & ante eum dixit hanc eſſe cõmunem Didac. in repe. cle. ſi furioſus, fol. 292. nu. 3. de homi. Et licet Placa in loco prælleg. ſubdat, ꝙ hæc concluſio debet intelligi, quò ad torquendũ, non autẽ quò ad condẽnandũ: ego teneo, ꝙ omnes ſint condemnandi, non autẽ torquendi: non enim poteſt negari, quin etiã illi, qui non occiderunt, præſtiterint auxiliũ occidentib. ex quo reſultat alia iuris indubitata concluſio, quòd præſtans auxiliũ ei, qui cõmittit homicidium animo deliberato, debet puniri pœna mortis, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 60. circa Prin. puto tamen in hoc caſu aduertendũ eſſe, vt omninò appareat certè, vel præſumptiuè, ꝙ omnes fuerint conſcij ipſius homicidij committendi. poteſt enim eſſe, quòd idem homicidiũ reſpectu vnius dicatur commiſſum animo deliberato, & reſpectu alterius dicatur commiſſum ex improuiſo, puta, ſi quis ſciens inimicũ ſuũ alicubi eſſe, & deliberans eò accedere ad illum interficiendũ, conuocet amicos ſuos prætextu, ꝙ vellet ire deambulatũ per ciuitatem, & deinde illos, nihil tale cogitantes, conducat ad illum locũ, & illũ interficiat: vt quandoque vidi in facto contingere, & hoc quidem caſu ſi eſſet dubiũ ſuper ſcientia, ſequerer opin. Placæ tanquam tutiorẽ, ꝙ ſcilicet deberẽt ſuper ipſa ſciẽtia torqueri, & vbi illam negarent condemnari in pœnam extraordinariam pecuniariam. vbi verò, vt dixi, conſtaret de ſcientia, omnes eſſent capite puniendi. Secundus eſt caſus, quando liquidò non apparet homicidiũ fuiſſe animo deliberato patratũ, ſed benè adſunt aliquæ ſuſpiciones: & tũc, ſtãte dicta incertitudine, pariter ſunt oẽs torquẽdi, ſuper illa qualitate animi deliberati. Et vbi nihil fateantur, tunc debent omnes de ipſo, tanquam ſimplici homicidio in pœnam extraordinariã condẽnari, ratione incertitudinis iuxta ea quæ infrà ſtatim ſubiiciã. Tertius autẽ eſt caſus, quando certò apparet homicidiũ ipſum ex improuiſo, & in rixa cõmiſſum. Et tunc eſt etiam diſtinguendum, prout etiam multis modis poteſt

38 hæc incertitudo conſiderari. † Aut enim vnicum vulnus eſt illatum, ex quo vulneratus deceſsit, & ignoratur quis ex plurib. illud intulerit, & tunc omnes puniuntur de occiſo non tamen pœna ordinaria homicidij, ſed tantum pœna extraordinaria, arbitrio iudicis imponenda. Et eſt commun. opin. vt ait Pariſ. conſ. 148. nu. 3. lib. 4. Pract. Carer. fol. 210. nu. 75.

ADDITIO.

[a] A pluribus. Vltra hic dicta, adde quòd quando quis eſt à pluribus percuſſus, ſed neſcitur ex cuius vulnere deceſſerit, nullus ad mortem eſt dãnandus teſte Alex. conſ. 15. col. 2. in fi. lib. 1. & hoc propter incertitudinem. pro quo vide quæ ſcribit Ancha. conſ. 216. & Din. in c. in pœnis. & in c. in obſcuris. de reg. iur. in 6. & Cagnol. in l. fauorabiliores. & l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur.

nu.75.vbi dicit,quòd ita tenent communiter DD. quem refert Placa.in d.c.12.n.6.Didacus in d.clem.
39 si furiosus, fol.294. nu. 5. † Benè verum est,quòd hoc casu,si appareat quis fuerit principalis auctor, siue inceptor, rixæ, contra eum ex hoc insurgit adeò valida iuris præsumptio,vt ipse solus habeatur pro homicida,& possit fortè,secundum iuris rigorem capite puniri,iuxta tex.in l. quoniam multa facinora,C.ad l.Iul.de vi pu. & ita à legum verticibus receptum esse,ait Roland.cons.63.nume.3. lib.2.Hoc tamen apud nos non seruatur. rarò enim propter homicidium in rixa commissum,condemnamus aliquem ad pœnam mortis.

40 Sed hic incidenter quæro,hoc casu,quomodo debeat formari inquisitio, ex quo non apparet, quis vulnus intulerit,& consequenter quis fuerit homicida?Respon.Ang.in d.l.si in rixa,nu.7.ff.de sicar.refert,quòd ista quæstio contingit de facto Perusij.Et dicit,q̃ si esset par pœna homicidij,& auxilij ad homicidium,posset iudex vnum inquirere de homicidio & alios de auxilio.Et ita seruari attestatur Boss. in tit.de delicto,nu.24. Plus dicit Ang. in loco præalleg.quòd etiam quando pœnæ sunt diuersæ,puta, quia pro homicidio sit pœna capitis,& pro auxilio pœna pecuniaria,Iudices maleficiorum non curãt, sed vni imponunt ictum & homicidium, & aliis auxilium & fauorem, licet secundum eum, salua conscientia nullum sit remedium.Sed certè ego semper vidi seruari contrarium,vbi enim vnicũ est vulnus, & ignoratur quis ex plurib.illud intulerit,solent iudices inquirere omnes æqualiter de homicidio,narrando factum,& dicẽdo,q̃ vnus eorum vulnerauit, & alij auxilium præstiterunt,neminem nominando pro homicida,& si sint contumaces,omnes condẽnantur in contumaciam,in pœnam homicidij, pro ut etiam expresè declarauit senatus faciendum esse 27. Iun. 1547. & 8. Ian.1558.P.N.Si verò compareant,tunc vel omnes torquentur,vel condemnantur pœna pecuniaria,vt suprà dixi.

41 Aut verò plura sunt illata vulnera, & certi sunt vulneratores, & certa etiam vulnera ab ipsis singulis illata, sed ignorat ex quo vulnere in specie mortuus sit.Et tunc aut omnia vulnera erant lethalia,& omnes tenentur de occiso:& in hoc non videtur dubitandum.Aut verò vnum,vel plura erant lethalia, & aliqua non lethalia:& tunc illi tantum, qui intulerunt lethalia,tenentur de occiso, alij verò de vulneribus tantum. Et hæc est omnium ferè communis opinio,vt ait Didac.in loco prælleg.at.fol.292. vers.Secundus casus.Hanc etiam dicit esse omnium consensu receptam opinionem Placa in d.c.12.nu.5. Puniendi tamen sunt hoc casu vltra pœnam ordinariam vulnerum,etiam pro auxilio ad homicidium, pœna pecuniaria,iudicis arbitrio.Aut verò sunt certi vulneratores,sed ignoratur,quæ vulnera à singulis eorum illata fuerint: & tunc aut omnia vulnera erant lethalia,& omnes tenentur de occiso,vt 5.dixi:Aut erat vnum tantum vulnus lethale,& alia nõ lethalia.Et hoc casu omnes quidem de occiso tenẽtur, non tamen sunt puniendi pœna ordinaria, sed tantum extra ordinem,iudicis arbitrio.Et ita tenẽt communiter Doctores,vt dicit Vitali. de malefi. in Rubr.quid sit accusatio,nu.71.Hanc etiam opi.dicit esse communem Care.in loco prælallegato,numero 75.Et hæc omnia bene nota,quia quotidiè contingunt in practica.

42 Quandoque etiam solet ad excusandum eum,qui de homicidio imputatur, proponi alia defensio, q̃ scilicet vulneratus non ex ipso vulnere, sed ex alia causa decesserit. Et in hoc vt habeas perfectam resolutionem,debes distinguere tres casus. Primus casus est,quãdo certum est vulnus illatum fuisse mortale:Et tunc si mors superueniat, proculdubio vulnerans tenetur de occiso,& puniendus est pœna ordinaria homicidij,iuxta tex.in l.ait lex.§. q̃ si mortifero, ff. ad l. Aquiliam. & ita communiter tenent vbique Doct.& attestatur Soc.cons.178.col.2.vers. Pro cuius cõclusionis fundamento, lib.2.subdens se putare,quòd hoc casu non defenderetur vulnerans, ex eo,quia nullus medicus fuisset adhibitus, vel q̃a fuisset adhibitus imperitus,neque propter aliquam aliam culpam commissam ab ipso infirmo,seu vulnerato,quia licet fortè propter ista mors fuisset accelerata tenetur tamen vulnerans de homicidio,iuxta tex.in l.ita vulneratus, in princip.ff.ad l.Aquil. Et quamuis Vital.de malef. in Rubr. de insultu,nu. 16.dicat,q̃ licet vulnus sit mortale, tamen alia causa,quæ superuenit, poterit probari ad excusationẽ vulnerãtis.Contrariam tamen omnes alii tenuerũt vt dicit Blan.in pra.crim.fol.135.nu.97.Secundus est casus,quando certũ est,quòd vulnus non erat mortale,& tunc ex quo constat vulneratũ mortuũ fuisse ex alia causa,quàm ex ipso vulnere, non tenetur vulnerãs de occiso,ita dicit Bal.in l.qui occidit.§. fi. ff.ad l.Aquil.& ita etiam tenent Doc.vt ait Socin.in allegato cons.178.col.2.Et dicit Riminal.cons.81.nu. 7.quòd in hoc nemo est qui discrepet.Tertius est casus,quando sumus in dubio, an vulnus esset lethale vel non,& tunc aut non apparet de aliqua negligẽtia,seu culpa vulnerati,& eo casu, ex euentu secuto præsumitur decesisse ex vulnere, & punitur vulnerans de homicidio: aut apparet de aliqua negligentia seu culpa,& tunc vulnerans non tenetur de occiso,iuxta tex.in l.si ex plagis.in princip.ff. ad l.Aquil. Ita tenet Gand.de malef.in tit. de hom. post nu.24. vers.Sed pone,q̃ aliquis.Et ponit exemplum in rustico,qui in capite vulneratus, iuit ad laborandum cum bobus ad solem.Et per illud dictum Gand. dicit Signor.cons.263.nu.6.q̃ ter ita iudicari obtinuit in curia prætoris Mediolani. Hanc etiam opi. dicit esse communem Blan.in loco prælleg.post nu.96. Ex quo itaque talis vulneratus non tenetur de occiso,non debet puniri pœna ordinaria homicidij, sed alia pœna extra ordinem.Et ita reperio iudicatum fuisse in facti contingentia per cons. Neapolit. teste Grammat.cons. 2. & ita etiã in hoc Ducatu pluries vidi obseruari.

43 Scias autem,quòd in hoc,an vulnus fuerit lethale vel ne,standum est iudicio medicorum.Et hanc sententiam dicit esse omnium consensu receptam Placa lib.1.delictorum, ca.13.nu. 6.Pariter etiam in hoc an vulneratus decesserit ex vulnere,an autẽ ex malo regimine,statur iudicio medicorum & peritorũ. Et ita dicit se obtinuisse,& vidisse obseruari Alb. in proœ.ff.nu.14.& in 2.parte statu. q.36. Item quid si aliquis,quem refert Aug.ad Ang.de malef. in verbo Et ex interuallo,post nu. 3. Ita etiam seruari in practica attestatur Boss.in tit.de homicid. post nu.115. Et iste medici debent esse duo, secundum communem opin.vt attestatur Pract.Conra.fol.414.num.7. Et hoc loquendo de iure:nam de consuetudine,statur dicto vnius,vt attestatur Pract. Cas. fol.10.nu.6. Item intellige,quòd requiruntur duo, si adsint,nam si vnus tantum medicus esset in eo loco,illius solius dictum sufficeret.Et est cõmunis opi.vt dicit Anan. in c.significasti.nu.14. in fi.de homi. & tales medici non

non debent de necessitate esse Doctores. Et hæc est passim recepta sententia, vt dicit Placa in d.ca. 13. num.9.nam ad curam huiusmodi vulnerum solent adhiberi chirurgi,& barbitonsores, & ita seruatur in praxi,vt dicit Boer.decis.323. post nu. 21. debent tamen huiusmodi medici,seu periti,deponere cum iuramento. Et est commun. opin. vt dicit Crot. de testib.post nu.227.vers.Quarto extenditur, quem refert Didac.lib.2.resol.c.13.post nu.4.Fel.in c.proposuisti,nu.15.de probat.Afflict.super 3.parte cõst. Regni,Rub.25.nu.8.Blan.in pract.fo.133.nu. 90. Intellige,quòd tenentur iurare de credulitate, & iudicio suo,non autem præcisè de veritate.Et est cõmunis opin.vt attestatur Anan.in d.ca.significasti, post nu.13.de homicid.Ias.in repe.l.admonendi,nu. 237.ff.de iureiur.Dec.in d.c.proposuisti. nu.17. Benè verum est,q̃ si tales medici essent specialiter destinati ad hoc officium visitandi,non tenerentur iurare in qualibet visitatione,vel relatione quam facerent,dummodo semel in initio officij iuramentum præstitissent,prout de consuetudine seruari attestatur Pra.Millei,fol.13.nu.2. Sed certè apud nos non seruatur,q̃ absolutè standum sit in hoc iudicio peritorum,quinimò sæpius vidi, nullam fidem adhibitam fuisse huiusmodi peritis, præsertim deponentibus ad defensam,quòd vulnus non erat lethale, vel quòd vulneratus decesserat ex malo regimine, solent enim id de facili deponere, tum vt faueant inquisitis,tum etiam vt ipsi effugiant culpam malæ curationis.Et vt dicit Pract. Papien. in forma inquisitionis.in verbo, Ex quibus percussionibus, nu.2.videmus,q̃ circa tales protestationes medicorum,solent committi fraudes, cùm multi corrupti pecunia,vel gratia,protestentur contra veritatem. Propterea tutius est dicere,quòd in hoc, an vulneratus decesserit ex vulnere vel non, standum est arbitrio iudicis,qui,considerata qualitate,& loco vulneris,& relatione medicorum, præsertim illa quæ fieri solent,quando denunciant vulnera illata ex debito eorum officij considerata etiam longitudine temporis,quo vulneratus superuixit post vulnus illatum,& aliis probationibus, æstimabit an ex ipso vulnere,an autem ex alia causa decesserit. Et ita tenent Doctores omnes communiter, vt dicit Marsi. in prac.crim.§.& quia.nu.16.& cons.7.nu.27. quem refert Apostil.ad Rimin.cons.281.sub.nu.1.

44 Cæterùm si vulneratus, post illatum vulnus processit de malo in peius,& intra breue spacium mortuus est,eo casu præsumitur mortuus ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiso.Et hanc sententiam videntur sequi omnes Canonistæ,& Legistæ, vt dicit Bolog.cons.5.col.2.vers.Secundò pro eadem,Et dicit Cæpo.cons.crim.41.vers. Tertiò veniens, quòd ita omnes concludunt.Sed quantum in hoc proposito,dicetur longum interuallum.Respon.Ang. in l. vnica,C.de emenda.seruorum,dicit, q̃ secundũ sententiam medicorum, nullus lethaliter vulneratus potest viuere vltra 40.dies, quem refert Rimi. in d. cons.281.nu.2.vbi etiam subdit,q̃ ita obseruat communis stylus,refert etiam Blancus in prac.crim. diuersorum,fol.135.nu.221. Si tamen vulneratus post illatum vulnus ambulauit per triduũ,eo casu etiam si postea moriatur,non præsumitur ex vulnere decesisse,secundum glo.in d.l.vnica,in verbo, Depulsa,C.de emend.seruorũ,quam approbant & sequũtur omnes Doct.vt ait Marsi. in l.si in rixa, nu.59.ff. ad l.Corn.de sicar.& in pact.crim.§.& quia,nu.16.& cons.7.nu.26.in fi.quem refert Don.Ant. de Padilla in l.transigere,nu.30.C.de transact.Ioan. Arno.in soliloquio 39.Prosperè quædam.

45 Sed pone,q̃ fuerit lata sententia contra aliquẽ in pœnam homicidij, ex relatione peritorum,qui dicunt vulnus fuisse mortale,modò iste vult probare contrarium,nunquid retractabitur talis sententia?Resp.q̃ sic.& est communis opi. vt dicit Afflict. super 1.parte constitutionum Regni,Rub.13.nu.47. nam tales sententiæ latæ ex consilio peritorum nũquam transeunt in rem iudicatam. Et ideò possunt quandocunque retractari,ex consilio aliorum magis peritorum,vt dixi infra li. prox. Sed certè apud nos non admitteretur talis opin. post condemnationem,cùm aduersus sententiam latam in causa criminali,sublatum sit omne remedium à constitutionib.huius Ducatus. Admitteretur tamen reus ad hoc probandum ante sententiam,non obstãte relatione iam facta,per huiusmodi peritos,siue ita retulissent ex necessitate officij,prout tenentur ex forma statutorum,vel consuetudinis,quæ viget in multis ciuitatib, siue etiam ita retulerint ex iussu iudicis, qui illos miserit ex officio ad inspicienda vulnera,secundum practicam Vltramontanorum, de qua attestatur Blan.in pract.cri.fol.131.num.72. In aliquibus etiam locis seruatur quòd iudex ad instantiam ipsius imputati mittit peritos, qui referant,an vulnera sint mortalia vel ne.Et ita seruatũ fuisse attestatur Spec.in tit.de probat.§.videndum, ver.Hoc quoque quem refert Affl.super 3.parte cõstit. Reg. Rub.52. nu.7.vbi subdit,quòd ita faciunt cauti aduocati.Foller.in prac.crim. fol. 375.nu.22. Sed hoc apud nos nõ seruatur,nisi reo cõstituto in carceribus & esset hoc casu facienda à iudice talis electio peritorum,citato fisco,ac parte offensa,qui essent extra omnem suspicionem,& cum magna causæ cognitione,nisi fortè,si aliter fieret, destrueretur intentio fisci, & delinquens euaderet impunitus.

46 Sed quid si reus probet,quòd vulneratus non decesit ex vulnere per eum illato, quia scilicet alius superuenit,qui illum alio illato vulnere in totum exanimauit. Certè videretur excusandus, ex quo apparet,quòd ipse non fuit verus homicida.Et dicit Rom.sing.158.quidam fuit vulneratus,quòd ipse ex hoc quendam liberauit, & lucratus est cappã fericeam,quem refert Tiraquel.de pœnis,causa 91. Et referunt DD. de quodam aduocato, qui consuluit cuidam, qui alium lethaliter vulnerauerat,q̃ deberet mittere statim alium qui eum prorsus interficeret,quia ipse teneretur tantum de vulnerato,& ille alius de occiso.Sed certè hæc fuit pessima & abominabilis cautela. Et rectè dixit Bald.in d.l. ita vulneratus,in 1.lectura, quòd præmium illius aduocati, qui ita cõsuluit,erat,q̃ laqueo suspenderetur.Tu verò dic,q̃ aut iste secundus illum prius vulneratum interemit de mandato aut voluntate primi vulnerantis: & tunc vterque est puniendus pœna ordinaria homicidij:Aut verò non interuenit illius mandatum, neque voluntas: & tunc aut primum vulnus non erat lethale, vel licet esset lethale, non erat tale quòd omnino esset certum, quòd vulneratus fuisset ex eo periturus & tunc primus tenetur tantum de vulnerato, secundus autem de occiso. Aut erat indubitatum, q̃ ex primo vulnere euadere non poterat:& tunc etiam primus vulnerans tenetur de occiso.Et hanc opin.dicit esse communem Boer.decis.323.post nu. 10.Didac.in repe. d.clem.si furiosus,fol.292.num.4.

de

de hom. Placa lib. 1. delictor. c. 12. nume. 8. Blanc. in pract. crim. fol. 134. post nu. 69.

47 Vltima est defensio, quā reus proponit, licuisse sibi impunè eū, quem occidit, interficere, cuius rei tria possunt afferri exempla, scilicet furis, adulteri, & banniti, qui omnes videntur impunè occidi posse, de his ergo singulis videamus. Et in primis de fure, in quo quidē est distinguendū, inter furem nocturnum, & diurnū. In fure nocturno facienda est conclusio, quòd licet impunè illum occidere, vt est tex. in l. furem nocturnum. ff. ad l. Cor. de sicar. Scias tamen, quòd ad hoc, vt licitū sit occidere furem nocturnum, multa requiruntur. Primò, quòd istud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum suarum, aliàs non potest quis occidere furem, si recedat sine rebus suis. Secundò requiritur, quòd volens occidere furem nocturnum, clamet. Tertiò requiritur, quòd eum non recognouerit, neque habuit testes, qui potuerint illum cognoscere, & contra eum deponere de furto. Quartò requiritur, quòd eum capere non potuerit. Et hæc omnia requiri secundum communem opin. attestatur Bolen. in rep. l. capitalium. §. famosos, nu. 164. ff. de pœn. Prac. Iod. c. 78. nume. 2. In diurno autem fure pariter facienda est conclusio, ꝙ liceat illum interficere, si telo se defendat. Et est communis opin. vt ait Bolen. in loco præall. nu. 165. Quod intellige vt procedat, quando quis dubitat an venerit ad furandum, vel ad occidendum, neque potuit ei parcere absque propriæ vitæ periculo hoc enim casu vtique potest illum impunè interficere. Et hoc fatentur omnes, vt ait Dida. in repet. d. clem. si furiosus, fol. 327. vers. Primus sit de homic. Idem etiam est dicendum, quando reperitur à domino exportare res suas, & cum illis aufugere, neque aliter poterant recuperari, quia. s. nolebat eas restituere, & telo resistebat. Et est communis opi. vt dicit Ale. cons. 138. nu. 9. lib. 6. Dida. in loco præal. fol. 217. vers. Secundò proponitur. Et quòd liceat impunè occidere furem pro defensione rerum suarum, quando aliter nō possunt recuperari, dicit esse cōmunem opi. Ias. in l. vt vim, num. 25. ff. de iustit. & iure. quem refert Villalob. in sua collecta communium opi. in litera O. vers. occidi potest fur. Vide quæ dixi suprà vers. Hæc autem.

48 Dixi etiam posse adulterū impunè occidi. Scias itaque ꝙ licet patri impunè occidere adulterū deprehēsū cū filia in adulterio, vt est text. in l. patri. ff. de adult. Quod intelligevt procedat, dūmodo cōcurrant ea, de quibus in d. l. patri, & aliis seq. s. ꝙ pater eodē impetu occidat etiā filiā. Secundò, quòd filia sit in ipsius patris potestate. Tertiò, ꝙ illū occidat in domo sua, vel generi, non autē alibi. Quartò, ꝙ filia sit nupta. Quintò, quòd illum deprehendat in ipsa turpitudine. His autem omnibus non concurrentib. non liceret patri impunè adulterum interficere. Et hæc omnia locum habent, etiam si talis adulter sit clericus potest enim pater illum ita deprehensum, citra excommunicationem percutere, neque incurret in pœnas, c. si quis suadente. 17. q. 4. Et est communis opin. vt dicit Bermond. de concub. fol. 267. nu. 5. in fi. In iudice autem vel magistratu multi dubitant, an si deprehensus fuerit in adulterio, possit impunè occidi. & Grammat. siue Blasius super const. Regni, fol. 110. nu. 18. refert Bart. in l. marito. §. illud. in primis verbis, ff. de adulte. attestantem communiter teneri, quòd non, ex quo magistratus non possunt accusari iure mariti: licet in libro meo Bart. nullum verbum faciat de communi opin. ipse tamen Bartol. tenet quòd possit occidi. Et hæc sententia mihi magis placet, & ideo caueant officiales à thoris alienis, ne aliquid tale eis contingat.

49 Sed quid dicendum, in marito, nunquid ei licebit adulterum, cum propria vxore deprehensum, impunè interficere? Resp. Si quidem adulter sit vilis persona, tunc potest à marito impunè interfici in domo propria, non tamen alibi. vt est text. in l. marito, ff. de adul. Si verò adulter non sit vilis persona, non licet illum impunè occidere. Benè verū est quòd si illum occidat, non punitur pœna vltimi supplicij, propter iustum dolorem, sed mitius, nam si est humilis persona, damnatur in metallum, si verò est honestior, relegatur in insulam. ita dicit text. in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, ff de adul. Vel mittitur in exiliū, l. Gracchus. C. Ieo. tit. de adult. Et licet aliqui dicant, ꝙ nullo casu licet marito adulterum cum vxore deprehensum interficere, tamen communis opin. Legistarum est, quòd liceat, iuxta declarationem prædictam, vt attestatur Paris. cons. 154. nu. 12. lib. 4. Et ita in facti contingentia consuluit Soc. Iun. cons. 34. lib. 2. Maritus autem clericum cū vxore in adulterio deprehensum percutiens, non incidit in pœnas d. c. si quis suadente, vt etiam in patre, suprà dictum est. Et est tex. in c. 3. in fi. de sent. excom. & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ant. Gomez. super l. 80. Tauri. nu. 55. Quod tamen intellige, vt procedat in marito, secus autem in sponso per verba de futuro, ita videtur sensisse gl. in d. c. 3. in verbo, Cum vxore. quam dicit esse ab omnibus approbatam Didac. in epito. super 4. decretal. fol. 3. nu. 12. qui tamen tenet, ꝙ hoc casu sufficeret habere absolutionē à proprio Episcopo, non autem teneretur illam impetrare à summo pontifice quod & mihi placet. Faciunt quæ dixi suprà hoc eo. libr. §. Adulterium, versic. Sed hæc omnia.

50 Sed hæc quidem omnia procedunt in foro contentioso: Cæterùm in foro conscientiæ non licet patri neque marito, neque filiam, neque vxorem, neque adulterum in adulterio deprehensos interficere. ita dixit gl. in ca. inter hæc in gl. 1. circa med. 33. q. 3. Et est communis opin. vt ait Didac. in epito. super 4. decreta. cap. 7. §. 7. nu. 8. & seq. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera M. vers. maritus si occidat. Menchiaca libr. 1. de test. in 1. parte, post nu. 7. ver. Vnde data, & controuers. vsu frequentium, c. 8. num. 2. Et ideò peccant mortaliter eos occidendo. Hæc tamen opin. mihi nunquam placuit. impiū est enim, iudicio meo, dicere, apud nos vigere aliquā legem, quæ peccatum mortale committi permittat, vt etiam dixi infrà, versicul. Sed nunquid.

41 Dubium est, nunquid possint pater, vel maritus alteri mandare, vt alterum in domo sua deprehensum (in casibus tamen, in quibus de iure licitè occidi potest) interficiat. nam aliqui dixerunt, quòd non, & fuit opin. Bald. in cap. si quis verò, post nu. 3. de pace iuramen. firm. in vsibus feudorum. quam dicit esse communem Aug. ad Ang. de malef. in verbo, *Che hai adulterato*, nu. 64. quem refert Grammat. super constit. Regni, fol. 110. nu. 9. Claud. in d. l. vt vim, nu. 124. Roland. cons. 24. nu. 29. lib. 2. Cùm enim casus sit valdè exorbitans à regulis iuris cōmunis, vt scilicet possit quis propria auctoritate vindictam sumere, non videtur ad alias personas extendendus. Benè verum est, quòd licet patri, vel marito

rito illud mandare proprio filio. & ita tenuit Bald. in d. l. Gracchus, nu. 3. Et hanc opi. dicit frequētissimam esse Didac. in epito. super 4. decretal. fol. 140. nu. 5. Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Ant. Gomes. super l. 80. Tauri. nu. 61. Quinimò multi tenuerunt, quòd potest etiam aliis mandare. Et hæc opin. seruatur in practica, prout in facti contingentia reperio iudicasse Curiam Neap. teste Affict. super 3. parte const. Regni, Rubrica 46. num. 4. quem refert Pract. Carer. fol. 445. nu. 240. secudum quam se etiam in facto obtinuisse attestatur Cæp. de seruit. Vrban. cap. 23. circa fi. Vide quæ dixi infrà hoc eodem lib. §. fi. q. 60. ver. Solet dubitari, circa fi.

52 Plerunque etiam, vt dixi, excusant se homicidæ, allegando, quòd offensus erat bannitus. & ideò potuit impunè offendi. Sed certè hæc exceptio quatenus habet fomentum à solo iure communi, parum vel nihil prodesset imputato. nam secundum dispositionem iuris communis bannitus non potest impunè offendi, ita dicit Bart. in l. vt vim, nume. 1. ff. de iust. & iure. Et ita determinant communiter Doctores, vt ait Claud. in eadem l. vt vim in lectura, nu. 8. & in repet. nu. 17. vbi dicit, quòd omnes illum sequūtur. ita etiam dicit se vidisse communiter obseruari Alber. in quarta parte statutorum, q. 16. circa fin. Habet autem hæc conclusio maximam æquitatem, ne homines ea ex causa inter seipsos sæuiant. & si dicatur, quòd banniti sunt hostes ciuitatis, à qua exulant, meritò deberent impunè offendi posse? Resp. ꝙ imò regulariter non licet hostes interficere, sed speciale est in transfugis ad hostes, qui propter periculum reuelationis secretorū impunè occidi possunt. iuxta tex. in l. 3. §. transfugas. ff. ad l. Cor. de sicar. ita dicit Bart. in loco præalleg. quē cæteri cōmuniter sequuntur, vt ait Claud. in ea l. vt vim, in lectura, nu. 9. Sed quia cōmuniter per Italiā extāt statuta, ꝙ bāniti possint impunè offendi, vtiq; stāte huiusmodi statutorū dispositione, occidens bānitū erit à pœna homicidij liber, & prorsus immunis. Et hęc sentētia est frequentiori Interpretū calculo recepta, vt dicit

53 Placa lib. 1. delictorum, c. 36. nu. 1. † Valet enim tale statutum disponens, ꝙ bannitus possit impunè offendi, vel occidi, vt dicit Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de constitutio. §. 1. circa fin. & Barto. in l. omnes populi. num. 23. ff. de iust. & iure. Et est communis opin. vt dicit Alex. cons. 2. circa fin. lib. 2. quem refert Dec. cons. 327. post nu. 3. Idem dicit Alex. cons. 65. nu. 2. lib. 3. & in l. si plagij, nu. 2. in fin. ff. de verbo. obl. prout illum refert Ias. in ea l. si plagij, nu. 3. Vivius in libro communium opin. vers. statutum disponens, quòd bannitus possit. in prin. Ant. Gomes. super l. 76. Tauri. post nu. 15. Et dicit Fabius in pract. arb. fol. 535. nu. 39. quòd ita per omnes magis communiter tenetur. Videntur enim talia statuta introducta pro quiete communi, vt dicit Barto. in l. 2. nu. 1. C. quando liceat vnicuique sine iud. vind. Adde, quòd huiusmodi statutum valet non modò, si simpliciter disponat licere bannitum offendere, sed etiam si illum offendenti aut occidenti præmium constituat. Et est communis opin. vt dicit Alex. in d. l. si plagij, prout illum refert Dec. in d. consil. 327. nu. 3. in fin. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 14. de constit. quem refert Vivius in loco præallegato. Non enim est inconueniens, vt ad ea, quę licitè permittuntur, homines etiam propositis pecuniis alliciātur. Hæc tñ omnia intelligenda sunt, vt procedāt modò tales banniti, qui à statuto permittuntur impunè occidi, ex aliquo graui delicto bāniti fuerint, propter quod iusta causa dici possit, vt ad eos interficiendos alij inuitentur. Sed si ex leui causa bāniti essent, eo casu non valeret statutum permittēs eos impunè offendi. Et ideò statutum disponens, ꝙ banniti pro debito pecuniario possent impunè offendi, non valeret. Et est communis opin. vt ait Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum post nu. 14. vers. Excipiuntur plures, vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium in tract. de bannitis, in 2. parte secundi temporis, q. 7. vbi etiam dicit, quòd ita communiter tenetur, & seruatur, quem tamen aliter referre videtur Cæpolla, cōs. ciuili, 48. nu. 5. in fi. quod est duplicatum inter eiusdem consilia criminalia, consil. 5. Menchiaca controuers. vsu frequentium, c. 8. nu. 9. Sed caueant banniti, ne confidant super illa communi opin. per Dec. relata, quia stante statuto, illi qui eos occiderent, proculdubiò impuniti euaderent. inhumanum enim esset, vt sub fide publica deciperentur.

54 Sed nunquid stante hoc statuto, licitū erit tales bannitos offendere & occidere, etiā in foro conscientię? Resp. Variæ quidem in hoc sunt Doctorū opi. nam Io. And. in Rub. de const. tenuit, quòd nō, alij verò tenuerunt, quòd sic. Et hanc opi. esse magis communem sentire videtur Alex. in d. l. si plagij, nu. 2. quem refert Gomes. super Instit. de actio. in prin. post nu. 54. vbi has opi. concordat, & vt ipse dicit, etiam ex mente Doctorum, quòd scilicet aut iste, qui bannitum interficit, id facit zelo reipublic. & tunc excusatur etiam in foro conscientiæ: aut verò id facit ob priuatam vindictam, vel animo effundendi sanguinem humanum. & eo casu in foro poli non excusatur. non tamen explicat, an in dubio, si non appareat quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem de test. in 1. parte. §. 7. post nu. 22. vers. Vnde data. dicit receptiorem opi. esse, ꝙ etiam in dubio occidens bannitū, vel adulterū, lege permittente, peccet mortaliter. idéq; attestatur cōtrouers. Illust. c. 49. n. 4. Ego verò excusarē à peccato mortali eū, qui bānitū lege, vel statuto permittēte, interficeret, ne dicamus apud Christianos permitti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi 3. vers. Sed hæc quidem. Cæterùm in foro contentioso, proculdubio excusatur etiam ille, qui bannitum causa vindictæ interficit. Et ita obseruari attestatur Boss. in tit. Banniti quid amittāt, nume. 1. in fin.

55 Est tamen diligenter aduertendū, quomodo cōcepta sint verba statuti, nam si absolutè disponant, quòd bannitus possit impunè occidi, non est dubitandum, quin illum interficiens sit à pœna homicidij excusandus. Sed quid si statutum simpliciter dicat, quòd possit impunè offendi, nunquid hoc casu poterit etiā impunè occidi? Resp. quod sic. & est communis opi. vt dicit Ias. in l. in suis, nu. 26. ff. de lib. & posthu. Alciat. de verb. sig. lib. 2. fol. 44. versic. Præterea agitur. Et dicit Albe. in quarta parte statutorum, q. 18. in fin. quòd ita obseruat consuetudo. Dicit etiam Gand. de malef. in tit. de multis q. 38. in fi. quòd cum consuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis sit omnium opi. quòd possit occidi, non est ab hac opi. recedendum.

56 Sed an stante huiusmodi statuto, si mulier sit bannita, poterit quis eam impunè adulterare? Respon. Nellus de bannitis in secunda parte secundi temporis q. 36. tenuit, quòd sic. Contrarium tenuit Bal. in l. fi. post nu. 4. C. si cōtra ius, vel vtil. publ. cuius opi. communiter approbatur, vt attestatur Dec. in d. c.

quæ

quæ in ecclesiarum.nu.16.quem refert Gigas de pēsio.q.18.nu.2.& Do.Ant.de Padilla. in l. transfigere, nu.73.C.de transact.Et hoc mihi magis placet,cùm enim statutum conditum fuerit pro quiete publica,vt suprà dixi,certè adulterium commissum cum muliere bannita,nihil pertinet ad quietem publicam.Et ideò cùm sit commissum extra mentem statuti,non est impunitum relinquendum.

57 Stante hoc statuto, censetur bannito indictum bellum à banniente,& ipse factus hostis ciuitatis à ciuitate, à qua est bannitus. Et hæc est communis opin.vt dicit Corn.consil.104.colum.1. versicu.His tamen,libr.1.vbi etiam subdit,quòd ita obseruatur in practica.

58 Item secundum aliquos virtute huius statuti bannitus æquiparatur deportato, de quo dixi infrà hoc eod.lib.§.fi.q.71.vers.Dixi autem.

59 Sed hic quæro,nunquid,stante hoc statuto,possit filius occidere patrem bannitum? Respon. Bart.in l.si adulterium cum incestu.§.liberto.ff. de adul.tenuit,quòd sic.& est communis opi.vt ait Marsi.in l. 1.§.præterea.nu.33.ff.de quæst.Gomes. in §.rursus. nu. 22.Inst.de act.Berous in d.c.quæ in ecclesiarum, nu.114.quem refert Viuius in loco præallegato, in 2.ampliat.& ita determinatum fuisse per collegiū Perusij refert Ang.de malef.in verb.Et ex interuallo,n.17. Ex quo enim pater,virtute dicti statuti,censetur effectus hostis patrię,vt dixi sup. vers. Stante hoc statuto.meritò etiam videtur licere filio eum interficere,iuxta tex.in l.minimè.ff.de reli.& sumpfun. Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit,sed semper visa est crudelitatis,& impietatis plena.licet enim pater sit bannitus,non tamen desinit esse pater, neque iura naturalia amittit. propterea ego,tali filio patrem occidēti,censerem caput amputandum,neque aliquid mouet, quòd virtute talis statuti,pater bannitus censeatur effectus hostis patriæ.id enim est propter fictionem,quæ in re tam enormi,non debet veritatem patriæ potestatis adūbrare,posset fortè tolerari communis opi.vbi talis pater bannitus,esset verè hostis patriæ,id est,actua liter arma contra patriam inferret,nam eo casu filius,qui in eo actu patrem occideret,esset excusandus.Et ita loqui videtur Claud.qui ita communiter concludi attestatur in l.1.§.ius gētium. nu.13. ff. de iust.& iure.Sic etiam videmus,q̄ stante hoc statuto,non potest vasallus impunè offendere dominum suum.Et dicit Albe.in 4.par.statutorum,q.27. quòd ita tenent communiter Doct. quem refert Cæpol.cons.crim.5.versicu.Septimò pro hoc,& tamen nemo sani capitis negabit,maiorem reuerentiam debere filiū patri,quàm vasallū domino suo.

60 Quæro, aliquis fecit pacem cum inimico suo,& promisit eum non offendere sub pœna,nunquid si talis inimicus fuerit post pacem bannitus, poterit ab eo,qui pacem fecit virtute huius statuti impunè offendi?Resp.q̄ sic, & est communis opi. vt dicit Alex.in l.qui seruum:quam legit cum l. qui insulā. post nu.2.vers.In tex.ibi interest.ff.de verb.obl.quē refert Iasi.ibi,nu.5.& Nouel.in pract.cri.197. nu.54. Ripa in l.fi.nu.86.C.de reuoc.dona.quem refert Viuius in loco præalleg.fol.205.in 1.ampliat.Plus dicit Nell.de ban.in 3.parte secundi temporis,q.52. q̄ siue tempore pacis esset bannitus,siue pòst,semper potest impunè offendi, & quòd ita seruatur. quæ opinio,mihi quoque placet in eo,qui nondum esset bannitus, dummodo tale bannum secutum fuerit ex alia causa,quam ex ea,propter quam fuit contracta pax inter ipsos.Sed si esset bannitus tēpore initæ pacis,vel bannum postea secutum esset ex eadem causa,pro qua fuerat contracta pax,non putarem illum esse excusandum.

61 Sed an licebit virtute huius statuti bannitum proditoriè interficere?Resp.q̄ sic, ita tenet Dec.in c.quæ in ecclesiarū.nu.14.in fi.de const.Et ita seruari attestatur.Boss.in titu.banniti quid amittant, nu.1.vbi etiam dicit, quòd licet eos occidi facere per pecuniam,& sic per assasinuim,subdens, q̄ ita seruatur.Contrariam tamen sententiam,scilicet q̄ imò non liceat bannitum proditoriè interficere, multi tenuerunt.Et dicit Mantua cons.200.li.2.nu. 29.q̄ illa opi.Dec. communiter reprobatur. quod est magnum verbum,si est verū. Dicit etiam Ang. in l.fi.C.de delator.lib.10.relatus per Alex.in Apostil.ad Bart.in ea.l.fi.q̄ in facti contingentia fuit Perusij quidam vltimo supplicio affectus, qui socium suum bannitum proditoriè interfecerat. Et illum refert Igne.in l.3.§.si ex stipulatu,nu.54.ff.ad Sylle. vbi etiam narrat,nu.48.quòd dum ipse esset Senator Mediolani,contigit, quòd quidam, qui dederat,inimico suo bannito fidem,de non offendendo, addita etiam cautione,deinde illum interfecit:& dicit,quòd super illo casu fuit dubitatum, & multis diebus in Senatu disputatum,non tamen dicit, quid fuerit decisū.Certè quicquid sit de iure,apud nos seruatur,quòd bannitus qui potest impunè interfici,potest etiam proditoriè occidi. Si tamen ali quis fidem expresse dedisset bannito, eum non offendendi,& illum interficeret, ego illum decapitari facerem,nam etiam hosti fides eruanda est.

62 Item quæro,pone quòd bannitus habuerit gratiam à principe, sed nondum sit cancellatus de albo,seu numero bannitorum,nūquid poterit impunè offendi?Resp.quòd sic, & est communis opin.vt dicit Iasi.in l.fi creditoris,nu.2.& seq.C.de fideicom. prout illum refert Boss.in d.tit.Banniti quid amittant,post nu.3.vbi etiam dicit, quòd ita pluries vidit in facto obseruari. Idem attestatur Marsi.fing. 340.Cautè agatur.Blanc.in pract.cri.fol. 101.n.125. & aliis seq.max.nu.165.in fin.Hoc tamen intellige vt procedat,modo nulla culpa ipsi offendenti ascribi possit.Ita dicit Ang.in l.filio quem.in prin.ff. de libe. & posth. prout illum refert, & dicit magis communiter approbari Alex.in ea.l.filio. quem,in prin.n.6.& seq.Ego tamen non reperio in lib.meo. Ang.ibi hoc dicentem.Mihi placet in hoc articulo distinctio,quam ponit Cæp. cons.39.cri. col. pe.dicens illam esse ex omniū sententia, q̄ scilicet.aut constat,q̄ occisores sciebant bannū fuisse sublatū, & sunt proculdubiò pœna ordinaria puniendi:Aut cōstat.q̄ ignorabant,sed tamen per quirendo,illud facilè scire potuissent.Et tū ex hac culpa, sunt etiā pœna aliqua extraordinaria cōdēnandi. Antequā enim quis ad huiusmodi actū homicidij de sui natura dolosum,& ab omni lege reprobatū deueniat, debet curiosè inquirere,& non præcipitanter currere ad illum committendum.Et hæc opi. æquior est,& tenenda in iudicando,in qua,vt dicit Nell.de ban.in 1.par.tertij temp. q. 2.omnes concordant, quicquid dicit Blan. in loco præallegato,nu.164. affirmans, quòd contrarium tenent communiter Doct.Caueant tamen banniti, quia nisi probetur præcisè scientia occidentium,nunquam condemnantur in pœnam homicidij.Et quando probatur scientia per coniecturas,puniuntur tantum in pœnam extraordinariam.Et ideò curent quāprimum de

de albo deleri,post quam à principe gratiam impetrarunt.

Sed quid si bannitus priusquam occidatur,protestetur q̄ habet gratiam, nunquid adhuc poterit impunè occidi?Resp. quòd sic, si aliter non fecerit fidem de ipsa gratia.Et est communis opi. vt dicit Ripa in c.cum M.nu.56. de constit. Et dicit Marsi. cons.55.nu.5.in fin.quòd ita tenent Doctores.Et dicit Gozad.cons.61.nu.9.quòd hanc opin.sequuntur omnes Doctor.antiqui,& Moderni.Non enim tenetur quis illi credere,nisi ostendat.

63 Maior est dubitatio,quando bannū est nullū,nū quid excusetur occidens ipsum nulliter bānitū?Ali qui dicunt,quòd nullo modo debet impunè euadere,sed si habebat notitiā huiusmodi nullitatis,debet puniri pœna ordinaria.Et hāc dicit esse cōmunē opi.Alex.cons.77.nu.5.li.3.quem refert Gomes. Arias super l.74.Tauri. nu.35.& pract.Conradi, fol. 317.in 8.ampli.& Blanc.in pract.crim. fol.98.nu.96. in fi.Marsi.cons.10.nu.16.prout illum refert Viuius in loco præall.in quarta limita.qui tamen in libro meo hoc non dicit.Si verò non habebat notitiam talis nullitatis,tunc debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis.& hæc est commu. opi.vt dicit Vant.de nullita.nu.44.Sed certè,in hoc secundo capite, hæc opi.mihi non placet. nā qui occidit bannitum condēnatū,& positū in albo,id facit sub fide publica statuti,id permittētis,meritò si probabiliter ignorauit nullitatē bāni,iudicio meo est in totum excusandus. Et credo,q̄ si casus contingeret, ita seruaretur in practica & sibi imputet ille, qui est nulliter bānitus,neque curat facere reuocari bannum, & nomem suum de albo bannitorum deleri.

64 Successiuè quæro,vtrū pendente appellatione à sententia banni,possit bānitus impunè offendi?Respō. q̄ non,& ita tenent omnes,vt dicit Ang. Are. in l.1.in prin.ff.nil noua.appel.pend Hanc etiam dicit esse communē opi.Soci.in l. 3.§.si seruus,vers. Prima cōclusio.ff.de acqui.poss.Iasi.in d.§.si seruus. quem refert Villalob.in sua collecta communium opi.in litera B.vers.bānitus licet per sententiā Idēque pēdēte causa nullitatis ipsius banni,vt dixi infrà hoc eo.li.§.fi.q.94.versi. Scias autem.Quinimò neque etiam potest impunè offendi, pendente tēpore ad appellandum, ab ipsa sententia banni.Et hanc opi.dicit esse cōmunem Blanc.in pract.crim. fo.99. nu.108.& seq. Apost.ad Fel.in c.quærēti,sub. nu.2.de off.deleg.Sed in hac prouincia non contingit,super his dubitari, cùm in causis criminalibus sublata sit omnis appellatio.

65 Quæro etiam, pone quòd bānitus fuerit captus per familiā officialis,nūquid adhuc poterit impunè offendi?Respon.quòd non,ita tenuit Bart.in l.3. §.transfugas.ff.ad leg. Corn. de sicar. Et dicit Afflict.super 2.parte const. regni, Rub. 3. nu.51.quòd hæc limitatio cōmuniter tenetur. Idem dicit Ant. Gomes.super l.76.Tauri.post nu.17.vers.Item adde, quòd postquam. Ita etiam communiter seruari & approbari attestatur Alber.in 4.parte statutorum, q.36.Adhuc quæro.in fi.quem refert Aug.ad Ang. de malef.in verbo,Fama publica,post nu.58.

66 Vlterius quæro,nunquid occidens bannitum,extra territorium,à quo est bannitus,debeat decapitari?Resp.quòd nō,ita dicit Bald.in l.cunctos populos,num.9.C.de summa Trinita.referens quòd ista quæstio fuit de facto,in quodā Pico Tacone,& dicit,q̄ ipse cōsuluit,quòd nō poterat puniri, & forte est consilium,de quo mentionem facit,& attestatur eius opi.esse magis commu.Gomes.in c.2.§. statuto,nu.42.de const.in 6. Et ita iudicauit Senatus in quodam,qui interfecerat bannitū extra territoriū,& in ecclesia, vt refert Boss. in d.ti.banniti quid amittant, nu. 6.Quæ quidem conclusio absq; difficultate procedit,quando iste,qui bannitum offendit,captus est in loco statuti permittentis bannitum impunè offendi posse,nō enim potest ibi puniri,ex eo, q̄ bannitū extra territoriū offenderit. Et ita loquitur Bald.in loco prælleg. Et ita seruari attestatur Nellus de bannitis, in 2.parte secundi temporis.q.57.quem refert Iasi.in l.fi.nu. 22.ff.de iurisd.om.iud. & Cagnol.in ea.l.fin. nume.18.& Marsi. cons.57.nu.35.Quinimò reperio etiam q̄ senatus in facti contingentia declarauit,quòd quidam Socinates,& sic subditi huic Ducatui, qui Laurentiū Vallotum,bannitum à domino Venetorum, blanditiis conduxerant in agrum Brixiensem, vbi fuit occisus, non poterant in hoc dominio pūniri. 19. Decēbr.1559.P.N.Quod est notandum, quia fortè multi prima facie dicerent contrarium. Fuit etiam decisum per Senatum, in causa cuiusdā Ludouici Ponteuici,q̄ quidam Brixienses bāniti à dominio Venetorum,qui habitabāt in hoc Ducatu,potuerant impunè interficere,etiam proditoriè,quendā Tamburinum pariter bānitum à dominio Venetorum, quem in territorio Brixiensi interfecerant.2. Martij 1549.P.N.

67 Fuit etiam aliquando dubitatū, nūquid occidēs bannitum,quem ignorabat esse bānitum, gaudeat nihilominus beneficio huius statuti,& concludendum est,q̄ sic, ita dixit Barto.In l. inter omnes.§. rectè,nu.4.ff.de furtis.Et ita communiter tenetur, vt ait Nell.in loco præalleg.q.25.quem refert Dec. cons.327.nu. 4. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt iste occidens bannitū,euadat pœnam homicidij.Sed si vltra impunitatem,statutum constitueret præmium occidenti,seu præsentanti bannitū,talis ignorāter occidens,aut præsentans non cōsequitur illud præmium.ita dixit Bart. in l.3.§.vtrum,n.3.ff.ad Sylle.& in l.genero,post nu. 2.ff.de his qui not.infam.Et hæc limitatio communiter tenetur,vt dicit Afflict.in d.Rub.3.nu.53.Et dicit Angel.in d.§.rectè,num.2.quòd ita vidit iudicari in ciuitate,Perusij.

68 Sed quæritur,pone quòd statutum dicat,q̄ bannitus in centum possit impunè offendi: Modò aliquis est bannitus ex vna causa in quinquaginta,& ex alia causa,in alia quinquaginta,nunquid talis dicetur bannitus in centum,ad hoc,vt dicatur comprehensus in statuto,& consequenter possit impunè offendi? Resp. quòd non.ita dicit Bar. in l.vbi fideiussor,nu.1.ff.de solutio. cuius opi. ab aliis Doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, vt dicit Ang.de malef.in verbo, Dictum Semproniū, nume.1.Hanc etiam dicit esse communem opi.Iasi. in l.si idem cum eodem,in prin.nu.4.ff.de iurisdict. om.iud.nam regulariter in materia odiosa non fit cumulatio,vt dixi infrà, lib.7.§.Cumulatio. Si tamen iudex ipse,pro multis maleficiis separatis illū cōdemnasset in vnica summa,quæ omnes summas comprehenderet, & summam centum excederet, esset illum occidens excusandus.Et ita communiter tenetur,vt attestatur Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis,quæst.9.

69 Sciendum est autem,quòd defensio, & exceptio proueniens virtute huius statuti,est peremptoria,

& impedit litis conteſtationem ita dicunt cõmuniter Doctor. vt ait Gand. de malef. in titu. vtrum procurator, nu. 15. vbi etiam ſubdit, quòd ita communiter obſeruatur.

70 Item ſcias, q̃ ſi officialis ſtante hoc ſtatuto, procedat contra huiuſmodi occidentem bannitum, poteſt hæc exceptio non modò opponi per eius procuratorem, iuxta ea, quæ dixi infrà, hoc eo. lib. §. fi. q. 32. verſ. Quæro modò; ſed etiam per quemlibet de populo, qui compareat, & oſtenſo banno, petat, q̃ vlterius non procedatur, ſed abſoluatur. ita dicit Bar. in l. vbi pactum, n. 10. C. de tranſact. quẽ ſequuntur Doct. vt dicit Marſ. in l. ſi quis ne quęſtio, nu. 125. ff. de quæſtionib. & in ſing. 372. Capias vnum, & in pract. cri. §. conſtante, nu. 38. Quod tamen intellige ſecũdũ ea, quæ dixi in loco prælallegato, q̃ ſcilicet, bannum ſit adeò notorium, vt nullam aliam probationem requirat, quam exhibitionem ipſiuſmet bãni, &c. Hoc tamen apud nos in pract. non ſeruatur. vt ibi dixi.

71 In hoc etiã propoſito quæro, nunquid ſtante hoc ſtatuto, poſsit bannitus ſe defendere aduerſus eum, qui vult illũ interficere? Reſp. in hoc articulo varij varia ſenſerunt, adeò vt nulli diſcernere potuerint, quænam eſſet crebrius recepta opinio, vt dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 18. poſt nu. 3. verſ. Tertiò ſuffragari. nihilominus reperio. q̃ Clau. in l. vt vim, in lectura, n. 23. de iuſt. & iure, dicit cõmunem opi. eſſe q̃ non liceat illi ſe defendere, & q̃ ſi ſe defenderet & eum occideret aggreſſorẽ, deberet puniri. Sed certè hæc opi. mihi ſemp viſa eſt dura, & ſi caſus cõtingeret, illũ nõ punirem, ſaltẽ pœna mortis, nã proprię vitæ, & ſalutis defenſio, eſt de iure naturali, vt omnes fatẽtur. Et ideò lege humana aut ſtatuto, tolli poſſe non debet.

72 Alia quoq; eſt quæſtio, nunquid ſtante hoc ſtatuto, poterit iudex ex officio inquirere contra aliquẽ offendentem bannitum? Reſp. Si ſtatutum dicat, quòd bannitus poſsit licitè offendi, res non habet difficultatem certum eſt enim, quòd de eo, quod licitè committitur, nõ poteſt iudex inquirere. Et eſt communis opi. vt dicit Aret. in c. nulli, n. 6. de accuſa. Sed quid ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd bãnitus non audiatur, vel quòd non reddatur ei ius, nũquid ſi fuerit offenſus aut occiſus, poterit iudex ex officio procedere? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. vt dicit Aret. in loco prælleg poſt nu. 8. lex enim, quæ prohibet aliquem de offenſa ſibi facta, accuſare, videtur permittere illum impunè offendi poſſe. Vide quæ dixi infrà hoc eod. lib. §. fi. q. 51. verſ. Poſſet etiam.

73 Sunt etiam alij caſus, in quib. licitum eſt propria authoritate alium interficere, puta ſi ille, cõtra quẽ decreta eſt captura, reſiſtat familiæ officialis, neque aliter capi poſsit, licet enim eo caſu familiæ illum interficere, vt dixi infrà hoc eod. lib. §. fin. quæſt. 28. circa princ. &c.

74 Vltimò quæro, nunquid in hoc crimine puniatur affectus, etiam ſi non ſequatur effectus? Reſpond. de iure clarum eſt, quòd ſic, vt eſt tex. expreſſus in l. is, qui cũ telo. C. ad l. Corne. de ſicar. nihilominus de conſuetudine generali illa lex, & omnes aliæ puniẽtes affectũ, ſunt ſublatæ, vt dixi infrà hoc eod. li. §. fi. q. 92. Et ideò inferẽs vulnera, etiam animo deliberato occidẽdi, nõ punitur pœna homicidij, ſed tãtum de vulneribus, ex prædicta cõſuetudine generali, vt atteſtatur Vitalli. de malef. in Rub. de inſultu, nu. 15. & in Rub. de inquiſ. nume. 58. dicit tamen Igneus in l. 1. §. occiſorum, nu. 41. ff. ad Sylle. quòd in latronibus graſſatoribus, & quandoq; vidit contrarium obſeruari. Faciunt quæ dixi ſuprà verſ. Punitur etiam, dixi plenius in d. q. 92. Et hæc ſufficiant in materia homicidij.

§. INCESTVS.

1 *Inceſtus inter quas perſonas committatur?*
Et an committatur cum moniali?
Et an cum presbytero?
2 *Inceſtus pœna quæ ſit?*
3 *Et an hodiè pro inceſtu, imponatur pœna publicationis bonorum?*
4 *Diſpoſitio, auth. inceſtas nuptias, an habeat locum etiam in nuptiis. quæ ſunt inceſtæ de iure canonico?*
5 *Et an locum habeat tãtummodo in nuptiis inceſtis ratione conſanguinitatis, an autem etiam in aliis?*
6 *Inceſtas nuptias contrahentes, ſunt ipſo iure excommunicati.*
7 *Et quid ſi fuerit, in contractu matrimonij, appoſita conditio, Si Pontifex diſpenſauerit?*
8 *Et an hæc pœna locum habeat in ſponſalibus?*
9 *Inceſtas nuptias cõtrahẽtes excuſantur, ex eo, quòd ignorarent factum.*
10 *Et quid ſi poſtquã detecta eſt affinitas, perſeuerauerint in matrimonio?*
11 *Iudæi contrahentes inceſtas nuptias, in gradu permiſſo à lege Moſaica, ſed prohibito à iure communi, an ſint puniendi?*

1 INceſtus committitur inter perſonas ſanguine coniunctas, vt in caſu, in quo conſuluit Barb. cõſ. 23. lib 2. puta, ſi quis propriam filiam cognouerit, vt in caſu deciſ. Boer. 318. vel materteram, vt in caſu Cæp. conſ. crim. 69. vel filiam ſororis, vxoris ſuæ, vt in caſu Alex. conſ. 229. lib. 6. Videndum eſt etiam in hoc propoſito elegans conſ. Crauet. 321. in quo defendit, à ſuſpicione inceſtus fratrem, qui per biennium cum ſorore ſua eodem lecto iacuerat.

Sed nũquid committitur inceſtus, carnaliter cognoſcendo monialem? Reſpon. quòd ſic, & ita concludunt communiter Cano. vt dicit Bermon. de cõcub. fol. 75. nu. 2. in fi. Quinimò etiam aliqui tenuerunt, quòd ſi mulier rem carnalem habeat cũ clerico, in ſacris conſtituto, ſit inceſtus. ita dicit gl. in l. 2. in verbo, Filij, C. de epiſ. & cler. Et dicit Bal. ibi, n. 2. quòd cùm quæſtio fuiſſet de facto, ita fuit determinatũ, quòd eſſet inceſtus. Hoc idem communiter à Doctorib. receptum eſſe ait Grilland. de diuerſ. crim. lib. 3. q. vltima, prout illum refert Pract. Conradi, fol. 376. num. 11. qui etiam fol. 341. poſt nu. 13. dicit, quòd hæc eſt communis regula. Sed certè Veritas eſt in contrarium: nam dicitur ſimplex fornicatio, vt dixi ſuprà hoc eodem lib. §. Fornicatio, verſicu. Cum preſbytero.

2 Sed quæro, quæ ſit pœna inceſtus? Reſp. aliqui dicũt, q̃ de iure ciuili eſt pœna mortis. Et hanc eſſe communẽ opin. atteſtatur Grilland. de diuerſ. crim. lib. 3. q. 3. nu. 5. prout illum refert Pract. Conra. fol. 376. nu. 15. Et eſt verum, quando inceſtus committitur cũ aliqua alia ſpecie fornicationis, puta, adulterio, vel ſtrupro. & ita ſenſit glo. in l. ſi adulterij cũ inceſtu, in prin. in gl. 1. ff. de adult. q̃ dicit eſſe cõiter approbatam Grill. in loco prælle. Bermon. de concubi. fo. 87. verſic. Sum modò. De iure autem canonico in clerico pro crimine inceſtus, eſt pœna depoſitionis. Et hanc opin. ſequuntur communiter DD. vt atteſtatur Dida. in epit. ſuper 4. decre. fo. 91. nu.

nu. 3. Vide quæ dixi ſuprà, §. Fornicatio, verſ. ſed quæro. Si verò cõmittitur contrahendo inceſtas nuptias, tunc punitur iuxta formam auth. inceſtas nuptias, C. de nuptiis. Ego vidi in facti contingentia, per Senatũ diuerſimodè puniri inceſtuoſos. Nam Margarita Cella pro inceſtu cõmiſſo cum ſororio ſuo, iuſſa fuit fuſtigari, 17. Nouem. 1548. P. N. Et Comina de Raynerio, faſſa ſe cũ genero ſno carnaliter cõmiſcuiſſe, pariter fuit fuſtigata, 15. Martij 1549. P. N. Et Vincentius Maldurus, qui fatebatur cognouiſſe carnaliter eius priuignam, fuit tantummodo cõdemnatus in pœna ſtatuti pecuniaria, 24. Iunij 1554. A. C. Quidam autẽ Io. de Corſis, qui filiã ſuam ann. 16. violauerat, fuit furcis ſuſpenſus, 6. Octob, 1548. P. N. Et refert Papo lib. 22. ti. 9. Arreſto 7. quòd quidã notarius qui carnaliter cognouerat matrẽ, & filiã fuit per parlamentũ Tholoſę, vltimo ſuplicio affectus. 9. Nouẽb. 1548. Et ibidẽ Arreſto 8. refert quòd fuit ad triremes perpetuas condemnatus quidam, qui in vxorem duxit quandam mulierem, cuius neptem prius grauidam reddiderat.

3 Et ſcias, quòd diſpoſitio d. auth. inceſtas nuptias, quatenus imponit pœnam confiſcationis bonorũ, non eſt hodiè ſublata, ex diſpoſitione auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcri. Et hęc eſt commu. opi. vt dicit Boer. deciſ. 264. nu. 12. Quinimò contrahens tales inceſtas nuptias, ipſo iure amittit dominiũ bonorum ſuorũ, neque vlla ſententia, aut declaratio requiritur. Ita tenet gl. in d. auth. inceſtas nuptias, in verbo, Mox. Et eſt communis opinio, vt dicit Bermond. de concub. fol. 84. nu. 2. & ſeq.

4 Quæro, nũquid diſpoſitio d. aut. inceſtas nuptias, locũ habeat tantũmodo in nuptiis, quæ ſunt inceſtæ ſecundũ ius ciuile, an autem etiam in his, quæ ſunt inceſtæ ſecũdũ diſpoſitionem iuris canonici? Reſp. In hoc articnlo variæ fuerunt Scribentium opi. Aliqui enim tenuerũt, quòd habet locũ etiam in nuptiis, quæ ſunt inceſtæ de iure canonico, licet nõ ſint inceſtæ de iure ciuili. Et hãc dicit eſſe cõmunẽ opi. Dec. conſ. 158. nu. 1. circa fi. quẽ refert Diaz, in prac. crim. can. c. 78. & Prac. Cõra. fol. 376. nu. 9. & Didac. in epitom. c. 6. §. 8. verb. nuptiæ inceſtæ ſuper 4. decre. n. 18. relatus & inſe per Villalob. in ſua collecta cõiun opi. in litera N. Bello. cõſ. 84. n. 5. Aliqui verò tenuerũt contrariũ, q̃. ſ. nõ habeat locũ niſi in nuptiis inceſtis de iure ciuili, & ſic quæ dicebãtur inceſtæ tẽpore cõditæ illius legis. Et hãc opi. dicit eſſe cõmuniorẽ, & probabiliorẽ, & magis conſonã veritati Foller. in prac. crim. can. fol. 63. poſt nu. 95. vbi ait, q̃ Dec. qui dixit opi. Abb. eſſe cõmunem, deceptus eſt. Certè negari nõ põt, quin magnæ ſint auctoritates hincinde, quas etiam recenſet Foller. in loco præal. Ego verò, ſi caſus contingeret, libentius adhærerẽ opi. cõtra Abb. quæ mitior eſt, & benignior, & quam etiam credo eſſe in puncto iuris veriorẽ, nihilominus (vt dixi infrà li. 7. §. Opinio) in iſtis caſibus, in quibus eſt varietas opi. & in quibus ſunt ex vtraque parte Doctores atteſtantes de communi, ante omnia recurrendum eſſe puto ad cõſuetudinem, & videndum ſecundũ quã opi. ſolitũ ſit iudicari. Et illa eſt ſequẽda, quia conſuetudo optima eſt legum interpres, &c.

4 Item quæro, an diſpoſitio d. auth. locũ habeat ſolummodo in nuptiis propriè inceſtis ratione conſanguinitatis, an autem etiã in nuptiis largo modo inceſtis, ſcilicet inutilibus, vel illicitis, quia cũ cognata ſpirituali, vel Iudæa, ſeu infideli, & huiuſmodi? Reſpon. gl. in ea. auth. in gl. j. tenuit quod habeat locũ in quibuſcũque nuptiis illicitis. Sed certè contrarium tenent communiter Doctores, vt ait Salicet. in ea. auth. inceſtas, nu. 4. quem refert Dec. in d. conſ. 158. poſt nu. 1. verſ. Et hoc confirmatur. Hanc dicit eſſe communem opi. Boer. in d. deci. 264. numer. 13. Pœnæ enim ſunt molliendæ, non autem extendendæ.

6 Præterea inceſtas nuptias ſcienter cõtrahentes ſunt ipſo iure excõmunicati, vt eſt tex. in clem. eos. de conſan. & affi. & declarat Gem. conſ. 71. qui in facti contingentia ita conſuluit.

7 Sed quid ſi aliquis contrahat matrimoniũ cũ conſanguinea ſub conditione, Si ſummus Pontifex diſpenſauerit, nunquid rale matrimonium valebit? Reſp. In hoc articulo variæ ſunt Scribentium opi. nam Inno. in c. ſuper eo. de cond. appo. tenuit, quòd non. Et hanc opi. dicit eſſe commun. Aret. in l. apud Iulianũ. §. conſtat. col. 3. ff. de leg. 1. prout illũ refert Dida. in epito. ſup 4. decretal. fol. 31. poſt n. 7. & Vius in li. cõmunium opi. in verb, Matrimonijũ contrahentes. Contrariam autem, ſcilicet, q̃ ſub ea cõditione poſsit matrimonium contrahi, tenuit Ant. de Butr. in d. c. ſuper eo. Et hæc opi. de conſuetudine obſeruatur, vt atteſtatur Boer. deciſ. 264 n. 27. Et reuera quotidiè videmus in hac forma cõtrahi matrimonia, propterea ab hac opin. nullo modo eſſet in practica recedendum.

8 Hæc autem pœna inceſtarum nuptiarum, non habet locum in ſponſalibus, ſed requiritur, q̃ matrimonium ſit carnali copula cõſummatum. Et hanc dicit eſſe communem opi. Viuius in d. verſ. Matrimonium contrahentes, in 1. limitat.

9 Excuſatur inceſtum cõmittens, vbicũq; apparear, quòd ipſe ignoraret factũ. Et hæc eſt cõis opi. vt dicit Bal. Nouel. de dote, in 1. parte vndecimæ partis princ. n. 8. prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in litera P. nu. 68. Didac. ſuper 4. decret. fol. 99. poſt nu. 22. Quinimò pœna amiſsionis bonorum non habet locum, vbi in ipſis contrahentibus fuiſſet ignorantia iuris, vel facti, etiam ex craſſa, & lata culpa. ita dixit Bart. in l. ſi adulterij cum inceſtu, in prin. nu. 11. ff. de adul. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Dida. in loco prælleg. nũ. 21.

10 Sed pone, q̃ aliqui à principio bona fide inceſtas nuptias contraxerint, deinde fuit detecta conſanguinitas, ipſi verò (eo non obſtante) perſeuerauerunt, nunquid dicẽtur incidiſſe in pœnas à legibus & canonibus impoſitas his, qui inceſtas nuptias cõtrahunt? Reſp. q̃ non. ita tenuit gloſſ. in elemẽ. vnica, in verbo, Scienter, de conſanguin. quam approbant Doctores, vt ait Didacus in loco prælallegato, num. 19.

11 Quæro etiam, an Iudæi contrahentes inter ſe nuptias in grãdu prohibito ſecundum ius ciuile, ſed permiſſo à lege Moſaica, puniendi ſint pœna inceſtus? Reſpon. q̃ nõ. nam quicquid ſit de iure, Iudæi non ſeruãt diſpoſitionem, l. nemo. la 1. C. de Iudæis, vt atteſtantur Scribentes in ea. l. nemo. & in ſpecie Fulg. & Ang. prout illos refert Barb. qui ita conſuluit in conſ. 13. nu. 2. lib. 4.

§. INIVRIA.

1 *Iniuriam pluribus modis fieri.*
Quid interſit inter verberare & pulſare?
2 *Intrans in agrum meum, cauſa venandi, me inuito, an dicatur mihi iniuriam facere?*
3 *Iniuria facta vxori, an cenſeatur facta viro?*
4 *Ex iniuria duplex actio oritur, ciuilis, & criminalis.*

5 *Et an in libello iniuriarum ponẽdus sit mensis, & annus, & locus illatæ iniuriæ?*
6 *Et an requiratur, quòd in libello taxetur iniuriæ æstimatio?*
7 *Iniuriæ pœna quæ sit?*
8 *Et an condemnatus actione iniuriarum efficiatur infamis?*
9 *Actio iniuriarum an præscribatur anno? Et an ille annus sit continuus?*
10 *Iniuria an tollatur per mutuam conuersationem?*
11 *Et an tollatur per remissionem?*
12 *Iniuriam faciens, an possit se excusare, dicendo, quòd non habebat animum iniuriandi?*
13 *Et quid si in eodem actu, quo iniuriã intulit, fuerit protestatus, quòd nolebat iniuriam facere?*
14 *Et quid si fuerat primò ipse prouocatus?*
15 *Et quid si probet iniuriam fuisse veram?*
16 *Et quid si dicat se iniuriam intulisse calore iracundiæ: & protestetur se pœnitere?*

1 INiuria pluribus modis committitur, facto, scilicet, & verbo. Facto, puta, si quis alterum percusserit alapa, vt in casu Grammat. decis. 14. vel cubito, vt in casu Paris. consi. 165. li. 4. vel cum manu sub mento. vt in casu Guid. Pap. cõs. 224. vel baculo, vt in casu, de quo per Grammat. voto 15. 28. cons. 2. decis. 16. 19. & Bertran. cõs. 161. lib. 6. & cons. 142. eo. vol. & cons. 164. li. 7. & Natt. cons. 254. vel vulnerauit, vt in casu Io. de Amic. cons. 77. & 85. & Mantu. cons. 41. lib. 1. & Grammat. voto 1. 22. & cons. 56. 62. 68, 69. & decis. 16. 94. & Marsil. cons. 31. 34. & Boer. de cis. 323. & Natt. cons. 44. Verbo, puta, si quis alteri minatus fuerit, vt in casu Bal. cõs. 144. li. 2. & Cranet. cons. 13. & cons. 53. Vel si appellauerit aliquem falsarium, vt in casu, in quo cõsuluit Rom. cons. 96. vel vsurariũ, vt in casu Crauett. cõs. 145. vel proditorẽ, vt in casu Bal. cons. 361. lib. 4. & But. cons. 44. vel infamẽ, vt in casu Bertran. cõs. 131. li. 5. vel bastardũ, vt in casu Bertran. cõs. 189. li. 6. Vel si dixerit alicui, Tu es bonus homo, quæ verba communiter intelliguntur, q̃ est cornutus, vt in casu, in quo cõsuluit Soc. in quodam cons. de quo mentionem facit Carauita super ritu 311. magnæ curiæ, nu. 22. vel alicui dixerit, quòd produxerit chartam falsam, vt in casu Rimin. consil. 49. vel q̃ vẽdebat potestarias, vt in casu Soc. cons. 146. lib. 1. & Corn. cons. 80. li. 3 vel q̃ fecerat monetam falsam, vt in casu Soc. cons. 118. lib. 1. vel aliquem diffamauerit de aliqua re, ex qua eius opinio læderetur, vt in casu, in quo consuluit Rom. cons. 97. puta, quia dixerit mulieri, Ego te desponsaui, vt in casu Bal. cons. 230. lib. 3, vel, q̃ illam appellauerit *Socca, idola, malfatta, incẽdiosa. puttana, che te ho trato tre hæredi dal corpo*, vt in casu Bar. cõs. 108. vel q̃ ei dixerit, *Tu sei vna puttana, che te ho lauorata cinquãta volte*, vt in casu Natt. cons. 60. vel dixerit alicui, Tu mẽtiris, vt in casu Bal. cons 45. li. 1. & Soc. Iu. cõs. 82. li. 3. Vel aliquem accusauerit de aliquo crimine, & succubuerit, vt in casu Ang. cons. 95. & Soci. cõs. 118. lib. 1. vel fecerit aliquẽ indebitè carcerari, vt in casu Bal. cons. 212. libr. 3. & Guid. Papæ, deci. 324. Si quis Titium, vel opposuerit alicui crimen, de quo habebat gratiam, vt in casu Crauettæ, cons. 168. Dicitur etiam iniuriam inferre, si quis vitauerit aliquem tanquam excommunicatum, vt in casu, in quo consuluit Roman. cons. 387. vel prædicator concionando, maledixerit de aliquo vicino suo, licet illum non nominauerit, vt in casu Alex. de Neuo consil. 82.

Scias autem in hoc proposito, q̃ magna est differentia inter verberare, & pulsare, nam verbera re est, cum dolore cædere: pulsare sine dolore. l. lex Cor. §. 1. ff. de iniur. Et ita de clarant Doctores, vt dicit Ana. in Rub. de clerico percuss. post nu. 4.

2 Quæro, nunquid si quis intret in agrum meũ, causa venandi, possum ego contra eum agere actione iniuriarum? Resp. de iure dicendum est, quòd non: sed contrarium vsurpatum est, & obtentum de consuetudine, scilicet q̃ possum prohibere, ne quis intret in agrum meum: & si intret me inuito tenetur iniuriarum, vt de hac consuetudine Anan. in ca. omnibus, nu. 4. de cle. vena.

3 Item iniuria facta vxori, censetur facta viro. Et ideò si statutum deponat, q̃ faciens iniuriam magistratui, puniatur in centum, habebit locum etiã in faciente iniuriam eius vxori. Et dicit Placa li. 1. delictorum. c. 6. nu. 25. quòd hæc sententia adeò recepta est à Doctorib. vtriusque classis, vt impugnari non posse videatur.

4 Scire debes, quòd ex iniuria duplex oritur actio, ciuilis. s. & criminalis. Ciuiliter agitur, quando petitur æstimatio iniuriæ. Et de hoc dixi infrà lib. 7. §. Actio. Criminaliter autem petitur iniuriantem puniri pœnis iuris, &c.

5 Vlterius quæro, nunquid in libello iniuriarum sit ponendus annus, & mensis, & locus illatæ iniuriæ? Resp. quòd sic. Et est communis opi. vt dicit Alex. consi. 212. nu. 1. lib. 1. Bertran. consi. 257. nu. 1. lib. 6. Vide quæ dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 12. vers. Ad de quod.

6 Sed nunquid in libello iniuriarum requiritur, q̃ querelans taxet iniuriam sibi illatam cum iuramẽto? Resp. quòd nõ, sed sufficit, q̃ in libello exprimat aliquam summam, ad quam æstimet eius iniuriã, salua taxatione iudicis, qui postea edoctus de iniuria, ante sententiam moderatur, & taxat, & deinde defert iniuriam passo, iuramentum, cui permissum est iurare vsque ad summam taxatam, vel minus, non autẽ vltra illam summam. Et hæc est theorica, quam ponunt Doctor. in hac materia, vt dicit Bertrand. cons. 74. nu. 6. lib. 8.

7 Sed quæro, quæ sit pœna iniuriæ? Respõ. q̃ regulariter est arbitraria iudici inspecta facti, & personarũ qualitate, vt est tex. in §. in summa. Inst. de iniur. An autẽ possit iudex aliquo casu arbitrari pœnam mortis, dixi 7. hoc eod. lib. §. fin. q. 83. vers. Sed quæro.

8 Item condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis. Quod tamen intellige, vt procedat, modò iniuria sit atrox, aliàs enim nõ efficitur infamis. Et ita tenent omnes Doctores, vt dicit Ang. in l. infamem, in primis verbis, ff. de pub. iud. prout illum refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Dictum Sempronium, sub n. 4. & in verbo, Verba iniuriosa, post nu. 17. Sed certè Ang. ibi nõ ita dicit, sed primò ait, quòd damnatus pro graui iniuria secundum omnes efficitur infamis, deinde subdit, sed & pro modica videtur damnatus infamis, & sic apertè inclinat in sniam, q̃ etiã dãnatus pro modica iniuria efficiatur infamis, quã etiã sequitur, & dicit esse communem Feli. in c. cum te. nu. 9. de re iudicata. Corset. de minimis in 2. parte, vers. 26. quẽ refert Pract. Conra. fol. 408. nu. 21. Faciunt quæ dixi suprà hoc eod. lib. §. Furtum, vers. Pariter etiam.

9 Tollitur autem actio iniuriarum per lapsum anni: tãto enim temporis spatio præscribitur. ita tenet gl. in l. si non conuicij. in gl. fi. C. de iniur. quam dicit esse communiter approbatam Rui. cons. 21. num. 5. lib. 4. Hanc etiam dicit esse communem opi. Placa in d. c. 6. circa fi. Hoc tamen intellige, vt procedat in actione iniuriarum criminali. nam ciuilis est perpetua, vt dixi in d. §. Actio. Et hanc esse cõmunẽ opi. attestatur Bal. de præscr. in 4. parte, 4. q. principalis, q. 1. nu. 3. quem refert Roland. cons. 39. nu. 15. lib. 2. Scias etiam, quòd iste annus, intra quem potest agi criminaliter actione iniuriarum, est continuus, & est communis opi. vt dicit Cuma. cons. 74. post nu. 5. Curtius Iunior in l. j. in principio, nu. 20. ff. quod quisque iuris.

10 Item tollitur per conuersationem habitam cum offensore, cẽsetur enim ex hoc iniuriam tacitè remisisse. Et hæc sententia ab omnib. iuris professoribus recepta est, vt attestatur Placa in loco præalle. n. 43.

11 Tollitur etiam per remissionẽ expressam. An autem per remissionem iniuriæ factam in foro conscientiæ, sit sublatum ius accusandi, & an qui remisit iniuriam, cẽseatur etiã remisisse damna, & expẽsas dixi infrà hoc eo. li. §. fi. q. 58. vers. Quæro modo. & vers. Sed in proposito.

12 Quæro nunc, an ille, qui iniuriam intulit, possit se tueri, dicendo, q̃ non habebat animum iniuriandi? Resp. q̃ non, quia omnis iniuria in dubio præsumitur facta animo iniuriandi, nisi contrarium probetur. Et ita concludunt communiter omnes DD. vt dicit Soci. cons. 146. post nu. 7. vers. Circa tertiam, lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem Paris. consil. 149. nu. 19. lib. 4.

13 Sed pone, q̃ in eodem actu, quo quis iniuriã intulit, fuerit protestatus, quòd nolebat ex eo iniuriam facere, puta, quia dicat alicui. Tu mentiris saluo honore tuo, vel salua reuerentia tua? Resp. q̃ talis protestatio nõ releuat, quò minus teneatur actione iniuriarũ. ita dixit Bart. in l. si quis extraneus, in prin. nu. 3. & seq. ff. de acq. hæredi. & in l. non solũ. §. morte, nu. 47. ff. de oper. no. nunc. Et ita in facti contingentia iudicatũ fuisse attestatur Guid. Papæ decis. 495. Ex iniuria. Quæ tamen conclusio intelligenda est vt procedat, quando apparet, q̃ habebat animũ iniuriandi verè, vel præsumptiuè, prout in casu, in quo loquitur Barto. nam illa verba, Tu mentiris, sunt ex consuetudine inducta, vt habeant vim iniuriandi, vt est omnibus notũ. Cæterum si subessent coniecturæ, per quas talis protestatio adiuuaretur, q̃. s. non habuisset animũ iniuriandi, certè talis protestatio prodesset, vt dicit Old. cons. 53. post nu. 3. cuius doctrinã dicit esse communiter approbatã Soc. cons. 118. nu. 5. in fin. lib. 1. Et ponit exemplum in magistro, qui loqueretur cum discipulo, vel similia.

14 Quæro etiam, nunquid si aliquis ab alio prouocatus, dicat illi, Tu mentiris, teneatur ex eo actione iniuriarũ, nõ obstante ipsa prouocatione, etiam si dicat verum? Resp. q̃ sic. Et est communis opin. vt dicit Boer. cons. 4. nu. 27. & sequ. vbi etiam subdit quòd ita obseruatur in practica, & ita reperio in facti contingentia. decisum fuisse per consilium Neapoli. teste Capic. decis. 58. in causa Nicolai: regulariter enim in delictis prouocatio non excusat, vt dixi infrà in hoc eo. lib. §. fin. q. 60. vers. Nunc quæro. Sed bene prouocatus regulariter mitius punitur, vt ibi dixit senatus tamen aliter iudicauit in causa Nicolai Fodrij, quem in totum excusauit, quòd dixisset cuidam. tu mentiris, qui ei prius dixerat, q̃ non fecerat *da gentil huomo*, 9. Ianuarij 1557. P. N. Sed fortè erat iam inter ipsos secuta, pax quo casu in huiusmodi iniuriis verbalibus, senatus semper solet clementer agere.

15 Item quæro, nunquid dicens alicui iniuriam, quæ vera sit, teneatur actione iniuriarum? Resp. Aliqui simpliciter dicũt quòd sic. Et hanc dicit esse communem opi. Cur. Iun. in l. fi. nu. 3. ff. quod quisque iuris. Tu verò dic. quòd aut interest reipub. quòd illud delictum sciatur, puta, q̃ ille sit homicida, vel latro, &c. & non tenetur. Aut nõ interest, puta, quia sit cęcus, vel claudus, & tenetur. ita dixit Bart. in l. eum qui nocentem. in prin. ff. de pœnis. Et est communis opin. vt dicit Alex. in l. 3. in princ. nu. 6. ff. de lib. & posthum. quem refert Villalobos in sua collecta communium opin. in litera A. nu. 29. Apostil. ad Angel. in d. l. eum qui nocentem, sub nume. 1. Placa lib. delictorum, c. 1. post nu. 3. Scias tamen opus esse, quòd tale crimẽ, quod interest reip. sciri, probetur, nam eo quidem casu nõ tenetur: sed si nõ probauerit, vtique tenetur. Et est communis opi. vt attestatur Boer. in d. cons. 4. nu. 36. in fin. & nu. 46. & 48. Et hoc etiã si tale crimẽ fuerit oppositũ in iudicio excipiẽdo, puta cõtra testes, vel huiusmodi, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 53. vers. Caueant tamen, Præterea etiam illa distinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriam dicens, licet vera sit, non excusatur, cùm prius debeat præcedere charitatiua admonitio, vel correctio. Et est communis opi. Doctorum, vt attestatur Alex. de Neuo, consil. 82. nume. 5. in fi.

16 Quæro, quid si iniurians dicat se pœnitere, & quod dixit, fecit calore iracundiæ. nunquid erit excusandus? Resp. aliqui dicunt, quòd verba iniuriosè prolata per iracundiam non sunt punienda. Et hanc dicit esse communem omnium sententiam Ioan. Arno. Epito. 58. Cum sit communis. Sed certè ego credo quòd hæc opinio non sit communis, neque vera nam in delictis commissis non excusatur calor iracundiæ, vt dixi infrà hoc eo. libr. §. final. quæst. 60. vers. Est etiam: licet quandoque prosit, vt quis mitius puniatur. Et ita semper vidi in practica obseruari. Pariter etiam pœnitentia post delictum commissum non excusat, vt dixi in d. §. q. 16. versic Item quæro, & q. 60. ver. Fuit quandoque. Et in facti contingentia decisum fuit per curiam Tholos. teste Aufrer. decisio. 409. Item Titius, quem refert Mantua qui idem consuluit, cons. 77. lib. 2.

§. LÆSÆ MAIEST. CRIMEN.

1 *Læsæ Maiestatis crimen pluribus modis committitur.*
2 *Læsæ Maiestatis crimen committitur non modo contra personam Papæ, vel Imperatoris, sed etiam contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt.*
3 *Et an contra principes, vel ciuitates, quæ superiorem recognoscunt?*
4 *Et an offendens Cardinalem incurrat crimen læsæ Maiestatis.*
5 *Et an offendens consiliarium principis?*
6 *Et an ille qui non est subditus, dicatur committere crimen Læsæ Maiestatis?*
7 *Et quid in clerico?*
8 *Criminis Læsæ Maiest. pœna quæ sit?*
9 *Ee an ex hoc crimine bona publicentur?*
20 *Et an dispositio l. quisquis, habeat locum contra filias fœminas?*
11 *Et an contra filios naturales?*
12 *Et quid in filiis natis, ante delictum? Et quid in filio concepto post bannum?*

13 *Et an habeat locum etiam contra nepotes?*
14 *Et an hæ pœnæ statutæ cõtra filios, habeant locũ etiã quãdo crimen Læsæ Maiest. non est commissum contra Imperatorem, vel Rempublic. Romanam*
15 *Et an in hoc crimine puniatur affectus etiam si non sequatur effectus?*
16 *Et an in hoc crimine possit post mortem procedi?*
17 *Et an rebellis possit impunè occidi, & deinde probari, quòd erat rebellis?*
18 *Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem?*

LÆsæ Maiestatis crimen plurib. modis committitur, quos eleganter & copiosè recensèt Gigas de cri. Læsæ Maiest. in Rubr. qualiter, & à quibus, &c. & Franciscus Lucanus de priuilegio fisci, in secunda parte principali, in Rubri. de cri. Læsæ Maiest. Et potest poni exemplum in subdito, qui fecerit tractatum contra personam domini, vt in casu in quo consuluit Soc. Iu. cons. 105. lib. 3. & Alciat. cons. 456. vel contra statutum Principis, vel Reipub. vt in casu Bal. cons. 58. & seq. lib. 1. & Alex. cons. 13. li. 6. & Ias. cõs. 86. lib. 3. Alcia. consil. 453. vel qui ciuitatis ipsius dominiũ tyrannicè occupauerit, vt in casu Socin. cons. 22. lib. 1. vel patriam oppugnauerit, vt in casu Socin. consil. 275. lib. 2. vel armatus venerit in bello, contra principem suum, vt in casu Alciati cõs. 467. vel quia cum hostibus domini pacẽ, & amicitiam contraxerit, vt in casu Decij, cons. 604. 605. & 690. Grãmatici cons. 13. & 31. vel quia tentauerit tanquam hostis occupare castra vel ciuitates ipsius domini, prout contigit in quodam Ioan. de Landriano, qui dum inseruiret Gallis decreuerat occupare oppidũ Abb. Crasi, & tam ipse cum sociis, quàm Gabriel Burrus qui sciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat, fuerunt capite truncati, & in frusta sciси, 7. Septembris 1535. C.C. vel quod castra ipsa inuaserit, & occupauerit, vt in casu Ruin. cons. 1. & 2. lib. 5. Item potest poni exemplum in custode arcis, seu castri, qui illud tradat hostib. prout in quodam Gallo castellano, castelletti Genuensis, qui vendidit ipsum castellettum Genuensibus, & fuit propterea capite truncatus, & rotæ ligneæ insertus, vt refert Boër de custod. clauium, nu. 25. vel etiam si non vendidit sed illud hostibus tradidit, vt in casu Cornei, cons. 96. lib. 4. Potest etiã exẽplũ poni in eo, qui destruxit manu armata pontẽ existentẽ in territorio domini sui, quod tamen si factũ fuerit sine dolo excusationẽ meretur, vt in facti cõtingentia elegãter cõsuluit Cepha. cons. 75. & seq. lib. 1. vel quia reuelauerit secreta principis, vt in casu Marс. cons. 1. Itẽ secundũ aliquos potest poni exemplũ in eo, qui de principe, aut domino suo oblocutus fuerit, in quo tamen videnda sunt ea, quæ in facti contingentia scripsit Ruinus consilio 145. lib. 5. & Crauetta cons. 6. & 9.

2 Committitur autem crimen læsæ Maiestatis non modo contra Papam, & Imperatorem, sed etiam contra Reges, Principes, vel Ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt. Et ita concludunt Doctores omnes, nemine excepto, vt dicit Gigas de crimine Læsæ Maiestatis, folio 30. quæstione 28. Hanc etiam attestatur esse communem opinionem Bos. in tit. de crim. læsæ Maiest. nu. 51.

Dubium est, nunquid crimen læsæ Maiest. dicatur cõmitti etiam contra principes inferiores, & ciuitates quæ, superiorẽ recognoscunt. Et certè de iure loquendo, iste articulus magnã habet difficultatem, & multi tenent, q̃ dispositio l. quisquis C. ad leg. Iul. maiestat. non habeat locum cõtra committentes crimen læsæ Maiest. cõtra huiusmodi Principes, vel ciuitates superiorem recognoscentes. Et hanc opi. dixit esse communem Soc. cons. 275. post nu. 1. lib. 2. quem refert Ruin. cons. 3. post num. 12. lib. 5. Sed certè quicquid sit de iure, dicit Paul. de Cast. in l. 3. num. 6. in fin. C. de Episcop. aud. q̃ de facto seruatur videre suo, quòd etiam in istis ciuitatibus, attentantes contra earum statum, puniuntur de crimine læsæ Maiesta. siue recognoscant superiorem, siue non. Et hoc dictum Pauli de Cast. refert Brunus cõsilio Feudali 28. nu. 3. & Gigas in tract. præalleg. fol. 30. q. 29. Ita etiam de consuetudine in Italia seruari attestatur Cæpolla consilio crim. 17. nu. 19. quem refert Soci. Iun. cons. 105. nu. 24. lib. 3. Et Bosinus in loco præalleg. post nu. 51. prout etiam de facto seruatũ fuisse refert Guido Papæ decis. 344. Pone aliquis. in quodam, qui conspirauerat in necem Amadei ducis Sabaudiæ, de quo Arresto mentionem facit Papo lib. 22. tit. 1. Arresto 1. Quinimò etiam de iure loquendo, hanc opi. dicit esse cõmunem Alex. cons. 13. nu. 2. lib. 6. prout illum refert Roland. cons. 88. nu. 1. lib. 2. Barb. cons. 70. nu. 34. lib. 4. Alciat. cons. 456. in primis verbis. Et stante consuetudine, ita seruandũ esset, quòd ad ipsum principalem delinquẽtem, licèt quò ad filios aliud sit, vt dixi 7. vers. Vnum tamen.

4 Quæro nunquid offendens Cardinalem, incurrat crimen læsæ Maiest. Respon. q̃ sic, & est communis opi. Doctorum, vt ait Gigas in tractatu præallegato fol. 7. q. 5. nu. 1. Sunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ, & pars corporis ipsius.

5 Quæro etiam nunquid offendens Consiliarium principis incurrat crimẽ læsæ Maiestatis? Resp. Hæc quæstio contigit de facto in personam excellentis Doctoris, & magni Feudistæ, D. Andreæ de Iser. qui fuit trucidatus in ciuitate Neapolis, tẽpore Reginæ Ioannæ, eius nominis vndecimæ, cuius ipse erat cõsiliarius, & fuit determinatum, q̃ sic, vt dicit Paris. Put. de syndic. fol. 124. nu. 14. & refert Afflict. super 1. parte cõstit. regni, Rub. 29. num. 6. Et ita in facti cõtingentia, consuluit Rubeus cons. 145. Et licet aliqui distinguant, an id fiat in odium principis, vt scilicet priuetur illo Cõsiliario, an ob priuatũ odium ipsius Consiliarij, ego tamen indistinctè teneo, q̃ committatur crimẽ læsæ Maiestatis nam Consiliarij sunt pars corporis ipsius Principis, & ideò illos offendens indistinctè cẽsendus est principem offendere semper tamen intelligo de Consiliariis residẽtibus apud personam Principis, & sedentibus in eius supremo consistorio, & non aliter.

6 Vidi quandoque dubitari, nunquid ille, qui non est subditus Principi, dicatur cõtra eum committere crimen læsæ Maiestatis. Et dicẽdum est, quòd nõ ita probat tex. in clem. pastoralis, vbi gl. in verbo, Non subfuit, de re iud. & est communis Doctorum sententia, vt ait Rolan. consil. 4. nu. 1. Et ideò licet aliquo particulari iure, puta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius principis, si tamen ratione originis, vel domicilij ei nõ sit subditus, nõ dicitur committere contra eum crimen læsæ Maiestatis. Et ita sentiunt communiter Doctores, vt dicit Gigas in tract. præalleg. fol. 54. q. 68. post num. 2. Et ita vidi pluries in facto iudicari, & in specie, in causa D. Cornelij Bentiuoli, 4. Nouemb. 1557. P.N. Reperio etiam, quòd Senatus rescripsit Regi 17. Aprilis 1561. A.C. in causa Scipionis Vicomercati, q̃ illegitimè natus extra Dominiũ, ex subdito bãnito propter rebellionem, & muliere extera, nõ dicicur. rebellis, ẽt si sit legitimatus, quæ est magna decisio

Hinc

7 Hinc infertur, quòd licet clerici nati in tertis subditis alicui principi laico, dicantur naturaliter, siue originariè esse de dominio, & ditione illius Principis, prout tenere communiter Docto. attestatur Gigas de crimine læsæ Maiestatis, fol. 50. q. 63. nu. 2. nihilomi nus cum reuera post clericatum iam non possint verè dici subditi ipsius Principis, non possunt dici contra eum committere crimen læsæ maiestatis. Et hanc dicit esse cõmunẽ opi. Car. Alex. in c. in primis. §. de persona, col. 5. vers. Nõ obest, opi. 2. q. 3. quem refert Gomes. in §. Rursus, post nu. 24. Inst. de actio. Et ita in facti contingentia Senatus censuit quendam Laurentium Vicomercatum, qui imputabatur, q̃ inseruisset Gallis, absolutum fuisse, constito, quòd esset perpetuus Commendatarius cuiusdam Abbatiæ, 19. Septemb. 1554, B.P. Reperio tamen, quòd Senatus in causa cuiusdam presbyteri, appellati Don Iacobi Pigocij, qui conduxerat hostes ad oppugnandum quoddam oppidum, huius Dominij, & consilia, & auxilia eis dederat, inclinauit in contrariam sententiam, q̃ scilicet videretur incidisse in crimen læsæ Maiest. & hortatus est Vicarium Episcopalem Cremonæ, apud quem ille presbyter reperiebatur detentus, vt viriliter contra eum procederet, & admitteret Prætorem ad perficiendum processum. Sed credo, q̃ propter decretum gratiosum statim ferè subsecutum, fuerit relaxatus. Caueant tamen in omnem casum clerici, ne talibus se immisceant, quia licet hæc cõclusio sit de iure vera, tamen Principes seculares de facto seruant contrarium, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. q. 36. vers. Quæro nunquid, & in ciuitate Florentiæ fuit aliàs propter hoc crimen suspensus quidem Archiepiscopus.

8 Sed quæro, quæ sit pœna committentis crimen læsæ maiestatis? Resp. quòd est pœna mortis. Et de cõsuetudine solent huius criminis rei, viui in frusta scindi, & appendi in locis eminentibus ciuitatum, seu castrorum, in quibus deliquerunt.

9 Præterea, licet hodiè, secundum ius commune, bona damnatorum non confiscentur, & hoc ex dispositione authenticæ, bona damnatorum. C. de bon. proscript. in hoc tamen crimine bona confiscantur. vt dicit gl. in ea. authen. bona damnatorum, in verbo, Fisco, quam sequuntur DD. vt dicit Cæpol. cons. crim. 27. in 4. dubio. Dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 78. circa prin. Quinimò rei huius criminis, statim perpetrato delicto amittunt dominium, & administrationem bonorum suorum. Et ideò non puto verum esse id, quod aliqui dicũt, scilicet, q̃ in hoc crimine bona non confiscantur ipso iure quam etiam dicit esse communem opi. Boss. in tit. de sent. nu. 48. quia imò à lege confiscantur ipso iure, licet confiscatio non sortiatur effectũ, nisi secuta sententia hominis, per quam declaretur reũ incurrisse in crimẽ læsæ Maiest. Scias autem, q̃ licet de iure hæc pœna confiscationis bonorũ, non habeat locũ, quando cõmittitur crimen læsæ Maiest. contra Principem inferiorem, nihilominus de consuetudine in Italia seruatur contrariũ. nam quilibet Princeps, etiam recognoscens superiorem, publicat bona suorũ rebelliũ, vt attestatur Cæpolla in allegato cons. vers. Præterea licet etiam.

10 Hæ autem pœnæ & aliæ, quæ impositæ sunt à l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. filiis eorũ, qui cõmittũt crimen læsæ Maiesta. quantùm fieri potest, restringi debent, cùm sint contra iuris regulam, qua cauetur, vnum pro alio in delictis puniendum non esse, vt dixi infrà hoc eo. lib. §. fin. 86. Et ideò tales pœnæ non habent locũ contra filias fœminas. Et est cõmunis opi. vt dicit Gigas in tracta. præalleg. fol. 150. q. 14. post nu. 15.

11 Sed nunquid habent locum in filiis naturalibus tantùm? Resp. quòd sic. Ita tenuit Cyn. in d. l. quisquis. & ita etiam tenent communiter Doct. vt dicit Aug. ad An. de malef. in verbo, *Et hai tradito*. nu. 5. Hanc etiam dicit esse magis communem conclusionem Claud. in l. ex facto. §. fi quis rogatus, nu. 11. ff. ad Trebel.

12 Fuit etiam aliquando dubitatum, an dictæ pœnæ locum habeant solummodo in filiis natis post delictum patris, an autem etiam in natis ante delictũ? Et in hoc variæ fuerũt Doctorũ opi. nam aliqui tenuerũt, q̃ habeant locũ etiam in natis ante delictũ. Et hanc opi. dixit esse communem Claud. in l. si quis id quod num. 14. ff. de iurisd. om. iud. Gigas in tract. præallega. fol. 144. q. 5. post num. 2. Contrariam autem sententiam, q̃ scilicet non habeant locũ in natis, vel conceptis ante delictũ patris, tenuit Cyn. in d. l. quisquis. Et hanc dicit esse communem Alcia cons. 497. nu. 7. Et hæc opi. tanquam mitior & benignior mihi magis placet. Faciunt quæ dixi su prà hoc eo lib. §. hæresis, vers. Sed hic quæro. In filio autem concepto post bannum, ex hoc crimine patri datum, certum est, quòd locum habent, & ideò ei non est danda legitima. Et hæc est communis opin. vt attestatur Boss. in tit. de crim. læsæ Maiest. num. 138.

13 Præterea quæro, nunquid dictæ pœnæ statutæ contra filios, habeant locum etiam contra nepotes? Resp. quòd sic. Et est communis opi. vt dicit Saly. in d. l. quisquis, nu. 12. quem refert Didac. lib. 2. resolut. c. 8. nu. 3. in fin. Benè verum est, quòd non extẽduntur nisi vsque ad secundum gradum descendentium, ex masculis inclusiuè, & vsque ad primũ gradum descendentium ex fœminis. & est communis opin. vt dicit Sal. in loco præalleg. quem refert Ias. cons. 105. nu. 3. lib. 4.

Quæro etiam, nunquid dispositio d. l. quisquis, quatenus loquitur de filiis, habeat locum non solum in patre committente hoc crimen, sed etiam in matre? Respon. q̃ sic. ita tenuit gl. in ea. l. quisquis. in verbo, Minus ausuras, & ita communiter tenetur, vt dicit Ang. de malef. in verbo, *Et hai tradito* nu. 12. dicens, quòd licet videatur inusitatũ, quòd mulier tale crimen committat, illud tamen vidit semel de facto Bononiæ. Et illũ refert Marс. cons. 53. post nu. 8. quod nota pro limitatione eorum, quæ dixi suprà lib. 1. quòd in pœnalibus non fit extensio, &c.

14 Vnum tamen non omitto, quòd dispositio d. l. quisquis. quatenus loquitur de filiis, non habet locum, nisi quando crimen læsæ Maiest. est commissum contra Imperatorem, vel Remp. Romanam Et est cõmunis opi. vt attestatur Gigas in tract. præallegato. fol. 161. q. 23. num. 9. Et dicit Alciat. in d. cõs. 467. nu. 6. in fin. quòd hæc conclusio est approbata indistinctè ab omnibus. Et pro hac parte consuluit Socin. 275. infrà allegato. Neque est hoc loco prætermittẽdum id quòd dicit Ang. in l. fa llaciter, nu. 4. C. de abolitio. quòd scilicet pœna d. l. quisquis. respectu filiorum non seruatur, quod verbum Angelus tanquam viri excellentissimi, & magni practici, multum esse à iudicibus ponderandum, dicit Socin. in d. consilio 275. numero 3. in fin. lib. 2. Illud etiam refert, & idem attestatur Alcia. in d. cons. 467. nu. 6. Et reuera apud nos nunquam vidi

tales pœnas in filiis obseruari. loquitur tamen ibi Ang.in eo,qui hoc crimen cõmittit cõtra propriã ciuitatem.Et ideò, si commissum esset contra Papam, Imperatorẽ.vel Regem,qui superiorem non recognosceret,fortè aliud esset dicendum.

15 Scias autem,quòd in hoc atrocissimo delicto,lex nõnulla specialia introduxit.Et in primis,licet regulariter in aliis criminib.nõ puniatur affectus,nisi sequatur effectus, vt dixi infrà hoc eo. lib.§.fin.q.92. in hoc tamen crimine punitur solus affectus,etiam si effectus secutus non fuerit.Et est communis opi. vt dicit Boer.de seditiosis in septimo præsuppositio,nu.42. Et ita hodiè de consuetudine obseruari attestatur Soc.Iun.cons.105.nu.37.lib.3.præsertim si deuentum fuerit ad actum proximum.Et hoc com muni omnium sententia receptum videtur,vt ait Dida.in rep.Clem.si furiosus,fol.278.vers.Primò infertur: de homici. Quinimò quod plus est, in hoc crimine punitur ex sola scientia ille, qui tractatum non reuelauit,vt dixi in d.§.fi.q.87.vers.Punctus est.

16 Item licet regulariter morte delinquentium crimina extinguantur,vt dixi infrà hoc eo. lib.§.fin.q. 51.vers.Quæro nũc:est tamen speciale in hoc crimine,vt de eo etiam post mortem cognosci,& procedi possit,& defuncti memoria damnari, vt est tex. in l.fin.C.ad leg.Iul.Maiest.Et ita tenuit gl. in §.per contrarium,in verbo,Damnata.Inst. de hæred.quæ ab intesta. defer. quam dicit esse notabilem,& approbatam Ferre.cons.31.nu.8.vbi refert multa exẽpla,in quibus ita seruatum fuit.In quo proposito videnda sunt, quæ in facti contingentia consuluit Cæpol.cons.crim.17.& Rui.cons.3.lib. 5. Quod tamen intellige,vt procedat,quando crimen hoc cõmittitur contra principem,vel Remp. Romanam. sed qñ committitur contra alios principes inferiores,vel ciuitates vtiq; extinguitur morte.Et hæc est vera,& communis opin.vt dicit Boer. de seditiosis in 6.præsuppositio,nu.20.quem refert Gigas in tra ctatu.prædallegato,fol.74.nu.24.Hanc etiam esse com munem opi. attestatur Alciat.in d. cons.467.nu.1. Et intellige,q̃ sit commissum contra personam ipsius Imperatoris,vel directò contra ipsam rẽmp.Et sic in primo capite,non autem in aliis. Et ita in facti contingentia iudicauit consilium Neapol.vt refert Grammat.decis.6.Scias etiam,quòd hoc casu in ius accusandi,& damnandi memoriam defuncti, præscribitur quinquennio.Et est communis opin. vt dicit Gigas in loco prædallegato,fol.73.quæst.23. numero 1.

17 Hinc infertur,q̃ rebellis poterit impunè occidi, & deinde probari, & declarari,quòd erat rebellis. ita dixit Bart.in extrauag.qui sint rebelles,in verbo,Rebellando,nu.22.Et est communis opi.vt dicit Boss.in tit.de hæreticis,post nu.29. & in tit. de crimine læsæ Maiest.nu. 119.Et ita seruatum fuit in Duce Vrbini, quando interfecit Cardinalem Papiensem,super quo casu consuluit Rui.cons.4.lib.5. & Ferre.consil. 31.Sed certè hæc opin.mihi semper visa est periculosa, neque consulerem amico meo, vt illud faceret, posset fortè hoc fieri præcedente consensu,& voluntate principis,vel vbi huiusmodi rebellis reperiretur in actu,seu exercitio ipsius rebellionis.Bene verum est,quòd in omnem casum, vbi postea probaretur,quòd ille erat rebellis, pro culdubiò homicida esset liberandus.

18 Item quanuis regulariter de iure communi,non possit absens pro aliquo crimine condemnari,vt dixi infrà hoc eod.lib.§.fin.q. 44.circa princi. est tamen speciale in hoc crimine, vt possit contra absentem procedi,& si fuerit contumax,ad mortem condemnari,vt est tex.in extrauaganti. ad reprimendum.Et ita tenent communiter Doct.vt attestatur Anto.Gomes.super l.76.Tauri.

§. LVDVS.

1 *Ludum esse prohibitum.*
2 *Et quid in ludis, in quibus est mixtura ingenij,& fortunæ?*
Et quid in ludo scaccorum?
3 *Et an ludus scaccorum sit permissus clericis?*
4 *Et an hastiludia,& torneamenta licita sint?*
5 *Et quid in sortibus,quas scommessas vulgò appellant?*
6 *Quæ sit pœna ludentis ad ludos prohibitos?*
7 *Vincens in ludo prohibito, an teneatur lucrum victori restituere?*
8 *Mutuans in ludo reprobato,an possit repetere?*
6 *Transactio occasione ludi,an sit permissa?*

1 IN hac materia facienda est generalis conclusio q̃ ludus est de iure prohibitus, vt videtur text. in l.alearum vsus.C.de religio.& sumptib.funerum. Et est communis opi.vt dicit Maluet.de ludo taxillorum,nu.4.prout illum refert Pract. Conradi, fol. 420.n.1.in fi.& in facti contingẽtia consuluit Corn. cons.101.lib.2.

2 Hæc autem conclusio locum habet,non modò in his ludis,in quibus sola sors versatur, sed etiam in his,in quibus est mixtura ingenij,& fortunę, puta taxillorum,& tabularum,& chartarum, nam omnes pariter sunt prohibiti.Et est communis opin.vt attestatur Imola in c.clerici.el 2.post nu. 16.de vita & honestate clerico. Vbi verò solummodo versatur ingenium, talis ludus est permissus. Et hinc in-
a fertur,quòd ludus scaccorum est de iure licitus,a & ita dicũt Doctores,vt ait Rosel.de Rosel.inter consilia criminalia diuersorum,cons 46.nu.5.lib.1.

Scias tamen,quòd etiam ad huiusmodi ludos permissos,non licet ludere vltra vnum aureum,vt est text.in d.l.Alearum vsus.Benè verum est,q̃ in hoc videtur derogatum à consuetudine dispositioni d.legis,vt nonnulli attestantur,quos refert August. ad Ang.de malefic. in loco prædallegato, post nu.4.

3 Quæro nunquid clerici possint ludere ad saccos? Respon.quòd sic.Et ita tenent communiter Doctores,vt dicit Abb.in d.c.clerici,el 2. nu. 4. Hanc etiã dicit esse cõmunem opi. August.ad Ang.de malef. in verbo.*Meritore de malidadi*,nu.3.Bertachi.in tract. de Episcopo,in prima parte causæ finalis.q.7.

4 Item quæro nunquid laici possint licitè facere torneamenta,& similia?Resp.quòd sic. Et est communis opi.vt ait Socin.cons.16.numer.3.5.& 6.lib.1. prout illum refert Prac. Conradi, fol.426.in prin. licet Soc.in libro meo non attestetur de communi. In his enim versatur corporis agilitas,& ingenium, neque in arbitrio fortunæ aliquid est positum.

5 Quæro etiam,nunquid istæ sortes,quas vulgò scõmessas appellamus,sint licitæ ? Respon.quòd sic. Et est communis opin.vt ait Dec.cons.115.nu. 4. quem refert Didac.in repet.c.peccatum, fol. 122.in fin.de reg.iur.in 6.dubius enim euentus fortunæ, contractus illicitos non facit.

6 Sed

ADDITIO.

a Licitus.Adde glo.notab.in auth. interdicimus. C.de episco.& cleric.Et de materia ludi,vide F. Viuium lib.2,opi.163.164.165.&166.

6 Sed quæro,quæ sit pœna ludentis ad ludos prohibitos?Respon. de iure ciuili, non videtur imposita certa pœna.Et ideò videtur dicẽdum, quòd lusores ad ludos prohibitos sint puniendi extra ordinem arbitrio iudicis,secundum facti,& personarum qualitatem.

7 Item vincens in ludo reprobato, tenetur lucrum victori restituere:ita dicit gl.in l.fin. in gl. fi.de alea. quam omnes Doctores indistinctè approbant, vt dicit Aug.in loco prælleg.nu.23.Hanc etiam dicit esse communem opin.Caccial.de ludo, nu.40. Sed hoc de consuetudine non seruatur vt dicit Aug. ad Ang.in loco prælleg.nu.17. Et ideò stante consuetudine permittente,vt possit ludi ad aleas,talis cõsuetudo excusat etiam victorem, vt non teneatur ad restitutionem lucri,dummodo in ludo fraus nõ interuenerit.Et est cõmunis opi.vt attestatur Barb. cons.66.nume.7. lib.3.quem refert Rochus de consue.fol.23.num.6.dixit tamen Card.quem multi sequuntur,q̃ tutius est animæ, pecuniam ipsam pauperibus erogare, Et ait Rochus in loco præl.q̃ ita dicunt communiter Doctores. Ego tamen nunquã vidi hoc in practica seruari,nam vt dicit Barbat. in loco prælegato,illud, quòd dicitur de erogando pauperibus,est de consilio,& non ligat:valet autem talis consuetudo,vt denegetur victo repetitio eius, quod amisit.Et ita tenent communiter Cano.Legistæ,Theologi,& sancti viri,vt attestatur Caccialup. de ludo,num.79.

8 Item mutuans in ludo,non potest repetere, vt est tex.in d.l.alearum vsus.Scias tamen quòd quicquid sit de iure,contrarium seruatur in Practica.Est enim consuetudo,vt possit huiusmodi pecunia repeti, vt attestatur August.ad Angel.de malef.in verbo, *Metitur de mali dadi*,nu.15.& seq. Et talis consuetudo valet secundum communem opin. de qua attestatur Didac.in repet.d.c.peccatum,fol.124.& est obseruanda non solùm inter laicos,sed etiam inter clericos. Et ita magis cõmuniter receptũ est,vt ait Didacus in loco prælegato,fol.125.

9 Præterea in ludo,vel occasione ludi,non est licita trãsactio,ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abb.in d.c.clerici,nu.16.Costa.de ludo, art. 5.nu.1. Cùm enim occasione ludi non possit esse lis, pariter etiam non cadit transactio,licet attenta consuetudine,aliter dicendum sit,per supradicta.

§. PARRICIDIVM.

1 *Parricidium quando committatur?*
2 *Et an occidens patrem naturalẽ tantùm,dicatur parricida?*
3 *Et an occidens alium,quàm patrem, vel filium ex ascendentibus vel descendentibus?*
4 *Et an occidens transuersalem?*
5 *Parricidij pœna quæ sit?*

1 PArricidium committit, qui patrem, vel filium proprium interficit,vt est text. in l. vnica. C. de his qui parentes,vel filios occiderunt.

2 Quæro,nunquid occidens patrem naturalem tantùm, dicatur parricida, & consequenter puniatur pœna legis,vel statuti parricidium punientis ? Resp. quòd sic,ita communiter concluditur,vt dicit Alex. in l.2.nu.16.ff.de in ius vocando. Hanc etiam opin. dicit esse communem Villalob.pand. in rep. l.22.c. 42.post nu.3.quem refert Placa lib. 1. delictorum, c. 41.post nu.5.vers.Et primo fortissimum. Placa eod. lib.1.c.22.nu.12. Consideratur enim substantia filiationis,non qualitas.Et dicit Bald.in c.naturales,nu. 12.ſi de feud.fue.contro.quòd fuit in facti contingẽtia combusta quædam monialis, quæ filium suum occiderat.Et illum refert Prac.Carer.fo.232.nu.134. & Apostil.ad Bald.in l.cùm acutissimi, sub nu. 8.C. de fideicom.

3 Scias etiã,q̃ licèt text.in d.l.vnica, videatur loqui tantũmodo in his qui patrẽ aut filium occiderunt, nihilominus pœna parricidij,& sic d.l.vnica locũ habet etiã in his,qui aliquem ex aliis ascendẽtibus vel descendentibus suis interficiunt.Ita tenet glo.in l.1. in verbo,Pœna.ff.ad l.Pompeiam de parric. & in §. alia,in verb.Sustinebit. Inst. de publ. iud. quas dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptas Placa in d.c.22.post nu. 3.

4 Sed quid dicendum in transuersalibus? Respon.q̃ pariter locum habet in occidente fratrem, aut sororem,aut alium transuersalem intra quartum gradum,vt videtur colligi ex d.l.1.ff.ad l.Pompe.de parric.& ibi gl.prædallegata,in verbo,Pœna, quam dicit esse frequentius receptam Placa in d.c.22.nu.4.

5 Sed quæro,quæ sit pœna parricidij?Respon. quòd parricida viuus insuatur corio,vbà cum gallo gallinaceo,cane,vipera,& simia. & proiiciatur in mare, vel in proximum flumen,vt est tex.in d.l. vnica. Sed certè pœna illius legis hodiè non est in vsu, vt dicit Bald in d.l.vnica,quem refert Anan.in c.1. post nu.5. de his,qui filios occid.& pract Conradi, fol. 335. & Saly.in ea.l.vnica,post nu. 1. subdens, quòd de consuetudine decapitantur, & fortè carere debent sepultura. Et illud dictum Sal.refert Ang. de malef. in verb.ex interuallo,nu.16.& Prac.Carer. fol. 236. nu. 147 Idem dicit Cæp.cons.cri.5.col.fi.vers. Ego tamẽ credo.Et dicit pract.Iod.c.87.nu.2.q̃ secundum consuetudinem parricidæ damnantur, vt trahantur ad caudam equi,& deindè collocentur, & rotæ affigantur,dicit tamen Placa in d.c.22.nu.7.in fi.q̃ in regnis Hispaniæ dantur canibus lacerandi, & eculeo insuuntur,& proiiciuntur in flumen.Et dicit, q̃ praxis ita obseruat.Ego dum essem in Hispania,vidi quandoque huius criminis reos prius strangulatos includi dolio,& in flumen proiici. Apud nos autem decapitantur,prout alij homicidæ.Et deinde eis non denegatur ecclesiastica sepultura. Et ita pluries vidi obseruari in mulieribus,quę proprios infantes post partum occiderant, vel suffocauerant. Et aliquas etiam vidi furcis suspendi,& in specie quandam Luciam de Rouedotis,quæ filiam,propriam infantem in puteum proiecerat.ex quo suffocata remanserat 3.Ian.1556.P.N Nam in hoc Ducatu seruatur,q̃ etiã mulieres furcis suspenduntur, quicquid aliqui in cõtrarium dixerint, quos refert. & idem Neapoli seruari attestatur Gramma.super const.Regni,fol.121. col.1.nume.10.A constitutionibus autem huius Ducatus imposita est occidentibus liberos, pœna, vt trahantur ad caudam equi,& deinde rotæ ligneæ intexantur, quod tamen nunquam vidi in practica obseruari,sed,vt dixi,decapitantur,vel furcis suspenduntur,prout etiam fuit suspensus quidam Bernardinus de Ripa,matricida,1.Ian.1558.P.N.

§. PERIVRIVM.

1 *Periurium quid sit?*
2 *Pœna periurij quæ sit?*
3 *Et an periurus efficiatur infamis?*
4 *Et an clericus propter periurium amittat beneficium ipso iure,an autem veniat per sententiam priuandus?*
5 *Et an periurus incidat in pœnas l.si quis maior.C.de rẽsacr.*
6 *Et an repellatur ab agendo?*

7 Et

7 *Et an à teſtificando?*
8 *Et an periuro deferatur iuramentum, in ſupplementum probationis?*
9 *Periurium non committitur ſine dolo.*
10 *Difficultas excuſat à periurio.*
11 *Periurium non nocibile, non punitur.*
12 *Periurium in nonnullis caſibus, non punitur in foro contentioſo, ſed ſolum Deum habet vltorem.*
13 *Et quid ſi delatum ſit iuramentum à parte parti?*

1 PEriurium eſt mendacium, iuramento firmatum.
2 Sed quæro, quæ ſit pœna periurij? Reſpon. q
3 in primis periurus efficitur infamis, † ſcias tamen quòd de iure ciuili, periurus non efficitur infamis, ipſo iure, niſi in caſu l. ſi quis maior. C. de tranſact. de quo dixi infrà lib. 7. §. Iuramentum. Regulariter autem periurus non efficitur infamis infamia iuris. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Felin. in c. teſtimonium, nu. 20. de teſtib. quem refert Pract. Conradi, fol. 84. verſic. Amplia etiam. Turza. in ſuo libello cõmunium opinionum. cap. 1. Item ſcias, quòd ad hoc vt quis ex periurio incurrat infamiam requiritur, q veniat contrà promiſsionem, & contrà iuramentũ: ſi verò veniat contra iuramentum tantùm, non efficitur infamis, ita tenuit glo. in l. Lucius, §. quæro, in verbo, Debet autem. ff. de his, qui notantur infa. quã dicit eſſe communiter approbatam Cagn. in d. l. ſi quis maior. poſt nu. 181. C. de tranſact. & ideò vbicũque aliquis cum iuramento aſſerit aliquid de præterito, vel de præſenti, quod eſt falſum, non efficitur infamis ex tali periurio commiſſo, ſuper illo iuramẽto aſſertorio. Sed ſi promiſerit cum iuramento aliquid de futuro, & illud non fecerit, tunc ex tali periurio commiſſo ſuper iuramento promiſſorio, vtiq; efficitur infamis, ita expreſsè diſtinguit gloſſ. præalleg. & eſt communis opin. vt atteſtatur Lanfran. in repe. c. quoniam contra, in materia teſtium, nume. 106. de probat.
4 Item clericus propter periurium, poteſt priuari dignitate obtenta, non tamen eſt illa priuatus ipſo iure: Et hæc eſt magis comminis opi. vt dicit Gome. in §. Item ſi quis, poſt nu. 28. Inſt. de actio. Et quòd clericus propter periurium non ſit priuatus beneficio ipſo iure, ſed priuandus, dicit eſſe communem opi. Feli. in c. ex parte, el 1. nu. 2. & ſeq. de reſcrip. Dec. in cap. cùm non ab homine, poſt nu. 5. de iud. Silua. de beneficio, fol. 137. nu. 7. & ſeq. & in tracta. de virtute iur. q. vlt. poſt nume. 3. Rebuf. de pacif. poſſe. fol. 38. Diaz. in pract. crim. cano. c. 80. Ripa in d. c. ex parte, nume. 13. Benè verum eſt, quòd ſi talis clericus periurus inſtituatur in aliquo beneficio, non valet inſtitutio ipſo iure. Et eſt communis opin. vt dicit Lãber. de iure patro. in 1. parte, lib. 2. q. 9. art. 15. quem refert Villalob. in ſua collecta commu. opin. in litera P. verſ. periurus nõ eſt priuatus. quod intellige, quãdo, ob illud periurium, effectus eſt infamis, iuxta ea, quæ dixi ſuprà, verſ. Sed quæro.
5 Incidit etiam periurus in pœnas d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Sed quia illæ pœnæ potius reſpiciunt cauſas ciuiles, quàm criminales, ideò materiam illius legis hic tractare viſum non fuit, dixi latè 7. lib. 7. §. Iuramentum.
6 Præterea, periurus repellitur ab agendo, vt dixi in d. §. Iuramentum.
7 Repellitur etiam periurus à teſtificando, ſecundũ gl. in c. per tuas, in verbo, Adulterij, de ſimo. quam dicit eſſe communiter approbatam Gigas de crim. læſæ Maieſt. fol. 104. q. 11. nu. 1. Et dicit Alb. in d. l. Lucius, nu. 3. ff. de infam. quòd ita tenent communiter Docto. Hoc tamen intellige, vt procedat in eo, qui eſt periurus ſuper iuramento licito. Cæterùm ſi iuramentum præſtitum fuiſſet temerarium, & illicitum, certè tranſgreſſor huiuſmodi iuramenti temerarij, non repellitur à teſtificando. Et ita communiter tenetur per Doct. vt dicit Hoſt. quẽ refert Abb. in c. teſtimonium, poſt nu. 7. de teſtib.
8 Item periuro nunquam defertur iuramentum, in ſupplementum probationis. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Soc. conſ. 136. poſt nu. 9. verſ. Quartò, & vltimò, lib. 1. quod eſt duplicatum in conſ. 155. lib. 2.
9 Excuſari autem poteſt periurus à pœna periurij, in primis ſi oſtendat periurium fuiſſe ſine dolo commiſſum. nam eo caſu non punitur, vera enim eſt iuris concluſio quòd periurium non committitur ſine dolo, ita allegatur tenere Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, col. 3. ff. de offic. procon. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Cagnol. in d. l. ſi quis maior. nume. 185. & ſeq. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Iaſ. in l. videamus. in prin. nu. 7. ff. de in litem iurando, Claud. in d. l. ſi quis maior, nu. 41. Gomez Arias ſuper l. 61. Tauri, nu. 19.
10 Item excuſatur quis à periurio, propter difficultatem, vt dicit glo. in c. breui, in gloſſ. 1. de iureiuran. quam dicit eſſe communiter approbatam Gomez Arias, ſuper l. 65. Tauri, nu. 30.
11 Poteſt etiam excuſari, ſi demonſtret quòd tale periurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare, nam eo caſu, etiam ſi quis deliberatè periurauerit, non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed tantum in foro animę, ſolum Deum habet vltorem, ita dixit gloſſ. in c. quicunque in gl. fin. 6. q. 1. & eſt communis opin. vt atteſtatur Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, el 2. poſt nu. 1. ff. de iureiur. Io. de Amicis, conſ. 19. in fin. Bero. quæſt. 134. numero 9.
11 Scias etiam alios eſſe caſus, in quibus periurium non poteſt iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem, prout eſt periurium rei accuſari, vel inquiſiti, in eius examine, quando interrogatur ſuper crimine, vt dixi infrà hoc eodem lib. §. fi. q. 45. verſ.
13 Quid ergo. Item † quando defertur in iudicio iuramentum à parte parti, non poteſt pars iurans, de periurio iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem. Et eſt communis opinio, vt dicit Boer. deciſ. 305. poſt nu. 4. verſic. Quid dicendum.

§. RAPTVS.

1 *Raptus quando committatur?*
2 *Raptus pœna quæ ſit?*
3 *Et an pœna raptus locum habeat, etiam ſi mulier ipſa conſenſerit ſe rapi?*
4 *Et quid ſi raptor illam carnaliter non cognouerit?*
5 *Et an locum habeat in rapiente publicam meretricem?*
6 *Et an in muliere rapiente virum?*
7 *Et an raptor poſſit cum rapta matrimonium contrahere?*
8 *Et an eo caſu euitet pœnas raptoribus impoſitas?*
9 *Et an raptor, ſi ad eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate?*

1 RAptum committit, qui mulierem libidinis cauſa, de loco ad locum cũducit, vt in caſu, in quo conſuluit Barb. conſ. 71. lib. 2. & Paul. de Caſt. conſ. 262. lib. 2. & Alexan. conſ. 1. lib. 3. & Cæpolla, conſ. 57. & ſeq. & Rimin. conſ. 17. quod videtur pro maiori parte duplicatum, conſ. 439. & Grat. conſ. 38. lib. 2. & conſ. 48. eo. vol. & conſil. 51. eod. vol. & Soci. Iun. conſ. 50. lib. 3. & Crauetta conſ. 18. & Roland. conſ. 24. in ſe-

in ſecundò dubio lib. 1. Et dixi de loco ad locum, quia aliter nõ poteſt dici raptus ſecundum omnes. Et hæc conductio de loco ad locum, debet eſſe ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris coitus. Et ideò ſi quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & ſuper lectum proiecerit, nõ eſt tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſ. 39. lib. 6. Idemque dicendum eſt in eo, qui puellam inuentam cum beſtiis in campis, cepit, & per aliquot paſſus abduxit, vt eam carnaliter cognoſceret, vt pariter in facti contingentia, conſuluit Cuman. conſ. 96. Bene verum eſt, quòd etiam ſi non mouendo de loco ad locum, aliquis per vim cognoſcat mulierem, licet non poſſit dici raptus, eſt tamen actus violentus, & punibilis ad mortem. Et ita communiter practicatur teſte Publ. ſuper conſuet. Aluer. fol. 27. nu. 22. Vide quæ dixi ſuprà hoc eod. lib. §. Fornicatio, verſ. Omnes autem.
2 Sed quæro: quæ ſit pœna raptus? Reſp. ſuper hoc edita fuit conſtitutio per Iuſtinianum, pœnã mortis, & alias graues pœnas raptoribus imponẽs, quæ eſt lex vnica, C. de raptu virginum. Et ita tenent cõmuniter Doctores, vt dicit Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri. nume. 36.
3 Adde, q pœna d. l. vnicæ, locum habet etiam ſi ipſa mulier conſenſerit ſe rapi: & hoc, ſiue ab initio, ſiue etiam ex poſt facto conſenſerit. Et hanc opi. ſequuntur communiter Doctores. vt dicit Alber. in l. raptores, nu. 7. C. de epiſc. & cler. Et ita declarauit ſenatus in caſu raptus filiæ cuiuſdam Marmontæ cauponis, quæ volens, à domo patris abducta fuerat, 9. Iun. 1552. P. N. Quinimò (ſecundum aliquos) raptores etiam dicuntur illi, qui blandimentis, & verbis deceptoriis puellas, nulla vi adhibita libidinis cauſa abducunt, quam ſententiam dicit eſſe communem Berbe. in viatorio iuris in tit. de raptori. poſt med. ſubdens, quòd non eſt mirum, attenta immanitate criminis, quod intellige, modò fiat ad effectum illas abducendi. Et in alio loco, contra voluntatem ſuorum, retinendi, vt ſuprà dixi.
4 Sed quid ſi ille, qui rapuit mulierem, eam carnaliter non cognouit, nunquid punietur pœna d. l. vnicæ? Reſpõ. Aliqui dicunt quòd ſic, Et dicit Boſſ. in tit. de raptu mulier. num. 14. quòd Iaſ. in quodam conſilio dixit, quod hæc erat commu. opi. Et ita ſeruatum fuiſſe in Francia refert Chaſſen. ſuper conſuet. Burg. fol. 16. in fi. Refert eitam Publ. ſuper conſuet. Aluer. fol. 27. nu. 19. & fol. 159. & articulo 1. nu. 2. quòd ita fuit practicatum Cunei, ipſo exiſtente iudice, dicens quòd licet ille etiam eſſet accuſatus de aliis criminibus, hoc tamen mouit animos iudicum. Multi tamen tenent contrarium, quòd ſcilicet ſi eam carnaliter non cognouit, non debeat puniri pœna d. legis. Et hanc opin. dicit eſſe cõmunẽ Boer. deciſ. 316. poſt nu. 4. quem refert Dida. in rep. clem. ſi furioſus, fol. 178. nume. 8. de homicid. & Viuius in lib. communiũ opi. in verbo, Raptor honeſtæ, & ſecundum illam dicit ſe vidiſſe, in facti contingentia iudicari Io. de Anan. in c. cum cauſa, in fi. de raptor. quem refert Affli. ſuper 1. parte conſtitutionum Regni, Rub. 19. nu. 7. Ego verò dico, quòd aut eam nõ cognouit, quia non potuit id commodè facere, & placet prima opi. vt puniatur pœna d. l. vnicæ. Aut non cognouit, quia non voluit, & placet ſecunda opi. ita tamen, vt puniatur citra mortem, ea grauiori pœna, quæ iuxta qualitatem facti, & perſonarum, iudicis arbitrio imponenda videbitur.
5 Quæro, nunquid pœna raptus habeat locum contra rapientem publicã meretricem? Reſpond. Marſil. in d. l. vnica, numero 26. dicit, quod doctores tenent quòd non: hanc etiam opin. dicit tenere communiter ſcribentes Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri. nu. 45. Et ſecundum hanc opi. conſuluit Cepha. conſ. 140. lib. 1. ad defenſionem cuiuſdam condemnati de raptu mulieris non honeſtæ, dicit tamen Cyn. in d. l. vnica, quòd vidit aliquos vltimo ſupplicio puniri qui rapuerant publicam meretricem. & illum refert Affl. ſuper prima parte conſt. Regni, Rub. 20. nu. 7. Refert etiam Grammat. ſuper conſt. Regni, fol. 19. col. 1. nu. 2. quòd cum plures iuuenes quandã meretricem è proſtibulo violenter rapuiſſent, vnus ex eis Florentinus, qui fuerat principalis, fuit furca ſuſpenſus, & alij ſocij per triennium ad triremes cõdemnati. Apud nos autem ceſſat hæc dubitatio, nã ex diſpoſitione conſtitutionum, rapientib. mulieres inhoneſtas, imponitur tantum pœna arbitraria, quã quidem Senatus arbitrari ſolet, in tribus ictibus funis, prout ſeruatum fuit cum quibuſdam Variſienſibus. 9. Iulij, 1558. vel huiuſmodi.
6 Sed pone, quòd mulier rapuerit virũ, nunquid erit punienda pœna d. l. vnicæ? Reſpon. Doctores in hoc variè loquuntur, nam gloſſ. in d. l. vnica, in verbo, Spõſam, tenuit q etiam mulier rapiẽs virum cauſa libidinis, incidat in pœnam d. l. Et dicit Marſil. in d. l. vnica, n. 223. quòd idem tenent communiter Doctores, quem refert Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri. nu. 37. Et dicit Angel. in ea. l. in fin. q ſecundum hanc opi. vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adoleſcentulum rapuerat. Et hæc etiam opin. practicatur in Gallia, vt dicit Papo, li. 22. tit. 6. Arreſto 3. Cõtrariam autem ſententiam, q. l. pœna d. l. vnicæ non habeat locum in muliere, rapiente virum, dicit eſſe communem omnium Doctorum, Grilland. de diuerſis criminibus lib. 3. q. 10. num. 23. quem refert Pract. Conradi. fol. 370. nu. 3. Pract. Iod. c. 95. nu. 17. Et hanc ego etiam ſequor, tanquam tutiorem & mitiorem, nam in viri raptu ceſſant ferè omnia ſcandala, de quibus mentionem facit d. l. vnica, quæ cùm valdè rigoroſa ſit, non videtur ita de facili extendenda. Et ideò ſi caſus contingeret, talem mulierem dicerem eſſe puniendam citra mortem, graui tamen pœna, arbitrio iudicis, ſecundũ facti, & perſonarum qualitatem.

Vnum tamen nota in hoc propoſito, quòd hodiè militesſeu ſtipendiarii, qui abducunt ſecũ pueros, quandoque etiam inuitis parentibus, non puniuntur, quinimò licitum eſt eis, illos etiam parentibus inuitis retinere. Et ita hodiè ſeruari de conſuetudine iuris militaris, atteſtatur Cæpolla in l. Marcellus, poſt nu. 6. ff. de verb. ſig. ſubdens ſtandum eſſe huic conſuetudini & quod ita aliàs vidit iudicari in ciuitate Bononiæ, per Nicolaum Picinium militum Imperatorem illuſtrem. Ego certè ſi caſus contingeret, contrarium iudicarem, impium eſt enim aliquo caſu poſſe filios ab inuitis parentibus abduci, præſertim cũ non modica ſit ſuſpicio inhoneſtatis, in huiuſmodi ſtipendiariis.
7 Quæro modò, nunquid poſsit raptor cum rapta matrimonium contrahere? Reſp. q de iure ciuili nõ poteſt, vt eſt tex. expreſſus in d. l. vnica. De iure autẽ canonico bene poteſt cum ipſa matrimonium contrahere, vt eſt text. in c. fin. de raptor. Et ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Pariſ. conſ. 170. nume. 6. lib. 4. Anto. Gomeſ. in d. l. 80. nume. 43. vbi etiam ſubdit quòd propter huiuſmodi matrimoniũ

8 raptor euitat † pœnas, à lege propter raptum impositas. Et refert Paul. de Cast. & Aug. de Arim. dicentes in facti contingentia obtinuisse, & ait etiam se ita in facto iudicasse. Quod tamen ego pro nũc non affirmo, licet quidã Cæsar Moscatus, qui puellam, quam violauerat, vxorem duxit, fuerit per Senatum absolutus, 26. Nouemb. 1560. P. N. Audiui enim, in facti contingentia, plerunque contrarium iudicatum fuisse, & in specie per regem Hispaniæ, qui post contractum matrimoniũ inter raptorem & raptam, iussit ipsum raptorem decapitari, prout refert Afflict. super prima parte consti. Regni Rub. 19. nu. 13. & Pract. Carer. fol. 462. nu. 297. Cæterùm quicquid sit de pœna corporali proculdubiò pœna confiscationis bonorum, quæ applicatur fisco temporali, locum habet contra raptorem, non obstante matrimonio, etiam de iure canonico. Et ita allegatur tenere gl. in c. cùm secundum, in verbo, Certoque casu. de hæret. in 6. quã dicit esse communiter approbatam Marcus decisio. 2. n. 3. Quod nbta.

9 Quæro etiam, nunquid raptor si ad ecclesiam cõfugiat, gaudeat eius immunitate? Dixi infrà hoc eo. lib. §. fi. q. 30. vers. Quæro nunquid.

§. SACRILEGIVM.

1 *Sacrilegium quando committi dicatur secundum ius ciuile, & quando secundum ius canonicum.*
2 *Mulier se carnaliter commiscens cum presbytero, an dicatur committere sacrilegium?*
3 *Sacrilegium an sit crimen ecclesiasticum? Sacrilegij pœna quæ sit?*
4 *Statutum loquens de sacrilegio, an intelligatur de sacrilegio, secundum ius canonicum, an secundum ius ciuile?*

SAcrilegium (secundũ ius ciuile loquendo) ad hoc vt propriè committi dicatur, duo requiruntur; primum, quòd res furata sit sacra: secundum quòd de loco sacro subtrahatur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bar. in l. diui, nume. 1. ff. ad l. Iul. pec. quem refert Gril. de diuers. cri. li. 3. q. 1. nu. 5. Et ideò Senatus quendam Gerardum de Cæpa, qui calicem sacrum surripuerat, iussit tantummodò condemnari in pœnam statuti punientis fures in pœna pecuniaria, 28. Iulij 1557. P. N. De iure autem canonico alterum sufficit, scilicet, vel ℔ res sit sacra, vel quòd de loco sacro subtracta fuerit.

2 Quæro, nunquid mulier se carnaliter commiscẽs cum presbytero, dicatur committere sacrilegium? Dixi suprà §. Fornicatio, vers. Cum presbytero.

3 Hoc crimen an sit ecclesiasticum, vel seculare? Dixi ĩ. hoc eodem libro, §. final. quæstione 37. versiculo, Vlterius quæro.

Sed quæro, quæ sit pœna sacrilegij? Respõ. De iure ciuili est pœna extraordinaria, secundũ qualitatẽ rei, personæ, temporis, & sexus, semper tamẽ est capitalis. Et hæc est communis opin. vt ait Salic. in Rub. C. de crim. sacrile. in fi. quem refert Boer. decis. 354. post nu. 13. & Bertach. in verbo, Sacrilegium, nu. 17. Dicit autem pract. Iodoci, c. 111. num. 6. & seq. ℔ consuetudo obseruat, vt omnes sacrilegij, siue furati sint rem sacram, in loco sacro, siue rẽ sacrã in loco profano, siue rẽ profanã in loco, sacro semp puniãtur pœna mortis. Et dicit Bertha. in loco præal. quòd ipse, in facti contingentia, condemnauit quẽdam iuuenem pro sacrilegio ratione minoris ætatis, solummodo in amputatione membri: & alium, quem ætas nõ excusabat, fecit furca suspendi. Et illum refert Chassen. super consuet Burgun. fol. 40. numero 7. Refert etiam Foller. in pract. cri. fol. 389. numero 47. quòd fuit Neapoli suspensus quidam Salernitanus, qui furto subtraxerat quandam crucem, ex ecclesia S. Florentij. Posset tamen sacrilegium habere aliquas circunstantias adeò enormes, vt omninò esset talis sacrilegus, etiam pro primo furto pœna mortis afficiẽdus, prout in eo, qui de nocte fregit ostium ecclesiæ, & accepit calicem, in quo seruabatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & prius sumpta Eucharistia, illum furtò subtraxit, vt narrat Foller. in pract. cri. ca. fol. 206. in fi. dicens, quòd ille sacrilegus fuit (vt ipse ait) trasinatus, & deinde, amputatis prius manibus, furca suspensus. Senatus autem in hac specie facti, solet diuersimodè iudicare secũdum rei, & personæ qualitatem, quandoque (licet rarò) ad pœnam vltimi supplicij quandoque ad pœnam extraordinariam, puta triremium vel fustigationis, vt in. duobus, qui candelabrum ex æde sacra surripuerant, qui tantũmodo fuerunt fustigati, & eiecti, 19. Iun. 1558. P. N. Et quidam Antonius de Matiellis. qui subtraxerat calicem in Ecclesia, fuit ad triremes quinquennales condemnatus, 23. Martij 1556.

4 Sed pone, quòd per aliquod statutum imponatur pœna pro sacrilegio, nunquid tale statutum erit intelligendũ de sacrilegio secũdum ius canonicum, an autem de sacrilegio secundum ius ciuile? Resp. Aut statutum est conditum à laicis, & intelligitur de sacrilegio, secundum ius ciuile: Aut est conditũ ab ecclesiasticis, & intelligitur secundum ius canonicum. Et hæc est communis opi. vt dicit Boss. in ti. de sacrileg. nu. 5.

§. SIMONIA.

1 *Simonia quid sit? Et an precibus & gratia contrahatur propriè simonia?*
1 *Recipere aliquid pro labore, pro sacramento ministrando, an sit simonia?*
3 *Et an pro concessione licentiæ docendi?*
4 *Et an pro habendo officio, liceat aliquid dare?*
5 *Papa an dicatur committere simoniam?*
6 *Simonia an dicatur committi in curia Romana?*
7 *Simonia est crimen merè ecclesiasticum?*
8 *Simoniæ pœna quæ sit?*
9 *Et an notorius simoniacus sit ipso iure suspẽsus ab officio?*
10 *Et an clericus simoniacus amittat beneficium?*
11 *Simonia est de criminibus exceptis.*
12 *Et an in hoc crimine sufficiat probatio per coniecturas?*

SImonia est studiosa volũtas, siue cupiditas, siue
1 vitium emendi, aut vendẽdi aliquod spirituale vel spirituali annexum. Ita diffiniunt gl. & Doct. cõmuniter, vt dicit Ana. in Rub. de simonia, nume. 2. & potest poni exemplum, in casu, in quo consuluit Alex. de Neuo cons. 64. & Bertrand. cons. 251. li. 6. & Alciat. cons. 2. & Natta cons. 299. & Dec. cons. 118. Et dixi emendi, & vẽdendi, quia vera Simonia nunquam committitur, nisi cõcurrat exactio, vel promissio. Illa verò, quæ precibus & gratia fit, non est propriè simonia, nisi preces fiant illa mente, & intentione, vt notoriè indignus præferatur digno. Et ita communiter Doctores tenent, vt dicit Gomes. super regulas can. de trienniali possessione, quæst. 12.

2 Quæro nunquid sit simonia, recipere aliquid pro labore, pro sacramento ministrando? Respondeo quòd non, dummodo non veniat in pactione rei spiritualis, & sit quid modicum, & est communis opi.

opi. vt dicit Card. Alex. in ca. iud. ver. in ead. glo. ibi presbyter j. q. j. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera S. nu. 62. Pro sacramentis autem ministrandis, ita vt ipsa sacramenta emãtur, non licet aliquid dare. Et hoc tam secundum sacros Doctores Theologos, quã Cano. vt dicit Foller. in pract. cri. cano. fol. 214. nu. 35.

3 Vlterius quæro, nunquid ille, qui recipit pecuniã pro concessione licentiæ docẽdi, dicatur committere simoniam? Respon. quòd non: dicitur tamen committere quasi simoniam. Et hæc est communis opin. vt attestatur Bertran. consil. 157. nu. 2. lib. 5.

4 Præterea quæro, nunquid pro habendo officio liceat aliquid dare? Resp. ℔ si est officiũ temporale, admittitur oblatio, quæ fit palam per eũ, qui cupit prodesse, sed non præesse: Illa verò, quæ fit clãm, reprobatur. Et hæc est cõmunis opin. vt dicit Ana. in c. 1. nu. 4. de simon. Quod intellige, modo talis oblatio fiat principi: in eo enim cessat crimen ambitus, sed si fiat alteri, tũc non modo dãtes aut offerẽtes aliquid pro officijs, sed ẽt ea petẽtes puniũtur pœna infamię, & centũ aureorũ vt est tex. in l. vni. ff. ad l. Iul. de ambitu, licet in practica malè obseruetur. Tenenturq; officiales, in principio officij, iurare, ℔ non dederunt, neq; dabũt, nec promiserũt, aut promittent aliquid pro ipso officio. Et licet Boss. in ti. de ambitiosis, n. 6. dicat, ℔ hoc iuramentũ non seruatur apud nos: Ego tamen semper vidi obseruari, ℔ omnes admittendi ad officia, id iurãt in manibus Præsidis Senatus. Et de hac obseruantia facta etiam fuit fides, in scriptis, per Senatum 16. Iunij 1554. P. N.

5 Quæro etiã, nũquid papa dicatur cõmittere simoniam? Resp. aliqui dicunt ℔ sic, quãdo recipit aliquid pro collatione alicuius beneficij, habẽtis administrationem ordinis, vel executionem clauiũ. Et hanc dicit esse communem opi. Fel. in c. 1. n. 2. de simo. Aliqui distinguũt ℔ aut loquimur de simonia, quę est prohibita solũmodo de iure positiuo, prout est vẽdere beneficia, & huiusmodi, & nõ dicitur Papa committere simoniam, cùm sit ipse supra omne ius positiuum. Aut loquimur in simonia, quæ etiam est de iure diuino prohibita, prout est vendere sacramenta. Et in hac vtique etiam Papa dicitur Simoniam committere. Et hanc distinc. dicit esse cõmunem Ana. in d. c. 1. post n. 7. quæ mihi etiam magis placet.

6 Item quæro, nũquid crimen simoniæ habeat locũ in curia Rom. Resp. quòd non. Et hanc dicit esse cõmunem op. Fel. in c. cùm venissent de iud. prout illũ refert Apostil. ad Abb. in rep. c. extirpandæ. §. qui verò, sub nu. 53. de præb. licet Fel. ibi in libro meo, nihil loquatur de hoc proposito. Videtur autẽ dicendũ, non committi simoniam in curia Romana, cùm sit ibi præsente Pontifice tolerata, sicut & crimen ambitus, non dicitur committi in curia principis. Sed certè caueãt sibi simoniaci, quia iudicio meo nõ excusantur propterea à crimine simoniæ, cũ nõ appareat de scientia Papę, Imò summi Pontifices solent semper in suis Bullis, & constitutionibus hoc crimen grauissimè execrari.

7 Hoc crimen est merè ecclesiasticum. Et ideò iudex secularis non potest aliquo modo se de eo intromittere, nec cognoscere, ita sentit glo. in c. cũ sit generale, in gl. fin. de foro compet. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Ana. in loco præalleg. nume. 9.

8 Sed quæro, quæ sit pœna simoniæ? Respon. ℔ in

9 primis notorius † simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio, & est communis opi. vt dicit Abbas in c. cùm non liceat. nu. 4. de præscript.

10 Item clericus simoniacus priuatur beneficio. c. insinuatum de simo. Scias tamen, ℔ propter cõditiones, & pactiones illicitas, modo non contineant veram, & puram simoniam, dato, quòd saperent speciem simoniæ, non est quis beneficio priuandus. Et est communis opin. vt attestatur Paris. cons. 29. nume. 19. lib. 4.

11 Scias autem, ℔ simonia est ex criminibus exceptis, etiam si sit commissa tantum in beneficio. Et est communis opin. vt dicit Aret. in c. cùm P. Manconella, nu. 27. de accusat. & consequenter in ea locum habent, quæ dicuntur de aliis criminib. exceptis, de quibus multa dixi in discursu materiæ, infrà hoc eod. lib. §. fin.

12 Item scias, ℔ licet regulariter in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores, tamen in hoc crimine sufficit probatio, quæ fit per signa & cõiecturas, vt est tex. in c. sicut, de simon. Intellige tamen de signis euidentibus, & reum de ipso crimine conuincentibus, vt sensit gl. in c. insinuatum, in gl. fi. de simonia, quam sequuntur Docto. vt dicit Alex. de Neuo cons. 64. nu. 2. & seq.

§. SODOMIA.

1 *Sodomia est vitium contra naturam.*
2 *Et an dicatur propriè committi, etiam cum muliere?*
3 *Sodomia crimen est communis fori.*
4 *Sodomiæ pœna quæ sit?*
5 *Et an clericus sodomita sit ipso iure suspẽsus ab ordine?*
6 *Et an sodomita perdat ipsõ iure, dominium bonorũ suorũ?*
7 *Et an propter hoc crimen separari possit coniugium?*
8 *Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si effectus secutus non fuerit?*

SOdomia, vitium nefandum, & super omnia detestandum, est coitus contra naturã, vt in casu Bar. bat. cons. 64. & consi. seq. li. 1. & Alex. de Neuo cons. 85. & Calcan. cons. 110. & Dec. cons. 90. & But. cons. 58. & Marsil. cons. 28. & Grammat. cons. 65. & Mantuæ cons. 213. lib. 1. & Socin. Iun. consi. 7. lib. 3. & Paris. consil. 163. libr. quarto.

2 Vidi quãdoque dubitari, nunquid sodomia propriè dicatur committi, etiam quando quis cũ muliere rem habet, cõtra naturam? In quo quidẽ Doctores multi variè senserunt. Tu dic, quòd etiam cum fœmina committitur Sodomia, & punitur. ita tenuit Dec. in l. si qua mulier. nu. 9. C. de secun. nup. Et hæc est communis opin. vt attestatur Viuius in lib. communi. opi. in verbo, Sodomiæ delictum. Et secundum hanc opi. sæpè iudicatum fuit per Senatum, & combustæ, tam ipsæ mulieres, quàm viri, qui ad eas præpostera Venere accesserant. Refert etiã Ant. Gomes. super l. 80. Tauri. nu. 33. quòd in oppido Talaueræ fuit combustus quidam, qui propriam vxorem, contra naturam, carnaliter cognouerat.

3 Hoc crimen est communis fori, & ideò de eo cognoscere potest vterque iudex, scilicet ecclesiasticus, & secularis, vt dixi infrà, hoc eod. lib. §. fi. quæst. 37. vers. Item quæro.

4 Sed quæro quæ sit pœna Sodomiæ? Resp. de iure ciuili est pœna mortis, tam in agente, quàm in patiente, vt est tex. in l. si cùm vir nubit in fœminam. C. de adult. & est communis conclusio, vt dicit Soc. Iun. in d. cons. 7. nu. 3. Ant. Gomes. super l. 80. Tauri. nume. 32. Et nota, quòd quanuis ille text. videatur

imponere pœnam gladij,id est,amputationis capitis,tamen de consuetudine est,q; sodomitæ igne cõburantur,vt dicit Ang.in d.l. cùm vir nubit in fœminam,quẽ refert Affli.super 3.parte const. regni, Rub.42.in prin.post nu.13.Pract.Iodo.c.96.nu.12.Et ita in facto pluries vidi obseruari:& seruatum etiã fuisse per Parlamentum Parisiense refert Papo lib. 24.titu.10.Arresto 6.

5 Item clericus sodomita,etiam occultus,atque etiã peracta pœnitẽtia,suspẽsus est ab ordinis executione,& ideò interim celebrans efficitur irregularis, tali irregularitate, quæ nisi à summo pontifice remitti non potest. Et ita inter Doctores receptum esse, attestatur Apostil. ad Diaz in pract. crim. cano.cap.80.

6 Item Sodomita perdit ipso iure dominium bonorum suorum, vt dicit gl. in c.cùm secundum,in verbo,naturæ contrarietas,de hæret.in 6.quam dicit cõmuniter à Doctoribus approbari Bermond. de concub.fol.123.nu.27. Audiui tamen quòd superiorib.diebus,postquam ego fui ad hoc munus præsidis à serenissimo Rege assumptus, Senatus declarauit,non esse pro hoc crimine,de iure impositã cõfiscationẽ bonorũ.Et talis declaratio,in hoc ducatu,seruanda esset pro lege. Ego tamen credo contrariam opin.esse proculdubiò de iure verioré & magis communem.

7 Item propter crimen sodomiticum separatur cõiugium,vt est tex.in c.omnes causationes,32.quæst. septima,& est communis opin. vt attestatur Lamber.de iure patro.in prima parte lib.2.quæst. 9. art. 18.in fi.Didac.in epito.super 4.decretal.fol.132. nu. 6.Innoc.autem in c.dicebat, q; propter Sodomiã quam maritus cũ aliis exerceret,non poterat vxor separari à thoro viri, nisi quando maritus vellet, etiam vxorem ad illam trahere. Et opin.Innoc.dixit esse magis communem Floria.in c.maritus, de adult.quem refert Anan.ibi nu.3. Sed certè prima opin.est magis communis,& tenenda, si enim propter adulteriũ fit thori separatio,vt dixi suprà, hoc eod.lib.§.adulterium,versi.Alia quoque:multò magis propter hoc crimen debet fieri posse, quòd est multò grauius,& ex quo magis læditur matrimonium. Et ita hanc opinionem contra Innoc. dicit esse magis communem Abbas in d.c.maritus, in fi. quem refert Practica Conradi,fol. 374. nu.4.Barb. consil. 64.nu. 8.lib. 1.vbi etiam subdit quòd ita de consuetudine obseruatur.

8 Quæro, nunquid in hoc delicto puniatur affectus,etiam si non sit secutus effectus? Respond. q; de iure, & fortè etiam secundum consuetudinem generalem,de qua dixi infrà hoc eodem. lib. §.finali,quæstio.92. cùm sit ex atrocissimis, videretur dicẽdum,quòd sic.Senatus tamen hoc non seruat, vt aliquis pro hoc crimine attentato,puniatur pœna mortis, etiam si non deuenerit ad actum proximum. Et reperio etiam, quòd Affli.super.3.parte cõstitutionum Regni,in d.Rub.42.in prin.post num.15.dicit vidisse,quòd fuit determinatum per magnos Doctores,q; si quis actũ non consummasset,quia scilicet in ipsas partes pudendas,membrũ non imposuisset,sed tantùm extra eas se polluisset non deberet puniri pœna mortis,sed alia extraordinaria:secus autem si membrum imposuisset,licet intus semen nõ emisisset.Et ita in facti contingentia, iudicauit Senatus in causa cuiusdam Iosephi Caualiæ,quem tantummodo virgis cædi iussit 10. Febr.1545.P.N.Grammat.super constit. regni, fol. 108.in c.legum asperitatem, reprehendit Afflic.in loco prælegato,& dicit,quòd pro nũc sileat, quia cum reuerentia errauit,licet senex.Tu tamẽ in practica non recedas ab opin. Afflicti, quæ mitior est & quam,vt dixi,secutus est Senatus.

§. STVPRVM.

1 *Stuprum pluribus modis committitur.*
2 *Stuprum an probetur per testes domesticos?*
3 *Stupri pœna quæ sit?*
4 *Et quid si stuprator dicat,puellam non fuisse virginem?*
5 *Vidua committens stuprum,an perdat dotem?*
6 *Pœnæ impositæ viduis nubentibus intra annum luctus, locum habent contra viduas intra illud tempus stuprum committentes.*
7 *Viduæ inhonestè viuentes, non gaudent priuilegiis viduarum.*
Et an amittant domicilium mariti?
8 *Vasallus committens stuprum cum vidua domini sui.priuatur feudo.*
9 *Deflorans virginem nondum viri potentem, qua pœna sit puniendus?*

STuprum multis modis committitur, scilicet cũ virgine,vt in casu Gramma.voto 4.& dec.107. Crauet.cons.205.Cum vidua,vt in casu Marsil. cõs. 13.Boer.decis.338.Socin.Iun.cons.111. lib. 3.& cum puero.Cæterùm de eo stupri genere,quod cũ puero cõmittitur,dictum est suprà.§.Sodomia,nũc de eo q̃d cũ virgine, vel vidua cõmittitur videamus.

2 Quæro,nunquid stuprũ possit probari per testes domesticos? Respon. quòd non sed tantummodo faciunt indicium.Et est communis opi.vt dicit Alciat.de præsump.reg.1.præsump.39.nu. 4. prout illum refert Pract.Conradi,fol.387.n.8.Sed certè Alci.ibi dum attestatur gl.in l.fi.C.de accus.esse communiter approbatam, loquitur ad aliud propositum,an scilicèt in delictis,quæ clam committi solent,admittantur testes inhabiles. Conclusio tamẽ est in se vera,& obseruatur in practica.

3 Sed quæro,quæ sit pœna stupri?Resp.De iure canonico,in foro contentioso, clericus propter stuprum cum virgine commissum, punitur pœna depositionis.Et est cõmunis opi.vt dicit Grillan.de diuers.cri.lib.3.q.7.post nu.2.quẽ refert Diaz in pract. cri.can.c.77.Bermon.de concu.fol.104.nu.18.pract. Conradi,fol.389.nu.15.Et in hoc nulla est difficultas.Laicus autem committens stuprum cum virgine,tenetur eam dotare,& in vxorem accipere,si ipsa & pater consenserint,vbi verò non consenserint solũmodo dotem soluere tenetur, Si verò stuprator renuerit,tunc prius verberibus tractatus,in monasterium detruditur pœnitentiam acturus,c.1.&2. de adulter.Dicit autem Papo li.22.tit.9.Arrest.9.q; hodiè contra stuprantes virgines sine vi, non est in vsu alia pœna, quàm vt illas ducant in vxores, vel condecenter dotent. Et ita in facti contingentia, consuluit Chas.cons.40. Et hoc idem etiam seruatur in Hispania, vt attestatur Ant. Gomes. super l. 80.Tauri.n.7.in fi.vbi quotidiè fiunt lites,super huiusmodi stupris,quas lites,*del virgo*, appellant. Ita etiam vidi ego quandoque per senatum iudicari: licet reuera dispositio illorum capitulorum,de iure non habeat locum,nisi in terris ecclesiæ,non autẽ in terris Imperij.Et est commu.opi.vt attestatur Ant.Gomes.super d.l.80.nu.7.Sed quid sit de iure, credo,q; vbiq; obseruetur,non quidem vt cogatur stuprator præcisè ad ducendum puellam in vxorẽ, sed alternatiuè ad eam ducendam in vxorem, vel condecenter dotandam. Et ita seruari in practica attestatur Ant.Gomes.in loco præall.nu.8.Hæc autem omnia intelligenda sunt,vt procedant,si puella,quæ stuprum passa est,sit honestæ vitæ,alias verò non haberet locum dispositio d.ca. Et ita illa iura intelligunt Scribentes,vt attestatur Paris.cons.100. n.14.lib.4.vbi in facti contingẽtia,ita consuluit.De iure autem ciuili,pro stupro cũ virgine commisso, non imponitur pœna mortis. Et est cõis opi.vt dicit Bermon.in tract.prælegato.fol. 110. nu.34.sed dimidiæ partis bonorum, cum relegatione, licet (vt dixi)non seruetur.Quod intellige,si tale stuprũ sine vi commissum fuerit,nam si violentia interuenerit vtique punitur pœna mortis,vt habetur in §. Item lex Iul.Inst.de publ.iud.

4 Sed pone, quòd stuprator dicat puellam nõ fuisse virginem tempore,quo cum ea concubuit, ipsa verò dicat,quòd erat virgo, cui eorum est magis credendum?Resp.quòd in dubio præsumitur virgo nisi ipse stuprator probet contrarium.Et ita tenent cõiter Doctores,vt dicit Abb.in c.1.nu.5.de adult. quem refert Bermon.in tract.prælegato,post n.9.

Cæterùm pro stupro, commisso cum vidua ego nunquam vidi aliquem puniri, prout etiam in regnis Hispaniæ,de generali consuetudine,abolitam esse pœnam huiusmodi stupri attestatur Anto.Gomes.super l.80.Tauri.nume.14.

5 Sed nunquid vidua committens stuprum perdit dotem?Resp.In hoc variæ fuerunt Scribentium opi.nam Paul.de Cast.cons.147.lib.2.tenuit,quòd illam amittat.Et hãc opi.dicit esse communẽ Boer. decis.338.nu.1.Aposti.ad Abb.in c.plerũque de donat.inter virum & vxorem,prout illum refert Prac. Conradi,fol.388.nu.12.Bellon.in Rub.C.de edend. num.8.quem refert Arius.C.de bonis maternis,fo. 728.Multi verò tenuerunt contrarium, adeò quòd Soc.Iun.cons.111.nu.7.in fi.lib.3.dicit,quòd fortè hodiè contra Pau.de Cast.est magis communis opin. Quinimò Guid.de Bened. in 3.parte rep.c. Raynutius in verb.qui cum alia matrimonium cõtrahẽs. nu.202.dicit extra dentes,quòd hæc cõclusio,quòd vidua stuprum committẽs amittat dotem,communiter reprobatur.Et certè negari non potest, quin sint magnæ auctoritates hinc inde:credo tamẽ hodiernis temporibus opi.cõtra Pau.de Cast.esse magis communem,vt dicit Socin.Iun.in d.cons.111.& Roland.con.87.circa fin.lib.2.secundum illam in facti contingentia,iudicauit Curia Burdegalen.vt refert Boer.in allegata deci.338.in fi.Pariter etiam secundum hanc opinionem pluries iudicatum fuisse attestatur Didacus in epito.super 4.decret.fol.138. num.10.& sequen.etiam quando tale stuprum fuerat commissum intra annum luctus.Et ideò ab hac opinione,quæ etiam benignior est,non recedas in iudicando.

6 Generaliter autẽ, licet omnes pœnæ impositæ de iure cõmuni contra viduas, nubentes intra annum luctus,hodiè sint sublatæ,vt dixi s.libro 4.§. Matrimonium. Adhuc tamen locum habent contra viduas,luxurioseˊ,& inhonestè viuẽtes. Et hæc est cõmunis opi.vt dicit Io.Garon.in Rub.de secun.nupt. in 28.pœna,Io.Nic. Arelat.in l.generaliter, in prin. numero 15.C.de secũ.nup.Et cõsequenter non sunt sublatæ in vidua committente stuprum,intra annũ luctus.Et ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Ioan. Garon.in authent. eisdem pœnis, in tertia notab. in fin.C.de secundis. nuptiis. Et ideò vidua post mortem testatoris stuprum committẽs, perdit tã ipsa, quàm stuprator, omnia sibi relicta à testatore,& ea fisco applicantur. Et est communis opin.vt dicit Ioan.Garon.in l.1.in textualib. nume. 58.C.de secun.nup.

7 Pariter etiam vidua inhonestã vitam ducens,non gaudet priuilegiis,quæ à iure viduis conceduntur. Et ita tenent omnes,vt dicit Fel.in ca.significantibi. post num.8.de off.deleg.Quæ autem sint priuilegia viduarum, dixi s.lib.2.§.Vidua.Amittit igitur vidua luxurioseˊ viuens, priuilegium domicilij mariti.Et est cõmunis opi.vt dicit Claud.in l. cũ quædã puella,nu.4.ff.de iurisd.om.iud.quem refert Cagn. in ea.l.cùm quædam,post nu.5.versi.Limita.

8 Item vasallus,committens stuprum cum vxore vidua domini sui defuncti,priuatur feudo,vt dixi s. lib.4.§.Feudum,quæst.48.

9 Fuit aliquando dubitatum, qua pœna sit puniendus ille,qui defloruit, seu deflorare conatus est puellam virginem,nondũ viri potentem. Et in hoc reperio aliquos tenuisse, quòd debet puniri pœna mortis.Et dicit Io.Fab.in §.Item lex Iulia,post nu. 7.Insti.de publ.iud.quòd de consuetudine tales stuprantes virgines immaturas,suspenduntur, & illũ refert & sequi videtur Afflict.super 1. parte constit. regni,Rub.19.nu.14.Refert etiam Boss.in ti. de coitu damnato,nu.67.Tu dic,q; tale delictum de iure communi nõ punitur pœna mortis, sed humiliores in metallum damnantur,honestiores verò in insulam relegantur,vt est text. expressus in l.si quis aliquid.§.qui nondum viri potentes,ff.de pœ.Et secũdum hanc opi.consuluit Signo.cons.207. Et ita reperio in facti contingẽtia iudicatum fuisse per cõs. Neapol.à quo fuit quidam condemnatus,pro hoc delicto,per septennium ad triremes, & ad dotandum puellam,vt refert Gramma.decis.22. Hanc etiam opin.pariter in facti contingentia, seruat Curia Delphi.vt attestatur Guido Papæ,decis.555. Vidi dubitari.quem refert Bermon.de concub.fo.114. nu.39.in fi.Ego,in hac specie facti,vidi per senatum diuersimodè iudicari,nam Stephanus de alice,qui cum puella,nondum quadrienni,voluit cõire, & ei fregit pudibunda,iussus fuit capite truncari.6. Septemb.1558.P.N.Et aliàs quidam Io.de Rasis,qui puellam quinque annorũ violauerat,fuit tantummodò condemnatus ad triremes, per decennium, 8.Iunij 1555.I.D.P. quòd etiam seruatũ fuit in quodam Antonio Mutinensi,8.Aug.1557.P.N.Præterea crederem hoc relinquendũ esse iudicis arbitrio,qui inspecta qualitate facti, & personarũ illam pœnam imponeret,quæ ei videretur.Ego tamen semper fui in voto, q; vbi esset solum conatus ad deflorandũ, non puniretur pœna mortis,sed alia,citra mortem grauiputa triremiũ perpetuò,vel per decẽniũ. Vbi verò frangeret pudẽda,nullo modo euadere deberet pœnam vltimi supplicij.

§. VSVRA.

1 *Vsura quid sit?*
2 *Vsura quibus modis committitur?*
3 *Vsuræ an sint omni iure prohibitæ?*
4 *Et an de iure ciuili?*
5 *Et an pro vsura,possit quis criminaliter puniri?*
6 *Casus in quibus vsuræ sunt à iure permissæ?*
7 *Iudæi an possint de iure communi,vsuras licitè exercere?*
8 *Vsurarum crimen est ecclesiasticum?*
9 *Vsura an probetur per testes singulares?*
10 *Vsurariorum pœna quæ sit?*

1 1 *V surarius tenetur restituere vsuras.*
1 2 *Et an dominium rerum, quas extorsit, ex causa vsurarum, in illum transferatur.*
13 *V surarius manifestus an possit testari?*
14 *Et an donare causa mortis?*
15 *Et quis dicatur vsurarius manifestus?*
16 *V surarij sunt infames.*
17 *V surarius, qui aliquando exercuit vsuras, & postea desiit fœnerari, an adhuc dici possit vsurarius?*

1 VSura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactũ. Et hæc est diffinitio vsuræ, tam Theologorum, quàm Iuristarum, vt dicit Alberi. in l. iubemus. colum. quarta vers. Quid de tali, C. de sacrosanct. eccles.

2 Committitur autem vsura multis modis, sed de hoc cùm magis ad ciuilem contractuum materiã, quàm criminalem pertinere videretur, diffusè tractaui sup. lib. proximo. vbi etiam dixi, an cambia mercatorum, sint licita, &c.

3 Sciendum est autem, quòd vsuræ sunt omni iure prohibitæ. & in primis quidem de iure naturali. Et est communis opin. vt ait Dida. lib. 3. resolutionum c. 1. post nu. 5. dicens, quòd eam tenent, frequentissimo omnium consensu, Theologi, pariter etiã sunt prohibitæ de iure diuino, etiam euangelico. Et ita Theologi, & Canonistæ, frequentissimo omnium consensu existimant, vt ait Didacus in loco præallegato, post num. 5. vers. Iure diuino. Item de iure canonico, toto titulo. de vsuris & in hoc nemo dubitat.

4 Difficultas est, an etiam sint prohibitæ de iure ciuili? Et in hoc quidem variæ sunt Scribentium opi. ex quo videtur quòd de iure ciuili, vsurę infrà legitimum modum sint permissæ, secundum opi. quam dicit esse communem Alci. in c. 1. nu. 78. de offi. ord. Et quòd vsuras omninò non prohibeat lex ciuilis, dicit esse quasi omnium Doct. cõem opi. Christop. de Castil. cons. 36. post numer. 8. Carauita super 21. ritu magnæ curiæ, nu. 5. Contrariam verò sententiã quòd scilicet, etiam de iure ciuili, per ius authenticorum vsuræ sint prohibitæ, tenuerunt communiter gloss. Legistarum, vt ait Imola in Cle. 1. nu. 8. de vsur. quem refert Ana. in c. quia in omnibus, post n. 16. de vsur. Et dicit Alber. in l. cunctos populos post nu. 15. C. de summa Trinit. & fide catho. quòd ita tenent communiter Doctores. Dicit etiam Imol. in l. 1. col. 4. vers. Et aduerte. ff. de solut. quòd hanc opin. tenent communiter Doctores Legistæ, & Canon. Hanc etiam dicit esse communem Abb. in ca. cùm sit generale, nu. 18. de foro compe. quẽ refert Dida. in d. c. 1. nu. 6. Ias. in §. omnes. nu. 14. Instit. de action. & in d. l. cunctos populos. nu. 47. Berous in Rubric. de vsuris. nume. 80. Et hæc opin. apud nos seruatur, vt statim subiiciam, & ab ea, tãquam veriori, & magis communi, non est aliquo modo in practica recedendum.

5 Et ex hoc infertur, q̃ vsura apud omnes reputatur res illicita, & prohibita, & sic delictũ, & consequẽter propter vsuram potest quis etiam criminaliter puniri. Et fuit hęc opin. Iac. Butrig in l. Improbum: C. ex quib. caus. infa. irrogetur. quã dicit videri magis cõmunẽ Corne. consilio 19. in litera G. libro 3. Hanc etiã dicit esse cõmunẽ Alciat. in d. capi. 1. nu. 76. & sequen. quẽ refert Dida. in epito. super 4. decret. fo. 78. post nu. 19. Et quãuis Rolan. cons. 75. nu. 29. lib. 1. dicat, quòd imò opin. contra Iac. Butrig. est magis communis, & quòd Alciat. dicens contrariã decipitur nihilominus si recenseantur auctoritates nulli dubium erit, quòd comperietur Alciat. verum dixisse, & ita pluries fuit iudicatum per Senatum, puniendo tales vsurarios, pœna extraordinaria, & facta etiam specialis delegatio, vt contra ipsos inquireretur. 22. Nouemb. 1555. P. N. Et licet Corne. in loco præallegat. & aliqui alij loquantur in iudice ecclesiastico, idem tamen dicendum est in iudice laico: cum, vt dixi, secundum magis cõmunẽ opini. etiam de iure ciuili, vsuræ sint prohibitæ. Et ideò licet ipse senatus dicatur iudex laicus, quia representat personam Regis, qui est princeps laicus, tamẽ vt dixi, punit vsurarios pœna arbitraria, prout etiã illos punit, & torturæ subiicit parlamentum Parisiense, vt refert Molineus in tractatu de vsuris nume. 156.

6 Casus, autem, in quibus vsuræ sunt permissæ tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, dixi suprà lib. proximo.

7 Hæc autem conclusio, quòd vsuræ sint omni iure prohibitæ, satis de plano videtur procedere, quòd ad Christianos. Sed quid dicendũ in Iudæis, nunquid ipsi de iure cõmuni possunt licitè vsuras exercere? Respond. quòd non. Et est cõmunis opini. vt dicit Curt. Iun. in l. eius qui in prouincia, post num. quint. ff. si cert. pet. Et quòd peccent Iudæi, fœnerando Christianis, dicit esse communem opin. Theologorum, & Can. Alexan. de Neuo cons. 100. n. 1. adeò, q̃ ecclesia nõ debet neq; põt hoc peccatũ permittere, nec tolerare, infligendo pœnam, neque propter aliquod maius malum vitandum, neque propter aliquod bonum, quod exinde sequi speretur. Et est communis opin. Canon. & Theolog. vt dicit Alexand. de Neuo cons. 100. nu. 9. & 13. in fin. & consil. 101. post nu. 14. vbi dicit se dolere malitiam Doctorum Christianorum, qui consuluerunt contra tam apertam veritatem. Et subdit rationem esse, quia nullus est offerens mercedem, qui petat cõsilium, q̃ Iudæi nõ possint fœnerari, nec reperitur aliquis offerens munera principibus, vt Iudæos expellant. Sed veritas ista non dat præmia terrena, sed æterna &c. Sed certè quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam vbique tolerantur Hebræi fœnerantes etiam in terris ecclesiæ licet illam consuetudinem improbet Alexand. de Neuo in consi. 102. nu. 13. & dicat, quòd tanquã nutritiua peccati, non valet. Quinimò si aliquis Iudæus exerceat vsuras in Iudaismo (vt ipsi cõmuniter faciũt) & deinde efficiatur Christianus, tenebitur ad restitutionem vsurarum, quas ante baptismum extorsit, vt dixi §. lib. proximo.

8 Hoc crimen est merè ecclesiasticum. Et hanc dicit esse communem conclusionem Didac. in epito. super 4. decret. fo. 78. nu. 19. Tu verò dic, q̃ est merè ecclesiasticũ, quò ad cognitionẽ iuris, an scilicet cõtractus sit vsurarius, vel ne, secus autẽ, quò ad factũ, vt dixi infrà. hoc eod. libr. §. fina. q. 37. vers. fic. Quæro igitur. Item quò ad pœnam, est communis fori, vt ibi dixi.

9 Quæro, an crimen vsurarum, possit probari per testes singulares? Dixi infrà hoc eo. li. §. fi. q. 53. vers. Dixi etiam.

10 Sed quæro, quæ sit pœna exercentis, vsuras? Resp. q̃ punitur extra ordinem, arbitrio iudicis.

11 Item tenetur vsurarius restituere vsuras. Hoc autem quomodo intelligendum sit, & quibus casibus procedat, & quid si habuerit remissionem à parte. Et an etiam hæres vsurarij teneatur ad earum restitutionem

stitutionem, & pleraque alia ad hoc pertinentia, cum (vt dixi) ad ciuiles potius, quàm ad criminales causas facere videãtur, tractauimus ẽ. li. proxim.

12 Præterea dominium rerum, quas creditor extorquet à debitore, ex causa vsurarum, nõ transit in ipsum vsurarium. Et hæc opi. est apud Theologos, & Canonistas communi omnium consensu recepta vt attestatur Summa Siluestrina in §. vsura, quæst. 6. nume. 1. quam refert, & sequitur Didacus lib. 3. resolutio. c. 3. post nu. 6. vers. Sed ad huius.

13 Item vsurarius manifestus non potest testari nisi præstita cautione, de restituendis vsuris, vt dixi ẽ. li.

14 3. §. Testamentum, q. 26. Item † neque etiam potest donare causa mortis, vt dixi suprà libro proximo. §. Donatio, quæst. 7.

15 Sed hic quæro, quis dicatur vsurarius manifestus? Resp. quòd vsurarius manifestus dicitur ille, qui palàm & publicè fœneraticiam artem exercet, ita vt ipsa facti euidentia excusari non possit, ita sentit Bart. in l. fur est manifestus, nume. 3. ff. de furtis, & in hoc omnes conueniunt, vt ait Didac. lib. 3. resolutionum. c. 3. nu. 4. Item si quis coram sacerdote & testibus publicè fateatur se esse vsuariũ, & mãdet restitui vsuras, dicetur vsurarius manifestus, ita dixit gl. in c. quanquã, in verbo, Manifesti. de vsur. in 6. & est communis opi. vt attestatur Soci. cons. 127. nu. 1. lib. 3. Item ille, qui in iudicio confessus est, se esse vsurarium, dicitur vsurarius manifestus. ita dixit gloss. in c. 1. in verbo, Manifestus, de vsuris, in 6. quam Doctores sequuntur, vt ait Didac. in d. c. 3. post num. 4. versicu. Est item. Præterea ille, qui tanquã vsurarius est condemnatus à iudice, dicitur vsurarius manifestus, secundum gl. in d. c. 1. in verbo, Manifestus, quã dicit esse communiter approbatam Didacus in d. c. 3. post num. 4. vers. Quarto etiam.

16 Punitur etiam vsurarius, de iure ciuili, pœna infamiæ, vt est text. in d. l. improbum. C. ex quib. caus. infa. irrog. Et scias, quòd hæc infamia irrogatur ipso iure, secundum gloss. in d. l. improbum. in gloss. fin. & est communis opin. vt ait Didacus in d. c. 3. nume. 2. Adde, quòd hac infamia notantur etiam illi qui exercent vsuras intra modum à iure ciuili permissum, quicquid dixerit gloss. prima, in d. l. improbum, contra quam tenent communiter omnes Docto. vt ait Saly. in d. l. improbum, nume. 12. Gemin. consilio 77. post num. 5. Et hanc opinionem contra illam gloss. dicit esse communem Didacus in d. capit. 3. post nume. 2. Et ex hoc infertur, quòd vsurarius non potest esse testis, neque etiam in causa ciuili, vt dixi suprà, lib. 2. §. Testis.

17 Vltimò quæro, nunquid ille, qui aliquando exercuit vsuras, & postea desiit fœnerari, dicatur vsurarius? Respondeo quòd sic. Et est communis opinio vt ait Decius in c. 1. nu. 12. de probat. Vide quæ dixi in d. §. Testamentum, quæstione sexta, versic. Item quæro.

PRACTICA CRIMINALIS.

§. FIN. LIB. V.

SENTENTIARVM RECEPTARVM. CAPITA QVAESTIONVM.

1 Q. 1. *Quæ causæ dicantur criminales, & quæ ciuiles.*
2 *Accusatio criminalis, & actio ciuilis quando simul concurrere possint.*
3 *Quibus modis criminaliter procedatur.*
4 *In primis constare debere, delictum commissum fuisse.*
5 *Quibus casibus per inquisitionem procedi possit.*
6 *Diffamationem aperire viam iudici ad inquirendum.*
7 *Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.*
8 *Quomodo contra deprehensum in flagranti crimine procedi possit.*
9 *Quemadmodum in notorio crimine procedatur*
10 *Querelam partis aperiri viam iudice ad procedendum.*
11 *Quomodo procedatur via inquisitionis.*
21 *Accusationis materia explicatur.*
13 *Plures eundem, vel vnus plures an accusare possint.*
14 *Quæ personæ accusare possint, vel non.*
15 *Subiiciuntur nonnullæ quæstiones, ad idem pertinentes.*
16 *Quæ personæ accusari possint, vel non.*
17 *An pro omni crimine, permissa sit accusatio.*
18 *Quomodo procedatur in iudicio accusationis.*
19 *Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, vel exceptionis.*
20 *Quæ sint genera iudiciorum.*
21 *Tractatur de nonnullis indiciis in specie.*
22 *Quomodo indicia legitimè probentur.*
23 *Quis modus in assumendis indiciis, seruandus sit.*
24 *Quæ personæ non possint in causis criminalibus testificari.*
25 *Testes an in aliquibus casibus torquendi sint.*
26 *Testes extra territorium degentes, quomodo examinari possint.*
27 *Quid facere debeat iudex, si contra delinquentem nulla sint indicia.*
28 *Tractatur materia capturæ.*
29 *Quid agendum sit, si reus familiæ resistat, vel eximatur, vel aufugiat.*
30 *Quibus casibus reus ad ecclesiam confugiens, tutus sit ipsius ecclesiæ immunitate.*
31 *Quemadmodum rei citandi sint.*
32 *Procurator an in causis criminalibus sit admittendus.*
33 *Excusator an admitti debeat in criminalibus causis.*
34 *Quæ excusationes pro eis absentibus proponi possint.*
35 *Quis in causis criminalibus sit iudex competens omnium, incipiendo à summo Pontifice, vsque ad priuatum.*
36 *Clerici in quibus casibus, à iudice sæculari possint pro eorum criminibus iudicari.*
37 *Quæ sint crimina communis fori, in quibus vterque iudex tam ecclesiasticus, quàm sæcularis contra laicum procedere possit.*
38 *Iudicem loco delicti, posse contra quemcunque qui in suo territorio delinquat procedere.*
39 *Iudicem originis, ac domicilij posse contra subditos suos, etiam extra territorium delinquentes, procedere.*
40 *Vicarij, an possint in causis criminalibus cognoscere, & iudicare.*
41 *Causæ criminales an possint delegari.*
42 *Iurisdictio in causis criminalibus an possit prorogari.*
43 *Iudex in causis criminalibus an possit, tanquam suspectus recusari.*
44 *Quibus modis contra reos contumaces procedatur.*

45 *De reorum comparentium examine, ac testium repetitionibus, ac confrontationibus.*
46 *Quibus casibus reus carceri tradendus sit, vel fideiussoribus relaxandus.*
47 *Explicantur multa, quæ ad fideiussionis, de non offendendo, materiam pertinent.*
48 *Quæ dilationes in causis criminalibus concedi debeant.*
49 *Copiam indiciorum reo decernendam esse, dandúmq; terminum defensionis.*
50 *De exceptionibus quas reorum defensores, contra processus criminalis formam, proponere solent.*
51 *De exceptione præscriptionis peremptæ instantiæ, & huiusmodi.*
52 *De negatiuæ probatione.*
53 *De exceptionibus, quæ contra testes in causis criminalibus opponi possunt.*
54 *De exceptionibus, quæ aduersus instrumenta, actáque in causis criminalibus producta, proponuntur.*
55 *De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem opponi possunt.*
56 *Quid si reus contendat se id, de quo imputatur, licitè facere potuisse.*
57 *Quid si ostendat se pro eodem crimine aliàs fuisse absolutum, vel punitum.*
58 *Quid agendum sit, si reus remissionem à parte offensam habitam, exhibeat.*
59 *Quid si per gratiam à principe liberatus fuerit.*
60 *Quæ res in delictis à pœna excusent, vel saltem prosint ad pœnam ipsam mitigandam.*
61 *De publicatione processus faciendæ: Et an in causis criminalibus concludatur, ita, vt omnino præclusa sit postea via probandi.*
62 *Accusatore non probante, reum esse absoluendum.*
63 *An in causis criminalibus locus sit iuramento, in supplementum, vel purgationem.*
64 *Tractatur materia torturæ, quando, & contra quos inferri ac repeti possit.*
65 *Reum, qui delictum confessus est, omninò condemnandum esse.*
66 *Reum de crimine conuictum, etiam si illud non fateatur, condemnari debere.*
67 *Quæ sint genera pœnarum.*
68 *Ex quibus delictis, reus sit vltimo supplicio damnandus.*
69 *Membri amputatio quibus casibus à lege imponatur.*
70 *Recensentur aliæ etiam pœnæ corporales*
71 *De exilij pœna.*
72 *Infamiæ pœna, quibus casibus incurratur.*
73 *De pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij.*
74 *De pœna depositionis ab ordine, siue degradationis.*
75 *De pœna suspensionis.*
76 *De pœna interdicti.*
77 *De pœna excommunicationis.*
78 *De pœna confiscationis omnium bonorum.*
79 *De pœna confiscationis certæ partis bonorum, vel aliquarum rerum.*
80 *De pœnis pecuniariis.*
81 *De pœna talionis.*
82 *De pœnis statutariis.*
83 *De pœnis arbitrio iudicis imponendis.*
84 *Traduntur nonnullæ conclusiones, quas in causis criminalibus iudicem scire oportet.*
85 *Explicantur multa ad quæ iudex in pœnarum impositione, maximè debet animaduertere.*
86 *Vnum pro alio puniri non debere.*
87 *An ex sola scientia delicti committendi sit aliquis puniendus.*
88 *Et an ex consilio ad delinquendum alteri dato.*
89 *Et an ex mandato?*
90 *Et an pro auxilio delinquenti præstito.*
91 *Et an ex sola cogitatione, quis puniatur.*
92 *Et an effectus siue conatus ad delinquendum puniri debeat etiam si delictum consummatum non fuerit.*
93 *Quemadmodum sententiæ criminales proferri debeant.*
94 *An à sententiis criminalibus appellatio, vel dictio de nullitate, sit admittenda.*
95 *De executione sententiarum criminalium pecuniariarum.*
99 *De executione sententiarum corporalium.*
97 *Ex quibus causis executio sententiæ capitalis, sit differenda.*
98 *Quæ executionem sententiæ capitalis impediant.*
99 *Quæ sit forma exequendi sententias capitales.*
100 *De cadaueribus damnatorum.*

§. FIN. PRATIC. CRIMINALIS.

HActenus de variis ac diuersis criminibus dictum est, sequitur nunc, vt, de ipsa criminũ cognitione, ac iudiciis, quæ in criminalibus negociis agitari solent, breuiter videamus. Quamuis enim de toto iudiciorum ordine, proximo libro tractare proposuerimus, cùm tamen hæc ipsa criminalia iudicia plerisque casibus aliter quàm ciuilia tractentur, existimauimus opportunum fore, vt statim post cognitas delictorum species ac qualitates consequenter quibus modis contra delinquẽtes ipsos procedendum esset, subnecteremus. Est autem hæc rerum criminalium materia longè omnium: quæ in foro versantur, pulcherrima. Nulla enim adeò frequẽs, nulla huic vtilitate, aut grauitate comparari pót, cùm hic non de tritico, aut oleo legato, sed de hominũ fortunis, existimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil est in orbe terrarum preciosius.

QVÆSTIO I.

1 *Quæ dicantur causæ criminales, & quæ ciuiles?*
2 *Et, quid si pœna partim applicetur parti, & partim fisco?*
3 *Et quid si agatur ad pœnam extraordinariam?*
4 *Et quid si nulla præcedat accusatio?*
5 *Et, quid si agatur per viam exceptionis?*

1 IN primis igitur pro intelligentia terminorum quæro, quæ dicatur causa criminalis, seu iudicium criminale? Vtilitas autem huius quæstionis potest esse maxima, puta ratione competentiæ iudicis, quia multi sunt, quorum iurisdictio est particulariter circa criminalia, vt sunt iudices maleficiorum, in multis ciuitatibus Italiæ: & multi, quorum iurisdictio est solummodo circa causas ciuiles, vt sunt vicarij prætorum. Et ideò multum interest intelligere, an causa sit ciuilis, vel criminalis, ad hoc, vt sciri possit, ad quem eorũ pertineat eius cognitio. Præterea circa modum procedendi: nam in criminalib. plerunque proceditur per capturam, secus autem in ciuilibus. Item in criminalibus non admittitur procurator. Item in criminalibus infertur tortura reo, secus autem in ciuilibus regulariter. Item multi testes repelluntur à testificãdo, in causis criminalibus, qui nõ repelluntur in ciuilibus. Pariter etiam circa diffinitionem

tionem ipsius causæ. in criminalibus enim requiruntur probationes luce clariores in ciuilibus autem secus. Item in multis locis adsunt statuta ℘ in causis criminalibus, non detur appellatio, neque reuisio, prout est generale decretũ in hoc Ducatu, & alia huiusmodi, quæ per te videre poteris, in discursu materiæ. Et sic vides, ℘ hæc quæstio est valde vtilis, pro resolutione multarũ dubitationum, quæ quotidiè circa prædicta contingunt. Scias ergo, ℘ in hoc articulo variæ fuerunt Scribentium opi. Nã gl. in l. lex Cornelia, in prin. in verbo. Eorum, ff. de iur. videtur simpliciter sensisse, quòd quandocunque agitur de crimine, dicatur causa criminalis. Sed hæc opi. communiter reprobatur per Doc. qui ferè omnes concludũt ℘ de crimine potest etiam ciuiliter agi, vt dicit Blanc. in practica criminali, fol. 61. nu. 158. Secunda verò fuit opin. gl. in l. si qua per calumniam, in verbo, Auri. C. de episcopis & clericis, quæ videtur tenere, quòd quando pro crimine imponitur pœna corporalis, causa dicatur criminalis, quando verò imponitur pœna pecuniaria, causa dicatur ciuilis. Sed hæc etiam opin. communiter non tenetur, vt ait Dec. in Rub. de iudiciis in decretalibus, nu. 94. in 1. lectu. Illam etiam communiter reprobari attestatur Blanc. in loco prælegato, versi. Secunda opinio. nam in publicis iudiciis plerunque imponitur pœna pecuniaria, vt in §. primo. Instit. de publ. iud. & similibus. Et tamen certum est, publica iudicia esse criminalia, vt est textus in l. 1. C. quando ciuilis actio crimin. præiud.

Tertia fuit opin. Abb. in Rubr. de iud. nu. 5. quòd scilicet; Aut agitur principaliter ad effectum, vt quis pro delicto puniatur pœna ordinaria, & tunc causa dicatur criminalis, siue pœna applicetur fisco, siue parti: Aut non agitur directò, vt puniatur pœna ordinaria, & tunc semper dicatur ciuilis. Sed certè hæc etiam doctrina Abbat. communiter reprobatur. vt dicit Maranta in suo spec. fol. 21. nu. 2. & videtur esse contra textus, quos allegat Aret. in ea Rub. post nu. 19.

2 Quarta igitur fuit opinio glo. in l. 3. in prin. in verbo, Centum aureorum, ff. de sepulchro viol. quæ tenuit, quòd quando pro crimine agitur ad pœnã applicandam parti, iudiciũ dicatur ciuile, quando verò agitur ad pœnam applicandam fisco, tunc causa dicatur criminalis. Et hanc tenent omnes, vt dicit Barb. in l. ea. l. 3. in prin. quem refert Abb. in d. Rubr. de iudiciis, nu. 5. & Zas. cons. 9. nu. 1. lib. 1. Et dicit Io. de Platea in l. 2. in vltimis verbis. C. de his, qui ex pub. ratio. libr. 10. quòd ista gl. communiter tenetur per Doctores quem refert Gomes. Inst. de actio. in princ. post n. 18. relatus, & ipse per Cephal. consil. 141. nu. 21. libr. 1. Idem dicit Curt. Iun. in Rub. ff. de iud. nume. 18. quem refert Duennas reg. 315. in 2. ampliat. Hanc etiam opi. dicũt esse communem Canonistæ in d. Rub. de iud. & in specie Aret. num. 19. & Dec. nu. 95. in 1. & 2. lectura nume. 51. quem refert Afflic. in tertia parte constitut. Regni, Rubr. 32. §. varietates, nu. 9. & Ripa. in d. Rub. nu. 91. & seq. & Celphal. cons. 35. nume. 31. lib. 1. Barb. in tract. de testib. in 3. part. nu. 2. licet in libro meo videantur esse corrupta eius verba. Corse. in repet. Abb. in verbo, Iudicium Ias. in Rub. C. de iud. n. 2. quem refert Apostil. ad Feli. in d. Rub. de iud. vers. 7. & vlt. & Villalob. in sua collecta communium opi. in litera C. nu. 25. Bertran. cons. 247. in primis verbis, lib. 8. Dec. in l. 2. post nu. 41. C. de edendo. Sapia. in l. Imperiũ, nu. 17. ff. de iurisd. omn. iud. Maranta in suo spec, folio 21. nu. 2. & seq. Apostil. ad Abbat. in loco prælleg. sub n. 5. in verbo, Fortiter. Socinus Iun. cons. 99. nu. 26. lib. 2. Do. Ant. de Padilla. in l. transigere, post nu. 106. C. de transactionibus.

Ex quorum omnium dictis habes, ℘ tunc iudicium dicitur ciuile, quando agitur ad commodum priuatum, siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu. Illud autẽ dicitur criminale, in quo agitur ad commodum publicum, siue sit imponenda pœna corporalis, ad publicam vindictam, siue sit ex delicto imponẽda pœna pecuniaria, quæ veniat applicanda fisco. Et ab hac opinione quæ communis est & vera, nullo pacto esset consulendo aut iudicando recedendum.

Ego tamen pro clariori intelligentia, in primis volo vt scias, quòd in hoc proposito pòssunt considerari duo genera delictorum. Primum, per quod offenditur publica iustitia, sine iniuria, siue offensione alicuius tertij, prout est crimen hæresis, simoniæ, & huiusmodi. Secundum per quod offenditur, non solum publica iustitia, sed etiam sit offensio, seu dãnum tertio, prout est homicidiũ, incendiũ, furtũ & similia. Ex prima specie delictorũ, vna tãtùm actio oritur, quæ est ad vindictam publicæ iustitiæ, quia cùm non agatur de offensione alicuius personæ, nulla potest alicui competere actio ad interesse. Ex secunda autem specie duplex oritur actio, vna quæ tendit ad publicam vindictam, alia quæ tendit ad resarciendum damnum seu interesse partis offensæ. Et ideò si aliquis committat violentiam in bonis alicuius, potest contra eum agi ad pœnam impositam à lege, vel statuto, pro republica, vel priuata. Et hæc actio competit cuilibet de populo, cùm sit ad publicam vindictam Potest etiam ille, in cuius bonis commissa est violentia, agere ad emendam damni, & interesse. Et hæc actio competit tantummodo parti offensæ, cùm tendat ad priuatum commodum.

Scias etiam duo esse genera pœnarum, quæ pro delictis imponuntur, ordinariam. s. & extraordinariam Ordinaria dicitur, quæ à lege, vel statuto est imposita committenti illud delictum, quod in iudicio deducitur, puta pro homicidio pœna capitis, pro furto pœna fustigationis, vel perforationis auriculæ. Extraordinaria est, quòd quis propter crimen priuetur officio, beneficio, dignitate administratione, tutela, vel similibus.

Item scias, quòd in casibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio. vt sup. dixi, potest offensus vtranque proponere, scilicet illam quæ tendit ad vindictam publicam, & illam quæ tendit ad interesse priuatum. Et potest vtranque intentare simul in eodem libello, licet non æquè principaliter, vt dixi infrà, q. prox. vers. Et hæc quidem. Potest etiam proponere alteram actionem tantùm, vel petendo simpliciter, ℘ puniatur, nulla facta mentione priuati interesse, vel petendo simpliciter restitutionem rei, non agendo ad pœnas pro delicto à iure impositas. Præterea etiam potest proponi crimẽ aduersus aliquem, ad alium finem, scilicet, neque vt puniatur pœnis iuris, neque vt damnum resarciat, sed ad pœnam extraordinariam, puta, vt priuetur beneficio vel tutela, vt suprà dixi. Postremo potest etiam ad alium effectum proponi, puta, ad repellendum aliquem à testimonio, vel ad debilitãdum eius testimonium, excipiendo aduersus eũ, qui in testem producitur, de aliquo crimine, vt dixi infrà q. 16. vers. Per exceptionem. Et sic colligẽdo

do omnia ſupradicta,habes multos caſus,in quibus diuerſimodè crimina in iudicium deduci poſſunt.

Primus eſt,quando agitur ad pœnam ordinariã corporalem,nulla facta mentione priuati intereſſe.Et hoc caſu nulla eſt controuerſia,quin tale iudicium dicatur criminale.Et in hoc nemo dubitat

Secundus autem eſt caſus,quãdo agitur ad pœnam pecuniariam tantum fiſco applicandam.Et in hoc variæ fuerunt opi.inter Doctores,vt ſuperius dixi,ſed magis communis opi. eſt contra gl.in d.l.ſi qua per calumniam quòd ſcilicet,etiam ſi agatur de pœna pecuniaria tantum,nihilominus ſi illa eſt applicanda fiſco,cauſa dicatur criminalis.

Tertius eſt caſus,quando ſimul cum pœna corporali,ſiue pecuniaria fiſco applicanda,proponitur etiam intereſſe partis, puta,quia aliqua pars applicetur etiam ipſi parti offenſæ, vel quia pars vltra pœnam,agat etiam incidenter ad rei reſtitutionẽ, vel refectionem damnorum,&c.Et tale iudicium à pleriſque appellatur mixtũ,ſcilicet criminale,quatenus concernit publicam vindictam:& ciuile,quatenus concernit intereſſe priuatum.Et Boſſ.in ti.de appel.nu.8.atteſtatur: quòd hæc eſt communis opi. prout etiam ſentire videtur Iaſ.in d. Rub. C. de iudic.& Gomez Arias ſuper l.80.Tauri.num.10.in fi. Sed ego puto eſſe aduertendum, quia ſi ex natura condemnationis neceſſariò ſimul cum pœna publicæ vindictæ, venit etiam intereſſe partis, puta, quia idem ſtatutum Pro furto imponit pœnam ſcutorum 10. verſus fiſcum, & quinque verſus partem,vel ꝙ fur fuſtigetur,& reſtituat rem furatam, certè iudicio meo abſurdum eſſet dicere, ꝙ hæc cauſa dicenda eſſet mixta,ſ.partim criminalis,& partim ciuilis.Et ideò proculdubiò de ea tota iudicandum eſt,ſecundum eius digniorem partem,& ſic tanquã de merè criminali.Sed ſi intereſſe partis venit tanquam quid ſeparatũ,& non de neceſsitate,connexum, puta quia refectio damnorum,vel reſtitutio rei ablatæ, veniat non ex eadem lege,vel ſtatuto,ſed ex alia,tunc fortè poſſet habere locum opi.de qua per Boſſ.in loco prælleg.vt ſcilicet tale iudicium cenſeri debeat partim criminale,& partim ciuile.Ego tamen ſemper vidi per ſenatum reiici appellationes à condemnationibus damnorum,vel expeſarum litis, in cauſis criminalibus,ſiue venirent ex eadem lege,ſiue ex alia, ſed ſolummodo admittatur appellatio,ſiue reuiſio reſpectu exceſſus.

Quartus caſus eſt,quando ſolummodo agitur ad intereſſe partis, puta, rei reſtitutionem, vel refectionem damnorũ,&c.Et tunc nulla eſt difficultas, quin iudicium dicatur merè ciuile,licet agatur pro delicto,quicquid dixerit gl.in d.l.lex Cornelia contra quam eſt communis opi.vt ſuprà dixi.

3 Quintus eſt caſus,quando agitur ad pœnam extraordinariam,puta,priuationem officij,ſeu beneficij,& nihil applicatur fiſco.Et hoc caſu iudiciũ dicitur ciuile,nõ autem criminale. Et in hoc omnes concurrunt,vt ait Gratus conſ.71.nu.9.lib.2.Et licet hæc cõcluſio aliquãdo mihi viſa fuerit dura,ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad vindictam publicam,præſertim ſi officiũ, de cuius priuatione agitur,eſſet publicum,nihilominus iudicando non crederem ab ea eſſe recedendum,intelligendo tamen,vt ſtatim dixi,ꝙ talis pœna priuationis non ſit pœna ordinaria, quæ pro eo delicto imponeretur.

4 Adde,quòd hæc concluſio locum habet,ſiue agatur ad huiuſmodi priuationem officij, vel beneficij,præcedente accuſatione,vel exceptione partis' ſiue nulla præcedat exceptio, vel accuſatio partis' ſed agatur tantummodo via inquiſitionis. Et ita communiter teneri,atteſtatur Maranta in ſuo ſpe. fol.24.nu.27.

5 Sextus,& vltimus eſt caſus,quando agitur per viã exceptionis,proponendo crimen contrateſtẽ,non ad effectum vt puniatur,ſed vt eius dictum non recipiatur,vel receptum non noceat.Et hoc caſu omnes concludunt,ꝙ ex quo agitur tantummodo ad priuatum commodum,& intereſſe partis,cauſa dicatur merè ciuilis:ſecus tamen eſſet,ſi tale crimen proponeretur ad puniendum,vt dixi infrà quæſt. 19.verſic.Per exceptionem.Et hæc omnia bene nota,quia ſæpè contingunt in practica.

QVÆSTIO II.

1 *Accuſatio criminalis,& actio ciuilis,quando ſimul concurrere poſsint?*
2 *Et quid,ſi criminalis intentetur principaliter,& ciuilis incidenter?*
3 *Et an poſt intentatum iudicium criminale,actor poſsit intentare aliud iudicium ciuile,ex diuerſa cauſa?*
4 *Et an reus conuentus ciuiliter,poſsit contra actorem criminaliter agere?*
5 *Et quid econuerſò,an conuentus criminaliter poſsit contra accuſatorem intentare actionem ciuilem?*
6 *Et an accuſationem criminalem?*
7 *Et an abſoluto vno iudicio,ſcilicet ciuili, vel criminali, poſsit deinde agi alia via?*

1 DIxi ſuprà quę, proxima, ꝙ ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio,ſcilicet criminalis ad publicã vindictam,& ciuilis,ad priuatum commodum.Et hoc apud Iuriſperitos pro expedito eſſe atteſtatur:Pot. ſuper conſuetud. Bleſen.fol. 183.col. 1. circa med. Quæro nunc quomodo hæc duo remedia ſimul aut ſeparatim concurrere poſſint?Reſp.Hoc poteſt multis modis cõtingere,propterea eſt diſtinguẽdum; nam aut quæris,an vtraque actio,ſcilicet ciuilis & criminalis,poſsint ab eodem,& contra eundẽ ex eadem cauſa intentari.Et dicendum eſt,ꝙ nõ.Text.eſt in l.interdũ.ff.de pub. iud. qui ſemper ad hoc propoſitũ ſolet allegari,& licet ille text.loquatur,quando pendente iudicio ciuili actor vult intentare iudicium criminale,tamen cõcluſio,ſecundum Doctores,indiſtinctè procedit,ſiue ab initio intententur ſimul in eodem libello,ſiue iam cœpto & pẽdẽte iudicio ciuili prius intentato,velit deinde actor ex eadem cauſa intentare iudicium criminale.

2 Et hæc quidem cõcluſio abſq; difficultate procedit,quando actor vult dicta duo remedia intentare æquè principaliter in eodem libello : nam eo caſu non poſſunt ſimul cumulari. Maior enim, & dignior eſt cauſa criminalis,quàm ciuilis,& vbi vna cauſa eſt maior altera,non poſſunt duæ actiones ſimul cumulari,iuxta ea, quæ traduntur per Doctores in l.edita,C.de edendo,& dixi infrà li.prox.Sed ſi actor intentaret iudicium criminale principaliter, & deinde incidenter. peteret etiam rem ablatam ſibi reſtitui,eo caſu vtique talis petitio admittitur,vt dixit Bar.in l.interdum,§.qui furem,nu. 5. ff.de furtis. quem ſequũtur communiter Scribẽtes vt atteſtatur Curt.Iu.in d.l.edita,n.108.Hieron. ad Ang.de malef.in verbo,Et ad querelam in vlti.apoſti.col.3.verſ.ſecũdo caſu quẽ refert Rolan.cõſ.30. nu.2.libr.2.Ita etiam communiter teneri ait Rom.

in ea.l.edita,poſt nu.143.verſ.Non obſtat ſua ratio. Et hanc dicit eſſe cõmunẽ opin.Aret.in c.qualiter, & quando el 2.§.ad corrigendos,nu.139.de accuſationib.Et ita obſeruat conſuetudo,teſte Bal.in l.data opera nu.6.in fi.C.qui accuſ.nõ poſſ. Eadémque ratione admittitur libellus criminalis, concludens, delinquentẽ de delicto puniri,& condẽnari, ſecũdũ formã iuris & ſtatutorũ,cũ refectione dãnorũ, intereſſe & expenſarũ,&c.Et ita in practicatur,vt atteſtatur Ang.in l.vnica,nu.6.C.quando ciuilis actio crim.præiudicat,quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et veſtem cœleſtẽ,nu.11.Amad.de ſyn. nu.216.Vnũ tamen nota in hoc propoſito,ꝙ hoc caſu iudex maleficiorũ, non poteſt condẽnare reum ad rei reſtitutionẽ,vel ad dãna partis,niſi quãdo illum condemnat per ſuam propriam confeſsionem ſecus autẽ ſi illũ condemnaret propter confeſsionẽ fictã, & ſic in contumaciã.nã officiũ iudicis non deſeruit,niſi veræ confeſsioni.Et hæc eſt notab.deciſio Bal.in l.qui crimen,nu.28.C.qui accu.non poſ. quã dicit eſſe cõmunẽ Rolan.in d.conſ.30.num.18. ſubdens,quòd licet quando reus per teſtes conuincitur,aliqui teneant contrarium, tamen quando condemnatur ex contumacia, nullus eſt, qui eam impugnet.Illã tamen intellige,vt procedat, quando talis cõdemnatio ad reſtitutionẽ rei furtiuæ nõ venit ex eadẽ lege,vel ſtatuto,pœnã criminalẽ imponente,nã eo caſu non poteſt iudex, niſi reus vel per teſtes conuictus ſit, vel proprio ore confeſſus, officiũ ſuũ impartiri.Sed ſi eadẽ lex imponeret pœnã criminalẽ,& rei reſtitutionem,ſemper vidi vtrãque condemnationem ſimul proferri, etiam cõtra contumaces.Non enim debet eadem diſpoſitio diuerſo iure cenſeri.Et illud quod dictũ eſt,quòd non poteſt iudex maleficiorum cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ,niſi incidenter,habet locũ nõ modo quando proceditur ad querelã partis & ſic per viam accuſationis, ſed etiam quando proceditur ex officio,& ſic per inquiſitionem.Et eſt communis opi.vt dicit Boſſ.in tit.de decreto Mediolani,nu.31.

3 Aut quæris,an poſt intentatũ iudiciũ criminale, poſsit accuſator intentare iudiciũ ciuile ex diuerſa cauſa,& pœnitus ſeparata?Et dicendum eſt ꝙ non ita allegatur tenere Bart.in d.l.edita, cũ quo tranſeũt cõmuniter Doct.vt dicit Cur.Iun.ibi,nu.181.Et hæc concluſio elicitur ex tex.in l.fi.C.de ord.cogni. ſecudũ intellectũ,qui eſt magis communis,teſte Alex.in l.reũ criminis,col.1.ver.Bart.autẽ.C. de procurat.quem refert Claud.in d.l.edita,num.68. Eſſet enim valde iniquum, quòd per huiuſmodi litem ciuilẽ impediretur reus in defenſionib.ſuis faciẽdis

4 Sed quæro,quid in reo conuẽto,nũquid ipſe poterit contra actorẽ aliquã actionẽ inſtituere?Reſp. ꝙ ſi conuentus eſt iudicio ciuili, poteſt pendente eo iudicio,accuſare actorem criminaliter, tãm ex cauſa penitus ſeparata,quam etiam ex cauſa orienteex eodem iudicio,prout quotidiè fieri videmus, quando reus accuſat de falſo teſtes actoris,qui cõtra eũ depoſuerunt In cauſa ciuili, & etiã ipſum actorẽ qui eos produxit.Et eo caſu ſuſpenditur iudicium ciuile,donec ſit ſuper ipſo iudicio criminali pronunciatũ.Et ita concludunt cõmuniter Docto. vt dicit Sigiſmũdus conſ.feu.6.nu.6.Et hoc propter præeminentiam,& maioritatem iudicij criminalis. Quod tamen intellige,vt ſuſpendatur iudiciũ ciuile,quòd ad hoc tantũ,nẽ poſsit ſuper eo ferri ſententia,non autẽ quòd ad hoc,vt impediatur, quòd minus in ipſo iudicio ciuili poſsit procedi vſque ad cõcluſionẽ in cauſa. Et ita reperio deciſum fuiſſe per conſ.Neap.teſte Cap.deciſ.25.in cauſa reueren. vbi multum eleganter tractat hunc articulum.

5 Sed quid econuerſò,nunquid pendẽte iudicio criminali,poterit reus conuenire ciuiliter ſuũ accuſatorem ex alia cauſa & penitus ſeparata?Reſ. ꝙ nõ: ita colligitur ex tex.in d.l.fi.C.de ord.cog.ſecundũ cõmunẽ intellectũ,vt dicit Claud.in d.l.edita, n. 68. Et ita concludunt omnes,vt atteſtatur Curt.Iun.in d.l.edita.nu.182.in fi.Et hoc,ne propter talem litem ciuilem,diſtrahatur accuſator à proſecutione iudicij criminalis,in quo vertitur publicum intereſſe,ne ſcilicet delicta impunita remaneant.

6 An autem reus criminaliter accuſatus poſsit accuſare ſuum accuſatorem,dixi j.q.14.verſ. Tertius eſt caſus.

7 Vlterius quæro,nunquid abſoluto iudicio ciuili, contra aliquem intentato,poſsit poſtea actor intẽtare contra eundem accuſationem criminalem, ex eadem cauſa vel ecõtra, abſoluto iudicio criminali,intentare actionem ciuilem?Reſp.ꝙ ſi actio ciuilis, & criminalis tendunt ad diuerſa,tunc poteſt agi altera via,non obſtante,ꝙ prius actũ ſit vna,ſi verò tendunt ad eundem finem, tunc vna intentata altera tollitur.Et ita intelligitur tex.in l.1. C.quando ciuil.actio cri.præiud.. & eſt communis concluſio,vt atteſtatur Maranta in ſuo ſpec.fol.21.nu.5.vbi poteſt videre exẽpla. Et ita tene mente,quia male declarantur à Doctoribus,vt dicit Clau. in loco præalle.Benè verũ eſt,ꝙ licet hæc materia cumulationis ſit ſubtilis raro tamen contingit in practica, ſecũdũ Albe.in d.l.edita,col.fi.verſ.circa quartũ,quia (vt ipſe ait) aduocati nolentes intricare proceſſus communiter procedũt in prima cauſa, deinde ea expedita proponũt ea, quæ volũt in alia inſtantia.Et hoc modo ceſſant omnes difficultates. Præterea,cũ hodie ex quocunque crimine poſsit iudex ex officio inquirere,non admitteretur reus qui cõtra quærelam, ſiue accuſationem contra ſe porrectam opponeret huiuſmodi exceptiones,ad euitãdum iudicium criminale.Faciunt, quæ dixi in d.q. 14.verſ.Tertius eſt caſus.

QVÆSTIO III.

1 *Quibus modis criminaliter procedatur?*
2 *Et quid ſit procedere per viam inquiſitionis?*
3 *Accuſationem eſſe remedium ordinarium: inquiſitionem verò extraordinarium.*
4 *Et an ſuperueniente accuſatore,ceſſet inquiſitio?*
5 *Iudex regulariter non poteſt de iure ciuili per inquiſitionẽ procedere,de iure autem canonico poteſt.*
6 *Et quid de conſuetudine?*
7 *Accuſatio,& inquiſitio an poſſint ſimul cumulari?*
8 *Iudex an debeat priuſquam inquirat,ſtatuere parti offenſæ terminum ad accuſandum?*
9 *Et quid ſi pars ipſa offenſa id petat?*
10 *Iudex an debeat facere ſibi dari licentiam ab accuſatore, procedendi in cauſa?*

1 QVæro quibus modis criminaliter procedatur?Reſpond.In hac quæſtione multi ex Doctoribus,præcipuè Modernis,multum ſe inuoluũt, nam aliqui dicunt,quòd tribus modis proceditur ſcilicet per accuſationem,denunciationem, & inquiſitionem.Aliqui addunt, quòd etiam per exceptionem & per notorium, & per deprehenſionem in flagranti crimine.Et adeò intricatè loquuntur, vt vix poſsit ex omnium dictis, haberi vera reſolutio, quæ vel ad ad regulas iuris communis, vel ad communem

communem practicam rectè posit accommodari. Tu ergo dic, quòd in causis criminalib.duob.modis proceditur,scilicet vel ex officio, vel ad instantiam partis,neque ego inuenio in toto iure Ciuili,aut Canonico,neque in tota practica,quę ex cõsuetudine communiter obseruatur, aliquem alium modũ procedendi.Et scias,quòd in hoc proposito &in tota hac materia,ego non intendo aliquid tractare de illa inquisitione generalissima,quæ fit per officiales,& de qua (secundum aliquos) loquitur tex.in l.cõgruit.ff.de off.præsi.cuius loco hodiè succedit,illud bannum generale,contra omnes homines malæ conditionis & famæ, ꝙ faciunt fieri protestates per proclama,in principio sui officij, vt attestatur Angel.de malef.in verbo,Hæc est quædã inquisitio,nu.3.& Ama.de syndicatu,post num.30. vers.Tertia propter,& Maranta,fol.81.nu.31.neque de aliis speciebus,inquisitionum,de quib.per Bart. in l.2.§.si publico,ff.de adult.& alios criminalistas in locis ordinariis,neque etiam de illa inquisitione generali,quam facit iudex,statim constito de delicto,ad inuestigandum delinquentem, de qua dixi infrà.q.5.ver.Poterit igitur,& q.50.vers.Item quia: sed tãtùm de inquisitione particulari, quam iudex facit contra aliquem. Dico igitur,quòd ad instantiam partis proceditur, quando pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectare potest ius accusandi,porrigit accusationem seu querelam, & super ipsa querela proceditur.Et hoc est illud,quod Scribentes appellãt procedere per viam accusationis. Ex officio proceditur,quando iudex à se ipso,& ex suo officio assumit informationes contra delinquẽtem,& contra eum procedit. Et hoc est,quod dicitur procedere per viam inquisitionis.

2 Et aduerte,quia in hoc proposito multi falluntur putantes, quòd procedere per viam inquisitionis fit,quando iudex transmittit reo inquisitionem,sed in hoc grauiter errant, nam(vt eleganter dicit Signo.consil.245.in primo dubio,præsertim nu.5.)actus inquisitionis secundum communem loquelam & dispositionem iuris baptizatur, & appropriatur primo actui,quo mediante, per viam officij iudex videtur velle procedere contra aliquem, non autẽ attribuitur actibus sequentib.processus.Et sic rectè loquendo,inquirere contra aliquem,non est ei trãsmittere inquisitionẽ,sed est recipere testes, seu informationes cõtra eũ charta verò inquisitionis, siue libellus criminalis,qui cõtra reũ formatur, atq; ei intimatur cum termino cõparendi, est actus cõmunis vtrique modo procedendi. Et ideò indifferentèr transmittitur reo absenti,tam si procedatur ad accusationẽ,seu querelã partis, quã si procedatur ex officio. Sed etiã formare inquisitionẽ cõtra aliquẽ,non est ipsam chartã,siue libellũ inquisitionis ei transmittere,illud enim potius est illũ citare, vt dixi ĩ.q.31.sed est facere processum informatiuũ, assumẽdo informationes & indicia cõtra eũ, super aliquo delicto.Ex quibus deinde informationibus, & indiciis elicitur titulus,& series facti,quæ postea narratur in ea,quã appellamus inquisitionem,quæ sic formata, & inscriptis redacta transmittitur reo in vim citationis,& libelli,vt dixi in d.q.31.vers. quæro nunquid,& se.& infrà.quæst.28.versicul.scias autem.

3 Debes autẽ scire,ꝙ ex istis duob.modis,seu remediis procedendi contra delinquẽtes,loquẽdo secũdũ ius cõe, alterũ. s. accusationis,seu querelæ,erat ordinarium,alterum verò,scilicet inquisitionis, fiue ex officio,erat extraordinarium,ita dicit Inn.in c.cùm oporteat,de accu.quem sequuntur communiter Doct.vt ait Diaz reg.336.& est cõis opi.vt dicunt Cano.in rub.de iudiciis, & in specie Dec.in 1. lect.post n.76.& in 2.lect.post nu.43.Sapia in l.imperium,n.29.de iurisd.om.iud.Et licet aliqui tenuerunt, ꝙ de iure Canonico remedium inquisitionis esset ordinariũ, ex quo secũdũ dispositionem iuris Canonici,super omnib.criminib.indifferenter possunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam vtilitatem,secundum Archi.in ca.felicis. §.fi.de pact.in 6.cuius opin.dicit esse communem Maria.in d.c.qualiter & quando n.108.in fi.nihilominus magis communis opin. videtur esse ꝙ tam de iure Canonico, quàm de iure ciuili sit extraordinarium.Et ita in specie hanc esse communem opin.attestatur Alci.in c.1.n.14.de off.de ord.Hiero. in Apostil.ad Ang.de malef.in verbo,Hæc est quædam inquisitio.post n.80.Dec.in Rub.de iud.prout illũ refert Boss.in tit.de Inquisit.n.17.Et ratio huius conclusionis est, de iure communi regulariter quilibet admittitur ad accusandum,vt dixi 1.q.14.circa prin.meritò accusatio dicitur remedium ordinarium.Ex aduerso autem, iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium, quia de iure communi regulariter iudex potest ex officio procedere per viam inquisitionis,vt dicit glo.in d.l.2.§.fi publico, in verbo, sine accusatore.ff.de adul.quæ in hoc est communiter approbata,vt dicit Alb.in l.ea quidẽ, post num.4.C.de accus.prout illum refert Apostil. prælle,ad Ang.de malef.post nu.48.vers. In quantũ Ang.Et dicit Marian.in rep.d.c.qualiter & quãdo,nume.106.quòd hanc opin. secuti sunt omnes antiqui Doctor.Illam etiam dicit esse communem Cuman.cons.136.circa fin.Pract.Conradi,fol.245. n.1.meritò ergo iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium.Et quãuis de iure Canonico videatur iudicium inquisitionis regulariter permissum, (vt suprà dictum est)ex quo tamen etiam illo iure non seruantur in iudicio inquisitionis ea quę regulariter seruari deberent in iudiciis criminalibus, vt in discursu materiæ demonstrabitur, necessariò fatendum est,veram esse communem opin. quòd scilicet tam de iure Canonico,quam de iure ciuili remedium inquisitionis dicatur extraordinarium.

4 Ex hac autem conclusione resultabat maximus effectus, quia cùm secũdum communes iuris regulas remedium ordinarium faciat semper cessare remedium extraordinarium,necessariò sequebatur, ꝙ pars volens accusare,esset præferenda iudici inquirenti,prout in hoc proposito Doctores omnes fatentur & Alber.in 3.parte statutorum,q.57.attestatur etiam ita cõmuniter seruari,ꝙ scilicet quando adest accusator idoneus,cessat inquisitio.Dicit etiam Bald.in addit.ad Spe.in tit.de sententiis,col. 17.prout illum refert Boss.in tit.de inquisitione, nu. 19.practicam esse,, quòd si plenior est accusatio, 5 super ea proceditur,& pronunciatur,ꝙ nõ esse procedendum super inquisitione. Et licet super hoc etiam articulo,an accusatio faciat cessare inquisitionẽ,magna fuerit varietas inter scribentes,præsertim quando iam cœpta inquisitione superuenit accusator,semper tamen recurrimus ad lõgam distinctionẽ,quam ponit Sal.in d.l.ea quidem,num.54.C.de accu.ꝙ scilicet,aut accusator superuenit ante receptas probationes,aut post. Primo casu,aut potest imputari negligẽtia accusatori,& nõ cessat inquisitio,sed accusator repellitur. Aut verò non potest imputari,& tunc si prosequitur suam, vel suorum iniuriã, auditur,& cessat inquisitio nisi esset suspectus de conclusione.Si verò neq; suã,neq; suorũ iniuriã prosequitur,non est audiendus.Secundo autem casu,quãdo scilicet accusator superuenit post receptas probationes,tunc aut delictũ est probatum,& repellitur accusator: Aut non est probatũ, & tunc admittitur. Et hanc distinctionem Salyc. dicit communiter teneri Fel.in d.cap.qualiter & quando.§.licet autem,in fin.verbis,de accus.quem refert Maranta in suo Spec.fol.82.num.38.& Boss. in tit.de inquisitio.nume.18. Diaz in pract. crimin. canon.c.6.vers.An autem iudex, Apostil. ad Ang. de malef.in d.glo.Hæc est quædam inquisitio,post nume.80.

6 Sed certè quicquid sit de iure cõmuni,hæc omissa cessant ex cõsuetudine præsentis tẽporis.nã etiã de iure ciuili hodiè in quocunq; casu permissum est iudici ꝓcedere ex officio, & sic per inquisitionẽ,prout de hac generali consuetudine attestatur Gand.de malef. in tit. quomodo cognoscatur de malef.per inquisitionẽ,post n.6.vers.Sed hodie,vbi etiã subdit,ꝙ ita vidit cõmuniter obseruari:quẽ refert Bal.in l.ea quidẽ,post nume.44.C.de accusa.& Card.Alex.in c.de accusatione,col.15.post mediũ, 2.q.8.Ioã.And.in addit.Spe.in ti.de inquisit.§.quãdo autẽ:in prin.vbi dicit,ꝙ iudices seculares fori, de cõsuetudine faciũt sibi regulã ĩquirẽdi de quolibet maleficio,Io.Fab.Insti.de publ. iud. in princ. vbi dicit,ꝙ ita seruatur de facto. Guid. de Suz.de malef.in Rub. qualiter fiat inquisitio. Cuma.in d. cõs.136.circa fi.quẽ refert Apostil.ad Ang. de malef.in d.gl.Hęc est quędã inquisitio,sub num.30.in verbo,Specialis,& Boss.in ti.de inquisit.n.8.Vital. de malef.in Rub.de inquisitionibus,nu.6.Blanc.de indic.nu.5.Ita etiã practicari in regno Castellę,attestatur Ant.Gom.c.1.delictorũ,nu.49.in fin.Et sic hac consuetudine attenta,facienda est cõclusio in contrariũ,ꝙ scilicet inquisitionis remediũ, est ita ordinariũ,prout est remedium accusationis.Et ita dixit And.de Pisis relatus per Bal.in l.1.§.in initio, post nu.7.vers.Sed nunquid.ff. de off. præfe.vrb.ꝙ dictũ quasi omnes sequuntur,vt dicit Anan. in d.c. qualiter & quando,§.licet autẽ.nu.9.Et ratio est, quia hodiè de cõsuetudine, in quocũque crimine regulariter fiscus efficitur accusator, vt ait Pract. Millei,fol.3.nu.31.Et aduocati & syndici fiscales assumũt partes accusatoris,ét si pars nõ querelet,vt quotidiè videmus in practica seruari. Quinimò in aliquib.locis remediũ inquisitionis factũ est ordinariũ,& remediũ accusationis factũ est extraordinariũ,prout est in regno Neapol.in quo nullus admittitur ad accusandũ, nisi suam vel suorũ iniuriã prosequatur,vt dixi ĩ.q.14. ver.Tertius est casus,in fi.& in Francia,vbi (ꝙ plus est) per ordinationes regias prohibita est accusatio,etiã si quis velit suã, aut suorũ iniuriã prosequi,quãtũ scilicet ad vindictã publicã,sed dũtaxat ꝓmittitur pro suo interesse ciuili,& sic in omnib. causis proceditur per solã viã inquisitionis,vt attestatur Guil.Benedict.in secunda parte rep.c.Raynutius,in verb. mortuo itaque testatore.nu.200.Pract.Millei fol.17.n.53.& fol. 32.n.35.Pariter ét in Flãdria ex innolitis iam olim stylo,& consuetudine pars offensa non peteſt concludere ad pœnam criminaliter, sed tantum in fiscum,vt attestatur Iodo.fol.68.nu.13.

7 Hinc infertur,ꝙ licet de iure loquendo,& accusatio,& inquisitio nõ possint simul cumulari,vt omnes concludunt,teste Roma.in l.edita,post nu.138. C.de edẽdo,sed accusatio facit cessare inquisitionem,vt suprà dixi,nihilominus attẽta hac generali cõsuetudine, vnum ex istis duob. remediis,accusationis scilicet,& inquisitionis, non facit cessare aliud,sed ambo simul concurrunt, seu concurrere possunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis. Et ideò,etiãsi iudex ꝓcedat ex officio pro aliquo delicto quãdocunq; superuenit pars, quæ velit querelare,semꝑ admittitur,& econuerso si pars ab initio querelat,nõ propterea cessat iudex ex officio accipere informationes,& examinare testes ét non productos,neq; subministratos à parte.Adeò ꝙ modus procedẽdi,qui hodiernis tẽporib.obseruatur,est quidã modus,in quo pòt cõcurrere mixtura,seu cumulatio vtriusq; remedij.s. ex officio,& ad instãtiã partis:& vnũ ab altero nõ impeditur,quinimò multoties concurrunt denũciatio,inquisitio,& accusatio in eodẽ processu,vt infrà etiã dicemus.Et hic modus ꝓcedendi à cõsuetudine introductus,conuenit opinion.quã tenebat Ni.& matarel. ꝙ s.accusatione superueniẽte procedatur super vtroque iudicio inquisitionis & accusationis,& super vtroq; simul vnica tantũ sentẽtia feratur,de qua opi.mentionem facit Are.licet eã non sequatur,in d.c.qualiter & qũ,in princ.post nu.14.vers.Secunda fuit,referens Butr.ibi,post nu. 13.dicentem,ꝙ hæc opi.esset approbãda per Principes & Pontifices,quia secũdum eam cessant omnia inconueniẽtia. Nam si cõpareat accusator,qui suam,vel suorũ iniuriam prosequatur,non excludetur à prosecutione suæ iniuriæ, pariter etiam procedente iudice super inquisitione, cessabit suspicio collusionis accusatoris, & si ipse colludet, non colludet iudex.

8 Et consequenter hodiè superflua est etiã illa practica,quam tradit Alex.in Apostil.ad Bar.in d.l.2. §.si publico post nu.2.in verbo,Modum inquisitionis.ff.de adul.ꝙ scilicet iudex omninò statuat parti offensę terminum ad accusandum, quo elapso poterit deinde,vbi pars nõ accuset,ex officio procedere,neque poterit postea pars, etiã si velit accusare,impedire processum ipsius iudicis inquirẽtis,ꝙ etiam practicari,in regno Castellæ à peritis iudicibus,attestatur Ant.Gome.c. 1. delictorũ,nu. 17.Est enim de iure indubitatum, ꝙ potest statui parti terminus ad accusandum,& quòd, vbi in eo termino non accusauerit,nõ est postea audienda, secundum Bar.in l.Papinianus.§.1.nu. 2.ff.de inoff. testa.cuius opi.communiter tenetur,vt dicit Imol. in c.tuæ,circa fi.de procu.Et hanc practicam, quã tradit Alex.sequuntur communiter Doctores,vt ait Blan.in pract.cri.fol.6.n.41. Sed certè hodiè,cũ ex dicta generali cõsuetudine possit iudex in omni casu inquirere, non est opus hac cautela,ex quo non potest timere,ne per superuenientiam accusatoris inquisitio impediatur.Et ita se aliquãdo obtinuisse in facto attestatur Alb.in d. l. ea quidem, post nu.8.versi.Nunc aliquas.Et ideò licet forrè de iure iudex, qui antequam formet inquisitionem, nõ statuit terminum iniuriato ad accusandum,teneatur in syndicatu,hoc tamen in practica nõ seruatur,vt attestatur Amad.de syndicatu,post nu.32. quem refert Boss.in tit.de inquisitione,num. 68.& tit.de citat,nu.41.

9 Cessat pariter cautela, quam tradit Cæpolla, caut.25.ad differendum processum inquisitionis, quòd scilicet compareat offensus, & petat si bi

statuti terminum competentem ad accusandum, quo termino durante, iudex non potest ex officio procedere, & illam dicit esse notabilem Blanc. in loco proxime allega. nu. 43 subdens, quòd Doctores eam communiter sequuntur. Cessat autem (vt dixi) quia cùm ex supradicta consuetudine introductum sit, vt vnus modus procedendi, alterum non impediat, non debet iudex expectando accusatorem ab inquirendo & procedendo desistere.

10 Superflua etiam redditur alia practica, quam ponit Bar. in l. inter accusatorem, nu. 8. ff. de publ. iud. ad euitandum, ne accusatio impediat inquisitionem, quòd scilicet facta & producta accusatione, iudex faciat sibi dari licentiam ab accusatore, quòd possit procedere, subdens hanc esse consuetudinem Italiæ quem refert Aret. in c. licet, nume. 20. de accus. & Aflict. in 2. parte constitu. regni, Rub. 1. post num. 28. relatus & ipse per Carauitam super ritu 21. magnæ Curiæ, post num. 2. Hoc idem attestatur tenere omnes Doct. Bald. in l. si accusatoribus, nu. 4. C. de accusa. vbi etiam dicit, quòd cauti assessores faciunt scribi, quomodo pars dat eis licentiam expediendi processum, &c. quem refert Ana. in d. c. licet, n. 6. Sed certè stante prædicta consuetudine, frustra peteret iudex licentiam à parte eius, quod ab ipsa consuetudine ei conceditur. Et ita hodiè istam practicam Bart. non obseruari de stylo neque de consuetudine attestatur Blan. in d. pra. cri. fol. 11. n. 25. Potest enim iudex ipse ad vindictam publicam, ex officio, prosequi iam cœptam accusationẽ, vel etiam nouum processum formare. & ita practicatur. vt dicit Ang. de malef. in verb. Comparuerunt, & negauerunt totum, numer. 20. quem refert Boss. in tit. de. accus. nu. 14. Vide quæ dixi in hoc proposito, infrà q. 45. vers. Facta autem, & q. 51. vers. Sed quid si accusator, & q. 58. circa prin. Benè verum est, ꝙ vbi non vigeret talis consuetudo, stãdum esset in meris terminis iuris Communis, & haberent locum tradita per Doctores in locis superius allegatis.

QVÆSTIO IIII.

1 *Iudici ante omnia constare debet de delicto.*
2 *Et quomodo dicatur constare de delicto ad effectum procedendi?*
3 *Et quomodo de delicto facti transeuntis?*
4 *Et quomodo de delicto, facti permanentis?*
5 *Et quid si dubitatur an delictum interuenerit?*

1 DIctum est quibus modis criminaliter procedi possit. Sciendum est autem, ꝙ in omnem casum nunquam debet iudex procedere ad aliquẽ actum, nisi prius illi constet delictum ipsum fuisse commissum. Et ita semper faciunt practici assessores, vt dicit Gratus inter consil. crimin. diuersorũ, cons. 99. post num. 7. vers. Secundò etiam, libr. 1. Est enim vulgaris, & trita conclusio, quòd ante omnia debet iudici constare de delicto, quæ colligitur ex tex. in vulgata l. 1. §. Item illud. ff. ad Syle. quem tex. sciunt omnes, vt dicit Boss. in tit. de delicto, nu. 2. licet reuera ille tex. loquatur de tortura, vt scilicet reus non subiiciatur torturæ, nisi prius constet delictũ fuisse commissum. Et hoc adeò verum est, quòd etiamsi reus confiteretur delictũ aliquod commisisse, non potest condemnari, nisi de ipso delicto aliter quam ex eius confessione appareat, vt dixi infrà, q. 55. ver. Potest etiam, Sed quia Doctor. in hac materia satis intricatè loquũtur, debes scire, ꝙ aliter debet constare de delicto ad effectum torquendi, seu condemnandi, de quo dixi in loco prælleg. & q. 64. vers. Debet autem, & q. 66. circa princi. & aliter, quò ad affectum inquirendi, seu procedendi.† Nam quò ad inquirendum, sola querela vel denunciatio sufficit, quinimò habita querela, seu denunciatione, tenetur iudex procedere & inquirere. Et si id non faciat, poterit puniri tam ex dispositione Iuris communis, quam ex forma decretorum huius ducatus, in nouis constitutionibus, in titu. de accusationibus, c. delatis. Et dicit Bald. in l. mancipia, nu. 1. C. de ser. fug. quòd vidit semel condemnari quendam iudicem, qui portauit ad Cameram accusationem sibi delatam, & noluit super ea procedere. Et illum refert Amad. de synd. nu. 71.

2

3 Scias tamen aliqua esse delicta, in quibus iudex tenetur, priusquam inquirat contra delinquentẽ, inquirere de veritate delicti. Aliqua verò, in quibus non requiritur alia inuestigatio super veritate criminis, sed immediatè procedi potest contra delinquentem. Et ideo debes præsupponere quòd quando delictum est tale, quod solo animo perficitur, vt hæresis, vel etiam tale, quod licet facto cõmittatur, eius tamen facti nulla solent remanere vestigia, vt est adulterium, & alij coitus, qui sine fractura committũtur, furtum pariter sine fractura, percussiones, quæ fiunt alapa, vel baculo sine liuore, iniuriæ verbales, vel similia, in istis criminibus non requiritur ad procedendum alia inuestigatio delicti: sed statim porrecta querela, potest, & debet iudex inquirere contra delinquentẽ, assumẽdo contra eum informationes: & habitis indiciis, illum carcerari, vel citari facere, prout qualitas delicti requiret, aliàs infinita delicta impunita pertransirent, quòd nullo modo est dicẽdum. Et super hoc in practica nulla solet fieri difficultas.

4 Quando verò est delictum facti permanentis, cuius scilicet certa remanent vestigia, puta homicidij ipsum cadauer, incendij locus combustus, & similia, tunc etiam porrecta querela, vel denunciatione, non dicitur legitimè constare de delicto, nisi prius iudex, seu curia corpus ipsum, seu locus incendij oculis subiiciant. Et ita superiorib. annis, cũ fuisset accusata quædam Antonia de Nouello, ꝙ partum necasset, & ipsa aufugisset. Senatus rescripsit Prætori Luini, vt antequam contra eam procederet prius faceret cadauer infantis perquiri. Ego tamen quandoque vidi per Senatum aliquos imputatos de homicidio, cogi ad præstandam fideiusionem de se præsentãdo toties, quoties, &c. licet de cadauere non appareret, prout seruatum fuit in quibusdam Marchettis de loco Aronæ, 12. Ian. 1555. & hoc ne si postea cadauer repertum fuisset, illi possent fuga impuniti euadere. Vidi etiam, ꝙ Senatus iussit procedi contra quosdam de Longinis, qui simul visi fuerãt cũ eo, qui dicebatur interfectus, etiã ꝙ cadauer repertũ nõ fuisset, 10. Septẽb. 1555. P. N. Statim igitur, ꝙ ad iudicis notitiã peruenit delictum fuisse commissum, puta hominẽ fuisse interfectum, debet iudex ipse accedere ad eius cadauer visendum & inspiciendum. Et hæc est communis practica, vt dicit Blanc. in pract. crim. fol. 3. nu. 6. vel secundum alios mittere notarium, qui cadauer ipsum inspiciat, & vulnera describat Et ita seruat consuetudo, vt ait Nouel. in pract. cri.

cri. fo. 59. nu. 2. Pract. Iod. c. 75. nu. 3. hanc etiam dicit esse communem practicam totius orbis Io. de amicis, cons. 131. num. 7. Ita etiam obseruari dicit Boss. in loco prælleg. nume. 2. Et ita seruandum esse rescripsit Senatus Prætori Malei, 14. Februa. 1551. P. N. Et debet recognosci cadauer per testes, qui dum imperfectus inhumatus esset, illum cognouerunt, si id fieri potest, si verò, cuius esset ignoratur, debet per vestes & signa describi, & particulariter annotari omnia vulnera. Et hoc modo dicetur constare de delicto. Et ita docent omnes, vt ait Foller. in pract. cri. fol. 15. nu. 4. licet enim ignoretur nomen occisi, dummodo constet de corpore, satis dicetur constare de delicto, & proceditur etiam ad condẽnationem. Et hoc omnes sciunt, vt dicit Boss. in loco prælleg. nu. 23. Et dicit Bal. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hære. instit. ꝙ ipse vidit de facto ꝙ fuit facta inquisitio contra vnum, qui occiderat quendam, cuius nomen ignorabatur, & fuit missus ad furcas. Et illum refert Marsi. in pract. crim. in princ. post nu. 17. vbi etiã refert Ang. in l. 1. §. interdum. nu. 1. ff. si pars hære. pet. dicentem, ꝙ siue ignoretur nomen delinquentis, siue nomen offensi, ipse vidit vtroque casu practicari, ꝙ procedatur. Et ꝙ est bona practica, ne ex eo, ꝙ nomẽ ignoretur, delicta impunita remaneant. Vide quæ dixi infrà q. 52. vers. Vlterius etiã. Quinimò dicit Ang. in l. eum qui. §. si nupta, nu. 3 ff. de iniur. & in l. falsus. §. qui alienũ. nũ. 3. per illũ tex. ff. de furt. ꝙ procedit inquisitio contra furẽ, narrãdo, quòd furatus est contra voluntatem domini, licet non sit aliquis dominus nominatus. Et refert, ꝙ ita fuit Perusij obtentũ in cõtradictorio iudicio, contra quosdam, qui fuerũt suspensi ex eo, quòd furati fuerant quosdam porcos, domus sapientiæ. Et illum refert Anan. in c. qui cum fure, in vltimis verbis, de furtis, quod est summè notandum, quia de facili quis responderet contrariũ. Et aduertat notarius, vel iudex, vt describat, seu describi faciat omnia vulnera particulariter, cum omnib. qualitatib. suis, & cum quo genere armorũ illata videantur, & an punctim, vel cæsim, &c. & in scriptis reducat mortalia pro mortalibus, & non mortalia pro non mortalibus, prout dicit obseruare consuetudinẽ mundi, Ang. in l. si in rixa, nu. 2. ff. de sica. hæc enim quandoq; sunt magnæ importantiæ ad cognoscendum à quo sint illata vulnera, puta, ex genere armorum, quo apparet ex processu quẽlibet ex vulnerãtib. seu admittẽtib. eo tẽpore armatũ fuisse, & similia, propterea, quæ dixi sup. hoc cod lib. §. Homicidium. vers. Alia est etiam. Et relatio huius visitationis cõmuniter per totam Italiã appellatur. Visum, & repertum, quia notarij per illa verba eas incipiunt in actis redigere, vt dicit Marsi. in pract. cri. in prin. nu. 4. in fi. Et hæc quæ dicta sunt de homicidio, intelligenda sunt etiam de similib. delictis, quorum remanent vestigia, puta in incendio, vt visitetur locus incendij, & reliquiæ cõbustionis, in furto, vt videatur fractura facta in arca, ostio vel pariete, in stupro illato puero, vel vi illatæ puellæ, vt inspiciantur partes pudẽdæ per obstetrices, vel chirurgos, vel alias personas, vt quotidiè fit. Et vbi tales personæ referant cũ iuramento, se credere stuprum illatum, vel puellã corruptã fuisse, satis dicetur cõstare de delicto, quò ad hoc, vt contra delinquentem procedi possit.

5 Hæc autẽ omnia de plano procedunt, quando apparet in re ipsa delictum interuenisse, puta quando in corpore inspiciuntur vulnera, vel signa violationis, vel similia. Et hoc est quòd innuit tex. in d. §. Item illud, ibi, scelere interemptum, &c. Sed quid si dubium sit, an scelere, an verò alia de causa? Et potest poni exemplum in eo, qui repertus est mortuus in puteo, vt in casu in quo consuluit Dec. cõs. 438. potest enim esse, ꝙ quis seipsum præcipitauerit, & quòd ab aliis præcipitatus fuerit, & etiam ꝙ casu ceciderit. Sic etiam in eo, qui dicitur habere signa veneni, potest enim esse venenum in corpore generatum, & ab aliis propinatum, & etiã ex aëris corruptione contractum, vt eleganter in facti contingẽtia, declarat Gram. voto. 32. nu. 21. Ego dico, quòd his casibus iudex debet omnino inquirere, & informationes assumere, non quidẽ tanquã de maleficio, sed vt veritatẽ facti intelligat, ex qua deinde apparere possit, an sit delictũ, vel ne, adhibendo ẽt, vbi opus sit, iudiciũ medicorũ, vel aliorum peritorum. Et vbi ex informationib. assumptis, cõstet scelus nõ interuenisse, silebit processus: vbi verò resultet aliquod indiciũ, poterit ad vlteriora procedere. Et hoc modo nihil ei poterit imputari. Et hanc practicã seruant cauti Iudices, & assessores. Et paucis ab hinc annis vidi duos processus agitari cõtra duos nobiles, in ciuitate Papiæ, quorũ alter imputabatur venenasse propriam vxorem, alter strãgulasse eius concubinã. Et certè poterat dici, quòd vix apparebat de delicto, & tamen fuit contra eos processum, etiam re in Senatu relata, cum maxima seueritate. Scio etiã plerosque viros, quos pro certo fertur proprias vxores venenasse, absq; vlla molestia per vrbem ambulare, quia dictũ fuit, non cõstare de delicto. Sed iudices, qui dolosè palliant huiusmodi delicta, non euadent æterni iudicis condemnationem.

QVÆSTIO V.

1 *Iudex, constito de delicto, statim debet delinquentem inquirere.*
2 *Et an regulariter per inquisitionem procedi possit?*
3 *Et an sint aliqui casus, in quibus etiam, de Iure communi, per inquisitionem procedi possit?*
4 *Aliquid præcedere debere, ad hoc, vt aperiatur via iudici ad inquirendum.*
5 *Potest iudex statim, constito de delicto, generaliter contra delinquentem inquirere.*

1 POstquam igitur iudici legitimè constat, delictũ commissum fuisse, statim debet super ipso delicto inquirere, vt quamprimũ scire possit, quis delictum ipsum commiserit. Qua in re maximè necessaria est celeritas & diligentia, ne fortè propter moram, quæ à iudice interponatur, non modo delinquens ipse fuga euadat, sed etiam detur spaciũ eius fautoribus & amicis, testes de negotio ipso informatos, subornãdi, & à veritatis depositione deterrendi, vt sæpenumerò contingere videmus. Sed hoc quidem loco in quo de ipsa inquisitione tractare incipimus, plura essent præmittenda, quæ ad terminorũ cognitionẽ pertinent. s. quid sit inquisitio, ac quotuplex: & huiusmodi, quæ tamen, cum in practica nunquàm ferè tractari contingat, consultò omittere decreuimus, poterit enim studiosus lector in locis ordinariis ea omnia facilè inuenire.

2 Quæro, in quibus casibus per inquisitionem procedi possit? Resp. dixi suprà q. 3. vers. Debes autem scire, quòd regulariter de iure ciuili, non põt iudex per inquisitionem cõtra aliquẽ procedere. Nemo enim sine accusatore puniri debet, vt dicit gl. in l. 2. §. si publico, in verb. Sine accusatore, ff. de adult. quam tenent cõmuniter omnes, vt dicit Ang. ibi,

nu.2.Et hoc,secũdum ius commune,nullam habet difficultatẽ.Cæterùm de consuetudine regulariter in omnibus casib. potest iudex per viã inquisitionis procedere,vt dixi suprà eadem quæstione tertia,versiculo,Sed certe.

3 Scias etiam,de iure communi multos esse casus, in quibus,circunscripta omni cõsuetudine,potest ex officio procedi,adeò,vt de facili posset fieri regula in cõtrarium.Hos autem casus inuenire poteris apud eos,qui de maleficiis scripserũt sub Rub. de inquisit.plerosq; etiam recẽset Ang.de malef.in verbo,Hæc est quædam inquisitio,& ibi etiã Aug. in additio.à nu.12.vsq; ad n.48.qui non modò sunt communiter approbati,sed in eis nemo contradicit,vt attestatur idem Augu.ibi,post nu.48.vers.Itẽ aduerte.Tu per te illos videre poteris:sed aduerte ne erres,quia ad hoc,vt iudex possit in aliquo casu cõtra aliquẽ inquirere,& ex officio procedere,nõ sufficit dicere,℘ ille est vnus ex casibus, in quibus est permissa inquisitio,neque,℘ contra eum est ali quod indicium etiã proximũ maleficio. Sed scias, ℘ in quocunq; casu,in quo iudex,siue de Iure communi,siue statutario,siue ex consuetudine, potest procedere ex officio,& sic per viam inquisitionis, nunquã debet,neque potest à seipso procedere ad inquirendum,siue assumendas informationes,vel
4 indicia specialiter cõtra aliquẽ,† nisi aliquid præcedat,quod aperiat viã inquisitioni.s.vel diffamatio,vel querela partis,vel denũciatio,vel huiusmodi,aliter processus esset ipso iure nullus,etiãsi delictũ fuisset deinde plenè probatũ.Et memini ego,℘ fuit grauiter reprehensus Prætor Vallis Sicidæ,qui processerat contra quendã de incestu , ℘ propriã filiã carnaliter cognouisset,nulla præcedente querela,vel denunciatione, & ambo fuerũt absoluti 9. Nouembr.1560.P.N.neque in hoc attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter,neque illæ quæ fiunt incerto auctore & suppresso nomine notificantis.nam super huiusmodi notificationibus prohibitum est procedi etiã si in eis essent nominati testes de ipso delicto informati.Et si super eis fieret processus,esset ipso iure nullus.Et de hoc extat decretum in nouis constitutionibus in tit.de accu. c.omnibus §.nec etiam.Et omnes illi contra quos fuit processum super huiusmodi notificationibus vel denũciationibus,factis per personas incertas, fuerũt per Senatum absoluti : & in specie de anno 1561.quædã Catharina Zanetta P.N. & 20. Decẽb. eiusdem anni idem fuit rescriptum Prætori Vallis Sicidę P.N.Et ex hac causa fuit processatus cõmissarius Masij,qui processerat cõtra quosdã super huiusmodi notificationibus secretis 15.Septemb.1561. P.N.Hoc aũt fuit à iure introductum ad refrænandam malitiã & propter prauitatẽ iudicũ. Si enim daretur eis facultas procedẽdi ex abruptò contra oẽs ad sui libitũ,possent multos indebitè vexare: & ideò statutũ est,vt prius aliquid præcedat,quod iudicẽ ad ꝓcedẽdũ inducat,& quodã modo ex necessitate officii sui impellat,puta fama,vel clamor, vel querela partis,vel denũciatio officialis,vel aliquid aliud.ex his,quæ 7.proximis qu.subiiciemus. Poterit igitur iudex in prædictis casib.enumeratis per Doctores in locis præallegatis ex officio procedere & specialiter contra aliquẽ inquirere.Benè verũ est,℘ absque eo ℘ aliquid specialiter præcedat contra aliquẽ,quotiescũq; iudici constat aliquod maleficium commissum fuisse,statim potest inquirere generaliter super ipso maleficio,vt inueniat personam,quæ commisit ipsum maleficium,& habito aliquo indicio contra aliquem,vocat deinde illum ad se defendendũ. Et ita seruat totus mundus,vt dicit Inno.in c.bonæ,el1.nu.5.de electio. subdens,quòd illud,quod longã interpretationem recepit ex iteratione factorum , mutari nõ debet.Et hoc dictum Innoc.refert Bal.in l.edicta,in repet.Patauina,nu.30.C.de edẽdo,& in l.ea quidẽ,nu. 42.C. de accus.& Anan.in d.c.qualiter & quando , el 2.§. debet,nu.9.& Card.Alex .in c.de accusatione col. 14.vers.inquisitio generalis,2.quæst. 8.& alij , quos retuli infrà,q.50.versiculo,Item quia,& sequen.Practica igitur est,quòd si non sit porrecta contra aliquẽ querela,vel denunciatio , vel aliter aperta via iudici ad specialiter inquirendum,sed tantũ cõstet delictum fuisse commissum,iudex statim ex officio inquirit generaliter,interrogando testes,quos putat de negocio informatos , in genere , an sciant quis delictum commiserit , neminem nominando. Quando verò certus est delinquẽs,puta, quia porrecta est contra aliquem querela vel denunciatio, tunc iudex non inquirit generaliter,sed specialiter interrogando testes,quid sciant de contentis in ipsa querela,vel denunciatione,in qua ille est specialiter nominatus. Tunc autem illa inquisitio generalis transit in specialem , quando testes qui sunt in genere interrogati,secundum ea,quæ statim dixi,nominant ipsi in specie delinquentem, nã eo casu,illa nominatio aperit viam iudici ad inquirendũ specialiter contra illum nominatum,id est,ad alias informationes contra eum assumendas, nam vbicunque ex informationibus assumptis super inquisitione generali oritur aliquod indicium de crimine contra aliquem,illud indicium,licet receptũ sit parte non citata, inducit tamen præsumptionem contra eum,quæ sufficiens est ad inquirendũ specialiter cõtra ipsum,vt dicit Bar.in d.l.2.§.si publico,nu. 9.& est communis conclusio vt attestatur Aret.in c.cũ oporteat,nu.44.in fi.de accus. Quinimò si ex dictis huiusmodi testium receptorum super inquisitione generali , resultaret sufficiens indicium contra aliquem, posset ille capi , vel citari absq; alia speciali inquisitione.Et hoc est quod voluit dicere Inno.in loco præal.Et licet ipse loqui videatur in maleficio notorio , est tamen intelligenda eius doctrina in quocunq; maleficio,de quo iudici legitimè constet.Satis enim in hoc proposito dici potest notorium id,de quo apparet ex actis,vt dixi infrà lib. 7. §. Notorium. Et hæc omnia nota, quia ille locus Innoc. non est ab omnibus bene intellectus.

QVÆSTIO VI.

1 *Diffamationem præcedere debere,ad hoc,vt iudex per inquisitionem procedere possit.*
2 *Et quid in iudice ordinario?*
3 *Et quid si iudex ex mero officio procedat?*
4 *Et an etiam ad assumendas informationes super ipsa fama?*
5 *Et quid in inquisitione generali?*
6 *Et quid, in inquisitione, quæ fit contra officiales syndicandos?*
7 *Et quid,in crimine hæresis?*
8 *Et quid,si formetur inquisitio ex mandato principis?*
9 *Et quid si non fuerit de hoc oppositum?*
10 *Et an hæc conclusio de consuetudine obseruetur?*
11 *Fama quomodo probetur?*
12 *Et an per duos testes tantum?*

13 *Et an debeant reddere sufficientem causam scientiæ?*
14 *Et an debeant dicere quod illud audiuerunt à maiori parte populi?*
15 *Et an debeãt dicere,quòd illud audiuerunt publicè dici?*
16 *Et an debeant nominare eos,à quibus audiuerunt?*
17 *Et quid si non fuerint super hoc interrogati?*
18 *Et an debeant scire quid sit fama?*
19 *Fama an probetur per assertionem iudicis?*
20 *Fama an requiratur,vt sæpè ad iudicis aures ascendat?*
21 *Et an sola fama sufficiat.an autẽ etiam requiratur, quòd procedat clamosa insinuatio?*
22 *Iudex quid facere debeat,posſt assumptas informationes super infamia.*
23 *Et an reo petenti,danda sit copia indiciorum,super fama assumptorum?*

DIctum est suprà quæst.proxima, posse iudicẽ procedere ex officio, siue inquirere specialiter contra aliquem,dummodo aliquod præambulum legitimum præcedat , quod aperiat iudici viã
1 ad procedendum contra eum. † Inter cætera autem,si præcedat contra aliquem diffamatio , omnes fatentur,posse iudicem procedere , & super ipso crimine contra eum informationes , & indicia assumere.Talis enim diffamatio succedit loco accusationis,vt tenent communiter Can.teste Card. Alex.in d.c.de accusatione col.14.in fi.2. q. 8. quasi videatur populus ipse,illum , vt reum criminis,iudici deferre.Quinimò dici solet,quòd de iure communi,adhoc, vt possit procedi ex officio , siue per viã inquisitionis,requiritur,℘ præcedat diffamatio rei de crimine,pro quo iudex contra eũ procedere intendit,ita colligi videtur ex verbo d.c.qualiter & quando de accus. Et hoc etiam sonant illa verba, quæ solent in inquisitionib.apponi,FAMA PVBLICA PRAECEDENTE,&c. Et hæc est communis sententia Doctorum,vt attestatur Hieron.in Apostil.ad Angel.de malef.in verbo,Hæc est quædã inquisitio,post nu.68.vers.Secũdò in quantum.Nonel.in prac.crim.fol.63.post nu.17. Sed certè quicquid sit de iure,totũ contrariũ docet practica,quæ communiter obseruatur. Iudex enim constito de delicto , assumit informationes in genere, vt dixi 5. q. prox. vers. Poterit igitur, & interrogat primò testes quos putat esse de negocio informatos,super veritate criminis.s.an sciãt,quis maleficiũ illud cõmiserit.Et si dicãt se nescire, tũc interrogat eos super diffamatione neminẽ nominãdo , sed in genere interrogando,contra quem illius delicti fama laboret,vt dixi infrà vers.Sed quoniam.Et si ex eorum dictis resultet probatio facta cõtra aliquẽ, tũc specialiter cõtra eũ inquirit,& ad vlteriora cõtra eum procedit , vel per citationem, vel per capturam,iuxta qualitatem indiciorum. Et sic vides, quòd eodem contextu iudex assumit informationes super veritate criminis , & super diffamatione, neque ego vnquam vidi fieri aliquem processum qui inciperet ab huiusmodi diffamatione.Sed semper præcedit querela,vel denũciatio,vel aliter aperitur via iudici ad inquirendum, iuxta modos , de quibus suprà dictum est,& infrà etiam dicemus.

2 Sed retenta communi conclusione,℘.s.ad hoc,vt iudex possit inquirere,requiratur , quòd diffamatio præcedat,scias, ℘ Ang. in repet. si vacantia. C. de bon.vac.lib.x.videtur tenere,℘ in hoc facienda sit differentia inter iudicem ordinarium,& delegatum,vt scilicet iudex ordinarius possit absque diffamatione inquirere,non aũt delegatus.In hoc tamen Ang.cõmuniter reprobatur,vt dicit Alc.in c. j.nu.34.de offic.ord.Et hanc opi.contra Ang. dicit esse communem Card.Alc.in d.c. de accusatione, col.25.vers.Tamen fortius , quem refert Foller.in prac.cri.fol.86.nu.32.Et ideò (secundũ Doc.) modus procedendi est,vt iudex antequã procedat cõtra aliquẽ,assumat à seipso informationes super infamia rei,de illo crimine,deinde cõperto,eum esse de ipso delicto diffamatũ , examinet testes contra eum,super ipso maleficio,Et aduerte, quia de iure cõmuni,si iudex,vellet procedere super veritate criminis,non facta prius inquisitione de fama , posset reus appellare.Et ita dicunt cõmuniter Doct.vt ait Card.Alex.in d.c.de accusatione,col.25. circa medium.Contrarium tamen,vt dixi,communiter obseruatur de consuetudine.

3 Idem etiam Ang.in repet.d.l.si vacantia.num.177. videtur tenuisse,quòd hæc conclusio non procedat vbi iudex non ad postulationẽ partis, sed ex mero officio inquireret,nã eo casu (secundũ eũ) non requiritur,quòd præcedat diffamatio. Et dicit Aug. ad Ang.de malef.in verb.Hæc est quædam inquisitio, nu. 57. ℘ assessores cõmuniter hoc obseruant. Sed certè in hoc contra eũ proculdubiò est magis cõmunis opi.vt dicit Hier.in Apostil.ad Ang.in loco præalleg.post nu. 68. vers. Quartò in quantum, quẽ refert Grat.cons.57.nu.11.lib.2. & Roland.cõs. 24.circa fin.lib.1.Boss.in tit. de ind. nume.75.in fin. Hipp.Rimi.inter consil.crim.diuers.cons.105.nu.27. lib.1.Quæ etiam est rationi magis consentanea , nã quando proceditur ex mero officio,tunc magis necessaria esse debet diffamatio , quæ succedit loco accusatoris,vt dicunt scribentes in d. c. qualiter & quando.Et dixi suprà,in princip.quæst.

4 Scias etiam,quòd hæc conclusio , quæ habet requiri diffamationem,priusquam super delicto possit iudex ex officio inquirere,intelligẽda est, vt nõ procedat in inquisitione,quæ fit contra aliquẽ super ipsa fama,nam ista fieri potest,modica diffamatione præcedente.Ita dicit Innoc. in c.licet. in vltimis verbis,de accusa. quem sequuntur communiter Doctores,vt ait Marian.in eo.c.licet,nu.19. Idẽque dicendũ est in inquisitione,quæ fit ad inueniẽdum ipsum crimen,nam in ea pariter etiam non requiritur quòd infamia præcedat.Et hoc dicit omnes fateri Berous,in d.c.qualiter & quando,nu.34. Et ita obseruat practica,vt scilicet ad eam inquisitionem,quæ fit ad inueniendũ crimẽ , vel ad assumendas informationes super fama non solum modica diffamatio sufficiat,sed imò nulla diffamatio-
5 requiratur,intellige quando † in genere inquiritur neminẽ nominãdo,sed in specie,contra certã personam,nunquam vidi practicari,vt nulla præcedẽte querela, vel denunciatione , assumantur huiusmodi informationes,super diffamatione,vt 5.dixi.

6 Cæterùm quando syndicatores procedunt contra officiales,in syndicatu,vtique formant contra eos inquisitionem generalem,etiam nulla fama publica,vel clamosa insinuatione præcedente.Et hoc valde de cõsuetudine obseruatur,vt dicit Ange. in repet.d.l.si vacantia,nu.170. quem refert Marian.in Rub.de accus.n.9.& in repet.d.c.qualiter & quãdo post num. 167. vers. LII. quæro,& Marsil.in pract. crimin. §. constante , post nume. 20.Sed certè illa inquisitio non fit ad puniendum,neque ex ea sequi potest condemnatio , nisi secundum ea , quæ dixi infrà q. 50. ver. Scias etiam. Et ideò nihil interest, an diffamatio præcedat , vel non præcedat. Iudex

enim,qui vult aliquem syndicare, sicuti dupliciter se mouet ad procedendum contra ipsum,ita etiam duo remedia proponit,quorum primum est ad beneficium priuatorum,illos excitando per edictum, quod solet in principio ipsius syndicatus publicari ꝙ s.quicunque vult querelare, &c. neq; super ipso edicto iudex aliquid vlterius facit, nisi ad ipsarum partium querelam. Aliud remedium est ex officio, & ad hoc proponit iudex illum libellum, qui appellatur inquisitio generalis,cuius forma traditur per Amadeum in suo tractatu syndicatus. Et super hac inquirit iudex ex officio,reuidēdo libros & acta & condemnationes,&c. Et si aliquid reperiat in quo officialis deliquisse videatur, vocat ipsum, & fit litis contestatio,&c. vt dixi in d.vers. Scias etiam Et sic vides, ꝙ vtroque casu impertinens esset requirere,quòd aliqua diffamatio præcederet.

7 Item scias,ꝙ prædicta conclusio non habet locū in crimine hæresis,nam in eo propter delicti ipsius enormitatem potest procedi absque eo,quòd precedat diffamatio: sed sufficit ad inquirendum, vehemens suspicio, ita communiter tenetur, vt dicit Felin.in d.c.qualiter & quando, in princ.in vltimis verbis. Credo tamen,quòd vltra ipsam supicionem adhuc requiratur querela, vel denunciatio, prout in aliis criminibus,aliàs darentur nimis latæ habenæ inquisitoribus, si possent ex suo capite contra omnes inquirere, nulla notificatione vel querela, vel diffamatione præcedente,sed ex sola suspicione tantum, quod nullo modo est dicendum. Erit tamen hoc speciale in hæresi, quòd licet in aliis criminibus de iure requirātur legitima indicia ad formandam inquisitionem,vt dixi infrà q.20. vers. Ad formandam,in hoc crimine sufficiat vehemens suspicio. Vide quæ dixi s. hoc eo.lib. §.hæresis,vers. Habet etiam.

8 Præterea scias ꝙ non habet locum,quando inquisitio formatur de mandato,aut conscientia Principis,nam eo casu non requiritur, ꝙ præcedat aliqua diffamatio, ita dixit Innoc.in d. c.cum oporteat,post nu.5.de accusat.& post eū Bal.in l. nullus, nu. 1.C.ad l.Iul. Maiest. Aduerte tamen(secundum aliquos) quia ista doctrina simpliciter intellecta fecit errare multos ignorantes. vt dicit Augu. ad Ang.de malef.in verbo,Fama publica,post n.5.subdens etiam, quòd audiuit sæpè multos peritos, & aduocatos in hoc erraſſe,ideo secundū eos intelligēda est,vt procedat,quādo tale mandatū emanauit motu proprio: secus si ad postulationē partis, nā eo casu adhuc debet præcedere diffamatio, ita tenet gl.in c.2.in vurbo, Fuerat, de accus.in 6.ꝙ in hoc cōiter à Scribentibus approbatur, vt dicit Marc.in prac.cri.in d.§.constāte,post n.22.vers. Sed hanc tamē. Sed certè ex quo talis postulatio partis habet vim querelæ,vel denūciationis,sicut preces,super quibus impetratur rescriptū,habētur loco libelli,in causis ciuilibus,vt dixi infrà libr.prox. Credo ego, ꝙ etiā sine diffamatione possit vtróq; casu Iudex inquirere, & informationes assumere. Et ita semper vidi seruari, quia (vt dixi) hæc practica diffamationis apud nos recessit ab aula. Item intellige,vt procedat,quando princeps vtitur verbis assertiuis: secus autē si vtatur verbis narratiuis: hoc enim casu pariter est necessaria diffamatio. Et cōmuniter tenetur,vt dicit Anan.ind. c.cùm oporteat,nume.2. Et in hoc videtur dubitandum.

9 Vlterius scias, ꝙ si fuerit processum non præcedente infamia,& hoc non fuerit oppositum, valet processus. Et hæc est communis opin. vt attestatur Aret.in c.qualiter & quando, el 1.col. 3.de accusat. prout illum refert Foller.in prac. cri. can. fol.102. vers. Itē potest opponi, Et ex hoc corruit illa opin. Hostiē. ꝙ, si prius recepti fuerint testes super veritate criminis, quā super infamia, licet deinde probetur infamia, testes prius recepti super veritate criminis, non probant crimē, ex quo nō fuit seruata forma, vt scilicet prius cōstaret de infamia, quā reciperentur testes super crimine. quæ quidē opi. non per omnes reprehenditur, vt dicit Aret.in loco præallegat. post n.11. valet enim processus, vt suprà dictū est, licet omissa sit inquisitio famæ, si pars non opponat. Effectus autem est maximus, nam quando huiusmodi præposteratio ordinis reddit processum ipso iure nullū, pōt opponi in quacūq; parte iudicij. vbi verò nō annullat processum, nisi parte opponente, tunc nō potest opponi post litē contestatā, vt dixi infrà lib.7.§.Exceptio. Et aduerte, quia Doctores in hac materia loquētes, & dicētes, ꝙ omnino fama debet præcedere inquisitionē, intelligendi sunt de inquisitione, quæ fit assumendo informationes super delicto contra aliquem, contra quem nulla sit querela vel denunciatio nō autem de inquisitionis libello, qui transmittitur reo, quādo citatur, vt in iudicio compareat, nā cū id nō fiat, nisi præcedente processu informatiuo legitimè formato proculdubiò nō requiritur in specie, ꝙ fama præcedat ad inquisitionē reo transmittendā, sed sufficit etiam aliud indicium, prout etiā

10 † obseruari attestatur Boss.in tit.de inquis.n.27. Et in hoc multi ēt docti viri, æquiuocādo, decepti sunt, cū tamē nemo deberet esse ita ineptus, vt crederet tot patres sensisse, quòd si adessent duo vel plures testes, qui de visu maleficij, deposuissent tēpore visitationis cadaueris (vt plerunq; contingit) non posset cōtra reum trāsmitti inquisitionis libellus, nisi fama præcederet: quod esset omnino absurdissimum.

11 Sed quoniā plerunq; cōtingit, delicta occultè cōmitti, quo casu difficile, & quādoq; etiā impossibile est inuenire testes, qui de veritate criminis deponant, quod sæpè euenire solet, etiā in delictis palā commissis, ex quo non reperitur de facili, qui velit in causa criminali contra aliquē ad offensam deponere, consueuerunt iudices, vt dixi iis casibus, postquam eis legitimè constat delictum fuisse commissum, neque reperitur testis, qui de veritate criminis deponat, interrogare testes super fama, vt intelligant, quis sit de ipso crimine diffamatus. Et vbi ex ipsis informationibus assumptis super infamia, resultet suspicio contra aliquē, procedunt ad vlteriora contra eum super ipso crimine inquirendo. Videamus igitur, quomodo talis fama contra aliquem procedat.

12 Sciendum est autem, ꝙ potest fama probari, etiā per duos testes tātū, ita videtur sensisse glo. in l.3. §.eiusdem, in verbo, Confirmat. ff. de testib. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Alb.in d.l.ea quidem, num.24. Hanc etiam dicit esse communem opin. Sal.in d.l.ea quidem, in sexta charta, vers. Venio ad septimam, prout illum refert Dec. cōs.272. num.4. Sed certè Sal.in eo loco, qui est n. 82. loquitur de probatione notorij, & in eo propposito attestatur de communi opin. vt ego fideliter retuli infrà, q.9. vers. Quæro nūc. Est tamen tenenda hæc conclusio. in qua, vt dixi, omnes concordāt, quòd scilicet duo testes sufficiant, ad famā probandam,

cùm

cùm in ore duorum vel trium stet omne verbum.

13 Illud tamen in primis sciendum est, ꝙ huiusmodi testes deponentes super fama, debent reddere sufficientem causam scientiæ, aliàs non probant, ita dicit Bart.in l.de minore.§.plurimum, post nu.19. ff.de quæst. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Corn.in d.cons.233.in litera D.lib.2.& cons.216.in litera H.lib.3. Hanc etiā dicit esse cōmun.opi. Simācas de hæret.c.63.nu.16. debet enim testis deponere de his, quæ sensu corporis percipiuntur, vt dixi suprà, libro 2.§. Testis.

14 Debent enim dicere, ꝙ illud audiuēre à maiori parte populi, aliàs non probant, ita dixit gl. præallegata, in d.§.eiusdem,& sequitur Bar.in d.§.plurimum, nu.59. Et ita concludere videntur Doctores omnes, vt ait Marsil.in eo.§.plurimum, nu.46. Et ex hoc infert Bart.in d.§.plurimum.nu. 22. ꝙ non sufficit, quòd testes deponentes super fama, dicant, quòd audiuerunt illud publicè dici: potest enim esse quòd audiuerint illud dici in loco publico, sed tamen à paucis, vel etiam ab vno tantùm: sed opus est, quòd dicant, ꝙ illud audiuerunt à maiori parte populi. Et ita cōmuniter teneri affirmat Imola in l.hæredes palā, in prin.n.1.ff.de testa. quē refert Alex.cons.212.nu.5.lib.2.& cons.20.post nu.9.lib.4. & cons.2.nu.16.lib.7.& cons.35.nu.6.eod.vol. Corn. cons.84.in litera G.lib.1.& cons.68.in litera B.lib.2. & cons.198.in litera G.eo.vol.& cons.232. in litera D.eo.vol.& cons.216.in litera H.lib.3.& cons.304. in litera L.eod.vol.vbi dicit, ꝙ ita aliàs obtinuit cō tra d.Benedictū Caprā, in causa eius propria,& sæpius vidit in iudiciis hoc pro satis claro reputari. Card.Ale.in c.cum in tua.circa fi.de sponsal.Dec.in c.1.nu.53.de appell.& cons.133.num.4.in fi. & cons. 210.post nu.9.vers.secundò dato, Curt.Sen.cons.82. post nu.9.Crauet.cons.41.nu.5.& cons.262.post nu. 5.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex.cons.123.nu.3.lib.7.Soc.cons.54.nu. 27. lib. 4. Dec.cons.37.post nu.10.vers.Tertius, testis Bertran. cons.74.nu.10.lib.8.Soc.Iun.cons.69.num. 24.lib.1. Gram.cons.crim.26.post nu.14. Sed certè hæc opi. Bart.est multum aspera,& si teneretur in practica, vix reperiretur ex mille testibus vnus, qui rectè super fama publica deponeret. Et ideò Bald.in c.literas,nu.2.de præsumption.tenuit totum oppositum, quòd scilicet testis, qui dicit se audiuisse aliquid publicè dici, probat famam, quia intelligitur publicè, id est, publica voce à populo. Et hæc secundum eū est aptior expositio,& secundū communē intellectū loquentiū. Et hæc opin.Bald. in practica seruatur, & contra Bart. est communis obseruantia, vt attestatur Cassador.decis.3.maximè, nu. 7.de probat. Et post eum ita seruari in curia Romana attestatur Paris.cons.52.in fi.lib.3.Hieron.Mont. in tracta.de finib.fol.50.nu.4.Ferret.cons.168.post.nu.19. quam quidem obseruantiam Romanæ curię, in materia probationū omnes aliæ curiæ deberent imitari. Apud nos etiam indistinctè seruatur opinio Bald.contra Barto.& ille aduocatus, qui vellet super hoc insistere, reputaretur cauillosus, & proculdubiò succumberet. Quinimò hanc opi.cōtra Bar. esse communem,& in iudicando sequendam attestatur Calcan.cons.8.nu.11. Et dicit Alexan.sibi contrarius, cōs.102.num.17.lib.7.videri, quòd magis communiter damnetur illa opin.Bart.

15 Item requiritur quòd dicant se audiuisse id publicè dici, licet enim deponant, quòd illud audiuerunt á maiori parte populi, si tamen illud secretè, nō publicè audiuissent, nō diceretur probata fama secundum theoricam Bart. quā dicit esse communem Imola in loco præallegato, prout illum refert Corn.cons.221.in litera C.in fin.lib.3. Sed certè iudicio meo Bart.in d.§.plurimum.nu.20. dicit totum oppositum. & Imola iam s̄.fuit per me fideliter relatus,in versiculo, Debet etiam.

16 Amplius etiam debent testes, deponentes super fama, si fuerint interrogati, nominare eos, à quibus audiuerunt id, de quo deponunt esse publicam vocem,& famam, aliàs nō probant. Ita dixit Bart. in d.§.plurimum,nu.23.& ante eum Innoc.in d.c.qualiter & quando,nu.1.quem sequuntur communiter Doctores vbique,vt attestatur Alex.cons.100.post nu.4.vers.Sextus testis.lib.1. Et dicit Aret.in d.c. cū oporteat,post nume.58.vers. Communiter tamen, quòd hæc est magis communis opinio, quæ etiam seruatur in practica.

17 Sed quid,si non sunt super hoc interrogati? Respon. ꝙ adhuc debent nominare eos, à quibus audiuerunt,vt possit iudex perpendere ex eorū qualitate,quanta sit illis fides adhibenda. Et ita seruari attestatur Ioan.And.in d.c.cum oporteat, de accu.prout illum refert Marsil.in d.§.plurimū,nu.50. & cons.76.nu.22.& Gram.cons.cri.42.nu.19.& voto 34.nu.14.quamuis ego in libro meo non reperiam Io.And.id attestantem. Sed certè communis practica est,quòd interrogētur. Et adhuc si non essent interrogati, crederem, quòd in criminalibus non probarent,nisi nominarent eos, à quibus audiuerunt. Debet enim fama habere originem à personis honestis,& fide dignis,non autem à maleuolis, vel improbis,vt omnes fatentur, quod intellige, nisi agatur de re turpi,nam eo casu non esset contemnenda fama,quæ ortum haberet à turpibus personis,puta,si agatur de re commissa in lupanari, poterit oriri fama á meretricib.& lenonibus,non autem à Doctoribus vel equitibus,qui non solent ibi conuersari,sic etiam si agatur de chartis, vel taxillis falsis,poterit fama ortum habere à lusoribus,& barris,& non erit,vt dixi,per iudicem contēnenda.

18 Postremò scias, ꝙ huiusmodi testes super fama deponentes, debent scire quid sit fama,& si interrogentur,quid sit fama,& respondeant se nescire, nihil probant. Et hæc est communis opinio, vt dicit Marc.in d.§.plurimum,n.104.& seq. Et ex prædictis potes coniicere,quām sit difficilis probatio famæ, adeò vt vix sufficerent ad eam rectè probandam testes,qui essent iurisperiti.

19 Sed quæro,nunquid fama probetur per assertionem iudicis? dixi 3.q.31.in vers. Fama publica.

20 Quæro nunc,nunquid ad hoc,vt super fama possit formari inquisitio,requiratur, quòd fama sæpè ascendat ad aures iudicis? Resp. ꝙ sic,de iure loquēdo. Et est communis opinio, vt attestatur Aret.in d.c.qualiter & quando,nu.75.& seq. sed (vt sæpius dixi) practica hæc non obseruatur,quia hodiè (saltem apud nos) non inchoantur processus super diffamatione,nisi aliud concurrat,quod aperiat viam iudicij ad procedendum.

21 Item quæro,nunquid sola fama sufficiat ad hoc, vt possit formari inquisitio? Resp. ꝙ non,sed de iure requiritur etiam clamosa insinuatio, quæ ipsam famam ad aures iudicis sæpius detulerit,ita colligitur ex text.in d.c.qualiter & quando,ex quo videntur sumpta illa verba,quæ cōmuniter in inquisitionib.apponi solēt,ET CLAMOSA INSINVATIONE SVBSEQVENTE NON

TANTVM SEMEL, SED SAEPE, ET SAEPIVS, &c. Quoties antè requiratur ꝙ clamor & infamia peruenerint ad iudicem, ad hoc, vt possit ex offici ocõtra aliquẽ inquirere, nõ est à iure determinatum. Et ideò dic, ꝙ est arbitrariũ iudici, & ita tenẽt communiter Doct. vt ait Maria. in d. c. qualiter & quando. nu. 119. Hæc tamẽ omnia intellige, vt procedant, quando inquisitio fit contra prælatum, nam eo casu non sufficit simplex fama, sed requiritur, ꝙ sit talis, quæ non possit sine scandalo, vel periculo tolerari. Secus autem quando inquisitio fit contra subditum, tunc enim sufficit, ꝙ fama præcedat, etiam quòd non sit scandalosa, neq; periculosa. Et ita tenent cõmuniter Doct. vt dicit Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 28. in fi.

22 Successiuè quæro, quid facere debeat iudex post assumptas informationes super infamia? Resp. debet vocare ad se eum, contra quem intẽdit procedere, & ei dicere: Ego intendo inquirere contra te super tali crimine, super quo es diffamatus. Et vbi ipse confiteatur crimen, & infamiam, poterit eum punire: vbi verò neget, poterit ad vlteriora procedere. ita dicit gl. in d. c. qualiter & quando. in glos. 1. Sed certè hæc practica communiter, de consuetudine non seruatur, imò seruatur oppositum, quia primò fit inquisitio, & postea super ea inquisitus interrogatur, & examinatur, vt dicit Ang. in rep. d. l. si vacantia, nume. 197. quem refert Ang. Aret. de malef. in d. verbo, Hæc est quædam inquisitio, & Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 36. circa med. licet ipse Ang. Aret. dicat, ꝙ illa doctri. Ang. procedit, quando Iudex contra absentẽ inquirit. Sed si reus est præsens, & in fortia officialis, tunc (secundum eum) semper iudex eum interrogat cum tortura, & si non, in camera pluries, vt videat bene, super quo possit formare inquisitionem, & post eius interrogationem format inquisitionem, de quo tamen ego dixi infrà, q. 45. Maria. autem in rep. d. c. qualiter & quando, post nu. 212. vers. L X X. quæro, & dicit & ipse, quòd illa practica, quam ponit gl. prælegata, communiter non seruatur, sed communiter citatur inquisitus, vt compareat ad se defendendum, & subiicit formam ipsius citationis. Ego verò suprà in princ. quæst. dixi, quòd tota hæc practica diffamationis, hodiè non seruatur, nisi quando alia indicia haberi non possunt; propterea si casus contingeret, debet iudex, habita informatione super infamia, si reus est præsens, illum interrogare, si vero est absens, debet citare, iuxta ea, quæ dixi j. q. 31. & inter ea perquirere fortiora indicia super ipso crimine. indicium enim famæ solum, licet sufficiat ad inquirendum, vt dixi suprà in princ. q. non tamen sufficit ad torturam, vt dixi infrà q. 21. vers. Fama sola.

23 Sed quid si reus dicat iudici, vt priusquam ad vlteriora procedat, det ei copiam indiciorũ, quæ super diffamatione assumpsit? Resp. Ang. in d. rep. l. si vacantia, num. 89. dicit, quòd cauti aduocati hoc petunt, vt possint impugnare testes diffamantes, & vt videant, si fama est probata, nam si aduocatus poterit videre famam non esse probatam, vel testes esse suspectos, obtinebit in causa. Et dicit hoc vidisse fieri, & peti in ciuitate Aretij, quòd quidem proculdubiò esset valde vtile ipsi reo, præsertim cùm probatio famæ sit multum difficilis, vt potuisti videre sup. vers. Illud tamen, & seq. Sed certè mirũ est, quòd Doctores adeò variè loquantur in hoc proposito. Si enim secundum magis communem opi. creditur iudici, asserenti famam esse contra aliquem, nec tenetur aliter de ea parti fidem facere, vt dixi in d. q. 31. vers. Fama publica, non video ego quomodo sit danda eius copia reo petenti, præsertim cùm ex consuetudine generali, iudex possit etiam non præcedẽte infamia inquirere, vt suprà dixi. Et ideò dicit Ange. in loco prælegato, quòd hodiè Perusij hoc non seruant de consuetudine, ex quo ibi secundum formam statutorum potest de omni crimine inquiri. Dic ergo, quòd cum ex generali consuetudine non seruetur, vt prius assumantur indicia super fama, deinde super crimine, sed omnia eodem contextu recipiantur, iudex circa copiam diffamationis dãdam, vel denegandã reo inquisito, debet obseruare ea, q̃ generaliter dicta sunt de copia indiciorũ. q. 49

QVÆSTIO VII.

1 *Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Denunciare quis possit?*
3 *Dictum denunciantis an sufficiat ad inquirendum?*
4 *Officiales quomodo constituãtur ad denunciandũ delicta?*
5 *Et an possint denunciare etiam delicta non notoria?*
6 *Et an teneantur denunciare etiam ea maleficia, quæ, sunt de iure impunita?*
7 *Denunciare an cuicunque liceat?*
8 *Monachus an possit denunciare?*
9 *Laicus an possit denunciare clericum de crimine?*
10 *Denunciationis forma quæ sit?*
11 *Et an sint seruandæ solemnitates iuris?*
22 *Denunciator, qui non probat contenta, in denunciatione, an sit in expensis condemnandus?*

1 DIctum est suprà q. 5. vers. Scias etiam, multos esse casus, in quibus potest iudex ex officio procedere, etiamsi nulla partis accusatio, vel querela præcedat: Dictumq; est etiã suprà q. proxima, diffamationem inter cætera operari, vt Iudex con
2 tra diffamatũ inquirere possit. † Nunc scias alium etiam esse modum, per quem aperitur via iudici ad inquirendum, scilicet si facta sit denunciatio apud acta, quòd aliquis maleficiũ aliquod commiserit. Et in hoc proposito ego omitto ea omnia, quę de iure canonico dicuntur de materia denunciationis, de quibus dixi infrà lib. 7. §. Denũciatio. Sed tantummodo loquor de illis denunciationibus, super quib. solet criminaliter procedi. Et in hoc debes aduertere, quia licet aliqui dicãt, ꝙ iste modus procedendi per denunciationẽ, est modus ordinarius procedendi, sicut alij, & Boss. in tit. denuncia. n. 1. affirmat, quòd ita dicunt omnes Doc. nihilominus re vera modus procedendi per denũciationem non est modus separatus ab inquisitione. nã denunciatio nihil aliud operatur, nisi quòd succedit loco diffamationis, vel querelę, & sic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, ꝙ aliàs de iure non posset, non præcedẽte querela, vel diffamatione, vt sępè suprà dictũ est, adeò, quòd ita dicitur procedere iudex ex officio, quando præcedit sola denunciatio, sicut quando præcedit sola diffamatio. Et ideò facta denũciatione, iudex super ea assumit informationes, & indicia, & eis assumptis, format libellum siue inquisitionẽ, in qua narrat, quomodo, ppter denunciationẽ datã per talem officialẽ, intẽdit ex officio prodere, contra, &c. Et ita cõmuniter seruatur in practica, teste Pract. Pipien. in forma inquisitionis, in verbo, Hæc est quædã inquisitio, post nu. 38. Et ita etiam quotidiè esse in vsu, attestatur Bos. in loco prælleg. numer. 2. Quæ omnia intelligo tam in denun

denunciatione, quæ fit ex necessitate officij, quàm in ea, quæ fit ab alio non exercente officium, vt statim dicam.

Quæro igitur pro intelligentia terminorum, quis possit denunciare? Respon. Bart. in l. diuus, nu. 7. ff. de custo. reor. dicit, ꝙ qui prohibetur accusare, est etiam prohibitus denunciare. Sed hæc opin. Bar. communiter in practica non seruatur, nam isti officiales, qui constituuntur ad denunciãdum, vt plurimum, sunt personę pauperes & viles, & quandoq; etiam infames, & tamen admittuntur, & super eorum denunciis proceditur ad inquisitionem. Et ita communiter obseruari attestatur Ang. de malef. in glos. nec non, & ad denunciationem, nu. 4. quem refert Cardi. Alex. in d. c. de accusatione, col. 65. in fin. vers. Secundò quæro, 2. q. 8. & Marian. in c. repet. c. qualiter & quando, nume. 81. & pract. Conradi, fol. 236. nu. 9. Et reuera ridiculum esset in practica, si quis vellet aliquam exceptionem proponere contra personas huiusmodi antionorũ, siue consulum, qui delicta denunciant. Tu igitur dic, ꝙ aut agitur de delicto, super quo ex forma statutorum vel consuetudinis non potest procedi, nisi ad instantiam partis: & tunc rectè procedit opi. Bar. vt qui nõ pót accusare, seu querelare, non possit etiã denunciare aliàs fieret fraus legi, si ille, qui non posset accusare admitteretur ad denunciandum. Faciunt quæ dixi infrà q. 10. ver. Scias autẽ. At verò agitur de delicto pro quo pót iudex procedere ex officio, & sic per viã inquisitionis, siue de iure, siue de consuetudine, & tunc quilibet admittitur ad denunciandũ, & ita procedit allegata cõsuetudo hic, siue iste denũciet motu proprio, siue ex necessitate officij, quicquid distinguat Ang. in loco præal. cuius opi. in pract. nõ seruatur, & meritò. Publicè enim interest delictorũ ad magistratuum notitiã quocunq; peruenire, ne impunita remaneãt, & talis denunciatio modici est momenti, quia cùm nihil aliud operetur, nisi quòd aperit viam iudici ad inquirendum, non potest super ipsa denunciatione iudex contra aliquẽ procedere ad citationem, neque ad capturam, nisi prius habitis contra eum legitimis indiciis siue informationibus, vt inferius dicemus.

3 Habes igitur, quòd dictum denunciantis maleficium sufficit ad inquirendum. Et hanc dicit esse cõmunẽ conclusionẽ, Boss. in titu. de denunciatione, post nu. 2. quam tamen intellige, vt procedat quò ad inquirendum, id est ad recipiendum indicia, siue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione, vt statim dixi. Si verò intelligamus ad inquirendum, id est ad transmittendã inquisitionem contra eum, qui de ipso delicto imputatur. tunc est distinguendum. nam aut talis denunciatio fit per ipsam partem offensam, & non sufficit, etiamsi ipse denuncians ex vulnere moriatur, & in ipsa denunciatione vsq; ad mortẽ perseueret, licet in hoc vltimo consuetudo contrariũ obseruet, vt dixi infrà q. 21. ver. assertio vulnerati. Aut fit per tertiam personam priuatam, & pariter non sufficit, quia ipse videtur in tali denunciatione, fungi vice accusatoris. Et ideò super eius denunciatione, etiam iurata, non potest vllum fieri fundamentum, etiamsi deponat de visu. Et in hoc nullus est qui dubitet: Aut verò fit per syndicum, siue officialem, deputatum auctoritate publica ad huiusmodi denunciationes faciendas: & tunc aut ipse testificatur cũ iuramẽto vera esse ea quæ denũciat, & reddit causam sciẽtiæ, & eo casu facit fidẽ, prout alius testis, qui super ipso delicto deponeret: & po test super eius dicto formari inquisitio. aut verò non deponit ipse super delicto, sed dicit alios esse informatos, & tũc eius dictum nihil operatur, nisi quia (vt dixi) aperit viam iudici ad inquirendũ, & nõ potest super eo procedi, nisi legitima adsint indicia. Et ita obseruat cõmunis pract. Benè verũ est, quod si huiusmodi denunciator fuisset deputatus non modo ad denunciandũ, sed etiã ad custodiendum, puta, agros vel passus, vel ad capiendũ, puta, fraudantes gabellas, vel deferẽtes arma, vel similia, tũc ei daretur plena fides, nõ modò ad inquisitionẽ formãdã, sed etiam ad condemnandũ, nisi denunciatus probaret suam innocentiam. Et hoc propter iuramẽtum, quòd tales officiales præstant in principio officij sui. Et ita de consuetudine obseruatur, vt dicit Gand. in tit. quomodo malef. cog. per denunciat. post nu. 4. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Nec non & ad denunciationem, post nu. 6. Sed hoc intellige vt procedat in causis, seu delictis leuibus. Cæterũ in causis grauibus, & in quib. ingeritur pœna corporalis, nõ credo ꝙ talis denũciator haberetur pro integro teste, sunt enim, vt plurimũ viles personę, & infames, sci licet Beruarij, vel similes, qs Mediolani Borlandettos appellamus. Et ideò nõ putarẽ eis, tãquã omni exceptione maioribus, plenã fidem adhibendã, nisi aliæ circumstantiæ iudicis animum mouerent.

4 Scias autem, quòd antiquis tẽporibus magistratus deputabãt officiales, qui eis delicta denunciarent, hodiè verò constituuntur syndici per parrochias, siue castra, qui sunt, tanquam officiales, cõstituti ad denunciãdum delicta. Et ita hodiè communiter seruatur per Italiam, vt dicit Maria. in d. c. qualiter & quando, nu. 29.

5 Scias etiã quòd de iure huiusmodi officiales (secundũ aliquos non possunt denunciare, nisi delicta notoria. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Car. Alex. in cap. de accusatione, col. 67. vers. Quæro, an maleficia, 2. q. 8. Ita etiam communiter teneri attestatur Marian. in d. c. qualiter & quãdo, post nu. 179. Sed quicquid sit de iure, cõtrariũ seruatur de consuetudine. nam tales syndici nõ modo possunt denunciare etiam delicta occulta & non notoria, imò ex necessitate eorum officij, tenentur ea denunciare, sub pœna in statutis ciuitatum vel locorum expressa. Et hoc etiam admittit stylus curiarum ecclesiasticarum, vt attestatur Diaz in practic. crimin. canon. cap. 6. quem refert Practic. Conradi, fol. 235. nume. 5. in fin. nisi fortè delictum esset ita occultum, quòd syndicus illud non denuncians, excusari posset. Et ita Albe. in 2. part. statu. q. 82. dicit sępè obtinuisse, super quo in præsentia nihil determino. Benè verũ est, quòd Senatus de facili excusat huiusmodi consules, siue antianos, propter non factas denunciationes, vbi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa, puta, si fuerit aliquis percussus in agris remotis à domibus, & percusus rem ipsam consuli non notificauit, prout contingit in loco Casaleti Laudensis, & fuerũt homines ipsius loci absoluti, 12. Aug. 1546. P. N. in aliis etiam plerisque casibus similibus ita semper vidi per Senatum iudicari.

6 Sed quæro, nunquid tales syndici tenentur denunciare etiã ea maleficia, quæ sunt de iure impunita, pura, si sit occisus bannitus, qui ex forma statuti possit impunè offendi, vel huiusmodi? Respõ. quòd sic, nã ad ipsos nõ pertinet iudicare, an delictum

etiã sit punibile, vel ne, ita tenet Bart. in l. si que in graui §. si merit⁹, ff. ad Syll. & est cõmunis opi. vt dicit Aug. ad Ange. de malef. in verbo, Nec nõ, & ad denunciationẽ, nu. 7. Et ita in practica obseruatur. Quinimò ex consuetudine tenentur denunciare quascunque offensiones, & mortes violẽtas, etiã si casu contigisse dicantur, puta, si quis in flumine submergatur, vel è tecto decidat plerunq; enim hæc, & similia dolosè commissa, solent casui imputari, propterea bonũ est, vt ad notitiam iudicum perueniant, ad effectum, vt rei veritas detegi possit, prout ego in facto multoties vidi.

7 Dixi suprà, q⁹ non modò officiales ad hoc deputati, sed etiam alij admittuntur ad denunciandũ, quę res licet fortè de iure communi aliquam habeat difficultatem, tamen de consuetudine passim seruatur, quòd quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriam sibi, vel alteri factam, & iudices de facili procedunt, vt attestatur Alber. in d. l. ea quidem, nu. 9. sumptis tamẽ prius debitis indiciis. Et est bona practica, ne aliquo modo delicta impunita pertranseant.

8 Item quæro, nunquid monachus possit denũciare? Resp. in forma iudicij non põt denunciare, nisi propriũ Abbatẽ. extraiudicialiter aũt, & ad pœnitentiã potest denunciare quẽcunq;. Et hæc est cõmunis opi. vt dicit Abb. in c. ex parte, n. 6. de accu. sed hoc rarò contingit in practica.

9 Quæro etiam, nunquid laicus admittatur ad denunciandum clericũ de crimine? Respon. q⁹ regulariter non admittuntur laici, ad denunciandos clericos, prout neq; ad accusandũ, vt dixi infrà, q. 14. vers. Propter reuerẽtiam est tamen speciale in laico parrochiano, vt possit prælatum suum denunciare. Et est communis opi. vt attestatur Aret. in c. illa, nu. 7. de accusa. Plurimum enim interest etiam laicorum habere bonos prælatos.

10 Quæro nunc, quæ sit forma huiusmodi denũciationis? Resp. Syndicus, seu officialis ad hoc deputatus notificat iudici apud acta, die tali cõmissũ fuisse tale maleficiũ à Titio, & esse de eo informatos Petrum & Ioannẽ, &c. Et ita vsus obseruat, vt dicit Ang. de malef. in loco prælleg. nu. 20. quem refert Pract. Conradi, fol. 236. n. 11. Et hoc sufficit, neq; tenetur denunciator vlterius aliquid facere, sed relinquit iudici faciendum, cuius partes sunt statim inquirere de delicto cõtra nominatum pro delinquente in denunciatione, examinãdo testes in ipsa denunciatione nominatos, & etiam alios à quibus veritas haberi possit. Et ideò licet de iure denũciator teneatur probare vera esse ea, quæ in sua denunciatione continentur, vt est tex. in d. l. diuus. & in l. ab accusatione, §. nunciatores. ff. ad Turpil. tamen communis vsus, & practica hoc non admittit, vt dicit Ang. in loco prælleg. Sal. in d. l. ea quidẽ, nu. 23. Maria. in d. c. qualiter & quando, nu. 179. in fi. Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 68. vers. Quæro an isti, Sed sufficit (vt dixi) q⁹ in schedula denunciationis inscribi faciant nomina testiũ, qui dicũtur esse de cõtentis in denũcia informati. Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando ad notitiã ipsius denunciãtis peruenit nomen delinquẽtis, & testiũ. Si verò est ei occultũ, sufficit, quòd dicat nomina eorum, à quibus illud intellexit. Et tunc iudex facit citari partẽ offensam, vt habeat indicia, & plerunque etiam mandat ipsemet denũciãti, vt melius se informet, & termino bidui, vel tridui veniat, de omnib⁹ informatus, & curiæ referat.

11 Vlterius quæro, nũquid in huiusmodi denunciationib. seruãdæ sint solemnitates iuris? Resp. Lucas de Penna in Rub. de delator. col. 2. vers. Item dicũt aliqui, lib. 10. dicit, quòd etiam denunciator tenetur se inscribere ad pœnã talionis, subdẽs, quòd ita hodiè de cõsuetudine obseruatur, prout illũ refert Carauita super ritu 68. magnæ curiæ, n. 11. cùm tamen reuera loquatur in delatore, prout eum fideliter refert Gram. super constit. Regni, fol. 63. nu. 45. Sed Ange. in d. l. ea quidẽ, nu. 3. dicit, quòd imò denuncians non tenetur se inscribere ad pœnam talionis, sed in aliis solemnitatibus, quæ requiruntur in libello accusatorio, scilicet expressio criminis, personarum, loci, & temporis, tenet, quòd idẽ seruandum sit in denunciatione, quod in accusatione, subdẽs. quòd ita etiã videtur obseruari de consuetudine per totum mũdum. Et ita illũ refert & sequitur Aug. ad Ang. de malef. in loco prælleg. to, post n. 12. vbi etiã subdit, quòd licet denũciator nõ teneatur se inscribere ad pœnã talionis, debet tamen ipsa denunciatio, quam vult dare iudici, esse in scriptis. Et dicit quòd ita volunt Doct. Et idem in effectu dicit Bos. in tit. de denunciat. nu. 14. & ita etiã quotidiè videmus obseruari, quia tales syndici nunquam se subscribunt ad pœnam talionis, sed tantummodo deferunt inscriptis suã denunciationem iuxta formam, de qua suprà dictũ est, aut ipsimet narrant eam uotario, qui ipsis dictantibus illam redigit in actis.

12 Sed nũquid, si reus absoluatur, denũciator ratione calumniæ erit in expensis condẽnandus? Resp. quòd sic, ita dixit Cyn. in l. feueriter, in vltimis verbis. C. de excusat. tuto. Et ita tenent communiter Doct. vt attestatur Albe. in l. sancimus, nu. 6. in fi. C. de iud. quem refert Gratus cons. 92. nu. 2. lib. 1. Et ita fuisse de facto terminatum in ciuitate regia, attestantur nonnulli, quos refert Catald. de synd. q. 182. Et dicit Guido Papæ decis. 269. Denunciator, nu. 1. quòd in Curia Delphi. denuncians aliquem nominatim pro aliquo delicto, si ille sit absolutus, condẽnatur in expẽsis, si verò denunciat delictum in genere, nõ tenetur, nisi deinde subministrauerit probationes contra aliquem, vel inuestigauerit iudicem ad eum condemnandum, subdens, quòd ita etiã vidit suis temporibus sæpe iudicari. Sed certè quicquid sit de iure, hodiè de cõsuetudine isti syndici non puniuntur propter calumniam, nam ex quo denunciant ex necessitate eorũ officij, cessat omnis præsumptio calumniæ. Et ita de facto seruari attestatur Albe. in d. l. ea quidem, num. 9. in fin. & Amad. de synd. nu. 85. Quod tamen ego intelligo, vt procedat quãtum ad hoc, vt excusentur à præsumpta calumnia, quæ scilicet oritur ex eo ipso, q⁹ delictũ nõ probatur, vt dixi infrà, q. 62. vers. Dixi suprà. Sed si appareret de vera calũnia, tũc procederet communis opinio, vt deberet in expensis condemnari, & fortè etiam grauius puniri iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi infrà, q. 81. vers. Sed quæro. vbi verò esset aliquis denunciator, qui non ex necessitate officij, sed sponte accederet ad denunciandum, crederem de eo iudicandum esse, prout de accusatore, & ideò ratione calumniæ illum esse condemnandum, vt de accusatore dictum est in locis prælleg atis.

QVÆSTIO VIII

1 *Deprehensionem rei in flagranti crimine aperire viam iudici ad requirendum.*

2 *Et an faciat plenam probationem?*

3 *Et*

3 *Et an reo deprehenso in flagranti crimine, dandus sit terminus defensionis, & copia indiciorum?*

4 *Et an requiratur sententia?*

5 *Et quid, si iudex, oculis propriis, videat maleficium committi?*

A Liis etiam modis aperitur iudici via ad inquirendum, nulla querela aut denunciatione præcedẽte, puta, si delinquẽs sit in flagrãti crimine repertus, tũc enim non modo iudex potest cõtra eum inquirere, sed etiam procedere vsque ad sententiam, iuris ordine non seruato.

2 Scias tamen, quòd deprehensio in crimine nõ facit plenam probationem, sed tantummodo operatur, vt reus possit torqueri. & ita cõmuniter tenetur, vt ait Alb. in l. defensores, nu. 2. C. de defens. ciuit. Et ideò debet iudex bene aduertere, ne statim procedat ad executionem cõtra eum, qui ad prætorium ducitur, tanquam sit deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter etiam constet tale delictum ab eo commissum fuisse. Solent itaque cauti iudices tales homines, qui ad eos conducuntur, tanquam deprehensi in flagranti crimine, examinare, & vbi fateantur, exequi pœnam cõtra ipsos: vbi verò negent, statim absque alio processu ducere ad torturam, vt eos cogãt ad delictum confitendũ. Et hac practica vtuntur assessores, vt dicit Ang. in l. interdum, §. qui furem, n. 8. ff. de furtis. Et scias, quòd licet talis reperiatur innocens, non propterea iudex, qui illum torsit, tenebitur in syndicatu, quia illa in ciuilis ductio ipsum ita ductum in illud periculum posuit, vt dicit tex. in d. §. qui furem, & notat Ang. ibi subdit. tamẽv tere hac tortura velut homo discretus, secundum causam, qualitatem, & conditionẽ personæ, ne aliàs vt iudex peruersus recipias punitionẽ. Hæc autem intellige, vt procedant in grauib. delictis, pro quibus etiã pœna grauis imponitur. Cæterùm in leuibus delictis potest iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad cathenam, vel berlinam, vt vulgò dicitur, absque aliquo processu & ita seruari ex cõsuetudine terrarum, attestatur Ang. in d. l. ea quidem, nu. 1. in fi. subdens, ab huiusmodi consuetudine non esse recedendum. Et illum refert Paris. Put. de synd. fol. 287. nu. 8. Et ita se practicasse attestatur Bar. in l. leuia, n. 12. ff. de accus. Dicit etiam Ang. in l. ictus fustiũ, nu. 2. ff. de his, qui not. infa. q⁹ videmus hodiè seruari, q⁹ inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum, absque interlocutoria, aut diffinitiua ducuntur cum vuis ad collum per ciuitatem. Et eodem modo inuenti cum armis de facto, ducuntur ad palatium, & compelluntur ad soluendam pœnam antequam recedant. Idem dicit Cagnol. in l. vnica, in prin. nu. 98. ff. si. quis ius dic. non obtemp. Adde tamẽ, dummodo ille deprehensus, sit persona vilis: secus autem si esset persona nobilis, vel honesta, talis enim non esset puniendus pœna infamiæ. Bene vidi aliquãdo etiam nobiles deprehensos cum armis sine processu plecti istibus funis publicè, & non est iudicio meo mala practica, quamuis Paris. Put. de syn. fol. 339. c. 2. post nu. 2. aliter sentiat, dicens, q⁹ tortura est maxima pœna, &c. & ego sæpè vidi illam obseruari, licet quandoque ex eo iudicibus malè euenerit.

3 Sed nunquid reo capto in flagranti crimine debet dari terminus defensioni, aut copia indiciorũ? Resp. Bald. in l. vt vim. nu. 2. ff. de iust. & iure, tenuit, q⁹ non debet ei dari copia processus neque statui aliquis terminus ad se defendendum. Et dicit Fol-

ler. in pract. crim. fol. 197. col. 1. in fi. q⁹ illud dictum Baldi quotidiè practicatur, prout etiam fuisse practicatum Neapoli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Gamma. super const. Regni, fol. 58 nu. 15 & decis. 36. Ego, si reus cõfiteretur delictum, vtique transirem cum hac sententia: sed si negaret, putarem illam esse valde periculosam. Et ideo cõsulo iudicibus, vt cautè procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur pœnas capitales, non datis defensionib. nisi sit reus, præter talem deprehensionem etiam per testes idoneos de ipso delicto manifestè conuictus, vel confessus. Benè verum est, quòd vbi esset periculum maioris scandali, puta, quia delictum esset atrox, & populus magnis clamorib. postularet eius supplicium non differri, vel quia esset concitata seditio, nec possit de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur, tunc crederem posse iudicẽ excusari, qui illud faceret. Licet enim dici soleat, quòd vanæ voces populi non sunt exaudiendæ, illud tamen intelligendum est, quò ad hoc, vt innocens condemnetur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu, vel vt nocens absoluatur. Sed bene quandoque exaudiuntur, vt pœna nocẽti acceleretur, & non differatur, donec Principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sali. in l. decurionum, in fi. C. de pœnis. Et ita se vidisse de facto Florentię, attestatur Catal. de synd. quæst. 222.

4 Quæro, an quando reus est deprehensus in flagranti crimine, requiratur sententia? Respon. gl. in l. fictus fustium, in glo. 1. in primis verbis, ff. de his qui not. infam. videtur sentire quòd non, sed quòd potest ei infligi pœna absque sententia, & illam dicit esse communiter approbatam Boss. in titu. de denunc. nu. 10. Practica tamen obseruat, quòd collaterales nunquam faciunt executionem alicuius pœnæ, nisi sententia præcedat possent tamen his casibus omitti solemnitates requisitę in sententiæ prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

5 Sed pone q⁹ iudex oculis ꝓpriis videat aliquẽ aliquod maleficium committere, nunquid poterit illum condemnare? Respon. quòd non, nisi aliter probetur, & ita tenent Doctores, vt dicit Albe. in 1. parte statutorum. q. 53. Licet enim lex multũ de iudice confidat, vult tamen q⁹ secundũ acta & probata iusticia ministretur, aliàs posset iudex aliquẽ suspendi facere, & dicere, q⁹ ipse vidit aliquod maleficium ab eo cõmitti, quod esset intolerandũ. Vide quæ dixi inf. q. 66. ver. Scias autem. Et licet aliqui dixerint, q⁹ poterit iudex eo casu illum torquere, tamẽ in hoc etiam cõtrarium tenetur per D D. vt dicit Pract. Carer, fol. 108. nu. 144. Benè ex eo q⁹ iudex videat aliquẽ delinquere, poterit absq; alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & cõtra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casib. in quibus aperitur via iudici ad inquirẽdũ absq; vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedẽte. Et adde, q⁹ etiam hoc casu danda est reo copia ꝓcessus, & terminus defensionis prout rescripsit. Senatus in causę cuiusdã M. Antonij Cribelli, qui corã prætore & fiscali blasphemauerat. 6. Apri. 1559. P. N.

QVÆSTIO IX.

1 *Notorietatem delicti aperire viam iudici ad inquirendũ.*

2 *Et*

2 *Et quod dicatur delictum notorium?*
3 *Et an requiratur quòd sint etiam notoriæ qualitates ipsius facti?*
4 *Et an in processu, qui fit super notorio, requiratur citatio?*
5 *Et an requiratur probatio ipsius notorij?*
6 *Et per quot testes probatur notorium?*
7 *Et an in crimine notorio danda sit reo copia indiciorum: & terminus defensionis?*
8 *Et an in notoriis requiratur sententia?*
9 *Et an in notoriis admittatur appellatio?*

SED quid dicendum in crimine notorio? Respon. quòd notorietas delicti non modò aperit iudici viam ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit etiam vsque ad executionem procedere, iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, videnda sunt quæ dixi infrà, lib. 7. §. Notorium. Nam vt dicit gl. vnica, in ca. manifesta, 2. q. 1. quotidiè de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. In hoc tamen proposito dic,

2 † quòd illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuersatione celari non potest, vt illud, quod fit coram populo vel maiori parte populi. Et ita dicũt Doct. vt ait Cyn. in d. l. ea quidẽ, col. 2. vers. Quia ergo. Et sic vides, q̃ nõ modo illud, quod est facti permanentis, sed etiam illud, quod est facti momentanei, potest transire in notorium. licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc est cõmunis opi. vt dicit Tor. inter cons. Ant. de Butr. cõs. vltimo, post nu. 27. vers. Ex prædictis ergo. Apostil. ad Angel. de maleficiis, in verbo, Etiam per modum notorij, sub. num. 1.

3 Sed aduerte, quia in hoc proposito non sufficit, factum ipsum esse notorium, puta, q̃ Seius interfecerit Caium, nisi etiam sint notoriæ qualitates ipsius facti, scil. quòd nulla defensio, aut excusatio cõpetat Seio, quò minus puniẽdus sit pœna homicidij. Et hanc dicit esse communem omnium conclusiõ nẽ Colleg. Flor. inter cons. Curt. Sen. cons. 21. nu. 13. Tort. in d. cons. vlt. post nu. 28. vers. Nec obest tex. Potest enim esse, quòd homicidiũ fuerit ad sui defensionem commissum, vel quòd aliàs Caius impunè occidi potuerit, vel huiusmodi, de quibus dixi diffusius suprà hoc eodem libro §. Homicidium.

4 Quæro nunquid in notoriis requiratur citatio? Resp. quòd ad sententiam vtiq; requiratur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. in d. l. ea quidem, nu. 14. in fin. Hanc etiam dicit esse communem opin. Aret. cons. 163. nu. 7. quem refert Bos. in tit. de denunciat. nu. 9. in fin. & in titu. quomodo procedatur in crimine notorio, post nume. 6. Quod tamen intellige iuxta ea quæ dixi infrà, quæst. 31. vers. Sed hic quæro. Sed ad assumẽda indicia super ipso delicto notorio, non est reus citandus, quotiescũque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hãc dicit esse communem opinionem Ferre. consil. 31. nu. 11. Et licet Ant. de Butr. in d. ca. cùm olim. de re iudic. dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notoriis absq; citatione valeat nihilominus illud dictũ communiter reprehenditur, vt dicit Barb. cons. 70. n. 14. li. 4. Dixi infrà. q. 31. circa princ. Bene verũ est, quòd si notoriũ esset, nullã defensionẽ cõpetere, eo casu (secundũ aliquos) posset procedi sine citatione. Et hanc opi. dicit esse cõmunem & verã Colleg. Flor. inter cons. Curtij Sen. 21. nu. 5. Tortus in d. cons. vltimo, nu. 30. Secus autem, quando certum esset defensionem competere, vel esset dubium, vt ibi. Et hanc distinctionem fieri per omnes attestatur Prac. Care. fo. 28. vers. Et an, & quãdo. Ego verò indistinctè teneo, q̃ in quocunq; notorio, si reus est absens, debet citari, non modo ad processum, si non sit suspicio fugæ, nã eo casu debet (si potest) personaliter capi, sed et ad sententiam, vt suprà dixi, non enim video, quomodo cõstare possit, nullam defensionem aut excusationẽ reo competere, nisi eo monito, & audito. Si verò sit præsens, scilicet in carceribus detẽtus, crederem, quòd posset procedere communis opin. q̃, vbi certum esset, nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed benè reus ipse verbo monendus, & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

5 Item quæro, nunquid in notoriis requiratur probatio delicti? Respon. quòd nõ. Et est communis opi. vt dicit Albe. in d. l. ea quidem, num. 18. Et ideò dicit Ange. in l. ictus fustium, nn. 4. ff. de his, qui no. inf. quòd mos hodiè inoleuit, quòd rectores immediatè absq; aliquo processu faciũt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quib⁹, vt ipse ait, ita pœnas imponi subdito, expedit reipub. Et licet Cyn. in d. l. ea quidem, col. 2. ver. Secũdò iuxta hoc teneat, quòd vbi negatur, debeat probari, nihilominus secundũ Alb. in loco præall. eius non seruatur, nec approbatur per Doctores. Sed certè iudicio meo Alber. nõ refert fideliter verba Cyni. Et ideò puto, quòd malè illũ reprehendat. Propterea scire debes, quòd magna est differentia, an dicatur notoriè constare de crimine, vel dicatur cõstare de crimine esse notoriũ, iuxta ea, quæ dixi in d. §. Notoriũ. Dico igitur sic, q̃ aut quæris, an sit probãda notorietas ipsius delicti, scilicet ipsum delictũ, de quo agitur notoriè, commissum fuisse, Et dic, quòd sic. Et ita loquitur Cy. Et in hoc nemo contradicit, neq; sufficeret, q̃ notoriè de eo appareret. Potest enim esse, qd̃ per tres testes de visu, vel per cõfessionem ipsius rei, ex quibus dicimus notoriè cõstare de crimine, probaretur delictum. Et tamen nullus sani capitis dicet delictum ita probatum posse dici notorium, ad effectũ, vt super eo tanquã notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quæris, an sit probandum ipsum crimẽ. quod prætẽditur esse notoriũ. Et adhuc est distinguendũ, nam aut quæris, an debeat constare iudici, ipsum crimẽ fuisse cõmissum & tenendũ est, quod sic, iuxta ea, quæ dixi suprà. q. 4. aut quæris, an debeat verè probari, quòd crimen fuerit cõmissum ab eo, contra quem prætenditur esse notoriũ, & dic, quòd nõ. Et ideò licet non adsint testes, qui deponãt super scientia delicti, si tamẽ appareat de delicto, & adsint testes idonei probãtes ꝓcludẽrer esse notorium, quòd Titius illud crimẽ commisit, poterit Titius ex eo condemnari. Et ita procedat opi. Alb. & communis, quæ tamen iudicio meo est multum periculosa. Et ideò rectè dicit Salic. in d. l. ea quidem, nu. 93. Caueat iudex, ne asserat delictũ notorium, cùm non sit. multa enim dicuntur notoria, quæ nõ sunt, propterea consuluit iudici, vt maiorẽ partẽ viciniæ examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio, informationes assumere. Et hæc est communis opin. vt attestatur Affl. super 2. parte constitutionum Regni, Rub. decima, post nu. 30. Et scias, quòd debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis, secundum communem opin. vt dicit Pract. Conradi, fol. 240. in fi. & fo. 241. nume. 14. Et ideò non sufficerent informationes ab ipso iudice extra

extraiudicialiter assumptæ.

6 Quæro nũc, per quot testes notoriũ ꝓbetur? Resp. gl. in c. Deus omnipotẽs, §. quando autẽ, in verbo, Iudicis, 2. q. 1. dicit, q̃ probatur per duos testes. Et ita se habet communis opi. vt attestatur Salic. in d. l. ea quidem, nu. 82. vt in ore duorũ vel trium stet omne verbum. Faciunt, quæ dixi suprà, q. 6. vers. Sciendum est.

7 Quæro etiam nunquid in crimine notorio danda sit reo copia indiciorũ, aut terminus defensionis? Respon. q̃ sic. Et hãc dicit esse communem opinionem Ant. Gomes. capitu. 1. delictorum, post nume. 43. referens id attestari Salic. in d. l. ea quidem, nu. 86. qui tamen, in libro meo hoc ibi non dicit. Tu ergo dic, quòd aut reus proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum, & danda est ei defensio, aut ipse fatetur nullam excusationem habere, & non est illi danda. Et hanc practicam seruat totus mundus, vt dicit Bos. in tit. de denun. nu. 6. in fi.

8 Præterea quæro nunquid in notoriis requiratur sententia? Respõ. gl. in c. euidentia, in verbo, Non indiget clamore, de accusation. tenuit, quòd etiam super notorio ferenda sit sententia. Et illam dicit esse communiter approbatã Marsil. in pract. crim. §. Aggredior, nu. 133. Pract. Cõradi, fol. 238. post nu. 4. Et licet aliqui tenuerint, q̃ vbi crimen est ita notorium, quòd nulla potest tergiuersatione celari, non requiratur sententia declaratoria, quod etiã in pleriſque locis, frequentissimo omnium consensu, receptum esse, attestatur Didacus in repe. c. Alma mater, folio. 421. nu. 9. de senten. excom. in 6. nihilominus quicquid sit de iure, certè de consuetudine indistinctè obseruatur, vt etiam in criminibus notoriis requiratur, declaratoria. Et hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur idem Didacus in loco præallegato.

Plus dicunt aliqui, q̃ non potest dici delictũ notoriũ, quod excusationẽ non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicẽ, illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinio. attestatur esse communem Aret. in d. consil. 163. quem refert Ferret. consil. 31. nu. 5. & 35. licet Aret. in libro meo hoc explicitè nõ dicat. Et ideò iudices in huiusmodi notoriis cautè ambulẽt, ne si nimis properent, seipsos inuoluant, vt suprà dixi. Vide etiam in proposito citationis, quę dixi suprà, vers. Quæro nunc.

9 Vlterius quæro, nunquid in notoriis admittatur appellatio? Dixi infrà. q. 94. vers. Solet etiam.

QVÆSTIO X.

1 *Querelam partis offensæ aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et an querela successerit loco accusationis?*
3 *Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur?*
4 *Et an sit citandus?*
5 *Aduocatus, siue procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto, sint in expensis condemnãdi?*
6 *Et an fiscus debeat querelam, porrigere?*

1 ALius est modus, per quẽ iudici aperitur via ad inquirẽdum, scilicet querela partis offensę. Et licet isti duo modi procedẽdi, scilicet ad querelam, & ex officio, videantur non modo diuersi, sed etiam quodammodo incompatibiles, tamen consuetudo admittit, q̃ super querela partis iudex statim incipiat inquirere, scilicet informationes ex officio assumere, vt dixi suprà, quæst. 3. versicu. Hinc infertur.

2 Scias autem, q̃ hæc querela multũ differt ab accusatione. nam in accusatione, de iure requiritur solemnis libellus & inscriptio, vt dixi infrà, quæ. 12. vers. Dixi quoque: sed modus ille procedendi per viam solẽnis accusationis, abiit prorsus in desuetudinẽ, & loco accusationis successit hic modus querelandi. Et ideò hodiè per totam Italiam obseruatur q̃ libellus nõ datur, sed simpliciter fit quædã scriptura, quæ datur loco libelli & debet talis scriptura continere nomen accusatoris, & accusati, & iudicis, & criminis cõmissi, & quo loco, anno, & mẽse cõmissum fuerit, nec nõ, & diẽ dati ipsius libeli. Et si hæc deficiãt, nõ procedit talis scriptura, quæ hodiè datur loco libelli, vt dicit Gãd. de malef. in Rub. qualiter fiat accusatio, nu. 6. quẽ refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelã. n. 3. & Bos. in ti. de accusa. nu. 2. & Caraui. super ritu 20. magnæ curiæ, n. 4. & super ritu. 202. nu. 6. & Pract. Cõradi. fol. 225. nu. 5. Dũ tamẽ ipse Bos. postea subdit. nu. 6. q̃ vsus nõ admittit tales querelas pro accusationibus: tu dic, id verum esse, si sumatur accusatio in forma solẽni, prout de iure requiritur. sed certè hodiernis tẽporib. vtiq; dici potest huiusmodi querelas subrogatas esse loco accusationis. Et quanuis, vt ipse dicit, nõ disputetur super istis querelis, an habeant requisita, vel ne, hoc procedit ex eo, quia talia requisita in parte sunt à cõsuetudine sublata, vt apparebit infrà in discursu materiæ accusationis, & præsertim q. 18. per totũ. Et ẽt quia hodiè inquisitio concurrit omnib. ferè processibus, cũ ipsa querela, siue accusatione, vt dixi suprà, in d. vers. Hinc infertur. Et sic iudex ex officio supplet quoscunq; defectus. Sed in casibus, in quibus ex forma statuti, vel consuetudinis iudex non posset procedere, nisi ad querelã partis, proculdubiò ea, quæ possent de iure opponi cõtra accusatorẽ, & accusationẽ, possent opponi contra querelantẽ, & querelam. Et ita multoties vidi in facto obseruari. Plus dico, q̃ si non esset aperta via iudici ad inquirẽdum aliter, quam per querelã, puta, quia nõ præcederet denunciatio, neq; diffamatio, neq; aliquid aliud ex his, quæ aperiunt viã inquisitioni, nõ deberet iudex procedere super huiusmodi querela, nisi haberet legitima requisita, iuxta ea, quæ dicit Gandin. in loco præallegato, licet contrarium plerunq; obseruetur de consuetudine, secundum quã iudices valdè prompti sunt ad procedendum neque multum super istis subtilitatibus insistunt.

3 Aliquid etiam hoc loco dicendum esset de promotore, seu instigatore inquisitionis, super quo ego pauca tãtummodo attingam, ne aliquid prorsus omissum fuisse videatur, cætera reperire poteris in locis ordinariis.

Scias igitur, q̃ tria sunt genera eorum, qui instigatores, seu promotores inquisitionis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex necessitate, vel saltẽ ex debito eorum officij, prout sunt aduocati, & procuratores, seu syndici fiscales, ad quos maximè pertinet instare assiduè, vt iudices contra delinquentes inquirant. Aliqui verò id faciunt ex præcepto, siue deputatione iudicũ, qui solẽt deputare aliquem coadiutorẽ, qui loco partis seu fiscalis assistat inquisitioni, nam in quocunq: casu, in quo iudex potest ex officio procedere, potest etiã creare, & constituere fiscalem, qui accuset. Et ita practicatur, teste Anto. Gomes. c. 1. delictorum, nume. 10. in prima ampliat. intellige qui accuset, non vt aperiat hoc modo viã inquisitioni, sed vt postquam

quã illi est apert a via ad inquirẽdũ, aſsiſtat ipſi in quiſitioni, prout faceret accuſator. Et hoc quando non adeſt adu ocatus, ſeu procurator fiſcalis ordinarius, tunc enim non ſolet aliquis alius deputari. Poſtremò a liquiid faciunt ſponte, quia comparent, in iudic io, & ſubminiſtrant teſtes, & indicia contra reos inquiſitos.

Quæro, nunquid inſtigator ſit citandus in cauſa inquiſitionis? Reſp. de aduocato. ſeu ſyndico fiſcali nulli dubium eſt, quin ſit citandus, nam in quocũque iudicio, in quo poteſt ex officio procedi, fiſcus eſt loco partis. Idemque dicendũ eſt in eo, qui ſit à iudice deputatus. nam & ille ſuccedit loco fiſcalis. & de eo idem iudicandũ eſt in illa cauſa, ꝙ de fiſcali. Si verò loquimur de inſtigatore, ſeu promotore voluntario, tunc dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione, num. 26. ꝙ ſi talis inſtigator prius querelauit, & ad eius querelã iudex inquiſiuit, tenet locũ partis & ideò eſt citãdus. Et ſubdit, ꝙ ita cõcludũt Doct. & ꝙ ita ſeruatur. Et cũ eo eſt lis cõteſtanda, prout etiam cum accuſatore, ſecundum glo. in c. cum I. & A. in verbo, lite non conteſtata, de re iud. quam dicit ab omnibus approbatam Card. Alex. in c. de accuſatione, col. 37. in princ. 2. q. 8. Quod tamen intelligẽ ſecundum ea, quæ de litis conteſtatione dixi infrà, q. 45. circa princ. Ego autem dico, ꝙ ſi querelauit, tunc non eſt citandus tanquam inſtigator, ſeu promotor inquiſitionis, ſed tanquam accuſator, quia (vt dixi ſuprà) tales querelæ ſuccedunt loco accuſationum. Sed quando quis non querelat, ſed tantùm inſtigat, ſeu promouet inquiſitionem, non eſt de neceſsitate citandus, niſi compareat, & petat in actis ſe citari, nã eo caſu, licet prius non querelauit, habetur loco partis, & citatur. Et vbi ſuccumbat, condemnatur etiam in expẽſis, vt accuſator: prout in facti contingentia condẽnatos fuiſſe quoſdam inſtigatores refert Papo lib. 24. tit. 1. Arreſto 2. Et ita ſeruat communis practica.

5 Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiſcalis, qui inſtigãt inquiſitionem, & faciunt procedi contra aliquem, tenebũtur ad expenſas, ſi repertũ fuerit, illum non eſſe culpabilem? Reſp. de iure fortè poſſet dici, ꝙ ſic, ſed de cõſuetudine apud nos contrarium ſeruatur. prout etiã ſeruari in patria Delphin. atteſtatur Guid. Papę deciſ. 269. Denũciator. poſt nu. 1. Et quòd de conſuetudine procurator regius nõ ſubiiciatur expenſis actiuè neque paſsiuè, atteſtatur Prac. Millei, fol. 16. n. 45. Benè verũ eſt, ꝙ ſi dolosè, & calumniosè perſequeretur aliquem, eſſet in expenſis, & dãnis verſus partem condemnandus, vti quilibet priuatus. Et ita pluries ſeruatum fuiſſe per parlamentum Pariſienſe atteſtatur Papo in dict. titu. primo: Arreſto 4.

6 Sed quæro, Tu ſcis ꝙ hodiè, nemine querelante, fiſcùs ſuccedit loco accuſatoris, vt dixi ſuprà, q. 3. verſ. Sed certè, nunquid ergo debet eo caſu fiſcus querelam ſeu accuſationẽ porrigere, ſuper qua iudex deinde procedat? Reſp. ꝙ non, ſed tantum proceditur ad informationem, eo inſtante. & ita ſe habet communis obſeruantia omnium curiarum, vt dicit Carauita ſuper 20. ritu magnę curiæ, poſt nu. 4. Et dicitur ſemper inſtare fiſcus, vt procedatur contra delinquentes, etiamſi de huiuſmodi inſtantia, in actis non appareat: debet tamen prius eſſe aperta via iudici ad inquirendum aliter quàm per inſtigationem ipſius fiſcalis, iuxta ſæpius dicta, vt iudicibus præcludatur via ſubditos vexandi, indebitis impenſis.

QVÆSTIO XI.

1 *Inquiſitio an fiat contra abſentem?*
2 *Et an ſit citandus ille, contra quem aſſumuntur indicia?*
3 *Et an pars offenſa?*
4 *Iudex an debeat interrogare reum ſuper is, de quibus contra eum intendit inquirere?*
5 *Et an ante inquiſitionem danda ſit reo copia indiciorum.*

NVNC videamus, quomodo procedendum ſit in iudicio inquiſitionis, intelligendo ſemper, ꝙ inquirere ſit ex officio teſtes, ſeu informationes recipere cõtra aliquẽ, pro aliquo delicto, vt dixi ſuprà, q. 3. in princ. † Et in primis quæro, an poſſit procedi per inquiſitionem contra abſentẽ, an autem contra præſentẽ tãtum? Reſ. de iure loquendo regulariter non proceditur via inquiſitionis niſi cõtra preſentẽ, ſi verò reus ſit abſens, modo per contumaciam ſe abſentem fecerit, nõ poteſt inquiri. ita notatur per omnes in d. c. qualiter, & quando. Sed certè quicquid ſit de iure, hoc de conſuetudine non obſeruatur, ſed ſemper fit inquiſitio de delicto, ſiue inquiſitus ſit præſens, ſiue ſit abſens, & ſiue per contumaciam ſe abſentauerit, ſiue non, vt atteſtatur Marian. in repetit. dict. cap. qualiter, & quando, num. 92.

2 Item quæro, nnnquid priuſquã iudex ſpecialiter inquirat, & ſic aſſumat indicia contra aliquem, debeat ille citari? Reſp. de iure cõmuni vtique requiritur partis citatio, aliàs teſtes examinati, reo non citato, nullam contra eum fidem facerẽt neque ad ſententiã, neq; ad torturã. Et hæc eſt cõmunis opi. vt dicit Blanc. in pract. cri. fol. 5. n. 33. Anto. Gomeſ. c. 12. delictorum, poſt nu. 18. Quinimò Ant. de But. in d. ca. qualiter & quando. §. debet, poſt nu. 40. dicit, quòd in receptione teſtium, in cauſa inquiſitionis ſpecialis, debet reus citari, & quòd ita obſeruat communis practica, & illum refert Aret. in eo. §. debet, n. 98. Sed certè quicquid ſit de iure, cõtrariũ ſeruatur de cõſuetudine, vt atteſtatur ipſemet Blanc. in loco præal. ſubdens, quod propterea defenſores reorum, non debent multum inſiſtere ſuper iſta communi ſententia. Hanc etiam dicit eſſe communem practicam omnium curiarum Foller. in pract. crim. can. fol. 109. nu. 1. Dicit etiam Blan. ibi, n. 6. quòd ſtylus & conſuetudo eſt in ciuitatibus Lombardiæ, quòd teſtes, ſiue ſuper generali, ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione, & etiã ſuper accuſatione, examinãtur ſine citatione partis, & allegat Alex. conſil. 65. nu. 9, in fin. li. primo, quod eſt duplicatum in conſ. 41. libr. 7. qui dicit, ꝙ (vt verbo fertur) ita eſt ſtylus, & conſuetudo in partib. Lombardiæ, ꝙ teſtes recipiãtur ſine citatione partis. Et ita eſſe ſtylum Italię, aſſerit Pract. Caſoni, fo. 103. poſt n. 1. Dicit ẽt Berber. in Viatorio iuris, in Rub. de iud. col. 27. ꝙ vſus, conſuetudõ, & ſtylus hãc opi. approbant. Hunc etiam eſſe receptum vſum, ſtylum, & conſuetudinem atteſtatur Pract. Iodoci, fol. 24. nu. 18. Tu tamẽ dic, bene verum eſſe, quòd de cõſuetudine huius prouinciæ teſtes, qui aſſumuntur ad informationem curiæ, cõtra reũ abſentem, recipiuntur parte non citata, ad effectũ procedẽdi ad capturam, ſiue citationẽ contra reum, & ſi ipſe deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quò ad hoc, vt ſuper eorum atteſtationib. poſsit contra eum ferri ſententia diffinitiua. Et hæc practica fuit optima ratione introducta, ne ſi reus citaretur, ſtatim aufugeret, vel poſſet facilius teſtes examinandos ſubornare. Sed ſi reus cõparet, tunc atteſtationes taliũ teſtium examinatorum abſque citatione partis, nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, niſi parte ipſa præſente, aut legitimè citata, ſeu monita deponãt, vel prius per eos depoſita repetãt, & in eis perſiſtant. Cæterùm quando proceſſus ſit reo comparente, vel in carcerib. exiſtente, ſemper ſeruatur communis opin. etiam in hac prouincia, Dixi ẽ. quæſt. 45. verſ. Cæterùm ſi reus.

3 Sed quid è conuerſo, nunquid in hac inquiſitione debet citari pars offenſa? Reſpon. de iure fortè dici poſſet, quod ſic, ſed hoc de conſuetudine non obſeruatur, niſi Florentiæ, vt dicit Ang. in d. reper. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. quem refert Marian. in repet. d. c. qualiter quando, poſt num. 213. in 71. q. & Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput, num. 2. Tu verò dic quòd aut pars querelauit, & de neceſsitate citanda eſt, aut non querelauit, & tunc quanuis neceſsariò citari non debeat, tamen cauti, & iuſti iudices illam ſemper citari faciunt, ad ſubminiſtrandũ indicia, ſi quæ habet, ad coadiuuandam intentionem fiſci. Et ita ſeruatur in hoc Ducatu, etiam ſi procedatur ꝙ inquiſitionẽ, vt atteſtatur Boſ. in ti. de ſent. n. 81. in fi. Vide quæ dixi ẽ. q. 31. ver. Vlterius quæro.

4 Quæro etiam, nunquid priuſquam iudex inquirat, debeat reum interrogare ſuper his, de quibus intendit contra eum inquirere? Dixi ẽ. quæſt. 6. verſ. Succeſsiuè quæro.

5 Vlterius quæro, nunquid ante inquiſitionem dãda ſit reo copia indiciorum? Dixi in d. q. 6. verſ. Sed quid ſi reus.

Cætera autem, quæ pertinent ad formam proceſſus criminalis, ſcilicet quomodo, & à quibus aſſumenda ſint indicia, & quid agẽdum ſit poſt ipſas informationes aſſumptas, cùm non minus iudicio accuſationis, quam inquiſitionis communia eſſe videãtur, paucis in primis de accuſationis iudicio ſpecialiter præmiſsis, ſuo ordine explicabimus.

QVÆSTIO XII.

1 *Accuſatio quid ſit?*
2 *Et an ſit remedium ordinarium?*
3 *Et an ſit actio, vel officium iudicis?*
4 *Inquiſitio an ſit actio, vel officium iudicis?*
5 *Iudex procedens ſuper accuſatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario?*
6 *Accuſationis forma quæ ſit?*
7 *Accuſatio an debeat fieri in ſcriptis?*
8 *Et quæ in ea requirantur.*
9 *Et an ſi omittantur, ſit accuſatio ipſo iure nulla?*
10 *Et quid ſi agatur de crimine ciuiliter?*
11 *Et quid ſi procedatur per viam exceptionis?*
12 *Et an locus notorius debeat per confines deſignari?*
13 *Et an dies exprimendus ſit in accuſatione?*
14 *Et quid ſi dies expreſſus non probetur?*
15 *Et an accuſator teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis?*
16 *Et quæ ſit forma inſcriptionis?*
17 *Et quid de conſuetudine?*
18 *Et quid de iure canonico?*
19 *Et an accuſantes de adulterio, teneantur ſe inſcribere ad pœnam talionis?*
20 *Et an mulier teneatur ſe inſcribere?*
21 *Et an in accuſatione requiratur concluſio libelli?*

1 HActenus de inquiſitione dictum eſt, nunc de accuſatione videamus. Quæro † igitur in primis, quid ſit accuſatio? Reſp. accuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictã publicã, legitima interueniẽte ſubſcriptiõe. ita diffiniũt cõmuniter Doctores, vt dicit Felin. in Rub. de accuſation. nume. 3. quem refert Gigas de crimin. læſæ Maieſt. fol. 58. q. 1. nu. 4. Et dicit Marian. in d. Rub. de accuſ. nu. 1. quòd hanc diffinitionem omnes Doctores ſequũtur. Mihi (vt ſæpius dixi) diſputatio ſuper diffinitionibus in pract. viſa eſt ſemper inutilis, propterea multa quæ contra hanc dici poſſent, conſulto omitto.

2 Quæro, nunquid accuſatio ſit remedium ordinarium? Dixi ſuprà q. 3. verſic. Debes autem. & verſicu. Sed certè.

3 Item quæro, nunquid accuſatio ſit actio, vel ſit officium iudicis? Vtilitas autem huius quæſtionis poteſt eſſe maxima, puta ſi extet ſtatutum, quòd non ſoluens collectas, non admittatur ad agendum, certè ſi eſt actio non poterit accuſare, ſi verò eſt officiũ iudicis, vtiq; poterit, nã q, prohibetur agere nõ prohibetur iudicis officiũ implorare. Prętera multę, & magni momẽti sũt differẽtiæ inter actionẽ, & officiũ iudicis quas ponit Bart. in l. 1. n. 10. ff. de iuriſ. omn. iud. In hoc autẽ articulo magis cõmunis opi. videtur eſſe, quòd ſit potius iudicis officium, quàm actio, prout atteſtatur Berous in Rub. de accuſ. nume. 7. in fin. licet ipſe poſt multa teneat, ꝙ ſit quædã tertia ſpecies. Ego verò ſemper tenui, quòd accuſatio (prout erat de iure introducta) eſſet potius actio, quàm officium iudicis. Sed hodiè cùm ex generali conſuetudine ſublatæ ſint ferè omnes ſolennitates, & formæ accuſationum, propterea quæ (vt ſuprà dixi) cum accuſatione, ſeu querela partis officium iudicis inquirentis ſemper ferè ſimul cõcurrat, crederem, quòd poſſet ſuſtineri communis opi. Et ideò non putarem ab ea eſſe in practica recedẽdum, quę etiam magis fauorabilis eſt, ne delicta impunita remaneãt. Benè verum eſt, quòd ſi eſſemus in caſibus, in quibus non poteſt ex officio procedi, fortè verius eſſet dicere, quòd eſſet de ea iudicandũ prout de actione. Hæ tamen difficultates raro contingũt in practica. † De inquiſitione verò, nulli dubium eſt, quin ſit officium iudicis. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Berous in d. Rub. de accuſ. t. numer. 10. Scias autem in hoc † propoſito, quòd iudex procedens ſuper accuſatione, dicitur procedere officio iudicis nobili, nõ mercenario. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtantur Scribentes in l. imperium. ff. de iuriſdict. omnium iudi. & in ſpecie Caccialup. nume. 11. & Gaſpar. Valaſ. numero 40. & Sapia, num. 23. quòd de iure poteſt eſſe vtile ad multa licet in facti contingentia nunquam viderim de his tractari.

6 Quæro, quæ ſit forma accuſationis, & in primis

7 † nunquid debeat fieri in ſcriptis? Reſpon. Saly. in l. penult. num. 2. C. de accuſa. tenuit, quòd ſiue accuſator porrigat libellum dictatum iudici inſcriptis vel porrigat verbalem querelam apud acta iudicis, & tabellio eam in ſcriptis redigat, iuxta formã l. libellorum. ff. de accuſa. quòd ſatis eſt ſolennis accuſatio, ſeruatis tamen aliis ſeruandis. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet libellus accuſatorius debeat porrigi in ſcriptis, tenet Barto. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, Per inquiſitionem, nume. 33. Et hanc dicit eſſe veram & communem opin. Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 6. verſ. Ponitur etiam, 2. quæſt. 8. Cum enim iudicia criminalia procedant ad inſtar ciuilium, vbi aliter iure cautum non reperitur, & in ciuilibus debeat libellus offerri inſcriptis, vt dixi infrà lib. proximo, idem etiam dicendum videtur de libello accuſatorio, vt ſcilicet inſcriptis offerri debeat. Sed certè quidquid ſit de iure, in practica ſeruamus opinion. Salycet. vt

scilicet sufficiat verbalis, querela, per notarium in scriptis redacta, modò in cæteris seruentur seruãda. Et ita quotidiè fieri videmus.

8 Præterea in libello accusationis requiritur dies, & annus quo porrigitur accusatio, nomen accusatoris, & accusati, & species delicti, & locus, & tempus, quo delictum commissum fuisse dicitur, item inscriptio accusatoris, de quibus omnibus est text. in l. libellorum. ff. de accusation. Sed certè quò ad diem, & annum Imperatoris, siue Consulum, quo porrigitur accusatio (quicquid sit de iure) multi Doctores, dicunt, quòd hodiè illud non est in vsu, & in specie Saly. in l. penultim. nu. 3. C. de accusatio. quem refert Angel. de malef. in verbo, De anno præsenti num. 23. Idem dicit Ang. in d. l. libellorum, prout illum refert Aug. ad Angel. de malef. in loco præallegato. Apud nos tamen vtique seruatur, ꝙ apponatur dies, & annus porrectæ accusationis, seu querelæ, vt dixi 5. q. 10. vers. Scias autẽ. Et si notarius non faceret apparere in actis, quo die fuisset porrecta querela, posset tãquam imperitus, vel suspectus officio priuari, non tamen credo hoc esse de substãtia, ita ꝙ si nõ apponatur, vitietur querela

9 Dixi exprimendum esse locum, & tempus delicti, & cætera, iuxta dispositionem d. l. libellorum. Et si accusatio criminalis ea non contineat, erit ipso iure nulla, etiam si pars nõ opponat. Et hæc est communis opin. vt dicunt Scribentes in l. edita, C. de edendo, & in specie Alex. nu. 13. Dec. nu. 34. Claud. nu. 22. Ripa nu. 26. Curt. Iun. nu. 83. Idem attestatur Aret. in d. c. qualiter & quando. §. debet, n. 115 prout illum refert Villalob. in lib. communium opi. in litera A. in verb. accusatio, sicut & inquisitio. ibi tamen Aret. loquitur in inquisitione, non autẽ in accusatione, vt ego fideliter retuli 7. q. 31. ver. Quòd de anno. Soc. cons. 109. post n. 2. li. 3. Gomez. Inst. de actio. in prin. n. 45. Bellon. cõs. 63. n. 2. Nisi enim exprimeretur locus, & tempus commissi criminis, procul dubiò incerta redderetur accusatio, ita vt nõ posset reus, probando negatiuam coarctatam, se aliquo modo defendere, neque (si opus esset) testes, qui contra eum deponerent, de falso conuincere.

10 Adde, quòd hæc conclusio procedit non modò quando agitur de crimine criminaliter, sed etiam quãdo agitur de crimine ipso ciuiliter, adhuc enim debet exprimi locus. Et est communis opin. vt dicit Maria. in d. ca. qualiter & quando, nu. 200. in fin.

11 † Et ideò etiam quando proceditur per viam exceptionis, necessarium est exprimere in ipsa exceprione locũ, & tempus cõmissi delicti, iuxta formã d. l. libellorum. Et est communis opin. vt dicit Soc. in l. 1. post num. 4. vers. Quartò infertur. ff. de excep. Boer. decis. 321. nu. 2. vbi refert, ita fuisse per illam curiam bis iudicatũ. Et hæc quidẽ absque difficultate procedunt, quando actor proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat, nam eo casu proculdubiò necessaria est solemnitas d. l. libellorum & sic, quòd exprimatur in libello locus, & tempus, aliàs secus. Et hæc est communis opin. vt attestatur Alex. in l. 1. in prin. nu. 30. ff. de edendo, & in d. l. edita, nu. 13. Soci. in d. cons. 109. nu. 1. & seq. lib. 2. Marant. in suo spec. fol. 24. n. 30. Aug. ad Ang. de malef. in verbo. Et ad querelam, nu. 55. licet subdat, quòd hæc opi. non obseruatur in curia Romana. Est tamen tenenda & obseruanda in practica, vbi enim agitur actione famosa, licet ciuiliter procedatur, dicitur tamen causa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honestos & probos viros, fama & vita æquiparãtur. Quam tamen intellige, vt procedat, si opponatur a parte, nam eo casu necesse est exprimi locũ, & tempus, sed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiam si ea non exprimantur. Et hanc opin. dicit esse magis communem Socin. in d. consilio 109. nume. 4. vbi, in facti contingentia, ita consuluit, ꝙ nota, quia est pulcherrima limitatio.

Est autem exprimendus locus in libello accusationis, illum designando per cohærentias, vt videre potes apud Ang. de malef. in verbo, In platea communis, ꝙ quidem optimè procedit in delictis, quæ committũtur aliquid faciendo, sed si committantur non faciẽdo, puta, quia accusetur syndicus qui non denũciauit maleficiũ, eo casu, cùm delictum non habeat locum determinatum, quo circũscribatur, non credo locum habere hanc conclusionẽ, nisi quis fortè vellet apponere locum palatij, in quo solent syndici deferre denuncias, tanquam ibi commissa fuerit negligentia, prout seruari Florẽtiæ attestatur Bal. in l. in causis, nu. 3. C. de accus. quod est iudicio meo ridiculum.

12 Sed pone, quòd sit aliquis locus publicè notorius, prout est communis, vel palatium Potestatis, nũquid adhuc erit designandus per confines? Respõ. quòd sic, ita dixit Gand. de malef. in Rub. qualiter fiat accusatio, nume. 3. prout illũ refert Angel. in l. hac consultissima. nume. 2. C. qui testam. facere poss. subdens, quòd ita seruat consuetudo quem etiam refert Aug. post Ang. de malef. in verb. In platea communis, post n. 11. Sed certè Gand. in lib. meo hoc non dicit, bene affirmat posse sustineri libellũ accusationis, in quo tantùm dicitur maleficiũ cõmissum fuisse ante domũ dicti Petri, & quòd accusator poterit illũ declarare, subdens ita consultum fuisse Bononiæ, per plures legũ Docto. non tamen loquitur Gand. quando locus est adeò notorius, vt declaratione non egeat. Ideò dicit verùm esse, vt dicit Angel. in d. l. hac consultiss. quòd de consuetudine (vt plurimũ) solent apponi cohærentiæ, etiam si locus sit notorius, sed tamen etiam si non apponantur, procedũt querelæ, & accusationes, & etiam inquisitiones, modò locus sit certus. Et hanc opin. dicit esse veram, & magis communem Menchiacà lib. 1. de testa. in 1. parte, §. 4. n. 33. neque ego vnquã vidi, propter hoc annullari aliquem processum, neque dicerem esse annullandum.

13 Dixi etiam, ꝙ est exprimendũ tẽpus delicti, scilicet annus, & mensis, vt in d. l. libellorũ. Sed pone, ꝙ accusatus compareat, & petat exprimi per accusatorem diem certam delicti, quia fortè intendit ipse ad sui defensionem probare, quòd eo die erat in alio loco, remoto à loco delicti, nũquid eo casu debet iudex cogere accusatorem ad ipsam diem exprimendam? Resp. Bart. in l. is, qui reus, nu. 10. ff. de pub. iud. & in l. arbitraria. §. si quis Ephesi, nu. 6. ff. de eo, quod certo loco. & in d. l. libellorũ, in prin. numer. 13 tenuit, quòd sic. Et dicit Corse. in repert. Abb. in verb. Accus. quòd illũ seq. communiter Doct. Ita etiam communiter teneri attestatur Ias. in d. §. si quis Ephesi, post num. 1. quem refert Simancas de hæret. ca. 4. n. 4. & Boss. in tit. de inquisitione, n. 92. Pract. Cõradi, fol. 224. post n. 3. Plot. inter. cõs. cri. diuersorum cons. 109. post num. 4. lib. 1. Apostil. ad Vitali. de malef. in Rub. quid sit accusatio. sub n. 12. in verbo, Sed anni. Vinius in lib. communium opin. in verbo, Accusator vel fiscus. Et hoc dicit se aliquando obtinuisse coram magis peritis, existẽtib.

Bergomi

Bergomi ad officium maleficiorum. Albe. in d. l. libellorum in prin. nu. 5. ff. de accusa. Aliàs enim tolleretur reo magna pars defensionis suæ, scilicet facultas probandi negatiuam, quod esset inconueniens, quicquid dixerit Signo. qui in contrarium consuluit cons. 244. vbi, num. 22. dicit, quòd hoc dictum Bar. est falsum, & quòd suæ opi. videntur multũ singulares, & phantasticæ, & deuiantes à cõmunibus opinionib. nostrorum maiorum. Intellige tamen, quòd tenetur accusator reo, id petenti, exprimere diem, non autem illum probare. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Bertran. cons. 16. nume. 2. lib. 6. Quod tamen intellige iuxta ea quæ statim dicam j. in vers. Sed quid si accusator. Et subdit ibi Bertr. ꝙ sufficit, si diem exprimat accusator tempore, quo datur reo terminus suarum defensionum, est enim ei satisfactum, ex quo potest deinde probare negatiuam, in suis defensionibus, quod est notandum. Scias etiam quòd quanuis iudex possit cogere accusatorem ad exprimendum diem, potest nihilominus accusator dicere, quòd non recordatur de die, & erit accusandus. Et ita cõmuniter practicatur, vt dicit Ang. in d. l. libellorũ, n. 5. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verb. De anno prẽsenti, post n. 4. & Apost. ad Sal. in d. l. in causis, sub n. 5. C. de acc. quod ego etiam admitterem, si casus contingeret, dũmodo accusator id affirmaret cum iuramento.

14 Sed quid si accusator in sua accusatione expressi diem, cùm non teneretur, & deinde non probauerit, nunquid debet propterea succumbere, licet testes aliàs deponant de crimine? Resp. Bar. in d. l. is qui reus, n. 9. ff. de publ. iud. tenuit, ꝙ sic. Et dicit Bertr. cons. 217. nu. 2. lib. 6. ꝙ ita respondent communiter Doctor. Hanc etiam sententiam vti communem refert Aug. ad Ang. de malef. in verb. de anno præsenti, nu. 4. Quæ tamen opin. mihi nunquam placuit, & credo, quòd cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta, quia adesset statutum disponens, ꝙ tali die aliquid non fieret, vel huiusmodi. Tũc enim proculdubiò debet probari dies, ad hoc, vt reus possit de ipso facto tanquam de delicto puniri. Sed si factum, quod proponitur, esset ita delictũ in vno die, prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reũ esse absoluẽdum. Solent enim in libello accusationis, seu querelæ apponi illæ clausulæ salutares, Nõ se adstringendo, &c. Et super quibus omnibus, &c. quæ saluant, & sustinẽt accusationem, & processum etiam si non sit probata qualitas, in accusatione deducta, modò de crimine constet, vt dixi j. q. 66. vers. Sed quid si pro parte.

15 Dixi quoq; ꝙ de iure, tenetur accusator se inscribere ad pœnam talionis, vt est tex. in d. l. libellorũ, & in l. 3. C. qui accus. non poss. Et est communis opi. vt attestatur Affli. super const. regni, in quibusdam locis, prout illum refert Duennas reg. 27. in prin. licet ego in libro meo nõ reperiam Affict. ibi id attestantem. Refert etiam Maria. in c. super his, nume. 19. de accusa. Io. And. attestari, quòd hæc sit communis opin. quòd scilicet inscriptio sit de substantia libelli accusatorij. Idem attestatur Bertran. cõs. 267. in princi. lib. 2. fuitque hoc optima ratione introductũ, ad refrænandam temeritatem accusatorũ, vt scilicet, vbi accusationem non probarent, ipsi in seipsos sententiam talionis propria subscriptione susciperent. Licet autem communiter appelletur inscriptio tamen rectè loquẽdo deberet appellari subscriptio, secũdũ Card. Alex. in d. ca. de accusatione, col. 3. vers. Inscriptione, Et ita illam appellat Iurisconsultus in d. l. libellorum. ver. Item subscribere, quanuis secundum Felin. in d. c. super his, nume. 10. communiter videtur, quòd inscribere, & subscribere non differũt. Et ita videmus, quòd in hoc proposito Doctores vtrunque ponunt indifferenter.

26 Forma autem huiusmodi inscriptionis erat, ꝙ accusator se obligaret ad similitudinem pœnæ, & promitteret de accusatione prosequenda vsque ad finem, ita dicit Bart. in l. si cui. in prin. nu. 2. ff. de accus. Et est communis conclusio, vt dicit Aret. in d. c. super his, num. 33. Hanc etiam formam dicit communiter approbari Maria. in d. c. super his, nu. 17.

17 Cæterùm hodiè de consuetudine, non obseruatur ista solemnitas subscriptionis, vt dicit Spe. in ti. de accus. §. 1. n. 4. in fin. quem refert Foller. in Pract. crim. fol. 136. post num. 3. & Milius in suo repertorio in verbo, accusator, & Pract. Conradi, fol. 224. n. 4. & Marcus decis. 683. quæritur qualiter, nu. 6. 10. And. ad Spec. in tit. qui accus. non poss. prout illũ refert Grammat. super const. regni fol. 61. nu. 11. Idem dicit Gand. de malef. in Rub. qui accusare possint, nume. 38. & in Rub. qualiter fiat accusatio, post n. 6. Barto. in d. l. si cui, in prin. num. 2. in fin. ff. de accus. Saly. in l. qui crimine. num. 4. C. qui accus. non poss. Angel. de malefi. in verbo. Et ad querelam, numer. 5. & ibi Ang. in Apost. Pract. Papiensis in forma inquisitionis, in verbo, Hæc est quædam inquisitio, n. 1. in fin. Apostil. ad Vital. de malef. in Rub. quid sit accusatio, sub num. 12. in verbo. Inscribere Rub. in l. pen. §. ad crimen. num. 5. ff. de publi. iud. Gigas de crimine læsæ Maiest. fol. 58. quæst. 1. num. 6. Boss. in tit. de inquisitione, post nu. 14. Didac. lib. 2. resolut. cap. 9. nu. 1. Duennas in d. reg. 27. vers. Est tamen notandũ. Idem etiam obseruari in regno Franciæ, attestatur Pract. Millei, fol. 15. num. 25 & fol. 29. nume. 2. præterquam in crimine falsi nam in eo, moribus receptũ est in ea prouincia, vt necessaria sit inscriptio, nulla facta distinctione, an ille qui vult aliquod instrumentũ vel aliam scripturam de falso redarguere, sit actor vel reus, prout etiam attestatur Igneus in l. fideicommissum, nu. 155. ff. ad Sylle. Ratio autem, cur hodiè nõ obseruetur illa solemnitas inscriptionis, est, quia cùm hodiè pariter ex consuetudine sublata sit pœna talionis, secundum ea, quæ dixi j. q. 81. superflua est etiam subscriptio, propter quam actor ad ipsam pœnam talionis se obligabat.

18 Scias autem, quòd de iure canonico, adhuc necessaria est huiusmodi inscriptio. Et ita quotidiè seruamus, vt dicit Card. Alex. in cap. libellorũ, circa fin. 2. q. 8. Et ideò in curia Romana, vbi quis impetrat beneficiũ per priuationem alterius, ex aliquo crimine, non datur ei signatura quò ad priuationem, nisi in forma, vt scilicet se subscribat ad pœnã talionis, & iuxta formam iuris, vt ibi, quem refert Gigas in loco præallegato, quæst. 1. in fi. Idem etiam loquendo per verbum, Fortè, dixit Bartol. in d. l. si cui num. 2. in fi.

19 De iure autem ciuili talis solennitas subscriptionis, vt dixi, abiit in desuetudinem, quinimò secũdũ aliquos (etiam circũscripta consuetudine) talis solemnitas subscriptionis nunquam fuit necessaria. Nam obligatio ad pœnam talionis, etiam si expressè non fiat, subintelligitur ex legis dispositione, prout videtur tenere gloss. in dicta lege in causis, in glo. fin. in fi. C. de accus. qui vult, ꝙ ex subscriptione, in qua accusator affirmet se dedisse illũ

libellũ, censeatur se obligasse ad pœnã talionis. Refert etiã Felin. in d.c. super his, post n.10. quod Bar. in d.l. si cui attestatur, quòd hæc est communis opin. licet ego in libro meo non reperiam Barto. ita attestantem. Sed quicquid sit, tenenda est hæc conclusio, quòd etiam de iure cessante subscriptione, accusator, qui accusationi se non subscripsit, punitur nihilominus pœna talionis, perinde, ac si subscripsisset, quam dicit esse communem Abb. in d.c. super his, nu.8. Aret. in eo.c. super his, nu.21. Et ideò etiam si omissa sit, nõ propterea vitiaretur processus, & sic tenet etiam communiter Doct. affirmat Card. Alex. in d.c. de accus. col.3. in fi. Foller. in prac. crim. canon. fol.50. nu.50. licet in hoc vltimo, reuera circũscripta consuetudine, fortè dici posset contrariam opin. esse veriorem, quòd scilicet omissa subscriptione, accusatio esset nulla, ex quo tradita videtur pro forma. Sed hæc nunquam contingunt in practica.

19 Sed retenta conclusione, q̃ subscriptio sit necessaria: Quæro, nũquid mariti, & alij accusatores de adulterio, qui præsumũtur accusare propter immẽsum dolorem, & ideò excusantur à præsumpta calũnia, teneantur se subscribere ad pœnam talionis? Respon. q̃ sic, & ita communiter tenetur, vt dicit Ana. in ca. cũ dilectus. post nu.24. de calum. Et licet Aret. in d.c. super his, num.19. referat Doctores cõmuniter dicere, quòd maritus de adulterio accusans, iure mariti, non tenetur se subscribere, sed tãtùm quando accusat iure extranei, tamen indistinctè tenendũ est, quòd tenetur se subscribere. Quanuis enim excusetur à præsumpta calumnia, non tamen propterea debet excusari à vera, & consequẽter neque etiam à subscriptione, vt per Aret. ibi.

20 Quæro etiam, tu scis, quòd regulariter mulier prohibetur accusare, vt dixi infrà, q.14. vers. Præterea dixi, nisi in quibusdam criminibus exceptis, nũquid ergo in casib. in quib. admittitur ad accusandum, tenetur & ipsa se subscribere? Resp. de iure ciuili vtique debet se subscribere, sed de iure canonico nõ tenetur. Ita dicitur tenere gl. in d.c. super his; quæ per Doctores communiter approbatur, vt dicit Card. Alex. in d.c. de accus. col.1. Hanc etiam opin. cõmuniter teneri à Canonistis, attestatur Hieron. in Apost. ad Angel. de malef. in d. verbo. Et ad querelam, n.18. Quam etiam communem appellat Aret. in d.c. super his, num.20.

21 Vltimò quæro, nunquid in accusatione criminali necessaria sit conclusio libelli? Respond. q̃ non, secũdũ Bartol. in l. bellorum. num.19. ff. de accus. Et est communis opin. vt attestatur Marian. in rep. ca. qualiter & quando, nu.211. de accus. Et dicit Bal. in l. si quis se, in fin. C. de accus. q̃ ita dicunt omnes Doctor. Ratio autem, quare non requiratur conclusio libelli in criminalibus, vt in ciuilibus, est secundum eum, quia in ciuilib. pars põt diuersis modis cõcludendo libellũ facere, vt diuersis etiam modis possit sequi sententia, nã etiã si quis sit creditor de mille, potest cõcludere tantummodo in centum, & iudex nõ poterit vltra illa centum condemnare, etiam si de maiori debito appareat. Sed in criminalib. ex narratione facti oritur certa iuris dispositio, quæ pro eo delicto pœnã imponit, quæ ex diuersitate concludendi variari nõ potest. Et sic lex ipsa semper cõcludit ad cõmodum fisci, & iustitiæ cõplementum. Sufficit ergo q̃ libellus accusationis ita cõcludat, Quare peto ipsum puniri iuxta formam iuris & statutorũ, &c. Et ita est de cõsuetudine, vt dicit Alb. in l. interdũ. in prin. n.2. ff. de pub. iud. Saly. in d.l. in causis, n.22. C. de accu. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisitio, nu.66. Idẽ dicit Ang. de malef. in d. verbo, Et ad querelã, n.56. quem refert Pract. Conradi, folio.225. numero 7. Ita etiam de consuetudine seruari ait Card. Alex. in d. libellorũ, col.2. vers. Nota, q̃ non videtur, 2.q.8. Faciũt quæ dixi j.q.31. vers. super quib. omnib.

QVÆSTIO XIII.

1 *Plures an possint in eodem libello accusare eundem?*
2 *Et an plures possint simul accusari?*
3 *Et an vnus possit accusari de pluribus criminibus simul?*
4 *Et an vnus possit de pluribus criminib. separatim accusari?*
5 *Et an superfedendum sit in vno, donec super alio cognitum sit?*

11 DIctũ est de accusatione, & forma libelli accusatorij, nunc succesiuè videndum est, † an in eodem libello plures accusare, vel accusari possint. & in primis quæro, nunquid plures possint simul accusare eundem? Respon. Aut cuiu slibet accusantium interest ratione officij, puta, quia sint plures tutores, vel administratores, & tunc possint simul accusare in eodem libello, non autem in pluribus idémque si eorum interest, ratione, communis iniuriæ, puta, si communis eorum seruus occisus sit. Aut nullus eorũ interest neq; ratione officij, neq; communis iniuriæ, & tũnc non admittũtur simul ad accusandum, neque in eodem libello, neque in diuersis, sed vnus eorum eligitur, qui sit magis idoneus. Ita dicit Sali. in l. si accusatoribus, nume.2. C. de accus. Et hæc distinctio in omnib. tribus membris cõmuniter tenetur, vt attestatur Hieron. in Aposti. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, nu.65. sed hoc vltimũ, vt s. quando plures, qui non prosequũtur suam, vel suorũ iniuriam volunt accusare, debeat iudex vnũ eligere, intellige vt procedat parte opponẽte, nã si pars non opponat, valet iudiciũ, Et hæc est communis opin. vt attestatur Aret. in c. olim, nume.10. de accu. quem refert Villalob. in sua collecta communium opinio. in litera A. post num.13. Item intellige vt procedat, nisi ipsi omnes vellẽt vnum procuratorem constituere, tunc enim posset procurator, nomine omnium causam prosequi. Ita tenet Innoc. in d.c. olim, numero 5. quem sequũtur communiter DD. vt attestatur Imola in d. ca. olim. in fi. prout illũ refert Ana. in c.1. post nu.3. vers. Quid autem si plures, de colluf. dereg. dicit etiam Aret. in loco præal. post num.11. quòd hanc doctrinam approbant communiter Doctores, & illũ refert Villalob. vbi s.

Quæro nunc econuersò, nunquid possint plures simul accusari? Resp. q̃ regulariter quis non potest duos, seu plures in eodem libello accusare etiam si suam vel suorũ iniuriam prosequatur. Ita tenet Spe. in tit. de accusatore, vers. Item, quod non potest. Et dicit Marian. in ca.1. post num.143. col.4. vers. Est ergo vera, de libel. obl. quòd ipse secũdũ hanc conclusionem consuluit, & q̃ ita fuit iudicatũ. Hęc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando agitur de diuersis delictis, sed quando agitur de eodẽ delicto à plurib. simul, vel ex eadem causa commisso, tunc possent plures in eodem libello accusari, etiam si essent mille, quicquid dixerit gl. in l. qui pupillam, in gl. fi. ff. de adul. cuius opi. communiter reprobatur, vt dicit Marian. in loco præal.

3 Sed nunquid potest accusator de pluribus criminibus in eodem libello accusationem proponere? Respon.

Resp. Aut accusat vnum tantum, & potest contra eũ multa crimina in eodem libello deducere: Aut accusat plures, & non potest ex diuersis delictis, eos in eodem libello accusare. Et hæc est cõis opi. vt dicit Ro. cõs. 240. post n.1. quẽ refert Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad quærelam, sub nu.25.

4 Item quæro, nũquid possit quis de pluribus criminibus separatim accusari? Resp. q̃ sic, non modo si talia crimina ex pluribus factis resultent, sed etiã si ex eodẽ facto oriantur plura crimina, & sint specie diuersa, potest enim delinquens de ipsis omnibus separatim accusari, & de pluribus quoque puniri. Et vbi super vno crimine sit conclusum in cau-
5 sa, adeò q̃ sola sententia expectetur, † erit superfedendũ, donec causa, etiam super altero crimine, expediatur, ita tenet Bart. in l. qui de crimine. ver. Venio ad fin. C. de accusat. Et hæc conclusio est communiter approbata, vt dicit Gril. de diuer. crim. lib. 3.q.1.n.13. Quòd tamen intellige vt procedat, quãdo tales causæ tractarentur sub eodem iudice, secus autem si coram diuersis, nam eo casu quilibet iudex procedit, alio non expectato, nisi tamẽ reus sit in vno loco carceratus, tunc enim in alio superfederi, iuxta ea quæ dixi j.q.34. vers. de carcerato. Vide quæ in hoc proposito dixi infra q. 16. versicu. Quæro nunquid.

QVÆSTIO XIIII.

1 *Accusare qui possint, vel non?*
2 *Et quid si suam vel suorum iniuriam prosequantur?*
3 *Et an clericus possit accusare?*
4 *Et an miles?*
5 *Et an filius familias?*
6 *Et an pupillus?*
7 *Et an minor?*
8 *Et an mulier?*
9 *Et an criminosus?*
10 *Et an constitutus in peccato mortali?*
11 *Et an infamis?*
12 *Et an accusatus?*
13 *Et quando dicatur nomen accusati receptum inter reos?*
14 *Et an absolutus de crimine?*
15 *Et an condemnatus de crimine?*
16 *Et an excommunicatus?*
17 *Et an inimicus?*
18 *Et quæ dicatur capitalis inimicitia?*
19 *Et an pauper?*
20 *Et quis dicatur pauper?*
21 *Et an laicus possit accusare clericum?*
22 *Et an patronus clericum in suo beneficio instit utum?*
23 *Et an vasallus dominum?*
24 *Et an syndicus vniuersitatis?*
25 *Et an compater, vel filius spiritualis possit accusare de morte compatris?*
26 *Et an filij illegitimi de morte eorum parentum?*
27 *Et an spurij?*
28 *Et an spurij possint accusare de morte matrum?*

1 NVnc videamus quæ personę accusare possint, vel non. Et quia materia est satis trita, breuius quàm fieri poterit, me expediam. Plenius videri potest in titulis ordinariis, & apud Criminalistas in suis Rubricis. In primis igitur fac regulam, quod quilibet potest accusare, qui non est à iure prohibitus, nã hoc edictũ est prohibitoriũ, vt dicit in Spec. in tit. de accus. §.1. in primis verbis, vel melius permissorium, quia. s. generaliter omnibus illis permissum est accusare, qui expressè prohibiti non repe-

riuntur, tex. est in l. qui accusare. ff. de accusa. Et hãc regulam ponunt communiter Doct. teste Ant. Gomes. c.1. delict. nu.31. Sunt autem aliquæ causæ, propter quas multæ personæ ab accusando repelluntur. s. aut propter dignitatem, vt clericus, & miles, aut propter defectũ concernentem statũ personæ, puta, filius famil. vel seruus, aut propter defectũ ætatis, vt pupillus, & minor, aut propter imbecillitatem sexus, vt mulier, aut propter indignitatẽ personæ, vt criminosus, infamis, damnatus, excommunicatus, & huiusmodi, aut propter defectum fidei, quia s. de eo plenè non confidit, vt inimicus, & pauper. Aliquando etiam repellitur quis ab accusando propter reuerentiam, ad quam obligatur versus eũ quem accusare intendit, puta, si seruus, aut libertus, aut vasallus velint accusare dominos suos, vel si laicus velit accusare clericum. Repellitur etiam quandoque propter amorem, ad quem obligatur, puta, maritus versus vxorem, aut frater versus fratrem, de quibus omnibus videamus.

Scias tamen, q̃ huiusmodi quæstiones rarò in Pract. occurrũt, quia vt sæpius dixi, ex generali cõsuetudine in omnib. ferè casib. hodiè per inquisitionẽ, seu ex officio proceditur, etiã si nemo accuset. Et ideò iudices nũquam reiiciũt querelam ab alio porrectam, propter aliquam ex prædictis causis, ex quo ipsi etiam sine querela partis possent ex officio procedere. Quinimò talis querela aperit viam assumendi informationes, & inquirendi super illo delicto, etiã si sit porrecta ab eo, qui de iure accusare nõ potest, vt quotidiè videmus in pract. obseruari. Benè verũ est, q̃ in locis, in quib. seruatur ius cõe possent hæ quæstiones esse valdè vtiles. Pariter etiã in locis, in quib. nõ possunt iudices super omnib. delictis ex officio procedere, prodessent in illis casib. in quib. non posset procedi nisi ad querelam partis, quæ hodiè succedit loco accusationis, vt dixi §. quæst.10. vers. Scias autem.

2 Volo etiam, vt præsupponas vnũ pro absoluto in hac materia, q̃ s. omnes illi qui regulariter à iure prohibiti sunt accusare, admittuntur nihilominus indistinctè ad accusandũ, si suã, vel suorũ iniuriam prosequantur. l. hi tamen omnes. ff. de accus. Et est cõis Theorica Doctorũ vt attestatur Villalpand. super l.22. c.50. post n.4. magis enim fauendũ est his qui propriam iniuriam prosequũtur. Appellatione autem suorũ in hoc proposito qui veniant, non est à iure determinatũ, & Doct. multũ variè loquũtur, prout refert Anto. Gomes. in cap.1. delictor. nume. 33. vbi recensẽt quatuor opinion. & tandem, quòd vera, & communis opin. est, quòd ille dicitur accusando prosequi suorum iniuriam, quando non cogeretur contra eum, cuius iniuriam prosequitur, inuitus dicere testimonium. Tu verò dic, quòd in hoc proposito, appellatione suorum veniũt parentes, & descendentes omnes: item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priuignus. Et in hoc resident cum effectu Abbas in cap. de cætero, n. 7. de testib. cuius opin. dicit esse communem Felyn. in cap. cum dilecta. nume. 9. de accusat. quem refert Maranta in suo Spec. folio 84. nume. 62. & Caruita super 192. ritu magnæ curiæ, numero 2. Quod bene nota.

3 Dixi in primis, quòd aliqui propter dignitatem, prohibentur accusare. Quæro, nunquid clericus possit accusare? Respon. quòd sic, dũmodo ex eo crimine, de quo alium accusare intendit, non ingeratur

pœna sanguinis, nam eo casu si accuset, efficitur irregularis. Tex. est in ca. postul. de homici. & est omnium communis sententia, vt ait Didac. in clem. si furiosus. de homici. fol. 312. vers. Tertio eodem. Benè verum est, q; si clericus in actu ipsius accusationis protestetur, quòd nō intendit agere ad vindictā corporalem, eo casu, non efficitur irregularis, vt dixi j. lib. 7. §. irregularitas, Et hanc cautelam vidi sæpissimè in pract. obseruari. Vide tamē quæ dixi j. q. 24. vers. Sed quid si clericus.

4 Quæro etiam, nunquid miles, possit accusare? Respon. de iure communi milites prohibētur accusare, nisi suam, vel suorū iniuriam prosequantur, tex. est in l. non prohibentur, & in l. qui de crimine. C. de accus. debent enim milites, curare, ea quæ ad militiam pertinent, non autem se criminalibus litibus immiscere. Tu verò dic, q; hoc fortè poterat locum habere in militibus antiqui temporis, de quibus dixi 8. lib. 2. §. Miles. Sed hodiè milites nostri temporis indistinctè admittūtur ad accusandū. Et ita cōmuniter concludunt Doctores omnes, vt dicit Nouel. in tract. ad defensam, fol. 73. nu. 32.

Dixi etiam, quòd propter defectū concernentem statum personæ aliqui prohibētur accusare. Exemplum in seruo, & statu libero, qui alios accusare nō possunt, præterquam in nonnullis casib. exceptis.

Sed quid in filiofam. Respond. si accedat consensus patris, nulli dubium est, quòd poterit accusare: Punctus est an possit accusare sine consensu patris. Et in hoc, glos. in l. fi. §. necessitatem, in glo. magna, in verbo, imponenda, C. de bon. quæ liberis, tenuit, quòd non. Et ita magis communiter teneri attestatur pract. Carer. fo. 617. post numer. 108. Sed certè quicquid dicat Carer. illa glo. communiter reprobatur, vt dicit Card. Alex. in cap. de accus. colum. 9. vers. Idem secundum aliquos, 2. q. 8. Hier. post Ang. de malef. in verbo, Et ad quærelam, post numer. 81. Dicit etiam Pract. Papien. in forma inquisitionis, in verbo, Contra, & aduersus, nu. 3. q; istud, q; filiusfa. non possit in iudicio criminali esse sine cōsensu patris, malè per iudices obseruatur. Et ita videmus quotidiè contrarium seruari, quòd scilicet non requiratur consensus patris, siue filiusfa. accuset, siue accusetur de publico crimine, & fuit opin. Bart. in l. inter liberos, §. 1. ff. de adult. quam dicit esse communem Hieron. in loco præalleg. subdens non esse in iudicando ab ea recedendum, quam dicit Carauita super 201. ritu magnæ curiæ, nume. 5. Hoc idem attestatur Ant. de Tremo. in addit. ad bona c. in pra. Exceptionum in Rub. quibus modis suo no. anni. n. 13. prout illum refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera F. nume. 133. Et dicit Aretin. in cons. 138. in primis verbis, quòd ista est communis omnium sententia, quòd in criminalibus, maximè vbi filius se defendit, non requiritur patris cōsensus. Ego certè nunquam vidi in practica dubitari, in causis criminalibus, an filiusfam. siue agendo, siue defendendo posset stare in iudicio, sine consensu patris, sed semper vidi procedi, siue ageretur de crimine publico, siue de crimine priuato. Et ideò putarē minimè mutanda esse, &c. Et licet Alb. in l. pen. §. ad crimen, nu. 15. ff. de pub. iudic. dicat, q; aduocati communiter ad tollendum omne dubiū, faciunt interuenire patris consensum: Ego tamen vidi sæpè cōtrarium obseruari, nihilominus abundans cautela non nocet.

6 Dicebam etiam, quòd propter defectum ætatis, nonnulli ab accusando repelluntur, prout est pupillus, qui non admittitur ad accusandū, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, l. 2. §. Pupillus, vbi Doctores, ff. de accusat. Et est communis opin. vt ait Hieron. in d. verbo, Et ad quærelam, post nu. 29.

7 Sed quid in maiore 14. an. minore autē 25. Resp. si est minor 20. an. adhuc repellitur ab accusando, Et ita videntur concludere communiter Doctores. vt dicit Abb. in cap. 1. nu. 10. de accusa. Intellige, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vt in pupillo supra dictum est, Et ita hanc esse communis opin. attestatur Ant. de Tremo. in loco præalleg. nu. 6. vers. Ad illos casus, prout illum refert Villalob. in loco præal. in litera M. in verbo. minor ante vigesimum. Si verò est maior 20. ann. tunc etiam si sit minor 25. potest indistinctè accusare, etiam si suam, vel suorum iniuriam nō prosequatur, ita tenet Bar. in d. l. 2. §. Pupillus, nume. 2. Et est communis opin. vt attestatur Alex. in l. de pupillo, quam legit. cum §. præcedēte, qui incipit, Si in publico, num. 8. ff. de noui ope. nūc quem refert Nouel. in tract. ad defensam fol. 67. nu. 13. Idem attestatur Zane. in c. 1. de accusat. prout refert Hier. in loco præalle. post nume. 29. & Viuius in lib. communium opin. in verbo, Accusare regulariter. Hanc etiam dicit esse communē opi. Modernorū Saly. in l. si cautiones, num. 3. C. qui accus. non poss. Sed quicquid sit de iure consuetudo indistinctè admittit minores ad accusandū, dūmodo 14. ætatis annum, excesserint.

8 Præterea dixi, quòd propter defectū sexus mulier ab accusando repellitur, vt est text. in l. de crimine, C. qui accusa. nō poss. Scias tamen, quòd si suā, vel suorum iniuriam prosequatur, non est ab accusando excludenda, vt dicit tex. in d. l. de crimine. Hinc infertur, quòd potest vxor accusare homicidā de de morte mariti. Et hæc est omnium receptissima sententia vt attestatur Placa libro 1. delictorum, ca. 40. n. 2. subdens etiam, quòd est obseruantior, quàm ipse viderit, sunt enim maritus & vxor, tanquam duo in carne vna.

9 Dixi quoque quòd propter indignitatē personæ multi accusare prohibentur. Quæro ergo, nunquid criminosus repellatur ab accusando? Respond. Hæc quæstio potest multis modis contingere. nā aut loquimur de criminoso nondū diffamato, nec accusato, aut de iam diffamato, & nondū accusato, aut de accusato nondum condemnato, neque absoluto aut de iam absoluto, aut de iam condemnato. Primo casu, quando loquimur de criminoso nondum diffamato, nec accusato, distinguendū est inter forū ecclesiasticū & seculare, nam in foro ecclesiastico talis criminosus regulariter repellitur ab accusando, nisi suam vel suorū iniuriā prosequatur. Et hoc de iure canonico tenetur pro certo, vt dicit Card. Alexand. in ca. prohibentur, vers. Nota, quod regulariter, 2. q. 1.

10 Quinimò de iure canonico non modo criminosus sed etiam simpliciter constitutus in peccato mortali de quo pœnitentiam non egerit, repellitur ab accusā do. Et hāc dicit esse communem opi. Berous in dict. cap. 1. numero 35. de accusa. Multū autē interest inter criminosum & peccatorem, vt ibi per te videre poteris. Sed certè si peccatores nō admitterētur ad accusandum, nullus reperiretur, qui posset accusare de iure autem ciuili, propter crimen, quis ab accusatione non repellitur, nisi ex ea factus sit infamis, vt j. dicam.

11 Secūdus est casus, quando loquimur in criminoso nondum accusato, sed tamen de ipso crimine iam

iam diffamato. Et tunc si quidem crimen est tale, ex quo non resultet infamia, non est de huiusmodi diffamatione curādum. Si verò ex tali diffamatione effectus est infamis, videndum est generaliter, nunquid infamis possit accusare. Et in hoc scias esse distinguēdum inter infamiam iuris, & infamiam facti, nam infamis infamia iuris, prorsus repellitur ab accusando, tam de iure ciuili, quam de iure canonico. c. infames, 6. q. 1. l. qui accusare, C. de accus. Et hæc est communis & indubitata cōclusio, vt dicit Hieron. post Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, post nume. 23. Infamis autem infamia facti, de iure canonico repellitur ab accusando, sed de iure ciuili admittitur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Berous in d. cap. 1. nume. 44. Hanc etiam opin. dicit esse communē Hieron. in loco præalleg. quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Accusare non potest. Quis autem dicatur infamis infamia iuris, & quis infamia facti; dixi 3. li. 2. §. Infamis.

12 Tertius est casus, quando agitur de criminoso iam accusato. Et tunc est distinguendum, nam aut nomen ipsius accusati nondum est receptum inter reos, & tunc potest accusare de maiori crimine, nedum quemcunque extraneum, sed etiam suum accusatorem. De pari autem, seu minori crimine neminem accusare potest, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, secundum opin. Azo. quam dicit esse communem Imola in l. is, qui reus, num. 21. ff. de publ. iud. Marian. in cap. 1. num. 67. de mutuis. petitio. Et hanc opin. quantum ad hoc quòd possit prosequendo suam iniuriam reaccusare suum accusatorem, & quòd super vtraque fit procedendum dicit seruari Bald. in l. 1. post nu. 21. ver. Dicunt ergo: C. qui accus. non poss. Odof. autem tenuit, quòd etiam de pari, vel minori possit accusatorem suum reaccusare. Et hæc opin. per totam Italiam de consuetudine obseruatur, vt dicit Gand. de malef. in tit. qui accusare poss. nu. 41. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in d. verbo, & ad querelam, post nume. 63. Et ideò ab hac sententia non putarem in practica recedendum, reo tamen prius in carceribus constituto, vt statim dicam. Postquam autem eius nomen est receptum inter reos, potest de maiori crimine alium quam accusatorem suum accusare. Et hanc partem sequuntur communiter Doct. vt dicit Imol. in d. l. is, qui reus, numer. 17. Quinimò potest etiam ipsummet accusatorem suum reaccusare de maiori crimine, modo suam iniuriam prosequatur. Et hæc est communis opin. vt dicit Marian. in d. cap. 1. post nume. 73. vers. Aduerte etiam Et hoc etiam dato, q; ille, qui primo loco accusauit pariter & ipse suam iniuriam prosequeretur, adhuc enim potest accusatus illum reaccusare, & super vtraque accusatione pariter erit procedendum, quicquid dixerit gl. in d. l. is, qui reus, in verbo, Accusare, contra quam est communis opi. vt dicit Imola in ea. l. is, qui reus post nume. 6. vers. In ea. gl. ibi, quod accipe, Marian. in d. cap. 1. post num. 73. vers. Et prædicta procedūt. Sed si secunda accusatio esset de minori crimine, vel æquali, tunc dicit Ang. in l. qui prior, post num. 2. vers. Quandoque vtraque. ff. de iud. & in l. quoniā, post n. 1. C. de adult. quòd licet ordo naturalis causarum postularet, quòd prius super prima, deinde super secunda accusatione cognosceretur nihilominus gratia minuendarum litium, poterit super vtraque cognosci. Et ponit exemplum, Accus. te de vulnere mihi illato, tu accusas me de falso: & quod falsam accusationem instituisti certè dicit ipse ista crimina inuicem se contingunt. Et potest dici, quòd vnum non sit maius alio. Et ideò ait consuetudine obtentum esse, quòd super vtroque procedatur. Et quòd ex probationibus hinc & inde factis feratur sententia super vtroque iustitia mediante. Et hoc dictum Ang. refert Affli. super 2. parte cōst. Reg. Rubr. 20. num. 1. Eandem opin. de consuetud. obseruari attestatur idem Ang. in l. 1. nu. 5. C. de calum. subdens, q; hęc practica sibi videtur commendabilis. Et illum refert Ioan. de Anan. in cap. 1. nu. 10. de Calum. subdens, q; est bonū verbū & notandū, & Soc. cons. 118. nu. 1. in fin. lib. 1. dicens ei credēdum esse de hac consuetudine attestanti. Apud nos autem regulariter non admittitur in practica querela accusati, contra querelam accusatoris, super eodē facto, nisi reus sit personaliter in iudicio cōstitutus. Aliàs enim esset destruere totam practicā criminalem, quia per indirectū reus admitteretur ad faciendū suas defensiones extra carceres, quod non est dicendum. Et ita hic obseruatur, etiam si secūda querela sit de grauiori delicto. Vbi verò reus est in iudicio personaliter constitutus, semper admittitur querela contra querelam, siue de maiori, siue de minori crimine agatur, quando crimina se inuicem contingunt, vt loquitur Ange. in locis præalleg. Et super vtraque proceditur, &c. Cæterùm vbi crimina se non contingerent, fortè in aliquibus locis seruaretur communis opi. vt non admittatur reus ad reaccusandum, nisi de maiori crimine, & in quo suam iniuriam prosequatur, vt 8. dixi. Sed in hoc Ducatu, in quo potest ferè de quocūque crimine ex officio inquiri, hæc exceptio parum prodesset, nam ad instantiam fisci solent semper, & super omnibus assumi informationes ex officio, nulla habita ratione, an super eo crim. posset procedere accusatio. Et ita vidi pluries obseruari. Benè verū est, q; si iudex videt, q; accusatus reaccusauerit suū accusatorem, vt illū diuertat à prosequenda accusatione, solet quandoque accipere fideiusionem ab accusatore, de se constituendo, quotiescūque iudici videbitur. & super prima accusatione procedere. In regno autem Neapo. hæc omnia sunt superfluæ cùm enim nemo admittatur ad accusandū, nisi suā vel suorū iniuriam prosequatur, indistinctè admittitur accusatus ad reaccusandum suum accusatorem, vt declarat Maranta in suo spec. fol. 43. nume. 48. subdens, q; hodiè in Regno nulla causa est præiudicialis alteri, sed super vtraque eodem tempore proceditur. Idem tamen Maranta ibi. nume. 55. allegat quendam ritū magnæ curiæ secūdū quem dicit non admitti accusatorem ad reaccusandū, & consequenter correcta esse iura communia, & etiam, constitutiones regni. Tu vide Carauitam super ritu. 193. Ego enim nolo super his multū laborare, satis est ea transeundo attigisse. Et ideò illa Regnicolis diffinienda relinquo. Vide tamen tū Regnicola Gramma. super const. reg. fol. 65. col. 3. in fin. vbi dicit iudicatū fuisse per consil. Neapo. q; quando vtraque querela oritur ex eodem fonte, potest super vtraque eodem contextu procedi. Et ita seruauit Magistratus in quadam causa ardua superioribus dieb. in qua vnus cuius famuli deprehensi fuerant conducere bladū extra territoriū, fassus est delictū, & querelauit officialem, q; eius consensu illud cōduci faceret, petens se liberari virtute edictorū publicatorū, ex quorū dispositione denūcians officialem consentientem fraudibus consequitur impuni-

tatem,nam fuit admissa querela istius cum fideiussione scutorũ mille, de comparendo,quandocunq; visum fuisset magistratui. Et cœptum est super vtraque querela procedi,& causa adhuc pendet.Solet etiam Senatus quandoque ex causa , vbi videt secundam accusationem esse calumniosam , mandare,vt super prima prius procedatur, prout factũ fuit in causa cuiusdam d.Margaretę Cribellę 24.Octobris 1555.A.C.& aliàs sæpè.

Quando autem criminaliter accusatus possit accusatorem suum ciuiliter reconuenire , dixi §.q.2. vers.Aut quæris.

13 Sed hic incidenter quæro,quando nomen accusati dicatur receptum inter reos?Respõ. In hoc articulo Doctores variè locuti sũt.Tu verò dic,quòd regulariter si reus est præsens in iudicio , per litis contestationem dicitur eius nomen receptum inter reos. Et hæc fuit opin.Petri,quam consuetudo approbare videtur,vt dicit Bald.in l.1.post num.31. C.qui accus.non poss.Et dicit Villalup.super l.22.c. 49.in vlti.verbis,q͡ ita magis communiter concluditur,nam (secundum eum) ex consuetudine non fit aliquis actus describendi inter reos, tanquam actus separatus,prout etiam id non esse in vsu attestatur Saly.in d.l.1.nume.15.in fin.sed solummodo fit litis contestatio, ideóque dicendum est , ex ipsa litis cõtestatione dici receptũ esse nomen accusati inter reos,ita quòd statim , quòd iudex interrogat reum an commiserit ipsum delictum , de quo imputatur , illico siue reus confiteatur,siue neget, facta responsione , dicatur eius nomen receptum inter reos. Et in hoc nulla videtur esse difficultas, talis enim interrogatio iudicis,& responsio rei inducit litis contestationem,vt dixi infrà q. 45. circa prin.Si verò reus nõ est detẽtus, sed proceditur cõtra eum absentem, iuxta formam iuris communis in casibus , in quibus eo iure permissum est contra absentem procedi,vel statutorum id permittentiũ, tunc si quidẽ ex parte rei sunt propositæ exceptiones concernentes merita causæ , & reus est contumax,statim in primo termino contumaciæ,dicitur eius nomen receptum inter reos , quia ex dispositione statutorum contumax habetur pro confesso & consequenter etiam pro præsente,& ideò contumacia,quò ad hoc,succedit loco veræ confessionis & contestationis litis.Si verò opponũtur exceptiones dilatoriæ,siue declinatoriæ,puta,concernentes incompetẽtiam iudicis, vel inhabilitatem accusatoris,vel huiusmodi , tunc quando iudex declarat super ipsis exceptionibus, & illas expressè reiicit, vel eis non obstantibus,procedit ad vlteriora,dicitur nomen imputari receptum inter reos , & non ante.Et hæc est distinctio Bart.in d.l.is qui reus:nu. 3.ff.de publ.iud.quam dicit esse cõmunem Alex. in l.cùm mulier,nu.6.ff.solut.matrimo. Et dicit Ang. de malef.in verbo,Et ad querelam,numer.61. quòd hæc opin.Bart.in practica obseruatur, quam refert Card.Alexan.in c.de accusatione,col.8.circa med. 2.q.8.Et Hieron.in Apostil.ad Angel.in loco prędal legato, dicit,quòd est vera & communis.

14 Quartus est casus,quando loquimur in accusato,qui tamẽ fuit de ipso crimine absolutus. Et hoc casu cessat omnis difficultas, talis enim proculdubiò poterit post absolutionem , etiam ipsummet accusatorem suum accusare. Et ita tenent omnes Doctores,vt dicit Maria.in d.ca.1.nu.81.de mutuis peti. licet dicat, quòd de iure canonico, quò ad ipsum accusatorem non transit sine dubio.

15 Quintus est casus,quando loquimur de criminoso iam condemnato,& tunc etiam est distinguendũ nam aut condemnatio est talis,propter quam cõdemnatus non amittat famam,nec ciuitatem , neque libertatem,& hoc casu dicendum est,quòd pariter poterit accusare.Et ita concludunt Doctor.vt attestatur Maria.in d.cap.1.post nume.81.Aut verò propter condemnationem amisit famam , sed non ciuitatem, nec libertatem:& tunc aliqui dicunt, q͡ potest accusare suum accusatorem , etiam si suam iniuriam non prosequatur. Extraneum verò non potest accusare,nisi suam iniuriam prosequatur.Et dicit Imol.in l.is,qui reus,post nume.13.versi.In ea. gl.ibi,ei dicit,q͡ ita tenent communiter Doct.Hanc etiam dicit esse communem opin.Maria.in d.c.1. n. 82.de mut.pet.Alij verò indistinctè tenẽt, q͡ criminosus damnatus de crimine publico per sententiã non potest accusare.Et hanc dicit esse communem opi.Bero.in d.c.1.nu.25.& sequen.de accusatio. quæ etiam mihi magis placet,ex quo talis proculdubiò efficitur infamis,vt dixi infrà q.72. vers.Damnatus publicè,meritò est ab accusando repellẽdus,iuxta ea,quæ dixi §.vers.Secũdus est casus,quẽ tamen intellige vt procedat,nisi suam vel suorũ iniuriã prosequatur,nam eo casu nõ est ab accusatione repellendus.Adde, quòd hæc conclusio locum habet etiam in criminib.exceptis, nam huiusmodi infamis ex damnatione publici iudicij, neque etiam in illis admittitur ad accusandum,ita tenet gl.in l. qui iudicio publico,in verb.mortem, ff. de accusa. & est communis opin.vt dicit Berous in d. cap. 1. nume. 43.de accusatio.Aut verò per talem condemnationem amisit ciuitatem,vel libertatem:& tũc non poterit de nouo accusare,sed bene poterit accusationem iam inchoatam prosequi,non solùm aduersus suum accusatorem,sed etiam aduersus extraneum. & ita communiter tenetur,vt ait Imol.in d.l.is, qui reus,num.15.Hanc etiam opin.dicit esse communẽ Maria.in d.c.1.num.83.de mutu.peti.Et hæc omnia bene nota , quia fortè non inuenies alibi tam clarè posita.

16 Quæro,nunquid excommunicatus possit accusare?Respond.quòd non,nam excommunicatus non potest stare in iudicio,vt dixi sup.li.2.§. excommunicatus,Et est receptissima Doctorum sententia,vt dicit Placa lib.1.delictorum,cap.44.nu.10.Quæ quidem locum habet etiam in foro ciuili, nam(vt dixi in loco prædallegato)quanuis hoc, vt excommunicatus non possit stare in iudicio, sit introductum de iure canonico, tamen seruandum est etiam in foro Cæsareo.

17 Vlterius dixi , q͡ nonnulli repelluntur ab accusando,quia lex de eis plenè non confidit, prout est inimicus.Scire tamen debes,quòd hoc non omninò absolutè procedit,sed est distinguendum secũdũ qualitatem inimicitiæ.Non enim ex quolibet odio quis est prohibẽdus,ne aliũ accuset, secũdũ Vincẽ. in ca.repellantur,de accusatio.quẽ sequuntur communiter Doctor.vt dicit Hieron.post Ange.de malef.in verbo,Et ad querelam,post nu.37. aliàs pauci essent qui possent accusare. Certũ est enim quòd nullus amicus aliũ sibi amicũ accusat,sed semper accusationem præcedere solet aliqua animorũ offensio.Cæterũ si esset inimicitia capitalis, vtique talis inimicus esset ab accusatione repellendus. Et ita communiter tenetur,& seruatur,vt dicit Ang.in loco prædallega.num.36.vbi etiam Hieron. in Apostil. dicit,q͡ ita tenent communiter Doctor. Hanc etiã dicit

dicit esse communem opin.Berous in d.cap.1. num. 47.& seq.de accusation. talis enim præsumitur potius accusare ad priuatã vindictam , quàm zelo iustitiæ hoc tamen intellige, nisi propriam iniuriam prosequeretur, tunc enim nullo modo esset ab ac-
18 cusatione repellendus. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia,vel non , relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi ĵ.q.24.vers.Item quæro.

19 Sed hic etiam quæro , nunquid pauper repellatur ab accusando?Solet enim lex de pauperib.non multum confidere.Respõ.quòd regulariter pauper repellitur ab accusando , qui scilicet habeat in bonis minus quam quinquaginta aureos,vt dicit tex. in l.nonnulli,ff.de accusatio. Benè verum est, quòd si talis pauper est bonæ, & honestæ fidei, & vitæ , & non suspectus propter paupertatem,non repellitur ab accusando,secundũ gl.in d.l.nonnulli.in gloss. vnica,quam sequuntur omnes,vt ait Berous in d.ca. 1.post nu.54.subdens.non esse ab ea consulẽdo, aut
20 iudicando recedendum. Quis autem dicatur pau-
a per a dixi §.li.2.§.Pauper.

21 Propter reuerentiam dixi etiam aliquos repelli ab accusando,puta,si laicus velit accusare , seu denunciare criminaliter clericum de aliquo crimine, non enim admittitur,nisi suam iniuriam prosequatur.Et hæc est communis opin.vt dicit glo.in summa 2.q.7.in glo.vnica.Et hoc omnes admittunt secundum Foller.pract.crim.canon.fol.48.nu.43.quæ etiam locum habet (secundum aliquos) in clericis primę tonsuræ,vt scilicet de iure, neque ipsi à laicis accusari possint , licet hoc priuilegium , quò ad ipsos,in desuetudinem abierit , vt attestatur Pract. Casoni,fo.99.num.5.Ratio autem huius conclusionis est maleuolẽtia laicorũ versus clericos,propter quam laici præsumerentur , potius moueri odio, quàm zelo iustitiæ,si clericos accusarent,Adde, q͡ neque etiam admittitur laicus ad proponendũ crimen ciuiliter, contra clericũ. Et est communis regula,vt ait Feli.in c.ex parte,num.6.& seq.de testib. Sciastamen quòd quando in accusatione versatur crimen,siue ius publicum:puta,dilapidationis bonorum ecclesiæ , tunc quilibet laicus etiam extraneus admittitur ad accusandum clericũ. Et ita tenent communiter Doctores,vt ait Ferret.cons.183. nume.3.Præterea scias, quòd quilibet laicus etiam extraneus potest accusare clericum, prosequendo suam vel suorũ iniuriam corporalem, etiam criminaliter.Et ita tenent omnes Doctores vbique , vt attestatur Ferret.in d.consil.183.post numer.4.vers. Quintò corroborantur.

22 Sed nũquid potest patronus laicus accusare clericũ institutũ in ecclesia,in qua est patronus? Resp. glo.in d.cap.ex parte,in verbo,Tacite,in fin.tenuit, q͡ sic sed certè cõmuniter tenetur oppositũ , vt attestatur Aretin.in cap.cũ dilect.post n.10.de accus. Benè verũ est,q͡ in libro meo illa glo.dicit totũ cõtrariũ eius,ad quod allegatur,videtur enim tenere quòd non potest accusare , sed admittatur ad denunciandum.Vide quæ dixi suprà.quæst. 7.versicu. Quæro etiam.

23 Sed quæro,nunquid vasallus possit accusare dominum de delicto?Respond. quod licet inter Doctores sit controuersia , an possit illũ criminaliter accusare,tamen,q͡ possit ciuiliter,hoc ab omnibus communiter recipitur,vt ait Gratus cons.1.n.60.li. 1.Vide quæ dixi ĵ.lib.7.§.Actio.

24 Item quæro,nunquid possit quis nomine alieno accusare?Respond.q͡ regulariter non potest. Hinc infertur,quod syndicus vniuersitatis non potest aliquẽ accusare nomine syndicatorio, sed opus est, q͡ accuset suo nomine, ad vtilitatem tamen ipsius vniuersitatis.Et hæc est communis opin.Legistarũ, vt attestantur Scribentes in cap.dilectus,el 2. de simo.& in specie Ioan.And.super glo.pe. & Anchar. & Henri.Boic.& Anan.nume.16.quos referũt Aug. & Hieron.post Angel. de malef.in d. verbo , Et ad querelam,post num.20. Sic etiam potest tutor nomine suo accusare ad vtilitatem pupilli,sed tenetur nomine proprio se inscribere,secundũ communem opin.vt dicit Ana.in cap.2.n.20.de calũ.Villalpand. super l.22.cap.29.nu.3.in fi.Sed certè Bal. in l.1. nu. 35.C.de accusa.tenuit indistinctè, q͡ syndicus vniuersitatis possit in iudicio capitali comparere pro ipso vniuersitate,tam accusando . quàm defendendo,& subdit,quòd ita tenent omnes Doctor. quæ opin.mihi magis placet,& etiam videtur consuetudo illam approbare. Posset autem contraria opin.procedere,loquendo secũdũ dispositionem iuris communis,secundum quam accusans subiicitur pœnæ talionis.Sed postquam hodiè sublata est illa pœna talionis , non video cur vniuersitas non possit accusare per syndicum,vel procuratorem, sicut quilibet alius,iuxta ea,quæ dixi ĵ.q.32.vers. Quæro nunquid.Et idem dico in tutore.

25 Quæro,an compater vel filius spiritualis, quem vulgò filiastrum appellamus, admittatur ad accusandum pro iniuria,vel offensa facta eius compatri vel patri spirituali?Respond.q͡ sic,ita tenet Bald. in l.1.num.57.C.qui accus.non pos.licet dicat se nescire , quòd de hoc reperiatur lex , neque decretalis, Maior enim est cognatio spiritualis,quam carnalis.Et (ni fallor)Placa lib.1.delictorum,c. 40. nu.11. in fin.dicit, quòd nemo vnquam Doctorum refragatus est.

26 Quæro,an filij illegitimi admittantur ad accusandum de morte eorũ patris?Resp. si quidem sunt naturales,scilicet nati ex soluto,& soluta,non modò admittuntur ad accusandum, sed etiam præferuntur cæteris consanguineis.ita tenet Bald. in d.l. 1.n.50.C.qui accus.non pos.Et est receptissima omnium sententia,vt dicit Placa lib.1.delict.c.41.nu.5.

27 † Si verò sunt spurij,adulterini,vel incestuosi , non admittuntur.Et est communis opin.vt dicit Feli. in c,nonnulli.§.sunt & alij,nu.58.de rescrip. & Villalpand.in l.22.§.42.nu.7.prout illos refert Placa in d. c.41.nu.26.in fi.& seq.Tales enim filij vti à lege reprobati pro filiis non habentur, cùm certum patrẽ non agnoscant. Et ideò vbi certum patrem agnoscerent fortè non essent ab accusatione repellendi. Et ita concludunt communiter Doctores , vt attestatur Petrus Bellus de re milit.fo.139.nu.64

28 Sed an tales filij spurij poterũt accusare de morte eorum matrum?Resp.q͡ sic,Et est omnium receptissima sententia,vt dicit Placa in d.c.41.num.29. certa est enim mater,& quò ad ipsam lex eos profiliis accipit,vt dixi §.lib.2.§.Filius,quod tamen intelligendum est,vt procedat, modò tales spurij nõ sint nati ex damnato coitu,& à lege punibili. Vide quæ dixi ĵ.q.58.vers.Sicias autem.

ADDITIO.

a Dicatur pauper.Adde Bart.in l.illicitas.§.præses.ff.de offic.præsid.Paupertatis autem incõmoda vide per Bald.& Docto.in l.si quis ad declinandam.C.de episc.cleric.Bar. in l. si verò §.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.

Quæst

QVÆSTIO XV.

1 *Iudex an possit ex officio repellere accusatorem non idoneum?*
2 *Et quid si accusatus contra eum aliquid opponere nō posset?*
3 *Et quid si vterque sit infamis?*
4 *Accusatore minus idoneo, si pars non opponat, an processus valeat?*
5 *Iudex an possit cogere partem offensam ad accusandum?*
6 *Quis in accusando præferatur?*

VIsum est, quæ personæ accusare possint, vel non, restat vt pro complemento aliquas etiã quæstiones in hoc proposito subiiciamus. Quæro
1 igitur in primis, nunquid † iudex possit ex officio repellere accusatorem non legitimum, etiam si pars non opponat? Resp. ℘ sic, ne si legitimus non fuerit accusator, frustra fatigetur accusatus, vt dicit text. in c. 1. de accusa. Et ita communiter dicitur, vt ait Old. cons. 124. nu. 1.

2 Et hoc quidem de plano procedit, quando accusator ex culpa, vel defectu suo repellitur ab accusando. Sed pone, ℘ accusatus (iure in sui odiũ ita disponente) non possit opponere contra personam accusatoris, puta, Episcopus contra familiarem suũ vt est tex. in c. nulli, de accusa. nunquid adhuc poterit iudex ex officio suo illum repellere? Resp. quòd sic, ita sentit, loquendo per verbum, fortè, glo. in d. c. nulli, in gl. fin. cuius opin. communiter ab omnib. approbatur, vt dicit Corsi. in repert. Abb. in verbo, Iudex. Potest enim iudex in his, quæ sibi vt iudici nota sunt, procedere ex officio, & consequenter proponere exceptiones, quas ipsi parti opponere non liceret.

3 Sed quæro, quid si aliquis, qui non potest accusare, puta, infamis, vel excommunicatus, accuset alium infamen vel excommunicatum, & iste excipiat contra accusatorem, quòd est infamis, nũquid erit hæc exceptio admittẽda, an autem poterit accusator dicere reo, quòd cùm ipse sit infamis, non debet posse talem exceptionem proponere, iuxta illud, quod vulgò dici solet, Nihil Iudęus Iudęo. Nihil Catilina Cethego? Respond. ℘ reus potest hac exceptione repellere accusatorem, non obstante, quòd ipse sit infamis, ita dicit Bart. in l. seruos. ff. de accus. cuius opin. communiter tenetur per Doctores, vt attestatur Hierõ. in Apost. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, post nu. 69.

4 Sed pone, quòd aliqua persona ex his, quæ de iure accusare prohibentur, aliquem accusauerit, & non fuerit contra eam oppositum, nũquid processus factus super huiusmodi accusatione sustinebitur, an autem erit ipso iure nullus? Respond. quòd talis processus factus parte non opponente valet, ita tenet Barto. in l. 1. §. accu. nu. 2. ff. ad Turp. & dicit Ana. in d. c. 1. nu. 2. de accusa. quòd ita tenent communiter Doct. Hanc etiam attestatur esse commu. opi. Aret. in d. c. 1. nu. 21. in fi. quem refert Pract. Cõradi, fol. 130. n. 14. Hier. post Ang. de malef. in verbo Et ad querelam, post n. 40. Sibi enim imputare debet accusatus, qui exceptionẽ sibi competentẽ non proposuit. Sed hoc rarò contigit in practica, quia cũ in quocũq; crimine (vt sæpè dixi) possit iudex per inquisitionem procedere, nũquam ferè disputatur, an accusator sit idoneus, vel non.

5 Item quæro, si alicui sit illata iniuria, vel facta aliqua offensio, & ipse nolit de hoc querelare, siue accusare, nũquid iudex poterit illũ cogere ad accusandũ? Resp. ℘ non, ita tenet glo. in l. si quis homicidij, in verbo, Coges, C. de accus. quę frequẽti Doct. consensu probatur, vt ait Dida. lib. 1. resol. c. 11. circa fi. & licet Bart. in l. in eũ. n. 1. ff. de accus. tenuerit, ℘ specialiter, in crimine homicidij, hæres possit cogi à iudice ad porrigendũ querelam, siue accusationem de homicidio commisso in personam eius, cui successit, tamen contra eum est communis opin. vt attestatur Saly. in ea. l. si quis homicidij, nu. 10. Hier. post Ang. de malef. in d. verbo, & ad querelam, post nume. 57. Benè verũ est ℘ Bald. in d. l. si quis homicidij, nu. 2. dicit contrarium communiter obseruari, scilicet ℘ iudex potest cogere hæredes occisi ad accusandum de eius morte, quem refert etiam Aug. post Ang. in loco præallegato. Sed certè neque in hac prouincia, neque alibi ego vnquam vidi hoc obseruari. Bene cogitur offensus narrare cum iuramento iudicialiter seriem rei, sed potest ipse dicere vel cum querela, vel sine querela, prout sibi magis placet. Et ita semper vidi practicari.

6 Successiuè quæro, si multi sint, qui velint accusare, ad quos etiã de iure spectet ius accusandi, quis eorum sit in accusando præferendus? Respond. ℘ ille, qui prosequitur suam, vel suorũ iniuriam, præfertur extraneo accusare volenti. Inter eos verò, qui prosequuntur suam vel suorum iniuriam, proximior præfertur. Si autem omnes sint in pari gradu, omnes simul admittũtur ita tenent cõmuniter Doctor. test. Ant. Gomes. lib. delictorũ, c. 1. n. 35. Et ℘ proximiores defuncti sint in ipsa accusatione cęteris præferendi, dicit esse frequentiorem Doctorũ, sententiam Placa lib. 1. delictorum, c. 39. num. 4. Proximus autem est, quem nemo antecedit, vt dixi §. li. 2. §. Proximus. Inter extraneos verò accusare volentes, iudex potest, & debet eligere, magis idoneũ vt est tex. in l. si plures. ff. de accusa.

QVÆSTIO XVI.

1 *Accusari qui possint vel non?*
2 *Et an accusatus de vno delicto, possit de alio crimine accusari?*
3 *Et an condemnatus, vel absolutus de vno crimine, possit de eodem crimine accusari?*
4 *Et an bannitus pro vno delicto, possit de alio accusari?*
5 *Et an ille, qui post delictum pœnitentia ductus est, possit de eo delicto accusari?*
6 *Officiales an possint durante officio accusari?*
7 *Vniuersitas vel collegium an possint accusari?*
8 *Et quomodo dicatur Vniuersitas, vel collegium delinquere?*
9 *Et quomodo possit Vniuersitas puniri?*

1 SVccessiuè videam[9], quæ personæ accusari possint, vel non. Et in hoc pariter facienda est cõclusio, quòd regulariter omnes, de quibuscunque delictis accusari possunt.

2 Quæro, nunquid accusatus de vno crimine, possit eodem tempore etiam de alio crimine accusari? Resp. quòd sic, non modò ab alio accusatore, sed etiam ab ipsomet, qui de primo crimine accusauerit, modò in hac secunda accusatione propriam, vel suorum iniuriam prosequatur. Et ita seruatur de consuetudine, vt dicit Ang. in l. qui de crimine, post nu. 5. vers. Descendo igitur, C. de accusari. Sed certè apud nos accusatus de vno crimine, potest à quibuscunque etiam pluribus, de aliis quibuscunque criminibus accusari. Et ita quotidiè recipiuntur huiusmodi querelæ, cũ enim (vt sæpius dixi) in quocunq; crimine procedatur ex officio, & sic, per inquisi-

tionem, non attenditur persona, neque causa accusatoris, sed omnes querelæ solent admitti, & super omnibus procedi. An autem omnes processus sint eodem contextu expediendi, dixi §. q. 13. vers. Item quæro.

3 An autem accusatus de vno crimine, possit de eodem crimine iterũ accusari, dixi infrà q. 57. per totum. vnum tamen perpetuò non obliuiscaris, ℘ si reus accusatus de aliquo crimine coram vno tribunali, fuerit contumax, potest de eodem crimine ad instantiam accusatoris, coràm alio tribunali accusari, & bãniri, si in eo pariter fuerit contumax, ita dicit Bal. in l. 1. nu. §. C. vbi de crimine agi oportet, & est in viridi obseruantia, vt dicit Carauita super ritu 205. magnæ curiæ, nu. 1. neque tenetur secũdus iudex, neque ad instantiam partis, neque ad instantiã primi iudicis, in causa supersedere, vel causam ipsam illi primo iudici remittere. Ita dicit Bar. in l. sepulchri, nu. 3. ff. de sep. viol. Et ita quotidiè obseruatur, vt attestatur Carauita in loco præalle. n. 3.

4 Sed nũquid bannitus pro vno delicto poterit de alio delicto accusari & banniri? Resp. ℘ sic, ita dicit Spe. in tit. de accus. §. Sequitur videre, n. 23. & dicit Nell. de ban. in 1. par. 1. temp. q. 3. quòd ita determinant cõmuniter DD. quẽ refert Bos. in tit. de bann. nulli, n. 9. Dicit etiã Io. And. in addi. ad Spe. in loco præal. ℘ ita videmus de facto seruari. Ita etiã teneri, & seruari attestatur Alb. in Rub. ff. de his, qui no. infa. post n. 8. vers. Et faciũt prædicta. Benè verũ est, quòd hoc casu potest bannitus petere sibi concedi saluum conductum, ad hoc, vt possit non obstante prima condemnatione comparere, & se defendere, qui non est illi denegandus, vt dixi ℣. q. 32. versi. Tu scis, quòd bannitus.

5 Item quæro, pone, quòd aliquis post commissum delictũ, puta homicidiũ, pœnitentia ductus fuerit, & pœnitentiam pro delicto fecerit, nunquid talis pœnitens poterit deinde accusari de ipso delicto? Respon. quòd sic, Et ita tenent communiter Docto. vt dicit Aret. in c. accusari, nu. 5. de accus. quem refert Villalob. in sua collecta communiũ opi. in litera A. post nu. 13. nam in delictis pœnitentia non excusat, vt dixi ℣. q. 6. vers. Fuit quandoque. Quinimò neq; etiam pœna imposita in foro conscientiæ liberat delinquentem à pœna imponenda in foro contentioso, vt dixi ℣. q. 57. ver. Sed nunquid.

6 Præterea quæro, nũquid officiales possint accusari durante eorum officio? Respond. Aliqui dicũt simpliciter, ℘ non, sed quòd debet expectari tempus syndicatus. Et ita obseruari vbiq; locorũ attestatur Vitali de malef. in Rub. qui accus. non poss. in vlt. verbis. Tu verò dic, ℘ aut delictũ, de quo officialis accusatur, est tale, pro quo à iure imposita sit pœna priuationis officij, puta, quia fortè aliquid dedit, vt haberet officiũ, vel quia commiserit barattariam, vel huiusmodi. Et tũc potest accusari, & cõdemnari etiã durãte officio, aliàs si esset expectãdus finis officij, absurdũ esse, dicere ℘ lex imponeret pœnam, cui tempore condemnationis locus esse non posset: aut verò pro delicto non imponitur pœna priuationis officij, & tunc expectandum est tempus syndicatus. Et ita de facto obseruatũ fuisse in ciuitatibus Florentiæ, & Castelli. refert Amad. de synd. nu. 43. in quodam capitaneo & collaterali, qui fuerũt durante eorũ officio, de barataria accusati, & ab officio remoti. Et ita etiam ego quandoque vidi seruari. Et quòd pro barataria, & furtis possit officialis, etiam durante officio accusari, nõ expectato tempore syndicatus, dicit esse communẽ opi. Boss. in tit. de offi. corrup. pec. nu. 34.

7 Vlterius, quæro, nunquid vniuersitas, vel collegiũ possit accusari? Respon. quòd potest accusari & puniri criminaliter. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alb. in l. ea quidem, post nu. 15. C. de accus. Et ℘ vniuersitas, collegiũ, siue capitulum possit consentiendo & etiam committendo, delinquere, & cõsequenter puniri, dicit esse communem opin. Alb. in l. si quis in tantam, col. 1. ver. Quidam dicunt. C. vnde vi. Paris. cons. 21. num. 30. lib. 4. Sed hic aduerte, quia ad hoc, vt ciuitas, vniuersitas, vel collegiũ dicatur delinquere, & possit pro tali delicto puniri, nõ sufficit, ℘ totus populus, vel omnes de collegio aliquid faciãt, † sed necesse est, quòd præcesserit ad id, consilij publici conuocatio, & eius deliberatio, ita dicit Bar. in l. aut facta, §. fin. num. 9. ff. de pœn. Et est communis opin. vt dicit Abb. in c. dilectus, el 2. nu. 13. de simon. quem refert summa Siluestrina, in verbo, excommunicatio, 7. in 15. excommunicatione in quarto dubio. Tortus inter consilia Anto. de Butr. cons. vlti. nu. 3. Anan. in d. c. dilectus, el. 2. nu. 12. Collegium Florenti. inter consilia Curt. Sen. consil. 21. nu. 5. in fi. Curt. Iun. cons. 174. nu. 36. & cons. 185. quod est consil. vlt. nu. 9. Felin. in d. c. dilectus, el 2. n. 12. prout illum refert Blanc. in pract. crim. fol. 26. num. 85. Pract. Carer. fol. 490. nume. 348. & seq. in fin. Boss. in tit. Banniri qui possint, num. 1. & ita in facti contingentia, eleganter consuluit Corne. cons. 224. lib. 4. Sed si omnes de collegio, vel vniuersitate, non præuia consilij deliberatione, committerẽt aliquod delictum, tũc non punitur ipsa vniuersitas, siue collegiũ, sed illi, qui deliquerunt tanquam singuli. Et ita seruauit quidam prætor Veronæ, qui processit contra conuentum, & fratres sancti Francisci, ex eo quòd interfecissent quendam Cremonensem, qui apud eos hospitatus fuerat, & fecit ipsos omnes, qui erant vltra nume. 50. suspendi, per eorum hortulanum, qui erat minus grauatus, vt refert Maria. in repet. d. cap. qualiter & quando, numero 43. de accusatio.

9 Sed quomodo punitur vniuersitas pro delictis, quæ ab ipsis de vniuersitate, & totam vniuersitatẽ repręsentantib. committuntur? Respon. Aliquando punitur in ademptione priuilegiorum, & iurium suorum, quandoque publicantur bona ipsius vniuersitatis, & quandoque etiam ciuitates ipsæ subiiciũtur aratro, vt de his omnib. potes videre exẽpla apud doctores in locis præallegatis. Quandoq; etiam punitur vniuersitas ciuiliter, scilicet in publicatione alicuius rei, vel in pœna pecuniaria, seu mulcta & tunc sciendum est, ℘ si talis pœna pecuniaria non æquè cadit in singulos de vniuersitate, sicut in ipsam vniuersitatem, puta, quia publicatur res ex delicto, tũc si illa res est vniuersitatis, ipsa vniuersitas punitur. Et in hoc conueniunt omnes, vt dicit Boer. de seditiosis in 7. præsuppositio. n. 16. Si verò pœna æquè cadit in singulos, tũc aut collegiũ est paruũ, & non punitur totũ collegium, sed tantum delinquentes, aut est magnum, & punitur totum collegium, siue vniuersitas, vt dicit Bar. in d. l. aut facta. §. fi. post n. 7. ff. de pœnis. Et hæc est communis opi. vt dicit Boer. in d. 7. præsuppositio, post num. 26. Scias tamen, ℘ in omnem casum non euadent pœnã rectores, & gubernatores ciuitatũ, qui consiliũ & mandatũ dederũt. Et ita fuisse practicatũ attestatur Ant. Gomes. c. 1. delictorũ, nu. 54. in fin. vbi dicit, quòd quando aliquæ ciuitates illius regni fuerunt rebelles

rebelles contra Carolum Imperatorem, licet cõi consilio deliquissent, tamen fuerunt etiam punitæ personæ particulares & singulares, quę verè & realiter commiserunt delictũ, & similiter ipsi rectores & gubernatores culpabiles. Et ita etiam memini ego obseruatum fuisse, contra ciuitatem Gandensem, & eius rectores.

QVÆSTIO XVII.

1 *Accusatio an de quocunque crimine institui possit?*
2 *Et an pro crimine priuato?*
3 *Et quid si pro huiusmodi crimine priuato imposita sit pœna pecuniaria, fisco applicanda?*
4 *Et an in criminibus priuatis possit per inquisitionem procedi?*

1 QVæro, an pro omni crimine licita sit accusatio? Respõ. Si crimen est publicum, vnicuiq; licet pro eo accusationẽ deferre: si verò est priuatũ,
2 † regulariter non admittuntur ad accusandum, nisi ille, cuius interest. Quæ verò sint publica, vel priuata delicta, dixi suprà hoc eo. lib. §. 1. circa princip. Et dixi regulariter, nam aliquando ratione publicæ vtilitatis lex permittit, vt etiam pro crimine priuato quilibet possit accusare. Et potest poni exemplum in suspecto tutore, qui potest accusari à quolibet de populo, vt est tex. in §. Consequés. Inst. de suspect. tuto. Et tamẽ illud est crimen priuatum, secũdũ communem opi. vt attestatur Salice. in l. cũ rationib. circa fi. C. qui accus. non poss.

3 Sed quid si pro aliquo delicto priuato, puta pro furto, imponeretur pœna pecuniaria, quæ veniret applicanda fisco, nũquid eo casu propter illam pœnam quilibet de populo admitteretur ad accusandũ? Respon. Bar. in Rub. ff. de popul. actio. n. 5. tenuit qnòd sic. Et hanc esse communem opin. attestatur Aug. post Angel. de malef. in verbo, Et ad querelã, n. 9. quem refert Pract. Conradi, fol. 226. post nu. 9. vers. Declara secundo. Cõtrariam autem sententiã, s. q imò etiam si pro crimine priuato imponatur pœna pecuniaria, applicanda fisco, non admittatur ad accusandum nisi ille, cuius interest, tenuit Bald. in Rub. C. qui accus. non poss. nume. 9. & 10. dicens, quod contra Barto. tenuit communis opin. Doctorum maiorum nostrorum. Et illum refert Anan. in Rub. de furt. n. 10. & seq. Illam etiam opin. Bart. esse communiter reprobatã attestatur Rom. cons. 152. n. 2. Et opi. Bal. communiter hodiè in pract. seruari attestatur Blanc. in pract. crim. f. 69. n. 41. in fin. Ego verò dico, q vbicunq; etiã pro crimine priuato imponitur pœna pecuniaria applicãda fisco, semper admittitur accusatio per quemlibet de populo. Et hæc opi. est magis cõmunis, vt ostẽdit Aug. in loco præalleg. & ideò obseruanda, nisi certa consuetudo alicuius prouinciæ esset in contrarium, tantò magis quia fauet iustitiæ, ne delicta impunita remaneant. Et de dicto Bal. non est curãdum, ex quo fuit ẽt sibi in hoc contrarius, vt dicit Aug. ad Ang. in loco præall. Adde, q plerunq; non modo ad querelã, siue accusationẽ proceditur pro priuatis delictis,
4 sed etiam ex officio, † & sic per inquisitionẽ, etiã q non sit imposita pœna corporalis, nec certa pœna pecuniaria, & talis delinquens punitur extra ordinem, vt ego vidi quandoq; seruari in crimine vsurarum, quæ practica fundatur super illa cõclusione, quæ habet, q pro quolibet delicto etiam priuato potest ratione interesse reip. procedi ad pœnam extraordinariam, quam dicit esse communem regulam Dec. consil. 170. post numero 1. Contrarium tamen vidi seruari in furto, nam nemine querelante vidi reos absolui, rebus stantib. & in specie quendam Hier. de Lardis imputatum, quòd furatus fuisset examen apum. 17. Nouemb. 1559. Idem etiam vidi seruari in adulterio, vt dixi 5. hoc eod. lib. §. Adulterium. vers. Est autem.

QVÆSTIO XVIII.

1 *Quomodo procedatur in iudicio accusationis secundum dispositionem iuris communis, & quomodo secundum consuetudinem?*
2 *Accusator an teneatur fideiubere de lite prosequenda, & pro expensis?*
3 *Et an teneatur iurare de calumnia?*
4 *Et an teneatur simul cum accusato carceres ingredi?*

1 QVæro, quomodo procedatur in iudicio accusationis? Respond. de iure communi accusator debet se coram iudice præsentare, & ei dicere, Domine, ego volo accusare Titiũ de tali crimine, vnde postulo, vt eum citetis. ita colligitur ex tex. in l. nullus, C. de exhi. reis. Sed hæc de consuetudine non seruatur, vt dicit Specul. in tit. de accusat. §. 1. numero tertio.

2 Debet autem iudex ei dicere, Ex quo vis illum accusare, obliga te, quòd accusabis, & quòd inscribes, & quòd accusationem prosequeris, & alia facies, quæ sunt in accusatione necessaria, & sic citabo eum. Sed hoc etiam vsus nõ tenet, vt dicit Spec. in d. §. 1. nu. 5. nã (vt ipse ait) Iudices parati ad prædam, ad nutum citant, nec clamorem expectant. tãtò magis cùm de consuetudine pariter sublatæ sint huiusmodi inscriptiones, vt dixi 5. q. 12. ver. Cæterum hodiè.

3 Hoc facto, reus citatur per edicta, vt dicitur in l. absentem, C. de accusat. scilicet per tria edicta, cũ interuallo 30. dierum pro quolibet, secundum communem opin. vt dicit Saly. in ea. l. absentem, num. 5. Marian. de citat. in 27. art. principali, in 8. q. nu. 58. & seq. quem refert Boss. in tit. de sentent. nu. 10. Sed neque hæc edicta hodie sunt in vsu, vt attestatur idem Sali. in d. l. absentem, nu. 7. sed fiunt citationes per nuncios vt dixi infrà quæstio. 31. Iste etiam numerus dierum, & quantitas dilationum non seruatur ex generali consuetudine, teste Spec. in tit. de citat. §. Viso de temporum interstitiis, post nume. 1. quem refert Marian. in loco prealleg. post num. 59. Sed iudex in citatione habita consideratione personæ, & locorum, ponit terminum arbitrio suo. Apud nos communiter in citationibus, siue inquisitionibus, quæ reis transmittuntur, solet dici, quòd statim habito præcepto compareant. Sed deinde, si petatur dilatio, solet concedi. Puto in his (vt sæpiùs dixi) seruanda esse statuta, & consuetudines loci, in quo fit processus.

Reo citato non comparente, annotantur eius bona, vt dixi j. q. 44. in princ. Si verò velit comparere, dandus est ei terminus 30. dierum ad componendũ mœstos penates, vt habetur in d. l. nullus. C. de exhib. reis. Sed neque hoc de consuetudine seruatur, vt quotidiè videmus, sed allegatur aliqua alia iusta causa, propter quam reus impeditus sit cõparere. illud autem, quod dictum est de dicto numero dierum, de facto non seruari, attestatur Spec. in d. §. 1. nume. 15. in fin.

Postea accusator offert libellum accusationis, de cuius forma, & solennitatib. requisitis dictum est suprà, in d. q. 12. Sed certè hodiè non datur libellus accusationis secundum consuetudinem totius Italiæ, vt dicit Calep. inter consilia criminalia diuersorum cons. 52. nu. 9. libr. 1. Sed datur simplex accusatio, siue querela, vt dixi suprà, q. 10. vers. Scias autem.

2 Eodem etiam contextu tenetur accusator præstare fideiusionẽ de accusatione, vsque ad finẽ prosequẽda, vt habetur in l. 3. C. qui accus. nõ poss. Sed neq; hoc de consuetudine obseruatur, vt dicit Vitali. de malef. in Rubr. quid sit accusatio, nu. 15. Marcus decis. 683. Quæritur generaliter, nu. 4. Et ideo cum quidam prætor cõsuetudinis ignarus, admitteret in causis criminalibus huiusmodi exceptiones de iurando, & satisdando de prosequenda querela, senatus illum seuere monuit ne illas admitteret, 2. Septemb. 1558. P. N.

Tenetur etiam accusator satisdare de soluendis expensis in casu succumbentiæ. Sed hæc etiam satisdatio recessit ab aula, vt dicit Boss. in ti. de accusat. nu. 4. Reperio tamẽ quòd Carauita super ritu magnæ curiæ 199. nn. 4. dicit, quòd parte accusata petente tenetur accusator præstare hanc cautionem, & subdit, quòd ita seruatur. Sed in hoc vt in cæteris iudex debet seruare consuetudinem prouinciæ, in qua ius dicit. Et ita faciendo nõ errabit.

3 Dicit etiam Bart. in l. 1. nu. 6. C. de iura. calum. q hodie secundum communem vsum Italiæ, accusator tenetur iurare tempore quo offert libellum, q accusatio est vera, & quòd nõ animo calumniandi hoc facit. Et illũ refert Augu. ad Ange. de malef. in verbo, Et ad querelã, post nu. 4. & Mantua in l. trãsigere, post nu. 23. C. de transa. & Cuarez. in lib. repetitionum, fol. 845. n. 16. vbi etiam dicit, quòd stylus Hispaniæ in hoc cõcordat cum stylo Italiæ. Et ita de generali consuetudine seruari attestatur Alber. in l. libellorum. in prin. nu. 11. ff. de accus. Hanc etiam dicit esse communem practicam, & consuetudinem Cur. Sen. de iur. calum. in prin. nume. 2. Et quòd in causis criminalibus iurandum sit de calumnia, attestatur esse cõmu. opi. Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Hæc est quędam inquisitio. post nu. 68. vers. 6. quæro. Sed certè hoc apud nos hodie non seruatur in practica prout etiã nunquã se vidisse illud obseruari nisi petente aduersario, attestatur Foller. in practica crimin. canon. fol. 50. n. 51.

4 Q Vando deinde accusatus comparet, & est pro eo crimine in carceribus ponẽdus, tenetur ẽt ipse accusator carceres ingredi eodem tempore, vt si deinde nõ probet accusationem, possit puniri pœna talionis, vt est tex. in d. l. nullus. C. de exhib. reis. Sed neq; hoc de cõsuetudine seruatur, vt dicit Bar. in l. fi. C. de accus. Vitali. de malef. in loco præl. nu 14. Idem attestatur Feli. in c. super his, nu. 6. de accus. quem refert Pract. Conradi, fol. 224. post nu. 4. Boer. super consuetud. Bituricen, fol. 23. col. 1. Boss. in titu. de tortura accusatoris, n. 1. Marcus decis. 709. nu. 4. Et dicit Guido. de Suzar. in l. fi. C. de accusat. quòd sæpe vidit peti, quòd accusator in carcerem detruderetur, tamẽ hoc nunquam de consuetudine seruatum fuit, quem refert, & idem attestatur Alb. in ea. l. fi. nume. 2. & Rub. in l. pen. §. ad crimen, nu. 4. de pub. iud. Idẽ etiam obseruari de consuetudine regni Franciæ attestatur Pract. Millei, fol. 15. nu. 25. Et reuera, cum hodie sublata sit illa pœna talionis, vt dixi j. q. 81. superfluũ omnino esset accusatorẽ ipsum ea ex causa in carceribus detinere.

Et hæc est forma, secũdũ quam proceditur de iure cõmuni, in Iudicio accusationis, quæ tamen (vt vides) tota ferè abiit in desuetudinẽ. Volui tamẽ illam non prætermittere, vt scias quid seruandum sit de iure communi, & quid de consuetudine. Cætera verò ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, præsertim quomodo cum reo contumace procedatur, infrà suis locis explicabimus.

QVÆSTIO XIX.

1 *Quomodo procedatur in delictis per viam actionis?*
2 *Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuiliter?*
3 *Et quomodo criminaliter?*
4 *Quomodo procedatur in delictis per viam confessionis?*

1 PRiusquam tamen ad vlteriora progrediamur, paucis dicendum est quomodo in delictis procedatur per viam actionis vel exceptionis. Tu scis quòd regulariter ex quocunq; delicto vltra accusationẽ criminalẽ, quæ oritur reip. ad publicam vindictam, oritur etiam parti actio ciuilis ad interesse, vt dixi suprà, quæst. 2. circa princ. Quando autẽ pars intentat pro crimine actionẽ ciuilem, ratione proprij interesse, neq; veniat imponẽda aliqua pœna corporalis, aut pecuniaria fisco applicanda, hoc non pertinet ad præsentem materiam, quia illud dicitur iudicium mere ciuile, vt dixi suprà, qu. 1. & infrà, lib. proximo. Neque de eo aliquid hoc loco attingam, vbi de criminalibus causis tantummodo tractatur, ne materias ipsas cõtra operis ipsius institutum confundamus. Illud enim iudicium in omnibus, & per omnia regulatur secundum formã iudicij ciuilis. Et quamuis actio ipsa oriatur ex crimine, nihil habet commune cum criminalibus.

Vnum tamen scias, quòd hic etiam est vnus ex modis per quos aperitur via iudici ad inquirendũ. nam si iudex, coram quo agitur huiusmodi causa ciuilis, habeat iurisdictionem etiam in causis criminalibus, poterit, constito ei de crimine ex probationib. factis in ipsa causa ciuili, procedere contra delinquentem, ad eum puniendum, & contra eum ex officio inquirere, etiam nulla partis querela criminali præcedente. Et hoc vbi pro eo delicto posset aliàs per inquisitionem procedi. Et ita de facto seruatur, vt dicit Iac. de Belui. in prac. cri. fol. 28. in Rub. de caus. cri. nu. 1. & 2. An aũt probationes factæ in hoc iudicio ciuili faciant fidem in criminali, dixi infrà, q. 54. vers. Item si producantur.

2 Per exceptionẽ aũt deducit crimẽ in iudiciũ duobus modis, s. ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter, puta quando excipio de crimine contra testem vel contra instrumentũ, & peto, nullã fidẽ ei adhiberi. Dicitur aũt hoc casu procedi per viam exceptionis ciuiliter, quia super huiusmodi processu non potest sequi sententia criminalis, etiã q cõstet de delicto, sed tantùm sententia ciuilis, vt testis repellatur à testimonio tanquã criminosus, vel instrumẽtũ non probet tãquã suspectũ de falso. Et ideò in omnibus & per omnia hoc iudiciũ reputatur ciuile, & ad instar iudiciorũ ciuiliũ in eo proceditur vt dixi j. li. 7. §. Exceptio. Nec potest iudex talem testem, etiã si sit de crimine conuictus, punire pœna ordinaria neq; extraordinaria, secundũ magis cõiter Doctor. vt dicit Boss. in tit. quomodo procedatur per exceptiones, nu. 2. Benè verum est, quòd si ex probationibus factis super hac exceptione, appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere, & inquirere contra delinquentem, prout etiam dixi suprà vers. Vnum tamen, quando delictum per viam actionis ciuilis fuit deductum in iudiciũ. Et ex hac

noua inquisitione, & nouo processu poterit reus criminaliter puniri. Et ita obseruatur. vt dicit Bar. in l. 2. §. si publico, nu. 20. ff. de adult. Vide quæ dixi infrà, versi. Vltimò non est. An autè probationes factæ in hoc iudicio ciuili exceptionis, faciant fidē in iudicio criminali, recurrendum pariter est ad ea, quæ dixi infrà in dicta quæstion. 54.

3 Criminaliter autē agitur via exceptionis, quādo quis excipiendo, puta cōtra testes, perit illis tanquam falsis nullam fidem adhiberi, prætereàque eos de falso puniri. Et hoc quidem casu ita excipiens dicitur assumere partes accusatoris. Et perinde proceditur contra ipsos testes, ac si fuissent accusati, seu querelati de falso, & potest contra eos ferri sententia condemnatoria criminalis, & iudicium ipsum quanuis à principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus, & per omnia ad instar criminalium iudiciorum.

Hinc infertur, ꝙ ficut in iudiciis criminalibus, in quibus vsque ab initio proceditur per accusationem, vel inquisitionē requiritur, ꝙ in ipsa accusatione vel inquisitione exprimatur dies, & annus & locus commissi delicti, pariter etiam eadem sunt exprimenda, quando proponitur crimen per viam huiusmodi criminalis exceptionis, vt dixi suprà, quæstio. 12. versic. Adde quod

Item ficut in iudiciis criminalibus non potest regulariter procurator interuenire, quando cœptū est agi via accusationis vel inquisitionis, ita nec etiam quādo agitur hac via exceptionis criminaliter intētatæ, vt dixi. ℣. q. 32. ver. Tu scis ꝙ in causis.

Et breuiter, dic ꝙ ea omnia quæ seruātur in iudicio accusationis, seruanda sunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia (vt dixi) talis exceptio, quæ tendit ad puniendū, æquiparatur accusationi.

4 Vltimò non est omittēdum, ꝙ alio etiam modo deducitur crimen in iudicio absq; accusatione, vel exceptione, quando s. pars, seu testis incidenter cōfitetur se aliquod delictum perpetrasse, prout de facto quandoque vidi contingere. Et hoc quidem casu scias, ꝙ talis confessio incidenter facta non nocet confitenti, quò ad hoc, vt posset ex ea puniri, operatur tamen vt ea aperiatur via iudici ad inquirendum super ipso crimine confessato, absque vlla partis querela. Et eo casu debet iudex inchoare nouū processum super illa confessione, & dare suas defensiones reo, & alia facere, quæ in processibus criminalibus requiruntur. ita dixit Bar. in l. si confessus, circa fi. ff. de custod. reorum. & in d. l. 2. §. si publico. n. 20. ff. de adul. Vbi etiam dicit, ꝙ ita obseruatur, prout illum refert Boss. in titu. quomodo procedatur per except. nu. 4. ego etiam suprà retuli, vers. Per exceptionem. Et ita in facti contingentia fuit iudicatum per cons. Neapol. teste Afflict. decis. 176. Quædam mulier. quem refert Foller. in practica crimin. fol. 276. nu. 31.

QVÆSTIO XX.

1 *Indiciorum gradus qui sint?*
2 *Et quæ indicia sufficiant ad inquirendum:*
3 *Et quæ ad inquisitionem formandam?*
4 *Et quæ ad torturam?*
5 *Et quæ ad condemnationem?*
6 *Et an ex indiciis, vel præsumptionibus quæ possit in pœnam corporalem condemnari?*
7 *Et quid in crimine assassinij, hæresis, & simoniæ?*
8 *Et quid si præsumptio sit posita à lege?*

1 CŌstito de delicto iuxta ea, quę dicta sunt suprà q. 4. solent iudices recipere informationes, siue indicia contra delinquentem. Conueniēs igitur est, vt de ipsis indiciis videamus. Repetenda tamen sunt hoc loco ea, quæ in hoc proposito dicta sunt suprà, q. 5. vers. Poterit igitur, ꝙ scilicet iudices ad indicia assumenda duobus modis procedunt. nam quando non est certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter, quando verò est certus delinquens, procedunt inquirendo, siue assumendo indicia specialiter contra eum, vt ibi declaraui. Hoc præmisso scire debes, ꝙ secūdum omnes in materia indiciorum non potest dari certa doctrina, sed totum relinquitur arbitrio boni viri. s. iudicis, qui secundum qualitatē personæ, & delicti, & demonstrationum, seu suspicionum iudicabit indicium esse sufficiens, vel non. Et ita dicūt Doctores, vt attestatur Ange. de malefic. in verbo, Fama publica, nu. 9. dicit etiam Pract. Casoni, folio 14. nu. 2. quòd ita dicunt omnes. Nihilominus vt materia ipsa distinguendo clarior reddatur, dico ego tres esse gradus indiciorum: Aliqua enim sunt leuia, aliqua grauia, & aliqua grauissima. Leuia sufficiunt ad capturam, non tamen, vt statim debeat reus examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiatur inter reos, sed vt tollatur ei facultas fugiendi, iuxta ea, quę dixi ℣ q. 28. circa prin. Sufficiunt etiā ad inquirendum, id est, ad assumēdas ex officio informationes cōtra aliquem de delicto, non tamen ad illi transmittēdam inquisitionem, vel citationē. Et huiusmodi indicia, si non sint multū vrgentia, ego puto reātè appellari posse suspiciones, si verò magis vrgeāt, crederem posse dici præsumptiones, siue argumenta. Grauia sufficiunt ad transmittēdā inquisitionem reo absenti, vel si sit captus ad examinandum eum super delicto tanquam reum, & ēt ad torturā. Et hoc ego credo propriè in hac materia appellari posse indicium, ꝙ s. fit plusquā simplex præsumptio, & minus quā semiplena probatio. Et de hoc loquitur in proposito torturæ gl. in l. cum probatio, in gl. 1. ff. de proba. Et idem etiā tenent Doct. communiter omnes, teste Corn. consil. 101. in litera L. lib. 2. rauissima verò sufficiūt etiā ad condemnationem. Et hæc proculdubio debent esse non modo plusquam semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio. Et sic habes in hac materia suspiciones, præsumptiones, indicia, semiplenam probationem, & plusquam semiplenam probationē. Et in hac breui distinctione vna cū exēplis inferius positis, facilè poterit quilibet iudex intelligere, quomodo in quocunque casu procedere debeat, præsuppositis tamen semper supradictā conclusione, quæ per omnes Doctores traditur, ꝙ in hac materia indiciorum non potest dari certa regula, sed multum iudicis arbitrio committitur.

2 Ad inquirendū igitur, id est, ad assumendas informationes super delicto, dixi sufficere leuia indicia. sufficit enim aliqua probabilis suspicio, propter quam iudex rationabiliter credat delictum ab eo cōmissum fuisse, contra quem inquirere intēdit, vt dicit Sal. in l. ea quidem, nu. 41. C. de accus. Et cū eo concordat cōmunis practica, vt attestatur Marian. in repet. c. qualiter & quandò, post n. 108. de accus. quem refert Bos. in ti. de inquisit. nume. 8. Et potest poni exemplum in dicto, seu assertione morientis, vt dixi infrà q. proxima, versi. Assertio vulnerati. Item in graui inimicitia, vt dixi in ea quę. versicu. Inimicitia. Itē fama, vt dixi suprà. q. 6. circa princi.

Hæc

Hæc eadem sufficiunt etiam ad capturam, iudicis tamen arbitrio, iuxta ea quæ dixi in allegata quæstione 28. circa principium, cōsiderata facti & personarum qualitate.

3 Ad formandam, seu transmittendam inquisitionem contra aliquem, id est, ad eum citandum pro delicto, de quo imputatur, omnes Doctores cōcludunt, ꝙ omnino necesse est, vt præcedant legitima indicia. Et ita generalis consuetudo interpretatur, vt dicit Fulg. cōs. 175. post nu. 1. Et ideò malè faciunt iudices, qui nulla fama, vel indiciis præcedentibus, formant inquisitiones, prout facere consueuisse officiales Mōtisferrati dicit Prac. Pap. in forma inquisit. in verbo, Fama publica nu. 2. Et senatus grauiter reprehendit Capitaneū Vicomercati, ex eo, ꝙ nō præcedētibus legitimis indiciis formasset inquisitionē cōtra quosdā de Vertemate 11. Decēb. 1532. C. C. Meritò igitur inquisitio taliter formata, cum omnibus exinde secutis, est nulla. Et ita DD. intrepidè tenent, vt attestatur Grat. cōs. 57. post n. 11. li. 2. Et hāc conclusionē, ꝙ inquisitio, non præcedēte diffamatione, & nō sumptis informationibus super ea, est nulla, totus Mundus sequitur, vt dicit Catus inter consilia criminalia diuersorum cons. 99. nu. 1. lib. 1. vbi etiam nu. 3. dicit. ꝙ hæc conclusio est valdè trita, & consulētes omnes illam affirmāt. Sed quæ sint ista legitima indicia, Doctores in specie non exprimunt. & quidem (secundū aliquos) non deberent iudices procedere ad transmissionem alicuius inquisitionis, nisi delictum esset contra reum taliter probatum, ꝙ super eo posset etiā torqueri. Vsus tamen contrarium obtinuit, nam iudices valdè prompti sunt ad huiusmodi inquisitiones formandas, etiamsi non subsint indicia legitimè probata, quos appellat malos assessores, & proteruos, & ignorantes iuris. Vitali. de malef. in ti. de inquisit. nu. 8. subdēs, ꝙ tales non sunt iudices, sed potius canes nuncupari merentur. Nihilominus attenta hac generali cōsuetudine, vel potius corruptela, poterit fieri cōclusio, ꝙ ex vehemēti suspicione, quę cōtra reū ex probabilibus argumētis resultet, poterit cōtra eū formari inquisitio, licet talia indicia nō sint talia, vel taliter probata, ꝙ super eis posset reꝰ torqueri. Et ideò dicit Boss. in ti. de inquisit. nu. 61. q. ad formandā inquisitionē sufficiūt indicia leuia, puta, diffamatio delicti. Et subdit, ꝙ ita seruatur. quod tamē ego nō puto de iure verū, nisi vt dixi suprà. vers. Ad inquirendum. Hæc aūt, quæ dixi in proposito formādæ inquisitionis, intelligo vt etiam procedant in examine sine interrogationibus, quæ fiūt reo præsenti, in locis, in quibus quādo reus est in carceribus, nō solet formari aliqua inquisitio, prout seruatur in hoc Ducatu. Nun quā enim reo prę̄senti legūtur capitula, neq; inquisitio, sed examinatur reus super delicto. Dico igitur, ꝙ sicut nō potest contra absentem trāsmitti inquisitio, nisi præcedentibus indiciis legitimis, ita etiam nō debet iudex interrogare siue examinare aliquē præsentem super crimine, & sic facere, vt eius nomen recipiatur inter reos, nisi præcedāt talia indicia, quæ sufficerent ad formādā inquisitionem, vbi reus esset absens. Cæterùm vbi indicia ad formādā inquisitionē vidētur iudici debilia, apud nos seruatur ꝙ iudex iubet reū detineri, nam ad capturā sufficit quęcūq; informatio, vt dixi infr. q. 28. circa prin. Et succesiuè vbi reus non inuenitur, fit de hoc relatio apud acta, quo casu dicitur cōstare de eius fuga, quę quidē fuga proculdubiò iūcta cū aliis præexistentibus indiciis, sufficit ad trāsmittēdā reo inquisitionē, iuxta ea quę dixi iufrà, q. prox. vers. Fuga delinquentis, & est iudicio meo satis bona practica.

4 Ad torturam etiam, quæ indicia sufficiant, non potest dari certa doctrina, sed pariter relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi ℣ q. 64. vers. Dixi quoque. Poteris tamē videre aliqua exempla infrà q. prox. sufficit autem minus quàm semiplena probatio, secundum gl. in d. l. cum probatio. de qua dixi suprà, circa princ. quæstionis.

5 Ad condemnandum verò grauissima indicia requiruntur & (vt DD. appellāt) indubitata, prout potest poni exēplū infrà quæ. prox. vers. Si aliquis, & huiusmodi.

6 Scias tamē, ꝙ in hoc articulo Doctores multū variè loquūtur, nā aliqui dicunt, ꝙ regulariter ex præsumptionibus violentis vel indiciis, quantūcūque indubitatis nō debet aliquis in causa criminali cōdēnari, quā opi. dicit esse cōem Dec. cons. 175. post n. 8. col. fi. vers. Præterea ēt, Marsi. in Rub. de probat. n. 237. circa fi. Nouel. in prac. crim. fo. 118. n. 34. Alij dicūt, ꝙ si agatur ad pœnā pecuniariā, potest reus ex indiciis indubitatis etiā criminaliter cōdemnari. Et ita communiter teneri attestatur Grat. cons. 136. n. 22. li. 1. secus autem si agatur de pœna corporali. Alij dicunt, quòd vbi ex præsumptionibus proceditur, multū debet iudex tēporare suā sentētiā, & maximè ne condemnet nisi rarò, & modicè ad pœnā nec pecuniariā: nec corporalē. Et hęc sunt verba Innoc. licet non multum fideliter per Doctores relata in ca. quia verisimile, nu. 2. de præsumpt. quem dicit sequi communiter Doctor. Marsil. in l. 1. §. diuus Adrianus, nu. 25. ff. ad l. Corne. de sicar. Cauens. super ritu magnæ curiæ 247. n. 15. Hanc etiam dicunt esse communem opi. Palac. Ruuios in allegatione hæresis. §. 11 & Iac. in Rub. ff. de probat. nu. 7. prout illos refert Placa lib. 1. delictorum, c. 14. nu. 3. in fi. & Duennas regula 303. circa med. Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, sub num. 22. quem refert Villalpa. in repet. l. 22. c. 10. post nu. 7. Gand. autem de malef. in tit. de præsump. circa fi. dicit quòd de consuetudine vidit obseruari, quòd ex indiciis quantumcunque indubitatis non imponitur pœna corporalis, sed tantū pecuniaria, quod dictum Gand. refert, & sequitur Paul. de Castro, cons. 299. nu. 3. in fi. lib. 2. subdens, ꝙ propter illud defendit quēdam imputatum de homicidio & Cæpolla. consil. crim. 32. circa fin. & consil. 39. in primo dubio, vers. Nec propter dictam, & Pract. Iod. fol. 143. nu. 11. & Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, n. 28. & Brun. de ind. & tortura, fol. 57. nu. 16. & Marsc. cons. 96. nu. 10. Et ita tenere cōmuniter Doctores attestatur Carer. in pract. crim. fol. 36. n. 56. Hanc ēt opi. dicit esse communem Boss. in ti. de conuictis, nu. 34. & seq. affirmās quòd ita seruatur in practica, & quòd iste est communis sensus Doctorū. Hoc idē se obseruari vidisse attestatur Bal. in l. milites, nu. 6. C. de quæst. prout illum refert Ant. de Cana. de quæst. in 2. membro, post nu. 44. licet Bald. in libro meo nihil dicat de obseruantia. Alij dicunt totam contrarium, quòd scilicet etiam ex præsumptionibus reus est condemnandus pœna ordinaria delicti, neque propterea est aliquo modo pœna mitiganda, & quòd illud dictū Inn. cōter reprobatur. Et ita attestari videtur Bellame. decis. 689. versicu. ad vndecimū dico. Alij verò dicunt, quòd quādo indicia sunt indubitata, semper

Universidad de Sevilla Biblioteca

poteſt deueniri ad condemnationem, maximè in delictis occultis,& difficilis probationis, & tractatib.ſecretis, & in quibus veritas clarius haberi nõ poteſt, prout etiã cõmuniter teneri atteſtatur Prac. Carer.fol.72.verſ.Ex quibus omnium. Et hæc opi. apud nos ſeruatur,quantùm ad hoc,vt ex præſumptionibus deueniatur ad condemnationem, nam quotidiè ex indiciis,& præſumptionibus,rei per Senatum condemnantur,non quidem in pœnã mortis,neque pœnam ordinariam ipſius delicti, ſed in pœnas etiam corporales,puta triremium, fuſtigationis,ictuũ funis,& huiuſmodi, & in ſpecie ita ſeruatum fuit in quodam Antonio Maria Fayta, qui cùm eſſet indiciis indubitatis grauatus de homicidio,fuit per decennium ad triremes condemnatus 2.Iannua.1557.P.N.& in aliis multis.Et idem etiam ſeruatur in ſacro cõſil.Neapo.vt videri poteſt apud Grammaticum,præſertim deciſ.42.& alibi ſæpè.

7 Scias etiam aliquos eſſe caſus,in quibus etiam de iure communi ex præſumptionibus poteſt quis ad mortem condemnari,prout eſt in aſſaſsinio,vt dixi ſuprà,hoc eodem libro,§.aſſaſsinium, verſi.Præterea,& in crimine hæreſis, vt dixi ſuprà, hoc eodẽ libro.§.Hæreſis,verſicu.Habet etiam,& in crimine ſimoniæ,vt dixi ſuprà,hoc eod.lib.§.Simonia, verſicu.Item ſcias.

8 Item ſcias,ꝙ quando præſumptio eſt poſita à lege,tunc poteſt ex ea ſequi condemnatio capitalis. Et ita tenent omnes,vt dicit Boſ.in tit.de conuictis nu.29.ponens exemplum in ea præſumptione, de qua habetur in l.ſi qui,C.de adulter.

QVÆSTIO XXI.

1 *Fama an ſit ſufficiens indicium ad inquirendum, & ad torturam?*
2 *Teſtis vnus an faciat indicium ad torturam?*
3 *Et quid ſi non viderit,ſed audiuerit, & dicat cognouiſſe ad vocem?*
4 *Dictum,ſeu depoſitio ſocij criminis an faciat indicium ad inquirendum?*
5 *Et an ad formandam inquiſitionem?*
6 *Et quid,ſi ſit etiam periurus?*
7 *Et an faciat indicium ad torturam?*
8 *Et quid in criminibus exceptis?*
9 *Et quid, ſi ſint plures ſocij criminis, qui contra alium deponant*
10 *Et an requiratur, quòd ſocius criminis deponat cum iuramento?*
11 *Et an quòd confirmet dictum ſuum in tormentis?*
12 *Mandatarij dictum an probat contra mandantem?*
13 *Quomodo ſit excipiendum contra ſocium criminis?*
14 *Aſſertio vulnerati an faciat indicium ad inquirendum?*
15 *Et an ad capturam?*
16 *Et an ad excuſandum à calumnia hæredem, qui accuſationem inſtituit?*
17 *Et an ad torturam?*
18 *Fuga an probet contra delinquentem?*
19 *Et quid,ſi opponatur vt delictum?*
20 *Et quid,ſi opponatur vt indicium?*
21 *Et an ſemiplenè probet in criminalibus?*
22 *Et an ſit ſufficiens indicium ad torturam?*
23 *Et quid ſi reus aufugiat poſt formatam inquiſitionem?*
24 *Et quid ſi reuertatur?*
25 *Et quid in fuga facta à carceribus?*
26 *Et quid,ſi non erat legitimè detentus?*
27 *Et an indebitè carceratus poſſit licitè aufugere?*
28 *Et quid,ſi ſtatim ad carceres reuertatur?*
29 *Et an fuga iudicis, qui non ſtetit in ſyndicatu per quinquaginta dies, faciat contra eum plenam probationem?*
30 *Et an inimicitia faciat indicium?*
31 *Et an confeſſio extraiudicialis?*
32 *Et an confeſſio facta coram iudice incompetenti?*
33 *Et quid, ſi illam deinde coram iudice competenti reuocauerit?*
34 *Et an confeſſio clerici facta coram iudice laico?*
35 *Et an confeſſio facta coram iudice non ſedente pro tribunali?*
36 *Et an confeſſio facta in tormentis, & deinde reuocata?*
37 *Et an minæ?*
38 *Et an pax facta cum offenſo?*
39 *Et an mendacium, inconſtantia, vacillatio, & trepidatio rei?*
40 *Et an, ſi viſus fuerit cum gladio ſanguinolento?*
41 *Et quid ſi res furata reperta ſit penes aliquem?*

DIctum eſt de indiciis in genere,nunc in ſpecie de aliquibus indiciis videamus.

1 Fama ſola,quæ fit contra aliquem,quòd maleficium cõmiſerit,eſt ſufficiens indicium ad inquirendum contra eum,vt dixi ſ.q.6. circa prin.ipſa autẽ fama abſq; aliis adminiculis non eſt ſufficiens indicium ad torturam.Et ita tenent cõmuniter Doctores,vt ait Marſil.conſ.3.nu.4. in fi. Hanc etiam dicit eſſe cõmunem concluſioné Iaſ.in reper. l. admonendi,nu.207.ff.de iureiu.quem refert Crauetta conſ.41.nu.6.& Blancus de indiciis, num.313.& Duénas regul.300.in prin.& Villalobos in ſua collecta cõmunium opi. in litera F. verb. fama ſola.& Foller.in Pract.crimin.fol.156.nume.28. Crottus in tracta.de teſtib.nu.147.Marſi.in l.de minore,§.plurimum,nu.30 ff.de quæſt.& ſing.97.fama ſola, quẽ refert Diaz regula 333.Carer.in pract.cri.fol.82.nume.111.quem refet Plottus in repet.l. ſi quãdo. nu. 891.Et quamuis in hoc articulo magna ſit controuerſia inter ſcribentes,& Io. And. ad Spec. in titu. de not.cri.§ Fama,in verbo,Veniens,circa fi.quem refert.Pariſ.Put.de ſynd.fol.446.c.11.nu.2. & Marſ. in d.§.plurimum,nu.30.& conſ.72.nu.16.atteſtatur contrarium de conſuetudine ſeruari, quòd ſcilicet fama ſola ſit ſufficiens indicium ad torturam,prout etiam ſe vidiſſe aliquando per aſſeſſores obſeruari dicit Gand.de malef.in titu. de quæſt. nume. 39. quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Fama publica,poſt nu.41. & Caranitta ſuper 41.ritu magnæ curiæ,nu.8.& Brunus de indiciis, fol.41.nu.32. Ego tamẽ ſemper ſecutus ſum cõmunem opin. & ab aliis etiã iuſtis iudicibus ſemper vidi obſeruari, vt niſi cum ea cõcurrat aliquod aliud adminiculũ nunquam ex fama ſola procedatur ad torturam, quam etiam credo tutiorem & veriorem. Fama enim in criminalibus non probat,neque etiam ſemiplenè,vt videtur ſentire gl.in c.veniẽs, el l.in verbo,illorum.de teſtibus, quã ait cõmuniter eſſe approbatam Berous in d.c.qualiter & quãdo, nu.78. de accuſa.Et hanc eſſe communem opi. atteſtatur Dec.in d.cap.veniens, nume. 25. prout illum refert Blanc.de indic.nu.313.Et dicit Saly.in d.l.ea quidẽ, nu.133.C.de accuſat.ꝙ ita ſe habet cõmunis practica,quem refert & ſequitur,atteſtans ita ſe habere cõmunem opi.Bertran.conſ.126. nu.11.lib.7.Et licet (vt dictum eſt ſuprà,q.proxima, verſ.Ad torturam) videatur ſufficere ad torquendum minus quã ſemiplena ꝓbatio,nihilominus cũ fama ſit indiciũ valde remotũ à delicto, ſit etiã indiciũ valdè fallax,vt quotidiè experiẽtia docet,crederé tutius facere iudicẽ,ſi nullo alio adminiculo concurrẽte, reum

reũ tormentis nõ ſubiiceret.Cæterũm ſi cum ipſa fama cõcurrãt aliqua alia adminicula,eo caſu vtique faceret indicium ad torturam. Et hoc omnes fatentur.vt dicit Gratus, in d.conſ.54.n.8.li.2.Poſſet etiam eſſe delictũ adeò difficilis probationis,vt ſola fama ſufficeret, vt quãdoq; etiam vidi ſeruari. Quomodo aũt fama probetur,dixi ſ. q.6.verſ.Illud tamen,& ſeq.Sed pone,ꝙ reus, contra quẽ eſt probata fama publica de aliquo maleficio,probet in ſuis defenſionib.ſe eſſe bonæ vocis,conditionis, & famæ. nũquid adhuc erit torquendus? dixi infrà q.60.verſ.Frequens etiam.Scias tamen,ꝙ hæc omnia procedunt in ſolà fama,quæ ſit contra aliquẽ in ſpecie de eo delicto, de quo agitur, ſed ſi eſſet mala fama in genere,quia ſcilicet ille eſſet homo diffamatus de aliis delictis,& ſic malæ vocis,conditionis,& famæ,tunc ex qualibet leui ſuſpicione attingente delictũ,de quo agitur ſolet reus tormẽtis ſubiici,modò illa fama ſit in eodem genere delicti. Nam ſemel malus, ſemper præſumitur malus,in eodem genere mali, c. ſemel malus,cum ibi nota.de regu.iur.in 6.Et hæc eſt communis regula,vt atteſtatur Blanc.in prac.crim.fol.vlt.caute.14. Cæterũ ſi delicta eſſent diſſimilia, nõ oriretur contra eum ex ea fama aliquod indiciũ,nam ad hoc,vt mala fama noceat reo,debet eſſe in eodem genere mali. Et ita dicunt omnes,vt ait.Pract.Caſoni,fol.16.nu. 5.Bene verum eſt quòd ſi talis ita diffamatus probaret,quòd per triennium proximum benè vixiſſet,& fuiſſet bonę vocis,cõuerſationis,& famę,illa mala fama contra eũ probata nihil ei noceret, ſed cenſeretur in totum purgata,ita dicit Sal.in l.ſi minorem,C.de in integ.reſt.min. Et dicit Gramma. ſuper c.Regni, fol.142.nu.7. quòd ita concludunt omnes.Quod nota, quia poſſet tibi facere magnũ honorẽ in practica.Vide in hoc propoſito ea,quæ dixi in d.verſ.Frequens etiam.

2 Vnus teſtis deponens de maleficio facit indiciũ contra reũ,hoc tamen intellige,vt procedat, quòad inquirendum,id eſt, quòad aſſumendas ſpecialiter cõtra eum informationes ſuper delicto.Sufficit enim vnicus teſtis etiã aliàs inhabilis, & minus idoneus. Et ita (iudicio meo) intelligi debet dictũ Bal.in l.ſeruos.C. de teſtib. quanuis aliqui illũ intelligãt,vt loquatur de inquiſitione generali.Et hoc appellat Bal.ibi indiciũ facti,qđ ſ.dirigit iudicẽ in viam perſcrutationis ad indagandũ, an ille talis q ab eo nominatur, ſit reus illius delicti: Et ſic ad inquirẽdũ ſpecialiter cõtra ipſum.Cæterũ ad hoc, vt teſtis faciat legitimũ indicium,quod Bal.ibi appellat indiciũ iuris,requiritur ꝙ ſit integer, & omni exceptione maior,id eſt,talis, contra quẽ nulla poſsit opponi Exceptio.Et hæc eſt cõis omniũ ſententia,vt dicit Rui.conſ.147.poſt n.2.lib.5.Et huiuſmòdi teſtis ſufficit etiã ad torturam,ſecundum cõmunem opi.de qua atteſtatur Rom. conſ.451.nu. 4.Viuius in li.commun.opi.fo.300.verſ.Teſtis vnicus.Plot.in repe.l.ſi quando,n.879.quã tamẽ intellige iuxta ea,quæ dixi infrà,q.proxima,circa prin. & verſ.Vnum tamen.Reperio tamen,ꝙ Prac.Caſoni,fol.12.n.4.dicit,ꝙ (ſecundũ opi.multorũ,)quãdo tractatur de inquirẽdo,ſiue torquendo, teſtes etiam non integri admittuntur.Et re vera multi iudices de facili ẽt ſuper dicto teſtis inhabilis, & minus idonei formant inquiſitiones, & quandoque etiam torquent,& malé faciunt, quia ſæpè vexant indebitè innocentes.

3 Sed quid ſi teſtis nõ viderit committi maleficiũ, ſed deponat ſe audiuiſſe,puta, de nocte Titiũ percutientem Caium,& dicat ſe eũ cognouiſſe ad vocẽ,nunquid faciet contra eum indicium ad torturam? Reſp.Bald.in l.ſi non ſpeciali,nu.1.C.de teſtã. loquendo per verbum, fortè,tenuit ꝙ ſic. Et dicit Cotta in memor.in verbo,Teſtis deponens,ꝙ hoc firmant Doctores vbiq;.Hoc tamẽ intellige,vt procedat,modò teſtis ita deponens habeat veriſimiliter adeò notam vocem, rei, vt decipi non poſsit, aliàs ſecùs, tale enim indicium vocis eſt multum fallax & periculoſum. Et ego multos cognoui ita propriè imitantes vocem aliorum,vt omnes etiã familiariſsimos,& domeſticos eorum facilè deciperent.Cæterũ teſtes,qui dicunt ſe vidiſſe, cùm eſſet de nocte,nec dicunt, ꝙ luna lucebat, vel quòd lumen erat accenſum,à ſeipſis naturaliter reprobantur,& nullã fidem faciunt.Et ita dicũt Doct. vt ait Boſ.in tit.de indic.nu.172.Dicit ét Io.Arn.dialogo 70.licet vera,ꝙ ab hac concluſione Doctorum nemo diſcrepat,quam etiam communem appellat Viuius in li.commu.opi.fol.255. verſ.Teſtis deponens.Videntur enim deponere ea,quæ ſecundum naturam eſſe non poſſunt,vt manifeſtè patet.

4 Dictum ſocij criminis facit indicium contra eũ, qui pro ſocio nominatur.Debes autem ſcire,ꝙ regulariter delinquens nõ poteſt interrogari de ſociis,tex.eſt in l.fi.C.de accu.& eſt cõmunis omniũ ſententia,vt dicit Io.de Amicis,conſ.27.n.1.prætet quã in nonnullis criminibus,in quibus propter eorum immanitatem permiſſum eſt,vt interrogetur. quæ quide dicũtur crimina excepta, & ea videre pores apud gl.in d.l.fi,quanuis Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et Semproniũ,nu.5.dicat,ꝙ illa gl.ſimpliciter non approbatur à Doct.quia multi etiam alij caſus tradũtur per Scribẽtes,præter illos,quos ipſa gl.enumerat,vt ibi per eũ.Bar.autẽ in l. repeti. §.1.ff.de quæſtion.diſtinguit,qđ aut agitur de delictis,quæ nõ committuntur principaliter in offenſam,vel odiũ alicuius,ſed in cõmodũ ipſius delinquentis,vt falſare monetam,furari &c.Et tunc poteſt delinquens de ſociis interrogari.Aut verò agitur de delictis quæ principaliter committuntur in odiũ,vel offenſam alterius,vt eſt homicidiũ,adulteriũ &c.Et tunc non poteſt delinquens,licet contra ſe confeſſus,de ſociis interrogari.Et dicit Aug. ad Ange.de malef.in verbo,Fama publica,poſt n. 105.ꝙ hodiè aſſeſſores communiter videntur obſeruare hanc doctrinam Bar. Si tamen interrogetur,facit indiciũ,nõ quidem ad torturam,ſed ad inquirendũ. Et hanc dicit eſſe communem cõcluſionẽ Publ.ſuper conſue.Aluer.fol.25.num.3.Alia fuit opi.Sal.in d.l.fi.qui more ſuo ſatis prolixè diſtinguit,& inter cætera cõcludit,ꝙ in iis criminib.quę regulariter nõ ſolent cõmitti ſine ſociis,poteſt delinquens de ſociis interrogari.Et hanc appellat cõmunem opi.Ant.Gomeſ.c.12.delictorũ.nu.16.in fi. & dicit Boſ.in ti.de indi.n.145.ꝙ illæ conſideratio nes Sal.ſeruãtur in practica.Alij verò dicũt,quòd, quicquid ſit de iure,hodiè ex cõſuetudine interrogãtur rei in omni caſu:& de hac conſuetudine atteſtatur Gãd.& Iac.de Beluiſ.prout illos refert Blãc. de indiciis.nu.374.& Fulg.conſ.173.nu.2.qui ſubdit illud intelligendum eſſe in eo, qui eſt malæ famæ, prout eſt quæſtio propoſita per Gand.in loco præalleg.Refert etiam Pariſ.Put. de ſynd. fol. 460.c.4. poſt nu.1.& fol.480.poſt nu.1.Pract.Caſoni,fol.85. nu.6.& fol. 86.n.3.Sed certè hæc cõſuetudo in hoc dominio nõ ſeruatur,niſi in furibus,fraudatoribus

talis vel bladorũ,assassinis & latronibus,qui in iis publicis grassantur,in cæteris autem semper vidi seruari ius cõmune.Et ideò laudabile esset,iudicio meo,adhærere iuri communi,vbi in specie non vigeret talis cõsuetudo.Vnus tamẽ est casus, in quo semper reus interrogatur,& torquetur super mandante, quando scilicet apparet, ꝙ illud delictum commisit non sua causa,puta,quia nihil ad eũ pertinebat,tunc enim quia tenetur pro certo,ꝙ fecit ad alterius instantiam,solet torqueri super mãdante.Et ita seruari attestatur Boss.in tit. præallegato, de indic.post n.156.vers.Primò considero. Et licet ipse post Salyc.loquatur in persona vili,ego tamen illud vidi in omnibus indistinctè obseruari.

§ Retenta igitur communi conclusione, & dispositione iuris cõmunis,scilicet quòd delinquens nõ sit super sociis interrogandus, nisi in criminibus exceptis,secundum ius commune,vel consuetudinem loci,in quo proceditur,videamus quod indicium faciat dictũ ipsius delinquentis contra sociũ ab eo nominatũ.Et ꝓ resolutione dico,quòd aut quærit an dictũ socij criminis sufficiat ad inquirendum,id est,ad assumẽdũ alias informationes contra eum,qui ab ipso nominatur.Et in hoc Roma. in l.& si certus,in prin.ff.ad Sylle.dicit,quòd communiter concluditur, quòd sufficiat ad fundandã inquisitionẽ.quem refert,& sequitur Aug.ad Ang. de malef.in verbo,Fama publica,nu.31.& Grammã.cons.21.nu.10.& cons.67.in fin.& Io.de Amicis cons.27.nu.5.& Nouel.in pract.cri.fol.64.nu.19.Et quòd sufficiat ad inchoandã inquisitionẽ dicit cõmuniter ita intelligere Docto. Io. de Amicis,in d. cons.27.nu.3.Et hæc cõclusio intelligenda est,vt ꝓcedat,siue talis delinquens illũ sociũ nominauerit ad interrogationem iudicis,ipsum in genere interrogãtis,an in maleficio cõmittendo aliquis alius interuenerit,siue etiã illũ sponte sua nominauerit, dũ contrà se examinaretur,puta, quia postquam confessus est se Titiũ occidisse,index iubeat illum narrare,quomodo occiderit,& ipse dicat,ꝙ tali die ipse,& Petrus,tali,& tali modo illũ occiderũt,&c. nam vtroq; casu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendũ,& assumẽdũ alias informationes contra Petrũ nominatũ,etiã si prius contra ipsum nihil aliud esset in processu: neq; puto faciendam esse aliquam differẽtiã,an simus in criminibus exceptis,vel non:nam etiam in criminibus non exceptis credo,ꝙ faciat indicium ad inquirendum.Et ita loquendo etiam in criminib.nõ exceptis dicit tenere communiter Doct.Blanc. de indic. nu.389. quẽ refert Villalob.in sua collecta commun.opi.in litera C.nu.203.Et licet Ruin.cons.147.nu.1.in fin. lib.5.dicat communem opi.esse,ꝙ in casib.non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendum, neq; ad procedendum,siue id sponte dixerit, siue ad interrogationẽ iudicis,quem refert,& sequitur Rolan.cons.73.n.2.li.1.ego tamen credo contrariã opi.esse magis communẽ,& illam semper vidi de consuetudine obseruari.hoc enim casu dictũ istius socij non est tanquã dictum testis, sed tanquã denũciatoris,vel notificantis,qui tantummodo aperit viam iudici,ad inquirẽdũ,prout faceret quicũq; alius notificator, seu denunciator, etiam infamis,& vilis,iuxta ea,quæ dixi suprà,q.7.vers.Quæro igitur,& seu quilibet alius testis etiam nõ idoneus,iuxta ea,quæ dixi ꝫ,vers.Vnus testis.Et opin. Rui.posset procedere in casu suo, scilicet ad formãdam inquisitionem,de quo dixi ꝫ.vers. Si verò quæris.Debent tamen iudices,quantum possibile est,cauere ne reos interrogent super sociis,nisi in casibus,in quibus id sibi est à iure vel à cõsuetudine permissum, præcipuè verò in aliquib.casib.etiã permissis reos interrogẽt in specie aliqua certa ꝑsona,nisi contra eã adsit aliquod indiciũ sufficiẽs ad inquirendũ specialiter contra ipsam,siue simus in criminib.exceptis, siue non,id enim potius est officium suggerentis,quàm interrogãtis, debẽtq; ab eo iudices omninò abstinere,ne proprias animas perdant,& alios indebitè vexent.Et hoc casu crederem,ꝙ totus processus,qui deinde fieret cõtra aliquem ita suggerendo à iudice nominatum, non præcedentibus aliquibus indiciis,esset ipso iure nullus,& ꝓximis mensib. in facti contingentia, ita iudicatũ fuit per magistrat.& grauiter reprehẽsus quidã prætor à nobis delegatus,qui delinquẽtem,ita suggerendo,contrà alium interrogauerat.

Si verò quæris, an dictũ socij criminis sufficiat, non modo ad fundãdã,vel inchoandã inquisitionẽ,vt suprà dictum est,sed etiam ad formandam, & transmittendã inquisitionem,seu libellum criminalem cõtra socium,nominatum, ita vt teneatur personaliter cõparere, & defensiones suas facere. Aliqui tenent, ꝙ sufficit, & dicit Boss.in ti.de inquis.nu.44.& clarius in ti.de indi.nu.182. quod ita seruatur,in quibus locis,loquitur etiam in casibus non exceptis.Et allegat in hoc proposito decis. Rom.quam ego superius retuli,vers.Retenta igitur.Tu dic,ꝙ imò in casibus non exceptis, nõ est sufficiens indiciũ ad formãdã inquisitionẽ. Et hãc dicit esse cõem Doctorum sententiam Dec.consil. 189.nu.9.quẽ refert Prac.Conradi.fol.155.in prin. Et Viuius in lib.cõium opi.fol.263.vers.In testẽ nõ admittitur.Rol. cons.16.nu.7.lib.1.Sed in exceptis vtiq; est sufficiens,secũdũ Rolan.in eo.cons.16.nu. 2.qui dicit,quòd hæc est recepta Doctorũ sententia,ꝙ sufficiat ad inquisitionem, non tamen clarè explicat,an simpliciter ad inquirendum,an autem etiam ad transmittendam inquisitionem, sed ego ita semper vidi seruari.

6 Scias tamen,ꝙ hęc cõclusio, ꝙ dictum socij criminis sufficiat ad inquirendum, locum nõ habet, quando talis socius criminis, vltra illud crimẽ, esset etiã periurus. nam eo casu neq; etiam facit indicium ad inquirendum. Et hæc est indubitata iuris conclusio,vt dicit Rol.cons.73.nu.18.li.1.quod quidem ego intelligo,vt procedat quò ad trãsmittendam inquisitionem,sed quò ad assumendas informationes certè sufficeret,quinimò ad formandam inquisitionem & plerunque etiam ad torturam,consuetudo obseruat,ꝙ sufficiat. Vide quæ dixi suprà hoc eo.lib.§.Falsum.vers.Subornans.

7 Successiuè quæro,nunquid huiusmodi nominatio facta per socium criminis faciat indicium ad torturam? Resp. Si loquamur in criminib. non exceptis,in quibus nõ potest delinquẽs de consociis interrogari, res de iure nullam habet difficultatẽ talis enim nominatio nullum facit indicium nisi ad inquirendũ,vt dixi suprà,vers.Si verò quæris.Et ita tenent communiter Doct.vt dicit Prac.Carer. fol.95.nu.122.Sed quicquid sit de iure, dicit Gand. de malef.in tit.de quæstio. nu.28.quòd de consuetudine vidit torqueri.Idem etiam ferè per eadem verba dicunt Iac.de Belui.in Pract.crimin.in ti.de quæst.lib.co.11.vers.Iuxta hoc quæritur,& Guid.de Suz.in tract.de indiciis,& tortura,nu.55.& Bald.in tract.de q.fol.255.nu.4.in fin.

7 Sed

8 Sed quid in criminibus exceptis? Respond. ꝙ ad huc talis nominatio (alia præsumptione non concurrente) non est sufficiens indicium ad torturam.Et est communis opi.vt dicit Boer.decis.319. nu.1.quem refert Rolan.in d.cons.16.nu.17.Grammat.voto 6.nu.7.quem refert Villalob.in sua collecta communium opin.in litera C.nu.152. Rolan.in d.consil. 73.numer. 20.Et dicit Afflict.super prima parte constitu.regni,Rubr.27.numer.34.quòd vidit per multos sapientes sic fuisse decisum in facti contingentia,in crimine læsæ Maiest.Et illum refert Pract.Carer.fol.320.nu. 101.in fin.Bene facit hæc nominatio contra nominatum aliqualem præsumptionem,vt ferè omnes fatentur.Et dicit esse communem opin.Boer.in d.decis.319.num.4.quæ quidem aliqualis præsumptio habet tantam vim, quòd concurrente aliqua alia suspicione potest reus tormentis subiici,ita concludit Sal.in l.fin.circa fin.vers. Sed ego respondeo. C.de accus.Et dicit Boss.in tit.de indi.num.149. quòd illud dictum Salyc. quotidiè practicatur, & Doctores illud sequuntur.Et ita sæpius vidi seruari.

9 Sed pone,quòd non vnus tantum, sed duo Socij criminis contra aliquem deponant, nunquid iste dicetur conuictus, ita vt possit contra eum sequi condemnatio? Resp.ꝙ non,sed bene faciunt contra eum indicium ad torturam.Et ita in facti contingentia seruauit curia Burdegal. in quodam notario,contra quem deposuerant duo testes,qui asserebant se ab eo corruptos fuisse, vt refert Boer. in alleg.decis.319.vbi etiam nu.17.attestatur idem seruatum fuisse in quodam alio imputato de homicidio,contra quem deposuerant tres testes socij criminis,& tamen solummodo fuit tormentis subiectus.Et idem etiam seruari per curiam Parisi. attestatur Papo,lib.22.titu.13.Arresto 2.& 3.Et nota,ꝙ hoc casu tales testes faciunt indicium ad torturam,etiam quòd sint singulares.Et ita seruari attestatur Boss.in tit.præalleg.de indi. nu. 159. Idem etiam seruari in Regno Neap.vt scilicet faciant indicium ad torturam, attestatur Grammat.super c. Regni,fol.120.col.1.in fin.

10 Quæro,nunquid ad hoc,vt dictum socij criminis faciat indicium, requiratur, quòd illud deponat cum iuramento? Respon.Marsi.in prac.crim.§.diligenter,nu.62.tenet,ꝙ sic,& narrat se propterea liberasse quẽdam furem.& dicit quòd in hoc totus mundus errat.Et iudicio meo verum dicit,quia licet quòd ad se ipsum sit reus,tamen dum deponit contra alium,fungitur vice testis,meritò nõ est ei adhibẽda fides,nisi cum iuramento,vt dixi suprà, lib.2.§.Testis.Et ita semper vidi seruari, quicquid dicat Blanc.de indi.nu.384.Sed intellige,quòd sufficiat, quandocunque interueniat iuramentum, scilicet siue antequam ponatur ad torturam, siue etiam si iuret præsente ipso,contra quem deposuit,prout seruatur in confrontatione, teste Boer. in alleg.319.post nu.4.

11 Scias etiam,quòd dictum socij criminis,ad hoc, vt fidem faciat,requiritur quòd fuerit confirmatũ in tormentis:cum enim ex proprio delicto effectus sit infamis,non debet admitti in testem sine tortura,iuxta ea quæ dixi infrà, q. 25.circa princ.& ita apud nos seruatur, licet Chass. super cons.Burg. fol.44.post nu.14.dicat,ꝙ sæpè hoc allegauit in curia,sed non voluit ad illud attendere. Dicit etiam Simancas de hæres.c.62.num.6.ꝙ iudiciorum vsus illud non admittit.Ego puto nostram consuetudinem esse magis iuridicam,tu tamen obserua,quod ibi seruatur,vbi ius dicis.

12 Et ex hac conclusione infertur,ꝙ solum dictum mandatarij non facit indicium ad torturam contra mandantem,nisi alia concurrant. Et est communis opi.vt dicit Paris.Put.de syndicatu,in verbo Tortura,el 3.prout illum refert Nouel.in pract.cri. fol.66.nu.31.& seq.licet ego eum in eo loco id dicentem in lib.meo non inueniam.Et ita in facti cõtingentia consuluit Sign.cons.209.Reperio tamen quòd Bal.cons.429.lib.3.distinguit, quòd aut talis mandatarius non suscepit mandatum,& facit indicium ad torturam, aut verò suscepit, & non facit sufficiens indicium ad torturam.Et dicit Boss.in tit. de indic.nu. 154.quòd ita obseruatur. Mihi placet cõmunis opin.vt nullo casu faciat indiciũ ad torturam,nisi aliqua alia præsumptio,vel saltem suspicio concurrat contra eum,qui nominatur pro mandãte:aliàs esset in facultate cuiuslibet scelesti facere quòd quilibet vir probus subiiceretur tormentis: quod esset impium,& absurdum.Et ita semper seruari vidi, ita tamen vt in criminib. exceptis leuiores suspiciones sufficiant,quam in non exceptis.

13 In hoc autem proposito aduerte tu,qui vis excipere contra socium criminis,vt non dicas, excipio contra te,quia es socius criminis, ne videaris fateri delictum,sed dicas excipio contra te,quia tu hoc delictum commisisti.Et ita consuluit Vbert.de Bobio.Vel si est tale delictum,quod sine socio committi non possit,vt sodomia, vel huiusmodi dicas excipio contra te,quia facis te socium criminis,& ideò nihil probas,quod est iudicio meo tutius.

14 Assertio vulnerati dicentis se ab aliquo fuisse vulneratum,an faciat indicium contra eum, puto esse distinguendum,nam si quidem vulneratus conualuerit,res non habet difficultatem, quia tale dictũ habetur loco denunciationis,siue querelæ. Et ideò nisi aliqua concurrunt indicia,non potest super eo de iure procedi, nisi ad inquirendum, id est, assumendas informationes contra eum, qui ab offenso nominatur, non autem ad transmittendam illi inquisitionem,siue citationem:licet multi de facto contrarium obseruent, quos appellat iudices imperitos Ang.de malefi.in verbo,Qui iudex ad probationem,nu.9.de quo dixi suprà,q.7. versi.Dixi suprà.Si verò vulneratus moriatur,& vsque ad mortem in tali dicto perseueret,de iure loquendo non facit indicium.Et ita tenet gl.in l.mater, in gl.1.C. de calumn.quam dicit esse communiter receptam Villapand. super l.22.c.61.post nu.8. nihilominus quicquid sit de iure,certè de consuetudine practicatur,quòd sit sufficiens indicium ad inquirẽdum. Et ita seruat communis stylus, & obseruantia Italiæ,vt dicit Igneus in l.Caius Seius,nu.13.ff.ad Sylle.Et quamuis contrariam sententiam,s.quòd neq; etiam sufficiat ad inquirendum, videatur cõmunẽ asserere Plot.in tabula repe.l.si quando.C.vnde vi. in verbo,Indicium ad inquisitionem, prout illum refert Prac[illegible]di,fol.256.vers.Decimo adde, li[illegible]a.&u. hoc explicitè non dicat, ex quo tamen longo vsu obtentum est vt sufficiat,non putarem ab ea esse in practica recedendum:† Est enim tale dictum vulnerati morientis sufficiens ad capturam,secundum communem opin. vt attestatur Gomes.c.13.delictor.nu.16.prout illum refert Placa lib.1.delict.c.13.nu.15.subdens, quòd ita passim vi-
16 demus in practica seruari.† Est etiam sufficiens ad excusandum à calumnia, & temeritate hæredem

mortui, qui motus est ad accusandum eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriente, secundum gl. in d.l. mater, in gl. 1. C. de calumn. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Bertrand. cons. 137. nu. 10. lib. 2. in 1. parte. Ad condemnationem verò non est sufficiens, nam talis assertio vulnerati morientis non probat plenè delictum, & ideò non sufficit ad condemnandum, & est communis opin.

17 vt dicit Placa in loco præalleg. † Sed nunquid facit saltem indicium ad torturam? Respond. Ang. in d.l. si quis in graui, §. si quis moriens, post nu. 1. ff. ad Syllen. tenuit, quòd sic, sed eius opin. communiter non tenetur, vt dicit Grammat. cons. 57. nu. 13. & 14. Et ita contra Ang. esse communem opi. attestatur Placa in loco præallegato, Pract. Conradi, fol. 297. vers. Trigesimum septimum est indicium. Dicit etiã Chas. cons. 58. post nu. 28. quòd ita tenent omnes. Ita etiam de stylo seruari, vt scilicet talis assertio ad torturam non sufficiat, attestatur Mantua consil. 118. in fine, libro secundo, subdens, quòd minimè mutanda sunt, &c.

a 18 Fuga delinquentis a contra eum facit indicium,
a sed ad hoc, vt habeas in materia fugæ perfectam doctrinam, debes scire, q̃ fuga tribus modis oppo-
19 nitur contra fugientem. † Primò vt crimen, puta, quando miles in bello aufugit, & signa deseruit. Et hoc casu probata ipsa fuga, dicitur probatum crimen, neque aliud requiritur, adhoc vt reus possit ex ipsa fuga condemnari. Et ita tenent omnes,
20 vt dicit Bru. de ind. fol. 26. nume. 7. Secundò † opponitur fuga tanquam indicium, quando dicitur reum commisso aliquo delicto aufugisse, & à loco ipso delicti se absentem fecisse. Et hoc casu: Aut est tale crimen, ad cuius probationem sufficiat sola suspicio, puta, in tutore. l. impuberi. in fin. ff. de susp. tut. Et tunc sola fuga facit delinquentem suspectũ, ad hoc etiam vt possit ex ea sola sequi condemnatio. vt ibi. Et in hoc etiam concordant omnes vt dicit Brun. in loco præal. Aut verò est tale crimen, ad cuius probationem suspiciones non sufficiant, sed plena probatio requiratur: Et in hoc casu licet aliquando magna fuerit inter DD. altercatio, an fuga delinquentis faciat contra eum plenam proba-
21 tionem † vel semiplenã: & aliqui tenuerint, quòd solummodo faciat contra eum vnam probationẽ satis magnam, quam opin. dixit esse communem Romanus in dicta l. admonendi, nu. 70. & Cur. Sen. nu. 130. & Cato Saccus, nu. 78. tamen magis cõmunis opin. est, quòd fuga probet semiplenè illud crimen, ad quod probandum plena probatio requiritur. Et hanc esse communem opin. attestatur
22 Ripa in d.l. admonendi, nu. 168. † Et ideò facit contra eum sufficiens indicium ad torturam. ita tenuit Dyn. in d.l. diuus, ff. de custod. reor. & est cõmunis opin. vt attestatur Ias. in d. l. admonẽdi, in repet. nu. 158. quem refert Duennas regula 390. in prin. & Blanc. de ind. nu. 278. & Gomez Arias super lege 74. Tauri. nu. 18. Et dicit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de præsump. §. 1. sub. nu. 3. quòd hæc opi. Dyn. de cõsuetudine obseruatur, prout illum refert Vivi. & alios in locis præallegatis. Et ideò quamuis multi teneant contrariam opi. quòd scilicet fuga non sit sufficiens indicium ad torturam, adeò vt Cur. Iun. in d.l. admonendi, nu. 49. & seq. dixerit illam esse magis cõmunem, non tamen putarem ab opinion. Dyn. aliquo modo esse in practica recedendum. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat in ea fuga, quæ fit ante formatã inquisitionem, vel assumptas informationes, talis enim fuga verè arguit cõscientiam delicti commissi. Et hæc est cõmunis opi. vt dicit Boss. in titu. de indiciis, num. 49. Cæterùm si quis fugiat post transmissam inquisitionem, vel in-
23 formationes assumptas per officium, † talis fuga non est sufficiens ad torturam. Et est cõmunis opi. vt dicit Blan. de ind. 281. prout illum refert Villalo. in sua collecta communiũ opin. in litera F. nu. 175. Ripa in d.l. admonendi, nu. 168. prout illum refert Simanc. de hæret. c. 63. nu. 19. Ant. Gomes. super lege 76. Tauri. post nu. 12. Don. Ant. de Padilla in l. transigere, nu. 3. C. de transac. Hoc tamen locum habet solũmodo in causis capitalibus: nam in non capitalib. si cum fuga concurrat fama publica, semper facit indicium ad torturam, siue sit ante, siue post accusationem. In capitalibus autem, quando sumus post accusationem, nunquam facit indiciũ ad torturam. Et hæc est magis cõmunis opi. vt attestatur Io. de Amicis, cons. 37. nu. 5. & consi. 131. nu. 3.
24 Scias etiam, quòd quando ille, qui aufugit, † postea citatus sponte comparet, tunc fuga præcedens, nullum contra eum facit indicium, neque etiam leue, secundum Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. 1. ff. de ædil. edict. quem omnes sequuntur, vt dicit Ioan. de Amicis, cons. 7. nu. 19. subdens, quòd in hoc profecto nemo dubitat. Hanc etiam dicit esse cõmunẽ opi. idem Io. de Amicis, consil. 85. nu. 8.

25 Tertiò autem modò opponitur fuga delinquentis tanquam confessio, puta, quia reus è carceribus aufugerit, videtur enim fateri delictum, de quo imputabatur, & ideò facit plenam probationem contra eum. Et ita cõmuniter tenetur, vt dicit Ripa in d.l. admonendi, nu. 170. Cato Saccus in ea l. admonendi, nu. 81. quem refert Duennas reg. 389. in 2. limita. licet loquatur in fugiente effractis carceribus. Talis enim, qui ex carceribus aufugit, habetur pro confesso, & conuicto de eo crimine, de quo est imputatus, vt est text. in l. in eos, ff. de custo. reorum. secundum cõmunem Doct. sententiam, vt attestatur Boer. decis. 215. nu. 9. quamuis fortè ille tex. hoc non probet. Hunc etiam fatetur esse communẽ intellectum illius legis, quamuis illum non sequatur Ant. Gomes. c. 9. delict. nu. 11. Et ideò potest de iuris rigore in pœnam ordinariam condemnari, licet senatus hoc non obseruet, nisi contra contumaces: nam si quis post fugam captus sit, vel sponte reuertatur, non solet propter solam fugam è carceribus factam, illum condemnare, sed tantum grauius torquere, prout etiam obseruauit in facti contingentia curia Neapo. vt refert Gramma. voto 37. Quinimò secundum aliquos illa lex non habet locum, nisi in eo, qui aufugit fracto carcere, & ruptis ferris & cippis cum conspiratione. Et dicit Pract. Carer. fol. 88. in fine, quòd ita illam legem intelligunt Docto. Scias autem, quòd hæc conclusio, quòd fuga è carcerib. faciat contra reum plenam probationem delicti, intelligenda est, vt procedat, quando talis carce-

ADDITIO.

a Fuga. Delinquentis. Adde quòd fuga rei cum fama adiuncta, facit indicium ad torturam, nec vnum sine altero sufficeret. Ita M. Anton. Blanc. in l. fi. nu. 279. ff. de quæstio. Ex fuga tamẽ non potest regulariter fieri condẽnatio, vt per Bened. de foro Sempron. in repertor. Felin. in verb. fuga. vbi de fuga, vide latissimè. Adde Felin. in c. nullus. de præsumpt.

carceratus fuit legitimè detentus. Talis enim iustè carceratus, non potest licitè aufugere quinimò si fuerit relaxatus cum promissione de redeundo, tenetur promissionem seruare, & ad carceres redire. Et est communis opinio, vt attestatur Andreas de Beset. in repetitione l. 1. post numerum 56. C. de
26 sacrosanctis Ecclesiis. † Sed quando fuit indebitè & iuris ordine non seruato, carceratus, tunc propter talem fugam, etiam cum fractione carceris non punitur, neque habetur pro confesso. Et hanc dicit esse communem Theoricam D D. Roland.
27 cons. 7. nu. 47 lib. 1. Potest † enim licitè talis carceratus indebitè detentus aufugere. Et ita communiter receptum esse ait Didac. lib. 1. resolut. c. 2. nu. 11. quem refert Duennas reg. 393. in 4. limita. neq; tenetur redire ad carceres, etiam si iurasset se rediturum, secundum gl. in cle. pastor. in verbo, Per violentiam, de re iud. quam dicit esse ab omnibus receptam Dida. in d.c. 2. post nu. 7. Placa lib. 1. delicto. c. 23. nu. 6. subdens, q̃ Doct. etiam communiter addunt, q̃ reus qui verisimiliter est iniustè dãnandus, tenetur fugam arripere, si potest, &c. vt ibi per eum. Itẽ intelligenda est hæc conclusio, vt procedat in eo, qui aufugit ex carceribus publicis: secus autem si quis aufugiat de carcere priuato. Et hæc est communis opi. vt dicit Boer. in .d. decis. 215. nu. 13. prout illum refert Vivius lib. 1. commu. opin. in verbo, Fugiens à carcere. Scias etiam quòd si carcerati aufugiant nulla facta violẽtia, puta, quia inuenerint portam apertam negligentia cõmentariensis malè carceres custodientis, non debent capite puniri. Et hoc se pluries de facto vidisse attestatur Ang. in l. 1. ff. de effract. Item scias quòd si carcerati non aufugerint, sed tantummodo tentauerint fractis carcerib. aufũgere, Senatus non solet ex ea causa aliquid graue contra eos decernere, propter attentatam fugam vel fracturam. Et ita obseruatum fuit in carceratis Laudæ 10. Decemb. 1543. P. N. Benè solet quandoque eos publicè torqueri facere. Et ita seruari vidi in duobus, qui carcerem fregerant, vt aufugerent. 16. Iul. 1558. P. N.
28 Scias † etiam, q̃ si talis fugiens è carceribus, statim ad ipsos carceres reuertatur, non est tanquam fugitiuus, vel fractor carceris puniendus. Et est cõmunis opinio vt dicit Boerius in allegata decisione 215. nume. 18. & 19.

29 Præterea etiam potest poni exemplum in iudice, qui post finitum officium non stetit per quinquaginta dies in loco efficij, nam eo casu habetur pro confesso, & conuicto omnium, de quibus est querelatus, vt colligitur ex text. in l. consiliarios, C. de assessor. secundũ cõmunem doctorum opi. vt attestatur Igneus in l. leg. Cornelia. nu. 65. ff. ad Syl le. & Viuius in loco præallegato circa fi. quitamen text. hoc non probat. Et ideò tenendum est quòd talis fuga officialis solummodo operatur, vt per querelantes possit contra eum iurari in litem, & iudicio meo in hanc sententiam videntur inclinare communiter Doctores.

30 Inimicitia a vigens inter offensum, & eũ qui est
a de delicto suspectus, si quidẽ orta est ex causa leui, nõ facit indiciũ, si verò ex graui & capitali, tunc ex ea resultat indicium etiã ad torturã. Et dicit Nouell. in pract. crim. fol. 60. nu. 3. quòd cum ista opinione pertranseunt ferè omnes Doctores. Et q̃ ex inimicitia leui non oriatur indicium, dicit esse communem opin. Plottus in repet. l. si quando, nu. 880. in fi. C. vnde vi. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, statur arbitrio iudicis, vt dixi infrà q. 24. vers. Item quæro. Tu verò dic, quòd aut quæritur, an inimicitia faciat indicium ad formandam inquisitionem, & placet distinctio superius relata, vt scilicet non sufficiat inimicitia, nisi ex causa graui, & capitali. nam, vt videtur sentire Blanc. de indic. nume. 175. omnes DD. indifferenter tenent quòd grauius inimicitia sufficiat ad inquirendum. quòd ego intelligo non modo ad assumendas informationes specialiter contra eum super delicto, sed etiam ad formandam siue transmittendam cõtra reum inquisitionem. Aut verò quæritur, an faciat indicium ad torturam, & dic, q̃ sola inimicitia non facit sufficiens indicium ad torturam. Et hanc dicit esse communem opi. Ant. Gomes. c. 13. delic. nu. 11. Et hoc non modo si sit leuis inimicitia, sed etiam si sit capitalis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Gram. cons. crim. 3. nu. 17. Carer. in prac. crim. fol. 90. nu. 118. Hanc etiam opin. q̃ indicium inimicitiæ (vti remotum à facto) non sufficiat ad tortu ram, dicit magis communiter teneri Grammat. voto 30. nu. 29. & voto 34. num. 7. Plottus in repet. d.l. si quando, nume. 880. Et ita practicatur, vt dicit Boss. in tit. de indic. num. 47. Benè verum est, quòd si agatur tantummodo de captura, vel de inquirẽdo, id est, procedendo ad assumendas informationes tunc poterit iudex arbitrari, quod faciat sufficiens indicium inspecta qualitate personarum, & delicti. Ego tamen quandoque vidi, etiam quò ad torturam idem seruari, quãdo delictum fuit clam commissum, & nullus alius imputatur, quia scilicet iis concurrentibus vidi aliquos propter solam inimicitiam suspectos torqueri.

31 Confessio extraiudicialis facit contra confiten tem sufficiens indicium ad torturam, Ita tenet gl. in l. capite quinto. in gl. fi. ff. de adul. quæ in hoc ab omnibus approbatur vt dicit Marsi. sing. 310. credo te scire. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Felin. in c. olim, nu. 5. de rescrip. Dec. in c. at si clerici. post n. 17. vers. Alia opi. principalis de iud. prout illum refert Pub. super cons. Aluer. fol. 20. num. 6. vbi etiam dicit, q̃ omnes hoc fatentur, Ferrat. caut. 27. circa princ. Alciat. in cap. cùm non ab homine, nu. 98. de iudic. quem refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera C. nu. 135. Blancus de ind. num. 204. Et licet aliqui ex præallegatis Doctoribus teneant, quòd possit talis confessio hoc casu reuocari, etiam ad hoc vt euitetur tortura, licet non deceatur de errore, hoc certè iudicio nullo modo est tenendum, nam si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus cõmuni conclusioni, propter hoc enim deuenitur ad torturam, quia reuocatur confessio, quia si reus non reuocaret, non esset opus tortura. Tene igitur, q̃ nisi probetur error, semper talis confessio faciet indicium

ADDITIO.

a Inimicitia. Adde Specul. tit. de præsumpt. §. 1. vers. & idem est si aliquis. vbi tenet inimicitiam capitalẽ esse indiciũ sufficiẽs ad torturã. idem tenet Bart. in l. fi. vers. possumus ẽt ponere casũ. ff. de quæstio. Ang. in l. fi. C. eo. Rom. in l. j. §. hoc scriptũ. ff. ad Silleian. Fel. in c. afferte. de præsũ. Contrariũ tamẽ tenet Aug. Arimin. in addit. ad Ang. de malefic. in verb. fama publica. vbi concludit indiciũ inimicitiæ non concurrentibus aliis coniecturis, non sufficere ad torturam.

dicium ad torturam. Et ita semper vidi obseruari.

32 Sed hic quæro, an confessio facta coram iudice incompetenti faciat indicium ad torturam? Resp. quòd sic, & est communis opi. vt dicit Imola in ca. at si clerici, nu. 7. de iudic. quem refert Bolog. cons. 8. col. fi. & Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Nec nó ad denunciationem, post nu. 22. & in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum, sub nu. 14. relatus, & ipse per Prac. Conradi, fol. 282. num. 10. vbi etiã dicit Abbatem, cons. 25. lib. 1. attestari contrariam opi. esse magis communem, quem tamen in libro meo hoc attestantem non reperio. Hanc etiam cõclusionem dicit esse communem Alexan. in l. Magistratibus, nu. 6. ff. de iurisd. omnium iudic. quem refert Dec. in ea. l. Magistratibus, n. 8. & Ruin. cons. 80. nume. 2, lib. 4. Soc. in d. l. Magistratibus, prout illum refert Blancus de ind. nu. 219. Felin. in d. c. at si clerici in princ. nu. 15. in fin. Dec. in d. c. at si clerici, post n. 17. Boer. decis. 90. post nu. 9. vbi in fine dicit, quòd ita seruatur, & quòd ita iudicatum fuit. Iafred. decisio. 104. quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Confessio facta coram. Menchiaca libro 3. de testam. §. 23. nu. 32.

33 Sed quid si reus, qui confessus est delictum corã iudice incompetenti, deinde postquam fuit constitutus coram suo iudice competenti, confessionem illam reuocauerit, nunquid nihilominus faciet contra eum indicium ad torturam? Respon. Bald. in l. vnica, n. 96. C. de confes. tenuit, quòd nó: sed contrarium in practica seruatur, vt dicit Boer. in d. deci. 90. in vltimis verbis. Nam de facili quilibet reus talem confessionem reuocaret, & fieret fraus iustitiæ. Benè verum est, q̃ si reus reuocando huiusmodi confessionem doceret de errore, crederem talem reuocationem ei prodesse debere, idemque si doceret talem confessionem non spõte, sed metu tormentorum emanasse coram illo iudice, qui erat incompetens, vt suprà dixi.

34. Hanc tamen conclusionem aliqui restringunt, vt p̃cedat, modo iudex, corã quo facta est talis cõfessio, non sit prorsus incompetens, sed quòd eius iurisdictio sit aliquo respectu p̃rogabilis, secus aũt si esset prorsus incompetens, nam eo casu (secundum eos) talis confessio non operatur, neque ad condemnationem, neqne ad torturam. Et dicit Folier. in pract. cri. fol. 270. nu. 1. quòd omnes Doct. in hoc videntur concurrere. Sed certè (iudicio meo) hæc distinctio nullo modo est tenenda si enim confessio prorsus extraiudicialis facit indicium ad torturam, vt suprà dixi, eadem ratione, & multò magis idem dicendum esse videtur, quando facta est in figura iudicij, licet coram iudice incompetenti. Et ideò videmus, quòd confessio clerici facta coram iudice laico, facit contra eũ indicium ad torturam, secundum communem opi. de qua attestantur scribentes in d. c. at si clerici. & in specie Aretin. & Dec. prout illos refert Boss. in tit. de confessis, n. 56. & Berous in eo. c. at. si clerici, nu. 124. in fin. Vbi etiam ipse nume. 127. & seq. affirmat illam esse communem opi. quando non metu tormentorum, sed sponte facta fuit. Boer. decis. 90. nume. 3. vbi etiam dicit, q̃ ita seruatur, referens idẽ attestari Aufre. in repet. clem. pe. de offi. ordin. in 3. regula, nu. 16. quem refert etiam Caruita super ritu 213. magnæ curiæ, nume. 16. & seq. Et licet Blanc. de indiciis, nu. 215. asserat, quòd in contraria sentẽtia resident communiter DD. vera tamen opi. affirmatiua est, magis communis, vt videre potes in locis præalleg. ex qua necessariò infertur, q̃ confessio facta coram quocunque iudice, etiam prorsus incompetenti, & cuius iurisdictio prorogari non potest, vt est illa, quæ fit à clerico coram iudice laico, est sufficiens indicium ad torturam. Et ita teneas. Bene verum est, quòd si talis confessio extorta fuisset à reo per iudicem incompetentem vi, vel metu tormentorum, eo casu nullum contra eum faceret indicium. Et hanc opi. secutos esse doctores communiter, attestatur Berous in d. c. at si clerici, nume. 126. Vide in hoc proposito ea quæ dixi infrà, quæstio. 36. versic. Vltimò quæro.

35 Sed hic cadit pulchra quæst. Pone, quòd reus constitutus coram iudice tanquam priuato confiteatur delictum, nunquid poterit ex ea confessione condemnari? Respon. q̃ confessio facta coram iudice, non tamen in forma iudicij, sed coram eo tanquam priuato pro tribunali non sedente, non habet vim plenè probationis, ita vt possit reus ex illa condemnari: sed bene facit sufficiens indicium ad torturam. Et est communis opin. vt dicit Rom. in l. si quis in graui, §. 1. ff. ad Sylle. prout illum refert Boer. in d. decis. 90. nu. 8. Idem etiã dicit Rom. cons. 8. post num. 2. Foller. in pract. crim. fol. 271. nu. 7. Et ex hoc inoleuit practica assessorum, quòd faciunt reum confiteri ad tribunal, vt ibi confiteatur in forma iudicij, vt dicit Ang. in l. ictus fustium. in fi. ff. de his qui not. infam. quem refert Barb. consil. 70. numero 4. in fine libro 4. Faciunt quæ dixi infrà, quæstione 49. versi. Sed hic incidenter.

36 Vlterius quæro, quid si reus confessus sit delictũ in tormentis, & deinde ductus ad ratificandam huiusmodi confessionẽ extra tormenta, iuxta ea quæ dixi infrà q. 64. versi. Cęterùm si reus, reuocet ipsam confessionem, & neget delictum commisisse, nunquid talis confessio facit contra eum indicium, ita quòd possit denuò torqueri, & cogi ad perseueran dum in ipsa confessione? Respon. quòd sic, ita dixit Bart. in l. vnius, §. reus, in vltimis verbis, ff. de quæstionib. & ita tenent cõmuniter Doct. vt dicit Blancus de indic. nu. 219. Pract. Carer. fol. 164. nu. 190. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Boss. in tit. de tortura. nu. 34. vbi etiam subdit, q̃ ita practicatur vbique absq; vlla hæsitatione. Hanc quoque sententiam dicit esse vsu receptam Simancas de hæret. c. 63. nu. 43. Aduerte tamen, quia dũ D D. dicunt, quòd hoc casu potest reus reiterata tortura cogi, vt in ipsa confessione perseueret, hæc verba debent sano modo intelligi, vt scilicet possit de nouo torqueri, tanquam si vnum aliud nouum indicium superuenisset, non autem vt tandium torquendus sit, donec in ipsa confessione perseueret, quòd nota contra eos, qui reum in tormentis confessum diè noctúque torquendo fatigant, donec perseueret, quia non possunt hoc facere. Et illos grauiter reprehendit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Comparuerunt & confitentur totum, post nu. 10. Quinimò si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, prout refert in facto contigisse Paris Put. de synd. fol. 482. ca. 6. post nu. 1. non esset procedendũ in infinitum, sed crederem sufficere, q̃ tormenta repeterentur vsque ad tertiã torturã, & vbi deinde ductus ad ratificandum semper negaret, absolueretur rebus stantibus.

37 Minæ præcedentes delictum, faciunt indicium contra eum, qui offenso minatus est. An autem faciant indicium ad torturam, est distinguendum, nam

nam si quidem sunt minæ prolatæ per virum potentem, & malæ famæ in eodem genere mali, qui de facili potuisset minas suas exequi, & eas solitus erat exequi, faciunt indicium ad torturam, quando scilicet ignoratur quis maleficium cõmiserit, aliàs autem secus. Et ita cõmuniter distingui attestatur Imola in l. fi. nu. 10. ff. de hæred. instituen. Carer. in pract. crim. fol. 102. nu. 126. quem refert Plot. in repet. d. l. si quando, nu. 885. Blanc. de indiciis, nu. 183. quem refert Duennas reg. 192. in 4. ampl. circa fi. & Placa lib. 1. delicto. c. 28. post num. 18. versi. Secundò subiiciam. Hanc etiam opinionẽ dicit esse communem Boss. in tit. de indiciis, nu. 44. Sed apud nos nõ semper admittuntur huiusmodi distinctiones, nam probatis minis & causa minarum, senatus mandat sæpenumero reos tormentis subiici.

38 Pax, seu transactio facta per aliquẽ cum offenso de ipsa offensione, seu iniuria, facit contra eum indicium ad inquirendum. Sed nunquid talis transactio, seu pax erit sufficiens indiciũ ad torturã contra eum? Resp. Aut sumus in delictis, in quib. de iure licitum est transigere, & non sufficit, nã quod fit iure permittente, nemini obesse debet. Aut sumus in criminibus, in quibus non est de iure licita transactio, & in istis vtique facit indicium ad torturam. Et hæc est communis opi. vt dicit M. Ant. Blanc. de indi. nu. 306. prout illum refert Villalob. in sua collecta cõmun. opi. in litera T. verb. transactio non est sufficiens. licet Blanc. in libro meo hoc loco id non attestetur. In quib. autẽ casib. licita sit transactio, dixi infrà, q. 58. versic. Succesiuè. Sed certè apud nos si reperitur instrumentũ pacis, illud plenè probat delictum contra eum, qui pro eo pacem facit. Et ideò cautela est, quòd pax fiat per aliquẽ tertiũ nomine omnium, quorum interest. Talis enim pax valet, & prodest cuicunq; illam producenti, non secus ac si esset in ipsa remissione specialiter nominatus, vt dixi in d. q. 58. vers. Dictũ est. Et fortè etiã si ille tertius in specie pacem faceret nomine ipsius rei, adhuc non deberet ei talis pax obesse, prout in facti contingentia iudicauit curia Neap. vt refert Grammat. voto 39. circa fin.

39 Mendacium, seu variatio, inconstantia, & titubatio rei faciunt contra ipsum indiciũ ad inquirendũ, & in hoc nemo dubitat. Quò verò ad torturam solet allegari Bart. in d. l. fi. nu. 3. ff. de quæst. vbi dicit, quòd ex inconstantia, & trepidatione potest haberi aliqua præsumptio contra reum, & quòd si repertus fuerit in mendacio, erit maxima præsumptio contra eum. Et sic videtur Bart. constituere differentiam inter eam præsumptionẽ, quæ oritur ex trepidatione, vt sit aliqualis præsumptio, & eã, quæ oritur ex mẽdacio, vt sit maxima prę̃sumptio. Et propter hoc multi allegant Bart. in eo loco tenere, q̃ mendacium sit sufficiens indicium ad torturam. Et hanc opin. in pract. obseruari attestatur Paris Put. de synd. fol. 441. post nu. 4. quem refert, & sequi videtur Grãmat. cons. 5. nu. 5. Sed reuera Bar. hoc non dicit, vt bene animaduertit Paris Put. in loco præalle. post nu. 6. sed tantum, q̃ erit maxima præsumptio contra eum, licet Bos. in tit. de ind. nu. 36. dicat, quòd quicquid ille dubitat, ipse ita vidit semper illud dictum interpretari, vt scilicet faciat indicium ad torturam. Et ibi etiam dicit, nu. 38. & seq. q̃ practica seruat, q̃ sola variatio rei, etiã sine trepidatione, modo sit circa substantialia, facit indicium sufficiens ad torturam. Et quòd mendaciũ solum sit sufficiens indicium ad torturam, dicit cõcludere communiter Doct. Nouel. in tract. ad defensam, fol. 15. post nu 5. Multi tamen tenuerunt cõtrarium, q̃ scilicet sõlum mendacium non sit sufficiens indicium ad torturam, sed solummodo faciat quandam suspicionem, quæ iuncta cum aliis sufficiat ad torquendum. quam etiam dicit communiter teneri Pract. Careri, fol. 95. nume. 119. Hanc etiam dicit esse communem Grammat. voto 30. nu. 15. in fin. Ego verò in hac varietate opinionum crederem hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ, & rei, super qua est mendacium, seu variatio, an scilicet sit talis, in qua verisimiliter possit cadere obliuio, & an sit circa substantialia negocij. & an incontinenti se correxerit. nam talis variatio diceretur potius emendatio, quàm mendacium. Si tamen essem iudex, vix esset, vt ex solo mendacio, vel variatione ponerem reũ ad torturam, nisi aliquod aliud adminiculum concurreret. Et hoc puto esse tutius.

Cæterum sola inconstantia, titubatio, & trepidatio rei, proculdubio non est sufficiens indicium ad torturam, sed tantum facit cõtra eum aliqualem prę̃sumptionem, vt dicit Bar. in loco præallegato. Et ita communiter tenetur, vt dicit Pract. Carer. fol. 92. nu. 120. Hanc etiam dicit esse veram, & receptam sententiam Simancas de hæret. c. 63. num. 24. quam etiam communem appellat Plot. in repet. l. si quando, nume. 886. Multi enim sunt adeo natura timidi, vt cùm ducuntur ad præsentiam iudicis turbentur, ita vt nesciant quid dicant, etiam si sint innocentissimi, vt contingit illi nobili, de quo scribit Paris. Put. de syndic. fo. 441. nu. 7. quos propterea impium esset tormentis subiicere.

40 Si aliquis visus sit exire ex aliqua domo cũ gladio sanguinolento, & cum facie pallida, quæ domus non habeat nisi vnicum ostium, & intus reperiatur homo mortuus, tale indicium est sufficiens ad condemnationem, ita allegatur tenere Ang. in l. fi. in prin. ff. quod metus causa. Et est communis opin. vt dicit Blancus de indiciis, num. 292. prout illum refert Nouel. in pract. crim. fol. 61. nu. 8. quanuis Angel. in loco præallegato in libro meo videatur tenere contrarium. quinimo ipsemet Ang. in l. quanuis, in fi. ff. de furt. expressè tenuit contrariũ, scilicet quòd imò non sufficiat ad condemnationem, sed tantum ad torturam. & dicit, quòd ita practicatur, quem refet Brun. de ind. fol. 51. n. 6. Ego in practica semper vidi seruari, quòd hoc positum sit in arbitrio iudicis, nam aliquando vidi reos, cõtra quos extabant huiusmodi grauissima indicia, grauiter torqueri, aliquando etiam vidi eos condemnari, non tamen pœna ordinaria delicti, sed tã tum extraordinaria, iuxta ea quæ dixi suprà, quæstione proxima, verfic. Ad condemnãdum. Et ideo poterit iudex considerata qualitate facti, & personarum, amplecti quam opi. maluerit.

41 Si res furata reperiatur penes aliquem, talis inuentio facit contra eum indicium ad torturam, nisi ipse doceat à quo habuerit. ita dicit Bar. in l. fin. post nume. 5. ff. de quæst. Et hæc est communis Doctrina Doctor, vt dicit Marc. cons. 130. n. 42. Rolan. cons. 45. nu. 39. & seq. lib. 1. Et ita in facti contingẽtia consuluit Gram. consil. crim. 14. & ait ita fuisse executum. Hæc tamẽ conclusio intelligenda est, vt p̃cedat, modo ille, penes quem res furtiua reperta est, sit malæ vocis, conditionis & famæ, secus autẽ si sit bonæ vocis, tunc enim etiam si non doceat à quo habuerit, non facit contra eum indicium ad torturam.

torturam. Ita dicunt Doctores, teste Bruno de indic. fol. 23. nu. 5. Dicit etiam Aug. ad Ange. de malef. in verbo, Et vestem cœlestem. sub nu. 19. quòd hanc distinctionem omnes Doctores communiter approbare videntur. Ita etiam communiter distingui attestatur Rolan. in alleg. cons. 45. nu. 41. Et secundum hanc opin. in facti contingentia consuluit Bertrand. cons. 107. lib. 1. in 1. part. Idē etiam dicendum est, si esset reperta apud aliquem, qui solitus esset emere, & vēdere tales res mobiles, & illam palam teneret, nam eo casu nulla ex eo suspicio contra eum oriri posset.

QVÆSTIO XXII.

1 *Indicia quomodo probentur?*
2 *Et an per vnum testem?*
3 *Et quid si non sit omni exceptione maior?*
4 *Et quid si cognouit tantummodo ad vocem?*

1 VIsum est, quæ sint species indiciorum, quæro nūc, qualiter indicia ipsa probētur? Resp. Io. de Amicis, cons. 127. num. 10. dicit, q̄ est indubitata in iure conclusio, quòd quodlibet indicium, seu adminiculum, maximè si sit remotum à facto, quanuis minimum, & leue faciens ad causam, de qua agitur, ad hoc, vt de eo mētio, & ratio habeatur, de necessitate debet saltē per duos testes probari. a Et subdit, quòd in ista conclusione non legit aliquem contradictorem. Hæc autem conclusio sumpta est ex vulgata gl. in l. fi. in verbo, vel indiciis. C. fam. hercis. quam sequuntur communiter Doct. vt dicit Ange. de Castro, inter consilia criminalia diuersorum, cons. 94. nu. 26. lib. 1. Illam etiam dicit esse communiter approbatam Soc. cons. 54. num. 2. lib. 4. Et dicit Michellus patrocinio 46. post nu. 33. quòd illam gl. passim Doct. sequuntur. Alia autem est gl. in l. si quis, in verbo, conuictus. C. ad
2 l. Iul. maiest. quæ videtur velle, † q̄ per vnum testē reus dicatur conuictus, saltem semiplenè, & sic, q̄ dictum vnius testis sit sufficiens ad torturam. Et hanc gl. dicit esse communiter approbatam Boer. decis. 163. nu. 3. & Gul. de Bened. in 1. parte repet. c. Rayn. verb. Adiectę impuberi. nu. 34. licet dicat, q̄ ex ordinamentis, & stylo curiarum Franciæ contrarium seruatur ad qđ nō aduertit Simancas, qui Gull. refert in tract. de hære. c. 93. num. 12. tanquam de iure communi loquentem. Placa libr. 1. delictorum, c. 47. post nu. 18. vers. 11. libet. Breuiter tu dic, quod aut adest vnus testis de veritate, deponens de ipsomet delicto, puta, quia vidit Titium vulnerantem Seium, vel audiuit Sempronium blasphemantem, & tunc talis testis facit indicium ad torturam. Et ita procedat gl. in d. l. si quis. & ita etiam dicit communiter approbari Rolan. cons. 7. nu. 3. li. 1. Ita etiam communiter seruari in iudiciis attesta tur Alb. in d. l. si quis. num. 1. Et dicit Cæpol. consil. crim. 40. in 4. dubio, ver. Imò plus, quòd ita tenēt communitet Doctores. Et dicit Paris. Put. de synd. fo. 491. c. 12. in prin. quòd ita communiter dicitur. Aut verò testis non deponit de visu ipsius maleficij, sed de aliquo actu vel remoto, vel etiam proximo ipsi maleficio, & tunc talis testis non facit indicium ad torturam, sed requiruntur duo testes ad ipsum indicium probandum. Et ita procedat gl. in d. c. fin. & ita eam dicit communiter approbari Soc. cons. 54. nu. 2. lib. 3. Mars. cons. 59. nume. 6. Et hanc distinctionem dicit esse canonizatam in iudiciis, & in scholis Alciat. cons. 445. nu. 1.

3 Vnum tamen scias, quòd ad hoc vt dictum vnius testis faciat indicium ad torturam, requiritur q̄ sit integer, & omni exceptione maior: aliàs autem vnus testis nunquā facit indiciū ad torturam. Ita dicit Bart. in l. maritus, nu. 1. ff. de quæst. & ita cōclu dunt omnes, vt dicit Ioan. de Amicis, cons. 37. nu. 6. Mars. cons. 101. nu. 37. Vide quæ dixi suprà, q. proxima, vers. Vnus testis.

4 Sed nunquid testis non deponens de visu, sed dicens cognouisse delinquentem ad vocem, facit sufficiens indicium ad torturam? Dixi suprà, quæstio. proxima, vers. Sed quid si testis.

ADDITIO.

a Probari. Et hanc esse communem opin. dicit Apostillat. ad Alex. cons. 5. nu. 4. lib. 1. & de materia vide Bursat. cons. 38. nu. 2. vbi quòd indiciū etiā de propinquo duobus testibus omni exceptione maioribus probari debet.

QVÆSTIO XXIII.

1 *Indicia à quibus personis sumi debeant?*
2 *Et an ad ea sumenda debeat pars citari?*
3 *Et an sint danda interrogatoria testibus à reo?*

1 QVæro, postquam est aperta via iudici ad inquirendum, à quibus personis debeat sumere indicia siue informationes? Resp. Si quidē pars in querela, aut consul in denūciatione nominauerit aliquos, tanquam de ipso delicto informatos, prout communiter fieri consueuit, vt dixi suprà q. 7. vers. Quæro nunc, tunc eorum dicta ante omnia recipi debent, sin minus examinandi sunt illi, qui verisimiliter possunt esse informati, puta, vicini, secundum practicam, quam docet Bart. in l. fin. post nu. 2. ff. de quæstio. Debet autem iudex in hoc cautè ambulare, qa sæpenumero delinquentes, seu agentes pro eis contrahunt secretò pacem cum offensis, & deinde faciunt, q̄ ipsi, vel alij eorum nomine subministrāt testes, qui eorum attestationib. destruunt intentionem fisci. An autem verum, vel falsum deponāt, Deus scit. Et ita solere aliquando practicari admonet Blancus in pract. crim. fol. 22. post nume. 56. Propterea fortè bonum esset, quòd iudex, vel notarius, qui recipiunt testes super delicto, prius ab eis ore tenus intelligerēt breuiter seriem facti, quàm eorum dicta in scriptis redigerēt. Et vbi cognoscerent, q̄ affectarent defensionem rei, possent eos diligentius interrogare, perscrutando à quib. fuissent vocati aut instructi, aut cū quibus locuti fuissent antequam deponerent, & similia, cogendo etiam eos ad fideiubendum, vt ipsi iudici viderentur de subornatione suspecti. Et hoc maximè, quando tales testes superueniunt post iam fundatam intentionem fisci. Quod nota, quia aliquando vidi super hoc fieri egregias impostu-
ras iudicibus non indoctis, neque inexpertis. Non autem probo, imo detestor quandam practicam, quam seruant multi iudices, & notarij parum timentes Deum, qui dum recipiunt, & in scriptis redigunt dicta testium deponentium ad informationem curiæ, scribunt tantummodo ea, quæ faciunt pro fisco. Et si testis aliquid dicat, quòd ex grauet delinquentem, omittunt illud scribere. Malè enim faciunt, quia debent veritatem inuestigare tā pro fisco, quàm contra fiscum, neque aliquid omittere. Sed vbi testis esset suspectus, bene potest (vt dixi) iudex

iudex illum interrogare de subornatione, & facere, quòd de hac suspicione in actis appareat, cogēdo etiam eum ad fideiubendum, vbi ita ipsi expedire videatur. Et nota in hoc proposito vnum, q̄ licet regulariter iudex non debeat cauillare dicta testium, sed adiuuare, nihilominus si iudex habeat testes pro suspectis, potest, & debet studere, vt eos in verbis capere possit, eos interrogando etiam super circunstantiis, scilicet an tempus esset clarum, vel nebulosum, quibus vestibus erat indutus ille, de quo deponunt, & quid habebat in capite, & similia. Ita dixit Azo. in Summa. C. de testibus, nu. 7. & ita (ni fallor) dicit obseruari Grammat. cons. crim. primo, num. 9.

e Quæro, nunquid ad recipiendum examina testium, debeat reus citari? Dixi suprà quæst. 11. vers. Item quæro.

3 Item quæro, nunquid danda sint interrogatoria testibus ab ipso reo inquisito? Resp. Aut quæris de testibus, qui examinantur ad informationem curię parte absente, & res non habet difficultatem, quia reus non admittitur ad aliquid faciēdum, nisi personaliter compareat. Aut verò quęris, an si recipiātur testes post litem contestatam, possit reus dare interrogatoria. Et dic, quòd de iure communi forte dicendum est, quòd posset, per tex. in l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. de adul. sed de consuetudine contrarium seruatur. quia scilicet non dātur interrogatoria per inquisitum. Et ita hodie seruari de stylo omnium curiarū attestatur Foller. in pract. cri. fol. 252. nu. 32. Ratio autem, cur in causis criminalibus admittantur interrogatoria fisci contra reum, non autē rei contra fiscum, quamuis in iudiciis seruanda sit æqualitas, imò fauorabilior semper esse debeat causa reorum, est secundum ipsum, quia reus deinde publicato processu, potest probare contra personas, & dicta testiū, quicquid vult: fiscus aūt non solet probare contra defensiones, neque datur ei aliquis terminus ad repulsam, put seruari attestatur Carauita super ritu 258. magnæ curiæ, nu. 3. & est omnibus notissimū. Quæ tñ ratio non militaret, qñ extaret accusator, nam eo casu, si petat, semper ei datur terminus ad repulsam. Sed quicquid sit, consuetudo vtroque casu obseruat, q̄ inquisitus, vel accusatus nunquam dat interrogatoria testibus pro fisco deponentibus, non etiam dat accusator interrogatoria testibus deponentibus ad defensam, sed iudex aut fiscalis eos interrogat, prout sibi videtur. Vidi etiam dari quādoque per accusatorem interrogatoria facienda testibus, qui ad defensam deponunt, non quidem in forma iudicij, sed priuatim in aliqua schedula ad instructionem ipsius iudicis, vel fiscalis, quod mihi non displicet.

QVÆSTIO XXIIII.

1 *Testes in causis criminalibus qui esse possint?*
2 *Et an mulier?*
3 *Et an in causis capitalibus?*
4 *Et quid de iure canonico?*
5 *Et an inimicus?*
6 *Et quid si secuta sit reconciliatio?*
7 *Et an ille, qui dixit contra me testimonium in alia causa?*
8 *Et an clericus?*
9 *Et quid si protestetur, quòd non vult reum puniri pœna sanguinis?*
10 *Et an laicus contra clericum?*
11 *Et an pauper?*
12 *Et an affinis?*
13 *Et an infamis?*
14 *Et an meretrix?*
15 *Et quæ dicatur meretrix?*
16 *Et an constitutus in peccato mortali?*
17 *Et an semel conuictus de crimine?*
18 *Et an pupillus?*
19 *Et an in subsidium testes inhabiles aliquando admittantur?*
20 *Et an ad defensam?*
21 *Iudex an possit cogere testem ad testificandum?*
22 *Qui non possint cogi ad perhibendum testimonium?*
23 *Testis qui non debuit examinari, si fuerit examinatus, an faciat indicium?*

1 CÆterum in assumendis indiciis, siue informationibus contra reum, non debet iudex omnes passim ad testificandū admittere, multi enim sunt, qui à testimonio dicendo repelluntur, de quibus abundè dictum est suprà lib. 2. §. testis. Et licet ibi multa dicta sint de causis ciuilibus, scire tamen debes, q̄ qui repellitur à testificando in causa ciuili, multò magis repellitur in criminali, in qua debent esse probationes luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probatio. prout omnes sciunt, & dicunt, vt ait Bos. in tit. de conuictis, nu. 8. Quinimò multi admittuntur in causis ciuilibus, qui non admittuntur in criminalibus. Et de his hoc loco videndum est.

2 Quæro igitur in primis, nunquid mulier admittatur ad testificādum in causis criminalibus? Resp. Est distinguendum inter ius ciuile, & canonicum, nam de iure ciuili mulier admittitur indistinctè ad testificandum in causis criminalibus. Et ita communiter tenetur, vt dicit Gram. cons. crim. 12. num. 17. quem refert Viuius in libro communium opin. versi Testis idonea, Blanc. de indi. nume. 350. Hanc etiam opin. dicit esse communem Abb. in c. quoniam, nu. 2. de testib. Bolog. in addit. ad But. cons. 17. post nu. 16. Felin. in d. c. quoniam. post nu. 1. prout illum refert Roland. cons. 7. nu. 12. lib. 1. Dec. in d. c. quoniam, nu. 8. Bertran. cons. 259. nu. 2. lib. 3. in 2. part. Crot. de testib. nu. 57. Gratus cons. 57. nu. 3. lib. 2. Gigas de crim. læsæ Maiest. fol. 100 q. 6. nu. 3. Iacob. de S. Georgio in l. ex eo, nume. 4. ff. de testib. prout illum refert Duennas reg. 315. in secunda limitat. Ant. Gomes. c. 12. delictorum, nu. 13. Rolan. con. 24. nu. 13. lib. 1. Et dicit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de test. §. 1. sub nu. 83. quòd ita seruatur in practica, quem refert Soc. cons. 54. nu. 6. lib. 3.

3 Adde, quod admittitur ad testificandum etiam in causis capitalibus, & ita communiter attestatur Alex. cons. 11. n. 6. li. 1. Imol. in l. qui testamēto. §. mulier, circa fin. ff. de testamen. quem refert Augu. ad Angel. de malef. in verbo, Comparuerunt, & negauerunt, post nu. 14. Et dicit Vitali. de malef. in Rub. de testibus, nume. 37. quòd in hoc ius ciuile vbique seruatur.

4 De iure autem canonico mulier non admittitur ad testificandum in causis criminalibus. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Blan. deinde nu. 351. Hāc etiam dicit esse cōmunem opi. Abbas in d. c. quoniam, nu. 2. quem refert Dec. in l. fœminæ, nu. 34. & seq. ff. de reg. iur. & Apostill. ad Crot. de testib. sub. num. 55. & Duennas in d. regu. 315. in prin. Butr. in loco prælegato, Dec. in d. c. quoniam, nu. 20. & seq. Hoc tamen intellige, vt procedat in causis criminalib. criminaliter intentatis, in illis enim

vtique mulier de iure canonico à testificando repellitur. Et ita communiter teneri attestatur Io. de Imol. in d. §. mulier, circa fin. quem refert August. in loco prælegato. Hanc etiam dicit esse cõmunem opi. Io. de Anan. cons. 17. post nu. 16. Prac. Conradi, fol. 205. post nu. 75. Sed in causis criminalibus ciuiliter intentatis bene admittitur etiam de iure canonico ad testificandum.

5 Item quæro, nunquid inimicus repellatur à testificando in causis criminalibus? Resp. quòd si inimicitia est capitalis, repellitur, aliàs secus. Et ita tenẽt omnes, vt dicit Ana. in c. cum oporteat, num. 6. de accu. Felin. in eo. c. cũ oporteat, post num. 8. Hanc etiam attestatur esse communem opin. Aret. in d. c. cum oporteat, nu. 19. Leuis ergo inimicitia non repelleret testem à testificando. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alb. in Auth. si testis, nu. 3. C. de testib. Et scias, quòd in causis criminalib. repellitur inimicus à testificando etiam in casibus exceptis, puta, læsæ Maiesta. & huiusmodi, vt est tex. in c. per tuas, de simõnia, quem Doctores reputant esse in hoc proposito singularem, vt dicit. Marsil. cõs. 65. nu. 20. Quis autem dicatur inimicus, statur arbitrio iudicis. Ita dicit Ioan. And. in d. c. cũ oporteat, quem sequuntur communiter Doc. vt ait Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 53. ff. de quæst. Pariter etiã quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non, relinquitur arbitrio iudicis. Et ita tenent omnes Doctores, & in hoc resident, vt dicit Fel. in c. repellantur, nu. 3. de accusa.

6 Sed quid si secuta sit reconciliatio, nunquid adhuc propter priores inimicitias erit quis à testificando in causa criminali repellendus? Resp. quòd sic, talis enim reconciliatio recens & nouiter facta non tollit effectum præcedentis inimicitiæ. Ita sentire videtur Inno. in d. c. cũ oporteat, nu. 6. quem omnes sequũtur, vt ait Feli. ibi post nu. 10. vbi etiam num. 12. attestatur hanc esse communem opin. prout etiam attestatur Dida. pract. q. 18. nu. 3. Plottus in repet. l. si quando. post nu. 880. Et ideò secundum aliquos, ad hoc, vt quis post reconciliationem posit tanquam inimicus repelli à testificando, requiritur nõ modo quòd inimicitiæ sint recentes, sed etiam q̃ nondum sit lapsum triduum à die reconciliationis. Et hanc dicit esse communem opin. omniũ Doc. Sigismun. consi. feudali 46. post nume. 27. quod ego non credo verum, sed puto relinquendum esse arbitrio iudicis, qui ex circunstantiis, & qualitate personarum, & inimicitiæ æstimabit, an sit repellendus, vel non. Et in omnem casum nunquam dicerõ, quòd talis, qui semel fuit capitalis inimicus, etiam post mille reconciliationes posset vnquam dici integer testis, vel omni exceptione maior, licet fortè non esset in totum à testificando repellendus.

7 Sed nunquid ille, qui semel dixit testimoniũ contra me in causa criminali, vel ciuili, in qua ageretur de maiori parte bonorum, poterit ad hoc esse testis contra me in alia causa criminali? Resp. Si spõte accedat in ista causa criminali ad testificandum, nõ potest examinari: si verò accedat ad deponendum coactus, & citatus, vtique debet examinari, & ita communiter tenetur, vt dicit Paris. in c. fraternitatis, nu. 14. de testib. Hanc etiam distinctionem dicit esse communem Aret. in c. cum P. Manconella, num. 3. & seq. de accusa. Sed certè in omnem casum talis testis nunquam poterit dici omni exceptione maior.

8 Vlterius quæro, nunquid clericus possit testificari in causa criminali? Respon. quòd sic, debent tamẽ clerici abstinere à testificando in causis criminalibus, in quibus ingeratur pœna sanguinis, nam ex tali testifiatione vbi contingat sequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares, vt dixi suprà lib. 2. §. Clericus, Et quid in hoc proposito obseruetur in regno Neapol. vide per Carauitam super Ritu 144.

9 Sed quid si clericus in actu testificãdi protestetur, q̃ non intendit testimoniũ perhibere, ad hoc vt reus, pœna sanguinis afficiatur, nunquid propter talem protestationẽ euadit irregularitatem? Respon. q̃ non. Et ideo si reus, contra quem testimoniũ perhibuit, afficiatur pœna mortis, vel mutilationis membri, ipse erit nihilominus irregularis. Et hæc est communis opi. vt ait Didac. in repetit. clem. si furiosus, fol. 314. vers. XIII. his omnibus. de homicid. Vide quæ dixi suprà, q. 14. vers. Dixi in primis.

10 Præterea quæro nunquid in causa criminali possit laicus contra clericũ testificari? Resp. q̃ in causa criminali non admittitur in testem contra clericũ ille, qui non est clericus, & tale patitur corporis vitiũ, quod à promotione, & sacerdotio repellat. Ita colligitur ex tex. in c. 1. de excep. secundum cõmunem intellectum, vt ait Fel. in eo. c. 1. in primis verb. & Dec. n. 13. quos refert, & attestatur hanc esse cõmunẽ opi. Dida. practica, q. 18. post n. 2. vers. Secdo illud. Et quòd si agatur contra clericum criminaliter, non admittũtur laici, nec bigami, nec mulieres, dicit esse cõmunẽ opi. Old. cons. 145. n. 3. Tu dic, q̃ si laicus indistinctè non admittitur in testem contra clericũ in causis criminalibus criminaliter intentatis, prout est communis opin. vt attestatur Did. in loco prælegato, & Viuius in lib. cõmuniũ opi. vers. Testificari possunt, & Méchiaca li. 3. de testa. §. 22. nu. 73. vbi loquitur etiam in criminib. exceptis. certè illud, quod dicunt Doct. vt repellatur ille, qui non posset propter aliquod corporis vitiũ esse clericus, videtur non satis bene posse procedere. Nam si intelligatur in laico, videtur superfluũ, ex quo indistinctè repellitur, vt suprà dixi. si verò intelligatur in iam clerico, qui tamen patiatur aliquem defectum, propter quem non posset denouo promoueri, non videtur communis conclusio rationabilis, vt etiam ponderat Didac. ibi, n. 7. circa fin. nihilominus in practica difficile esset contra communem opinio. obtinere. Cæterùm si clericus sit accusatus de crimine ciuiliter, vtique potest laicus contrà ipsum testificari. Et ita cõcludunt Doctores omnes, vt attestatur Ferret. cons. 183. post n. 5. vers. Vltimo confirmatur.

11 Quæro etiam, nunquid pauperes admittantur ad testificandum in causa criminali? Respon. Taner. in c. si quid de testib. dicit, q̃ non. Et ita tenent communiter omnes Scribẽtes, vt ait Soc. reg. 289. pauper, quẽ refert Pract. Conradi, fol. 107. num. 8. Io. de Amicis, cons. 78. n. 9. quẽ refert Rolan. cons. 46. nu. 34. lib. 2. Hoc tamen intellige, vt procedat in paupere, & turpi persona, secus autem si sit persona honestæ vitæ, & bonæ conditionis, & famæ, argumento eorum, quę dixi suprà, q. 14. vers. Sed hic etiam. Quis autem dicatur pauper, standum est arbitrio iudicis, vt dixi suprà li. 2. §. pauper.

12 Quero modò, nunquid in causis criminalib. affinis repellatur à testimonio? Resp. quòd sic. Et ita communiter tenetur, vt dicit Corn. cons. 172. in litera T. libr. 2. Hanc etiam attestatur esse communem opin, Aret. in cap. cum oporteat, numer. 11. de accus.

accus. Hoc etiam dicit esse certum, secundum omnes Alber. de testib. in 1. part. §. 1. nu. 16. Quæ quidẽ conclusio absq; difficultate procedit, quando affinis, vel consanguineus accusatoris, vel partis offensæ vult contra reũ testificari, nam eo casu procul dubio repellitur, cum iniuria facta consanguineo suo censeatur etiam ipsi communis. Et ita hanc esse communẽ opi. attestatur Villalpan. super l. 22. c. 33. post nu. 2. Sed ad defensam ego vidi multoties examinari affines ad probandam innocentiam rei, iuxta ea quæ dixi infrà vers. Item scias, & quandoque etiam ad offensam, licet non sint integri testes, iuxta ea, quæ dixi ś. q. 21. vers. vnus testis.

13 Item infamis infamia iuris prorsus repellitur à testificando in causa criminali. Et hoc sine controuersia admittunt omnes, vt dicit Pract. Conradi, fol. 77. n. 12. Sed quid in eo, qui est infamis infamia facti? Resp. q̃ pariter repellitur in causis criminalibus, & est communis opi. vt attestatur Albe. in trac. de testib. lib. 1. §. consequenter, nu. 7. & seq. vbi etiã dicit, q̃ ita communiter obseruatur, quem refert Pract. Conradi, fol. 79. nu. 15. Hoc tamẽ intellige, vt nõ procedat regulariter, sed in subsidiũ, scilicet vbi aliter veritas haberi non potest, tunc vtique admittitur testis infamis hac infamia facti cum tortura. Et ita concludũt communiter Doct. vt dicit Aret. in c. 1. nu. 40. de accusa. Vide quæ dixi ẏ. quæst. proxima, circa principium.

14 Item meretrix non potest esse testis in criminibus. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Iaſ. in l. cunctos populos, in secunda lect. nu. 54. C. de sum. Trin. & post eum attestatur hanc esse cõmunẽ opin. Pract. Conradi, fol. 80. nu. 18. Quę autem dicatur meretrix, dixi ś. lib. 2. §. Meretrix.

16 Quæro, nunquid constitutus in peccato mortali repellatur à testificando in causa criminali? Resp.

15 Aliqui dicunt simpliciter, quòd existens in peccato mortali repellitur à testimonio, vel saltem illi de fide diminuitur. Et hanc opin. dicit esse cõmunem Albe. de testib. in prima parte. §. consequenter, nu. 11. in fin. quem refert Bertran. cons. 203. nu. 4. lib. 7. Tu dic, quòd omne peccatũ mortale continuũ, puta, concubinatus, vel frequentatũ, puta, adulteriũ, repellit à testimonio. Si verò est momentaneum vel transitorium, repellit quidem in foro ecclesiastico in causis criminalib. etiam inter laicos, sed nõ in foro ciuili. Et ita communiter tenetur vt ait Felin. in c. inquisitionis, post nu. 13. de accus. Et si dicas, quòd secundum hoc pauci poterunt in testes admitti, cum nemo sine crimine viuat: Potest responderi, quòd vbi pœnituerit de peccato, poterit admitti, quia amplius non dicitur in crimine constitutus. Et in dubio semper erit præsumendum, quòd pœnituerit, nisi appareat. quòd in eo perseueret. Scias tamen quòd semel conuictus de crimine præcedente accusationẽ, repellitur à testificãdo in causis criminalibus, licet postea fuerit emendatus. Et est communis opin, vt dicit Barba. in tract. de testibus, in prima parte, nu. 23. quem refert Pract. Conradi, fol. 79. vers. Quarta est.?

17 Vidi quandoque dubitari, nunquid pupillus in causis criminalibus possit testificari: & fuit conclusum, quòd licèt de iure minores 14. ann. nõ possint testificari, vt dixi ś. li. 2. §. Testis, tñ consuetudo admittit, q̃ possint examinari, si nõ vt probẽt, saltẽ vt prosint ad veritatem indagãdam, & hoc præsertim in criminibus atrocioribus. Et ita tenent glo. & Doctores, vt dicit Nicellus in concor. glo. c. 30. & ita etiam decisum fuit per Capel. Tolos. teste Aufrer. decis. 237. An testimonium. Et ego intellexi, q̃ plura delicta ex depositionibus huiusmodi puerorum in lucem venerunt. Et refert Igneus in l. excipiuntur, nu. 37. ff. ad Sylla. q̃ ex testimonio filij impuberis 12. an. detectũ fuit homicidium cõmissũ ab eius parte in psonã vxoris. Cæterũ illud est indubitatũ, q̃ postquã quis fact° est pubes, põt testificari de his quæ vidit in pupillari ætate. Et hæc est cõmunis omniũ sententia, vt dicit Cale. cons. 110. post nu. 8. vers. Nec obst. q̃ isti, Igneus in d. l. excipiuntur, nu. 36. Et hoc dummodo deponat de rebus, quas vidit in tempore quo erat proximus pubertati, non autẽ ante. Et hoc dicit esse de cõmuni omnium sententia Alb. de test. in 1. parte, §. Videndum, nu. 11. vbi tamen hoc eleganter declarat. Item intellige vt procedat, modò ferat testimonium de his rebus, quas eo tempore intelligere poterat, aliàs secus.

18 Habes igitur plures casus, ex quibus potest quis à testificando in causis criminalibus repelli, plures etiam explicauimus ś. lib. 2. §. Testis.

19 Sciendum est tamen aliquos esse casus, in quibus etiam testes inhabiles admittuntur, puta, propter immanitatem criminum, vt in causa hæresis, & læsæ Maiest. & huiusmodi, vt suis locis explicauimus. Item scias, quòd quando veritas delicti aliter haberi non potest, tunc in subsidium testes inhabiles admittuntur, ne delicta probationum defectu impunita remaneant. Et est regula, q̃ quando ex natura facti alij testes haberi non possunt, admittuntur testes, qui aliàs prohibentur, quam dicit esse cõmunem Dec. cons. 342. nu. 8. Benè verum est, q̃ Ant. de But. in c. tertio loco. de probat. dixit hoc intelligẽdũ esse, vt procedat, quãdo neque actu, neque habitu potest veritas delicti aliter haberi. Et sic (secundum eũ) non sufficit, q̃ non adessent alij testes, sed opus est etiam, q̃ adesse non potuissent. Et hoc dictũ reputat singulare Marsil. fing. 73. vbi ait hoc esse menti tenendum, quia quotidie occurrit de facto, & quod ipse aliàs fecit reprobare plures testes minus idoneos, quẽ post alios refert, & sequitur Rolan. cõs. 24. nu. 67. lib. 1. Sed certè apud nos vidi pluries seruari contrariũ, & iudicio meo melius, nam ratio propter quã Doctores mouentur, quæ est difficultas probationis, ita militat, quando certum est alios non adfuisse, prout quando adesse non potuerunt. Et ideò in huiusmodi casibus vbi certũ est, aut etiam verisimile, alios non adfuisse, senatus solet fidem adhibere testibus inhabilibus, si non ad condemnandum pœna ordinaria, saltem ad infligendam pœnam extraordinariam, vel ad torquẽdum, & ita teneas.

20 Item scias, quòd isti omnes, quos suprà diximus, repelli à testificando in causis criminalib. possunt nihilominus, & debent admitti, si producantur ad defensam, & sic ad probandã innocentiã ipsius rei. Ita sentit Spec. in tit. de inquis. §. 1. nu. 22. & est communis opin. vt attestatur Ant. Gomes. c. 12. delictorum, nu. 23. Quod tamen intellige, non vt omnino plenè probent, sed vt deinde, inspecta facti, & personarum qualitate, iudicis ipsius religioni relinquatur, quanta sit eis fides adhibenda.

21 Successiuè videamus, nunquid possit iudex cogere testes ad dicendum testimoniũ in causis criminalibus? Resp. de iure ciuili videtur expeditum, q̃ possit eos cogere, sed de iure canonico variæ sunt opiniones Doctorum, nam aliqui dicunt quòd non possunt cogi testes in merè criminalibus, neq;

etiã in criminalib.ciuiliter intẽtatis.Et dicit Goffr. quẽ refert Bal.in Rub.de teſt.cog.circa fi.℣ de conſuetudine curiæ in mediis cauſis, & in criminibus qualitercunque intentatis, teſtes non compelluntur teſtificari,niſi de ſpeciali mandato Papæ, dicit etiam Capella Tholoſ.deciſ.412. quod cõmuniter tenetur, ℣ etiam vbi obiiciuntur teſtibus crimina per viam exceptionis, non poſſunt cogi teſtes ad teſtificandum,Sed quicquid ſit de iure,hodie indiſtinctè ſeruatur cogi teſtes tam in ciuilibus, quam in criminalibus ad teſtificãdũ, vt atteſtatur Foller. in practi.crim.canon.fol.121.nu.34.in fin.

22 Scias tamen,quòd ſunt aliquæ perſonæ, quæ in cauſis criminalibus non coguntur teſtificari, & in primis frater contra fratrem non poteſt cogi teſtificari in cauſa criminali.Et hoc eſt indubitatũ apud omnes,vt dicit Alb.de teſtib.in 2.parte, in prin.nu. 1.vbi etiam poſt nu.3.hanc dicit eſſe cõmunem ſententiam. Item clericus non eſt compellendus ad perhibendum teſtimonium in cauſa criminali. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Laudæ 4.Ian. 1557.P. N.Sed quid in milite?Reſp.℣ vtiq; compellitur teſtificari in cauſis criminalibus.Et ita cõcluſum fuit in Senatu 20.Iul.1556. P. N. Bene verũ eſt,quòd vbi aliter veritas haberi non poteſt,eo caſu etiã priuilegiati poſſunt cogi ad teſtimoniũ perhibendũ,qđ quidem in ciuilibus nullam habet difficultatẽ,vt dixi infrà lib.proximo,& illud vidi etiam in criminalib.plerunque obſeruari.Debet tamen iudex, quãtum fieri poteſt,abſtinere ab examinandis teſtibus, qui de iure contra reũ non poſſunt compelli ad teſtificandũ,& vbi occurreret caſus, ℣ veritas aliter haberi non poſſet,& delictũ eſſet atrox, poſſet conſulere principẽ,prout factũ fuit in cauſa quorũdam fratrũ de Barzaniga imputatorũ de incẽdio,in qua Senatus permiſit, ℣ cõtra ipſos examinaretur eorum mater,& ſuper eius dicto ambo fuerunt capti, & interrogati, & cum fuiſſent confeſsi delictum, fuerunt ſuſpenſi.

23 Vidi etiã plerunque dubitari, nũquid teſtis, qui non debuit examinari in cauſa criminali, ſi tamen fuerit examinatus,facit indicium. Et in hac quæſt. reperio,℣ Pract.Carer.folio 109.nu.152.dicit,℣ traditur per Doctores quædam magiſtralis doctrina longa diſtinctione,vt ibi per eũ.Ego verò breuiter dico,℣,Aut teſtis prorſus à lege repellitur,& nõ facit indiciũ,niſi ad inquirendũ,id eſt,ad aſſumendas informationes ſuper delicto ſpecialiter contra aliquẽ,vel ad capturã,vbi ita iudici videatur,nam ad hos effectus quælibet ſuſpicio ſufficit,vt dixi ſ.q.20. verſ.Ad inquirendũ,& j.q.28.in prin.Ad tranſmittendam verò inquiſitionẽ, ſeu citationẽ, neque ad torturam,non facit indiciũ.Aut verò teſtis non omnino à lege repellitur, ſed illi de fide diminuitur:& tunc ſi fuerit examinatus parte nihil opponente, facit indicium, parte verò opponente non facit ſufficiens indicium.

QVÆSTIO XXV.

1 *Teſtes quando in cauſis criminalibus torqueri debeant?*
2 *Et quid ſi ſint infames?*
3 *Et quid ſi ſint ſocij criminis?*
4 *Et quid ſi ſint varij?*
5 *Et quid in clericis?*
6 *Et quidin conſtituti in dignitate?*
7 *Et quid ſi teſtis dixit vnum extra iudicium, & poſtea contrarium in iudicio?*
8 *Et quid ſi ſit vilis perſona?*
9 *Et quid ſi interfuit delicto,& dicit ſe non vidiſſe?*
10 *Et an teſtibus torquendis danda ſit copia indiciorum?*

1 SVnt etiam aliqui caſus,in quibus teſtes inhabiles admittuntur cum tortura,talis enim tortura purgat defectum teſtis,adeo,vt fidem faciat cõtra reum,licet aliàs ſine tortura nõ probaret.Exẽplum autem poni poteſt in teſte,† qui ſit infamis. talis enim ſiue ſit infamis infamia iuris,ſiue ſit infamis infamia facti,nũquã probat niſi cum tortura.Et eſt communis opi.vt dicit Boſſ.in tit. de tortura teſtium,n.3.vbi etiam ſubdit, quòd teſtis crimine notatus,etiam ſi non ſit vilis perſona,non admittitur ſine tortura. Vide quæ dixi ſuprà,quæſt. proxima.verſ.Quæro nunquid.

3 Itẽ in ſocio criminis,de quo dixi ſuprà q.21.verſ. Scias etiam.

4 Item teſtis varius in ſuis depoſitionib. non facit fidem contra reum,niſi firmet dictum ſuum in tortura.Et ita practicatur,vt dicit Boſſ.in loco præallegato,nu.21.in fin.Vide quæ dixi infrà,q.53. verſ. Quartus eſt caſus.

5 Sed nunquid hoc habet locum etiam in clericis, vt ſcilicet clericus teſtis vacillans,vel ſuſpectus,℣ veritatem dicerẽ recuſet, poſsit torqueri?Reſp.℣ ſic,& eſt communis opin.Canon. vt dicit Foller.in practi.cri.can.fol.127.n.47.Magis enim peccat clericus celãs veritatem,quã laicus.Et licet Bartol.in l.ex libero,circa prin..f.de quæſt.tenuerit,℣ preſbyter vacillans nõ ſit de iure canonico torquendus, per tex.in l.preſbyteri.C.de epiſc.& cleri.nihilominus,vt dicit Boſſ. in tit. de tortura teſtium,illa lex in hoc non ſeruatur.Et cõtra Bar.qui (vt dixi) tenet de iure canonico preſbyteros torqueri nõ poſſe,eſt communis opin.vt dixi infrà q. 64.verſi.Sed an clerici.Intellige tamen quòd poteſt torqueri à ſuo iudice eccleſiaſtico,non autem à iudice laico, etiam,℣ coram eo vacillet.Et ita reperio in facti contingentia deciſum fuiſſe per conſi.regni Siciliæ teſte Capic.deciſ.142.Faciunt quæ dixi infrà, quæſt.38.verſ.Sed hic quæro.

6 Scias tamen,℣ hæc concluſio non habet locum in teſtibus in dignitate cõſtitutis,tales enim, etiã ſi vacillent,nõ torquentur niſi in criminibus exceptis.Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boſſ. in loco præallegato,nu.7.circa fi.

7 Sed pone,℣ teſtis vnum dixerit extra iudicium, deinde in iudicio deponat cõtrariũ eius, quod extraiudicialiter dixerat,nunquid poterit ex hoc torqueri? Reſp.quòd ſic.Et ita tenẽt cõmuniter omnes,vt dicit Alex.conſ.63.circa fi.lib.1.quem refert Turzan.in ſua collecta communium opin. ca. 134. Dicit etiam Alexa.conſ.251.in fi.lib.6.quòd in hoc omnes cõueniunt:Et ita practicari atteſtatur Boſ. in loco præallegato,nu. 21. in fi.An autem hoc caſu ſtandum ſit primo, vel ſecundo dicto, dixi infrà in d.q.33.verſ.Primus eſt caſus.

8 Sed quæro, nunquid vilis perſona,ſi teſtificetur in cauſa criminali,probet contra reum ſine tortura? Aliqui dicũt,quòd ſic.Et hãc dicit eſſe communem opi.Roland.conſ.24.nu.64.lib. 1. Alij vero dicunt,quòd teſti vili,& ignobili non creditur ſine tortura.Et hãc dicit eſſe cõmunem regulã Igneus in l.1.§.ſerui appellatione,nu.75.ff. ad Syll. Tu dic, quòd hoc relinquendum eſt arbitrio Iudicis, qui iuxta qualitatem perſonarum,& facti poterit arbitrari,an talis teſtis torqueri debeat,vel non:Sed in omnem caſum huiuſmodi teſtibus nunquam tanta

tanta fides adhibetur,ſicut aliis.

9 Torquentur etiam teſtes,qui delicto interfuerũt, & tamen dicunt neminem vidiſſe, aut cognouiſſe, ex hoc enim reddunt ſe ſuſpectos, tanquam quòd veritatem celare velint.Ita dicit tex.in l.vnius.§.iudex.ff.de quæſtio.non tamen poſſet hoc caſu iudex omnes eos qui interfuerũt,torquere,ſed tantũmodo duos,vel tres, ſecundum cõmuniter Doctores, vt dicit Boſſ.in tit.prælegato de tort. teſtium.nu. 10.in fi.Sed hoc non ſeruatur in practica,vidi enim multo plures aliquando torqueri,præſertim quando omnes ſunt ſuſpecti,quòd verũ dicere nolint.Et ideò crederem hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio,tam circa numerum, quàm circa qualitatẽ, & modum torturæ,quæ tamen nullo modo debet eſſe ita grauis in teſtibus,prout in reis.

10 Solet dubitari nunquid quando teſtes ſunt torquendi,debeat eis dari copia indiciorũ, & proceſſus.Et dicendũ eſt ℣ non.ita tenet Bar.in d.l. vnius §.iudex, nu.1. ff.de quæſtio.cui nemo contradicit, vt dicit Boſſ.in titu. prælegato nu. 38. & ſeq. ſubdens,quòd ita etiam vidit in practica obſeruari. Et certè ſi aliter fieret,deſtruerentur mille proceſſus, talis enim tortura vt plurimũ fit ſuper inquiſitione generali ad indagationem veritatis,cuius quidem generalis inquiſitionis non datur copia parti, nec teſtibus.Et ita obſeruat conſuetudo, vt dicit Anto. de Canar.de quæſtion.in ſecundo membro, nu.52. Bene verum eſt, quòd ſi teſtis ſit torquendus propter cauſam,quę aliũde quàm ex proceſſu oriatur, puta,ex eo quia ſit ſeruus,vel infamis, vel huiuſmodi,vtiq; prius ſuper hoc eſt diſputandum,& cognoſcendum,dato etiam illi termino ad deducendum, ſi quid in contrarium habet ad torturam euitandam,vt ibi.Et dicit Boſsinus in tit.de mandato ad homicidium,poſt nu.30.quòd ita ſeruat vniuerſus mundus.Quod tamen ego in practica nunquã vidi ſeruari,nam iudices ſemper torqueri faciunt teſtes abſq; vlla diſputatione,quod quidẽ tutius eſt,propter timorem ſubornationis. Faciunt quæ dixi infrà,quæſt.94.verſi.Quæro nunc.

QVÆSTIO XXVI.

1 *Teſtes debent coram iudice examinari in cauſis criminalibus.*
2 *Et quid ſi ſint perſonæ egregiæ?*
3 *Iudex an poſſit concedere literas ſubſidiales pro examine teſtium exiſtentium extra territorium?*
4 *Id tamen ſine magna cauſa fieri non debere.*
5 *Princeps an poſſit receptionem teſtium alteri cõmittere?*
6 *Citatus ad perhibendum teſtimonium,qui propter legitimum impedimentum non comparuit,& fuit excõmunicatus,an dicatur legitimè excommunicatus?*

1 SOlent autem in cauſis criminalibus teſtes plerunq; ab ipſiſmet iudicibus examinari, quãdoque etiã per iudices notarijs eorum examina cõmitti:ſed quando deponunt ad informationẽ curiæ ex ſtylo huius prouinciæ,notarij etiam abſque vlla commiſsione iudicis eorum dicta recipiunt. Teſtes verò qui ad defenſam deponunt,vt plurimũ recipiuntur ab ipſis iudicibus, quia eo caſu maior ſubeſt fraudis ſuſpicio.Si tamen teſtes eſſent in longinquis partibus,eo caſu quandoque eorũ examina cõmittuntur aliis iudicib.ſub quibus habent domicilium,idque fit cõſulto prius Senatu. Cæterum in omnẽ caſum ſi ſubeſt aliqua cauſa, propter quã iudex velit teſtem videre,& examinare, non attenditur diſtantia loci, neque committitur alteri eius examen,ſed citatur, vt veniat perſonaliter ad deponendum.Et ita ſeruatur,vt ait Carauita ſuper ritu 87.magnæ curiæ.nu.5.

2 Et aduertè,quia diſpoſitio l.ad egregias.ff.de iureiur. vt ſcilicet perſonæ egregiæ examinentur in earum domibus,non habet locũ in cauſis criminalibus,ſed debent venire ad deponendum corã iudice,ſi ita ei videatur.Et ita ſeruatur,vt dicit Carauita ſuper 142.ritu magnę curiæ,nu.1.Si tamen eſſent perſonæ,quæ aliquo iuſto impedimento eſſent impeditæ,puta honeſtæ milieres,infirmæ, aut debilitatæ,eo caſu non coguntur ad iudicem venire, ſed ad eas accedit ipſe iudex, vel mittit notarium. Et ita obſeruatur,vt dicit Carauita ſuper ritu 155.magnæ curiæ,nu 2.& aliis ſequen

3 Sed quæro,quid agendũ ſit,ſi teſtes,qui ſunt examinandi, reperiantur abſentes,& extra territoriũ iudicis procedentis? Reſp.de iure nõ poteſt iudex aliquid facere, niſi teſtes perſonaliter veniant coram eo ad teſtificandũ,vt eſt tex.in auth.apud eloquentiſsimũ.C.de fide inſt.& eſt communis opi. vt dicit Vinius in libro communiũ opi.verſi.Teſtium examinationem.Sed de conſuetudine ſeruatur, ℣ iudex poteſt,& debet concedere literas ſubſidiales ſiue remiſſorias pro eis examinandis illis iudici, in cuius territorio ipſi teſtes reperiuntur.Et ita dicũt de conſuetudine ſeruari Scribentes, in c. conſtitutus.de fideiuſſor. & in ſpecie Ioan. Andr. & Anto. de But.& Ancha.quos refert Auguſt. ad Ange. de maleficio.in verbo,Qui iudex ſtatuit,circa fi.&Carauita ſuper ritu 137.magnæ curiæ,nu,7.& Socin.Iun. conſ.60.num.7.in fin.lib.2.Idem atteſtatur ſeruari de conſuetudine etiam in cauſis capitalibus Bald. in d.auth.apud eloquentiſsimũ, nu. 2. quem refert Anan.in c.fin.nu.3.de colluſ. detegen. & Curt. Sen. de teſtib.conclu.29.nu.61.&Grammat.conſil.crim. 41.nume.16.& Affl.ſuper prima parte conſt.Regni, Rubr.ſi in prin.poſt nu.2.& Boſſ.in tit.de oppoſi.cõ
4 tra teſtes,nu.20.† Dicit tamen Alcia.conſ.462.nu.1. ℣ licet plerunque ſecundum conſuetudinem tales literæ remiſſoriæ concedi ſoleant,id tamen non fit niſi ex magna,& neceſſaria cauſa,quando aliter veritas haberi non poteſt.ibique recenſet aliquos caſus,in quibus ſunt concedendæ.In hoc autẽ Ducatu nullus iudex inferior tales literas concedit, niſi iuſſu Senatus, qui etiã hoc niſi rarò, & ex magna cauſa fieri nõ permittit.An aũt poſsit alteri cõmitti repetitio teſtium iam examinatorũ ad informationem curiæ,dixi j.q.45.verſ.Cæterum ſi reus.

5 Vnum ſcias,℣ diſpoſitio d.auth.apud eloquentiſsimũ. non habet locum in principe, nam quilibet princeps tam eccleſiaſticus quàm ſecularis poteſt etiam in cauſis criminalibus receptionẽ teſtiũ alteri,committere.Et hæc eſt cõmunis opi.vt atteſtatur Nonius de los corrigidores, fol.211. verſ.Decimò fallit.

6 Sed pone,quòd iudex eccleſiaſticus citauit aliquẽ ad deponendum ſub pœna excommunicationis, qui non comparuit,neque miſit excuſatorẽ, & ita fuit excommunicatus,deinde comparuit,dicens ſe non potuiſſe comparere propter legitimum impedimentũ:nunquid talis dicetur legitimè excõmunicatus?Reſpon.glo.in cap.cum ſuper,in glo.fin.de teſtib.cogen.dicit, quòd ille teſtis, quò ad Deum non eſt excommunicatus,ſed quò ad eccleſiam ſic tamen conſtito de legitimo impedimento debet de facili abſolui.Et eſt communis opi.vt dicit Felin.

in eod.c.cum ſuper,nu.7.& ſeq.Foller. in pract. cri. can.fol.122.nu.38. Hæc tamen concluſio in puncto iuris non tranſit ſine difficultate, ex quo ſtante iuſto impedimento,cùm non ſit dolus,neque culpa, non deberet dici excómunicatus, vt Felin.in loco præall.qui nihilominus ſubdit, quòd non auderet contra hanc communem opinionem conſulere.

QVÆSTIO XXVII.

1 *Iudex an poſſit perquiri facere rem furatam in domo alterius?*
2 *Reus an teneatur in cauſis criminalibus edere fiſco contra ſe iura, vel inſtrumenta?*
3 *Iudex an poſſit publicare edictum, vel literas monitorias, vt propaletur, vbi ſit res furata?*
4 *Et an ad detegendum ipſum furem, ſeu delinquentem?*
5 *Statutum dans præmium reuelanti malefactorem, an habeat locum etiam in participe ipſius maleficij?*
6 *Et an ille, qui reuelauit malefactorem, ſed non probauit, conſequi debeat præmium à ſtatuto propoſitum?*

VIſum eſt de indiciis, ſed quid ſi nulla reperiantur indicia? Reſp. Aliquando iudex ſolet ea
1 perquirere in domo ipſiuſmet rei, puta, ſi dicatur res furata eſſe in domo alicuius, mittit ſatellites ad eam perquirendam, vt dixi ſuprà hoc eo.lib. §.Fur tum, verſ. Quæro nunquid.

2 Sed hic incidenter quæro, Tu ſcis, quòd in cauſis ciuilibus reus tenetur edere iura, & inſtrumẽta fiſco, etiam ad ipſius intentionem fundandam, nun quid idem erit dicendum etiam in cauſis criminalibus? Reſp. quòd non, & eſt communis opin. vt atteſtatur Dec. in l.2.nu.41.C. de edendo. Et hoc non modo ſi cauſa ſit capitalis, vt ſentire videtur text. in l.2.§. Item diuus, ff. de iure fiſci, ſed etiam ſi non ſit capitalis, ſed merè pecuniaria. Et eſt communis opi. vt dicit Ripa in d.l.2.nu.22.C. de edẽdo, Quod etiam dicit eſſe ex mente omnium Boſſ. in titu. de fiſco, nu.11. Parti verò proculdubio non tenetur edere, niſi eſſent acta cõmunia, non autem tenetur edere atteſtationes, confeſsiones, repetitiones vel confrontationes teſtium. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Pract. Millei, fol.28.nu.6.

Aliquando etiam facit iudex proponi edictũ, vel literas monitorias, ad hoc vt reueletur delinquens.

3 Sed quæro, nunquid poſsit Iudex eccleſiaſticus concedere literas monitorias, & pariter iudex laicus proponere edictum ad inſtantiã partis, vt quicunque ſciuerit, apud quam perſonam, vel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto ſubtracta, debeat reuelare? Reſpon. ꝙ ſic, & ita pro regula infallibili traditur ab omnibus doctor. vt dicit Foller. in pract. cri. cano. fol.119. nu. 27. Quod intellige vt ex eo quis obligetur ad propalandum, dummodo id ſciat aliũde, quàm ex reuelatione ipſius furis, nam ſi haberet ab ipſomet qui furtum commiſit, eo caſu nõ teneretur reuelare prout in facti cõtingentia conſuluit Socin. conſil.102.lib.4.

4 Sed nunquid poterit iudex concedere huiuſmodi literas, & edictum proponere non modo vt reueletur res furata, ſed etiam vt reueletur, qui illam furto ſubtraxit? Reſp. Legiſtæ diſtinguunt, ꝙ aut id fit ex officio, & põt iudex id facere, aut fit id inſtãtiam partis, & non põt. Sed quicquid ſit de iure, cõ ſuetudo diœceſanorum, & ſtylus Romanę curiæ ſeruat indiſtinctè, vt etiam ad inſtantiam partis concedatur, vt atteſtatur Neuizza. in ſylua nuptiali, lib.3.nu.30. Foller. in loco præallegato, nu.28. Hanc etiã eſſe cõmunem opi. atteſtatur Neuizza. in loco præallegato, quem refert Pract. Conradi. folio 366. nu.12. in fin.

5 In multis autem locis adſunt ſtatuta proponẽtia præmium reuelanti, ſeu denuncianti malefactorẽ. Quæro, ſtante hoc ſtatuto, ſi compareat aliquis ex participibus, vel cõplicibus ipſius delicti, qui illud reuelet, an gaudeat beneficio ipſius ſtatuti? Reſp. ꝙ non, ita tenet Bart. in l. 3.§. ſi ex ſtipulatu, ff. ad Sylle. & eſt communis opi. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Nec non & ad denunciationem. n. 31. Et refert Ang. in l.4.§. ſi tibi, num.2. ff. de cond. ob turpem cauſ. quod cum in nocte Veneris ſancti, fuiſſet interfectus quidam Hebræus cum filiis ſuis, & quidam Formulus ſub ſpe præmij quingentorum aureorum indicaſſet ſocios, & ſeipſum, fuit ipſe Formulus laqueo ſuſpenſus. Et hoc idem refert Ana. in c. qui cum fure, nu.8. de furtis.

6 Sed pone, ſtat ſtatutũ, vel propoſitum eſt edictũ, ꝙ denuncians, vel detegens, vel arguẽs malefactorem, conſequatur certum præmium, modo aliquis denunciauit, vel arguit aliquem de maleficio, ſed non probauit, nunquid conſequetur præmium propoſitum à ſtatuto, vel edicto? Reſp. ꝙ non, & ita interpretatur conſuetudo generalis, quæ ſeruanda eſt, vt atteſtatur Albe, in l. diuus Adr. num.10. ff. de cuſtod. reo. Intelligenda enim ſunt verba cum effectu, vt ſcilicet non ſufficiat denunciaſſe, detexiſſe, vel arguiſſe, niſi etiam conuincat.

QVÆSTIO XXVIII.

1 *De captura reorum.*
2 *Captura an concedi debeat, ſtatim porrecta contra aliquẽ accuſatione?*
3 *Mulieres an poſsint perſonaliter detineri?*
4 *Doctores an poſsint carcerari?*
5 *Clerici an poſsint de iure detineri?*
6 *Et an à iudice ſeculari?*
7 *Capi nemo debet ſine iudicis commiſsione.*
8 *Captura an poſsit committi ipſi parti offenſæ?*
9 *Detentus appellans an ſit relaxandus?*

DIctum eſt de informationib. & indiciis per curiam aſſumendis, ſequitur nunc vt videamus quid facere debeat iudex poſt ipſas informa
1 tiones aſſumptas. Et in primis quidẽ debet iudex diligenter cõſiderare, ꝙd ex ipſis informationibus ꝺ reũ reſultet, & an ei videatur deueniendũ eſſe ad decretum capturæ contra ipſum, in quo quidem ad tria præcipuè animaduertere debet, ne ſi iniuſtè aliquem detineri faciat, teneatur in ſyndicatu. Primũ eſt, vt delictum, de quo agitur, ſit tale pro quo ingeratur pœna corporalis, aliàs enim non eſt reus ad carceres conducẽdus. Quæ autem ſunt delicta, in quibus pœna corporalis ingeratur, dictum eſt infrà q.68. & aliis ſeq.

Secundum eſt, vt indicia, quæ reſultant ex proceſſu, ſint ſufficientia ad capturam, de quo aliquid dixi ſuprà q.20. verſ. Ad inquirendum.

2 Scias autem quod in hoc puncto aliqui tenuerunt, ꝙ ex eo ſolo, quod cõtra aliquem porrecta ſit accuſatio criminis, pro quo pœna ſanguinis ingeratur, debet reus detineri, etiam ꝙ nulla contra eum adſint indicia. Et dicit Paul. de caſt. conſ.328. nu.1.lib.2. quòd ita eſt generalis conſuetudo. Alij verò dicũt, ꝙ antequam iudex procedat ad retentionem, ſeu carcerationẽ rei, neceſſe eſt vt in primis præcedant legitima indicia. Et hanc eſſe communem Doctorũ opi. affirmat Nouel. in pract. cri. fol.23.nu.7. Mihi nõ placet prima, nec ſecũda opi. ſi enim

ſi enim (ſecundum primam opi.) porrecta accuſatione, ſtatim abſq; alia informatione, iudex deberet capi facere reum accuſatũ, eſſet in facultate cuiuſcunq; vilis perſonæ carcerari facere quemlibet probum, & inſignẽ virũ, vt rectè cõſiderat Pau. de Caſtro in loco præallegato. neq; verũ eſt hanc eſſe generalem conſuetudinem: quia imò priuſquã deueniatur ad capturam, ſolent ſemper examinari teſtes. Et hanc dicit eſſe communem conſuetudinem totius Italiæ Ang. de Caſtro inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ.94. nu.2. libr.1. Et ita etiam hodie ſeruari ait Blanc. in pract. cri. fo.25. nu. 68. in fi. Et ſi iudex ſine indiciis aliquem carcerari faceret, teneretur in ſyndicatu. Si verò teneamus ſecundã opi. ꝙ ante capturã debeant præcedere legitima indicia, poterit reus de facili fugam arripere, & iudicẽ eludere. Et ideo dic, ꝙ iudex, habita aliqua informatione, põt deuenire ad capturã rei. Et hanc eſſe puto veriorẽ opi. quam etiã dicit eſſe cõem Blan. de ind. nu.6. Et cauti iudices illam obſeruant, vt dicit Ang. de malef. in verbo, Iudex cõmiſit, quòd Caius, n.4. quia. ſ. habita aliquali informatione de delicto, iubent reum capi ſi crimen ſit tale, ꝙ pœna ſit corporis afflictiua. Dicit etiã Boſ. in tit. de captura, nu.3. ꝙ ita decidunt communiter Doctores, ſubdens, ꝙ iudices boni ita obſeruant. Hanc etiam dicit eſſe iuridicam practicam, & quã iudices Moderni obſeruant Xuarez in ſuo vol. alleg. fol.685. nu. 5. Et ſecundum hoc intelligendum eſſe puto dictum Saly. in l.ſi. in fin. C. de quæſtio. de quo etiam aliquid dixi infrà, q.45. verſ. Cæterum ſi reus, vbi ait ꝙ iudex habita formatione debeat formare inquiſitionem, & deinde capi facere reũ, non quidem vt loquitur S[illegible] in inquiſitione, prout eſt libellus, ſeu citatio quæ tranſmittitur reo, prout illum fortè intellexit Dec. conſ.180. in fi. neq; etiã de inquiſitione generali quò ad perſonas, & ſpeciali quò ad delicta, ,,put illũ itelligit Bru. de ind. & tort. fol,167. nu.5. & poſt eum Boſ. in ti. de capt. nu.82. ſubdens quod ita pract. obſeruat, ſed de proceſſu informatiuo, qui formatur à iudice aſſumẽdo indicia, & informationes cõtra aliquẽ ſpecialiter, ex quib. iudex deinde elicit titulũ crimi. qui eſt forma & ſubſtãtia ipſius inquiſitionis ſiue proceſſus, iuxta ea quæ dixi ſup. q. 3. verſ. Et aduerte. Et hoc modo vtiq; debet formari inquiſitio ante capturã, vt dicit Sal. in loco præal. nõ autẽ debet reo tranſmitti ante capturã, quia illud eſſet verbaliter illum citare, vt dixi ꝺ. q.31. Et certè, ſi eo modo intelligeretur, Sal. eſſet ſibiipſi contrarius, & eſſet ridiculũ trãſmittere reo inquiſitionem, priusquã iudex illũ capi faceret, quia nihil aliud eſſet, quã ipſum ad fugã inſtruere. Et quia tota materia indiciorũ eſt arbitraria iudici, vt dixi ꝺ. q.20. poterit iudex, inſpecta qualitate perſonę & delicti, decernere capturã contra reũ, habita ea informatione, quæ ſibi ſufficiẽs videbitur. Aliter enim procedendũ eſt cõtra nobilem, & contra diuitem, qui non præſumuntur velle aufugere, quàm contra pauperem, & vilem perſonã. Et ideo fortiora indicia haberi debẽt ad carcerãdum perſonã nobilẽ, & inſignem quã pauperem. Præterea aliter procedẽdũ eſt in delictis occultis, quã in publicis, & ſic minora indicia ſufficiẽt ad decernendũ capturã, quando agitur de crimine occulto, quã de publico, quæ omnia, & alia multa huiuſmodi diſcretus iudex cõſiderare debet. nõ enim poteſt in his dari certa regula. poterit iudex capi facere reũ, vbi ei ſuſpectus videatur, & de fuga & de delicto, & ad carceres conduci præcedente aliquali informatione. Et ita practicant iudices deputati ad malef. vt dicit Sal. in d.l. ea quidem, n. 77. & in l. nullus, nu.4, C. de exhib. reis. quem refert Carauit. ſuper 34. ritu magnæ curiæ, poſt nu.10. Nõ tamen debet iudex illũ examinare, neque reũ capi facere ſup delicto, niſi legitima præcedãt indicia, vt dixi ſuprà q.20. circa prin. Et certè ſi in cauſis ciuilibus licet iudici, & quandoque etiam ipſimet parti capere debitorem, qui ſit de fuga ſuſpectus, vt dixi infrà, lib.prox. multò magis id licere debet iudici in cauſis criminalibus quæ ſunt multo maioris momẽti, & præſertim vbi agitur de criminibus atrocibus. Et ſic vides, ꝙ hæc materia informationum & capturæ, eſt quaſi arbitraria iudici. Quinimò Saly. in l.2.nu.2.C. de cuſt. reo. dicit, quod aliquando dicitur etiã ſemiplene conſtare iudici per informationem ab ipſo habitam à pluribus, nõ in figura iudicij, & ꝙ hoc ſufficit ad capturam. Et dicit Cauenſ. ſuper 41. ritu magnæ curiæ, n. 10. ꝙ ita hodie ſeruatur in delictis enormibus, quod eſt valde notandum ad excuſationem iudicum, qui plerunque antequam indicia in ſcriptis redigantur, faciunt reos detineri, & bene faciunt, quãdo delictũ eſt graue, & ſubeſt probabilis ſuſpicio fugę.

Tertiò debet iudex animaduertere, ne fortè perſona, cõtra quam captura decernitur, ſit talis, quæ ex priuilegio detineri non poſsit.

3 Quæro igitur, nunquid mulieres poſsint de iure perſonaliter detineri? Reſp. ꝙ non. tex. eſt in c. mulieres, de iud. in 6. & eſt cõmu. opi. vt atteſtatur Boer. in repet. l. conſentaneũ, nu. 144. C. quomodo & quando iudex. quod tamen intellige, vt procedat in mulierib. honeſtis, ſecùs autem in meretricib. & vilibus. Sed certè quidquid ſit de iure, hodie de cõſuetudine contrariũ ſeruatur, nam indiſtinctè mulieres capiuntur pro delictis, & carcerantur, ſed bene ponuntur in carceribus ſeparatis à carceribus virorum. Et de hac cõſuetudine atteſtatur Imo. in c.2.n.16. de pign. quem refert Maria. de citatio. art. 5.q.17. verſ.16. fallit, & Grãma, deciſ.33.nu.11. Idem atteſtatur Blanc. in pract. cri. fol.4.n. 27. Et ita etiã ſeruari de ſtylo, & conſuetudine curiarum Franciæ ait Boer. deciſ.349. nu.5. in fi. Bonum eſt tamen, quòd iudex in hoc ſit valde circunſpectus, quia ſi mulier ſit nobilis, vel honeſtæ conditionis, nõ debet illam cum dedecore ad ſe conduci facere, neque ſtatim in carcerem coniicere, ſed poterit ei dare pro carcere domũ alicuius nobilis, & honeſtæ matronæ ſub idonea fideiuſsione. & hoc niſi delictũ ſit atrox, nam eo caſu eſſet detrudenda in carcerem, vel in monaſteriũ, vel in prætorio in aliquo cubiculo ſub honeſta cuſtodia, & fideiuſsione retinẽda, arbitrio iudicis, inſpecta qualitate delicti, & perſonæ. Et ita in hoc Ducatu ſeruatur. In regno autem Neapolitano, ſi delictum eſt tale, propter quod reus non ſolet relaxari fideiuſſori, mulieres carcerantur, aliàs non. Et ita ſeruari hodie in magna curia Vicariæ atteſtatur Gramma. in d. deciſ. 33. quem refert Folle. in practica criminali, fol.34. nume.18.

4 Item quæro, nunquid Doctores poſsint carcerari? Reſp. ꝙ quando agitur de delicto leui, nõ poteſt Doctor carcerari, ſecus autem ſi agatur de delicto graui. Ita dicit gl. in l. medicos, in verbo, Exhiberi. C. de profeſſo. & med. libro.10. quam videntur ſequi Doctores, vt dicit Marcus deciſ.81.num.1. Et ego vidi in facti contingẽtia plures Doctores car

ceratos ex diuersis criminibus.

5 Quæro nunquid clericus posit pro crimine personaliter detineri? Respō. Si loquimur in iudice ecclesiastico cōpetenti, nulla videtur esse difficultas, quōminus ab eo possit clericus propter crimē personaliter detineri. Et ita quotidie videmus obseruari. Scias tamen, ꝙ de iure antequam clericus detineatur, debet constare iudici de delicto, pro quo talis clericus est detinendus. Ita dicit Io. And. in c. si clericos, in verb. Commissos, de sent. excō. in 6. subdens, quòd caueant sibi prælati nostri temporis, qui capiunt statim, quia (secundū eum) incidunt in pœnam excommunicationis. Et ita tenēt communiter Doctores, vt ait Cor. cōs. 325. quod est consilium vltimum in litera C. lib. 4. Quando autē dicatur constare de delicto, dixi suprà q. 4. Itē scias ꝙ requiritur, ꝙ ipse clericus sit fugitiuus. Ita colligitur ex tex. in c. vt famę, de sent. excom. & ita cōmuniter intelligunt Doctores, vt ait Corn. in loco prælallega. Scias etiam, quòd talis carceratio clerici debet esse ad custodiam, non autem ad pœnam. Ita dicit gl. in d. c. si clericos, in verb. Postea, quam sequuntur omnes, vt ait Cor. in d. cons. in litera E. Sed certè quidquid sit de iure, hæc omnia de consuetudine malè obseruātur hodiernis tēporib. fortè quia multū creuit malitia clericorum.

6 Si verò loquimur in iudice seculari, nūc facienda est regula, ꝙ ab eo non potest clericus detineri, nisi in casib. in quibus pōt etiā ab eo puniri, de quibus dixi infrà q. 36. Bene verū est, ꝙ si clericus inueniatur in flagranti crimine potest capi à familia iudicis secularis, non quidem vt puniatur, sed vt tradatur iudici ecclesiastico. Et hæc est cōmunis opi. vt dicit Feli. in c. si verò, nu. 4. de sent. excom. quē refert Villalob. sua collecta commun. opi. in litera C. nu. 77. Viuius in li. communium opin. in verbo, Iudex laicus, quam etiam dicit esse consuetudine approbatam Gramma. super consti. regni, fol. 29. col. 2. vers. 14. iudex. Publicè enim interest, ne delinquentes impuniti euadant. Quinimò hoc casu potest capi non solum à familia, sed etiām à quocunque laico. Et est communis opi. vt dicit Aret. in d. c. cum non ab homine, nu. 14. & seq. pariter etiam, vbi clericus delinquens verisimiliter esset suspectus de fuga, potest capi, vt episcopo suo cōsignetur. Et est communis opi. vt dicit Alcia. in d. c. cum non ab homine, n. 63. quē refert Villalob in loco prælallega. Nam & hoc casu publicè interest, vt talis delinquens capiatur, ne crimen impunitū remaneat.

Dictū est, quę personæ detineri possint, vel non; Quæro nūc; quomodo decernenda est talis captura? Resp. quòd licet in causis ciuilibus in verbali citatione quilibet nuncius absq; iudicis speciali mādato possit quēcunque citare, tamen in causis criminalibus secus est, nam nisi præcedat specialis commissio iudicis, nemo debet personaliter detineri. Hæc tamen conclusio locum non habet, quādo aliqui reperiuntur in flagrāti crimine facere rixam, deferre arma contra formam edictorū, portare aliquid contra deuetum extra territorium, vel similia, nam in iis casibus vtiq; capi possunt per familiam absque iudicis commissione. Ita dicit Paris. Put. de synd. fol. 188. nu. 15. & ita seruatur in practica, vt attestatur Carauita super 34. ritu magnæ curiæ, post nu. 2. An autem possit quis sine iudicis mandato citari verbaliter, dixi infrà q. 31. vers. Vnū autem scias.

8 Solet autem captura committi satellitibus, & familiæ ipsius iudicis. Sed nunquid potest iudex cōmittere capturam personalē rei delinquentis ipsimet parti offensæ? Resp. ꝙ sic, dummodo executio huiusmodi capturæ nō habeat annexam causæ cognitionem, & dummodò fiat sine atmis & resistentia. Et hæc est communis opi. vt dicit Cagn. in l. nō est singulis, nu. 6. ff. de reg. iur. Sed certè, quidquid sit de iure, ego consulo quibuscunque iudicibus, vt à talibus cōmissionib. abstineāt, ne detur occasio scandalorum, quæ quidē de facili eueniunt, quando huiusmodi actus nō publica, sed priuata manu peraguntur. quod etiā consilium dat Paris Put. de synd. fol. 291. nu. 3. Posset fortè tolerari, si vna cum familia curię trāsmitterētur aliqui ex offensis, qui assistendo auxilium, & fauorem præstarent ipsi familiæ, nō autem vt ad ipsius capturæ actum manum apponerent. Sed hoc etiam non nisi ex vrgenti necessitate fieri debet.

9 Quæro, si detentus appellet, nunquid pendente appellatione sit relaxandus Dixi infrá q. 45. vers. Sed quid si reus.

QVÆSTIO XXIX.

1 *Familia officialis an possit detinendum, si resistat, impunè interficere?*
2 *Officiali resistere an aliquando liceat?*
3 *Eximens detentum è manibus familiæ qua pœna sit puniendus?*
4 *Et quid si erat indebitè detentus?*
5 *Et an eximens seipsum iucidat in pœnam?*
6 *Iudex an possit statuere præmium capienti delinquentem?*
7 *Capiens delinquentem recuperat à fisco, id quod expendit in eo capiendo?*
8 *Statutum constituens præmium capienti delinquentem, an habeat locum in officiali?*
9 *Statutū quòd villa teneatur capere malefactorem, an habeat locum, quando maleficium fuit de nocte commissum, & claues portarum erant apud rectorem?*
10 *Delinquens si fugiat in aliam iurisdictionem, ibique captus sit à familia eum persequente, an sit liberandus?*

1 SAEpenumero contingit, ꝙ delinquentes ne capiantur, familiæ resistunt, & se armis tuentur: Quæro, nunquid familia possit illos interficere? Respond. ꝙ si familia habet mandatum iudicis aliquem capiendi, & ipse resistat, neque aliter capi possit, potest illum impunè interficere. Ita colligitur ex text. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. cōfug. Et hoc verū esse nullus dubitat, vt ait Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosos. n. 196. ff. de pœ. Et dicit Bald. in l. fi. C. de exhib. reis. ꝙ vidit de facto liberari beruarium, qui vulnerauerat fugientem quem capere volebat. Et illud dictum Bald. refert Aug. ad Ang. de male. in verbo, Fama publica, post nu. 54. Et ita etiam pluries iudicatum fuisse in facti contingentia, refert Amed. de syn. num. 100. & seq. quem refert Boss. in titu. de captura, nu. 12. Et licet Amed. in loco prælallega. videtur sentire, ꝙ in prædictis casibus satellites sint liberandi, dummodo captura sit iusta, aliàs secus ego indistinctè puto esse liberandos, quia ad eos non pertinet cognoscere, an commissio iudicis sit iusta, vel iniusta, vt dixi infrà q. 60. vers. Solet dubitari, sed solummodo illam exequi. Et ideo, vbi ipsa commissio esset in forma fidem faciente, illos semper excusarem. Admonet tamen, & rectè Amed. ibi, officiales, & familiā, vt quantū fieri potest, caueant ab huiusmodi vulneribus, & percussionibus, referēs se vidisse in ciuitate

tate Perusij populum insurgentem contra potestatem, & familiam, quia vulnerauerāt quendam captum resistentem familiæ. Debent etiam satellites cautè in hoc procedere, qa si deinde appareret, ꝙ illum capere potuissent, absque eo ꝙ interficerēt, vel vulnerarent, non euaderēt pœnā saltem extraordinariam, prout in facti contingentia iudicatum fuit per curiam Neap. teste Gramma. decis. 41. Itē debent aduertere, vt habeant secum licentiam illum capiendi in scriptis, vel saltē habeant insignia, quòd sint satellites, aliàs verò posset reus licitè ab eis aufugere, & etiam se defendere, non enim tenetur eis credere. Et ita in facti contingentia aliàs determinatum fuisse, attestatur Ang. in l Itē apud. §. si quis virginem, nume. 2. ff. de iniur. quem refert Aug. in loco prælallegato.

2 Sed hic incidenter quæro, nunquid aliquando liceat officiali, seu iudici resistere, præsertim si de facto procedat? Resp. Aliqui tenuerūt absolutè, ꝙ sic. Et hanc sententiam dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptam Placa lib. 1. delictorum, ca. 28. num. 9. Sed hæc opi. iudicio meo periculosa est. Ideo tu dic, ꝙ aut iudex procedit tanquam iudex, & nullo modo debet ei resisti, nisi vellet inferre aliquod præiudicium irreparabile. Aut procedit eo modo, quo solent procedere priuati, & tūc impunè licet ei resistere. Et hæc distinctio colligitur ex gl. in l. non videtur, §. qui iussu. in glo. vnica. ff. de reg. iur. quam dicit esse communiter approbatam Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosos, post nu. 143. ff. de pœnis. Et dicit Clau. in lectura l. vt vim, n. 27. & 28. & in repet. n. 48. ff. de iust. & iure, ꝙ ita omnes volunt, & in hoc omnes cōcordant, dixi latius suprà lib. 2. §. iudex.

3 Eximens autem detentum è manibus familiæ punitur pœna capitis, vt dixi infrà, quæst. 68. versicu. Eximens.

4 Sed quid si ille erat indebitè detentus, nunquid eximens erit puniendus? Resp. quòd non & est cōmunis opi. vt attestatur Ias. in l. 3. §. quod prætor, col. 3. ff. ne quis eum qui. prout illum refert Boss. in tit. de captura, nu. 7. & tit. de carcere, n. 15.

5 Quæro etiam, nunquid ille, qui se ipsum eximit de manib. familiæ, incidat in pœnam? Resp. Boss. in titu. de captura, nu. 17. & seq. refert in facti contingentia fuisse determinatum in senatu, ꝙ sic, licet dicat, quòd in eo casu fugiens, seu eximens se, euaginauerat ensem, & sic videbatur etiam feciſſe resistentiam familiæ. Ego credo, quòd fugiens è manibus familiæ sit puniēdus, prout ille, qui fugit è carceribus. nam etiam ipse dicitur detineri, mitius tamen ex quo non dicitur violare publicos carceres. Et hoc quando id facit sine violentia. Sed si defendat se cum armis, dicerem puniendum esse prout illos, qui resistunt capturæ. Non tamen omittam, ꝙ cum quædam Alegra Piua maritum capitaliter damnatum exemisset è manib. satellitum, fuit diu disputatum in Senatu, an esset punienda, & tandē non fuit diffinitiuè absoluta, neque condemnata, sed dictum eam non esse molestandā, donec aliud per senatum ordinatum fuisset, 3. Iul. 1563. P. N.

6 Sed quid si delinquens aufugerit, ita vt capi non potuerit à familia, nunquid poterit iudex seu potestas publicare edictum, & statuere præmium capientib. huiusmodi delinquentē? Resp. ꝙ sic & ita cōmuniter tenetur, vt dicit Alb. in 4. parte statutorum, q. 48. quē refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, post n. 75. Quod tamē ego intelligo, vt procedat in aliquo casu particulari, vbi delictū esset atrox, & seuera pœna dignū. nam eo casu dicendū est licere iudici tale præmiū constituere, sed nō in genere cuicunq; capiēti malefactores. hoc enim esset condere legem, quod non permittitur nisi supremis magistratibus.

7 Vnū tamen nota in hoc proposito, ꝙ quicunque etiam non habens mandatū à iudice, ceperit aliquem malefactorem, & tradiderit curię, & in eo capiendo aliquid expenderit, poterit illud recuperare ab officiali, vel à fisco. Et hoc fatentur omnes, vt dicit Grammat. siue Petrus de Monforte super constit. regni, fol. 54. nume. 5. dicens istud esse perpetuo menti tenendum.

8 Cæterūm in multis ciuitatibus, & oppidis Italiæ extant statuta, quæ constituunt præmium capientibus delinquētes: Quæro, nūquid officialis capiēs aliquem malefactorem, debeat habere tale præmium à statuto propositum? Resp. ꝙ non, quia illud facere tenetur ex debito, & necessitate officij sui. Et ita dicūt omnes Scribentes, vt ait Ioā. Monti de auctoritate magni consilii, posito post decis. Boer. post n. 146. vers. Et ibi dicunt. Et dicit Boss. in tit. de captura, nu. 76. quòd ita vidit seruari in facti contingentia.

9 Econuerso etiam in multis ciuitatib. stant statuta, quòd villa teneatur capere malefactorē sub certa pœna. Pone, ꝙ fuit commissum maleficiū de nocte, & rector, seu potestas habebat claues castri, ita ꝙ illi de villa non potuerunt exire, & capere malefactorem: Quæro, nunqnid teneātur pœna statuti? Respond. quòd non. ita dixit Bart. in l. 3. §. subueniētur. ff. ad Sylle. Et hæc conclusio approbatur à Doctoribus, vt dicit Aug. ad Angel. de malef. in verb. Qui iudex dictum Caium, post nu. 12. Cùm enim facto, seu impedimento superioris exire non potuerint, non potest eis aliquid imputari.

10 Sed pone, quòd familia vnius iudicis incipiat in suo territorio persequi delinquentem, & eū capiat, & ille aufugiat in territorium alterius iudicis, & ibi fuerit à familia eum persequente comprehēsus, nunquid erit retinendus ab ipso iudice, qui capturam decreuit, & ab eo puniendus? Resp. quòd non, sed debet relaxari, & dimitti. Et est communis opi, vt dicit Barba. cons. 26. in fi. li. 1. quē refert Boss. in ti. de captura, nu. 34. & idem Boss. in tit. de fauorib. defensionis, nu. 7. in fin. dicit, quòd ita vidit seruari. Ita etiam practicari attestatur Ant. Gomes. c. 9. delictor, nu. 5. Non enim hoc casu attendi debet principiū, sed finis. Et si casus contingeret, ita seruarem, licet contrarium in facti contingentia decisum fuisse referat Paris. Put. de synd. fol. 190. ca. 4. nu. 2. in quodam qui commserat delictum Perusij, & fuit insecutus à familia, vsque ad ciuitatem Florentiæ, & ibi captus.

QVÆSTIO XXX.

1 *Ecclesia habet immunitatem, vt delinquens. qui in eam cō fugerit, non sit inde violenter extrahendus.*
2 *Et an ambitus, qui est extra ecclesiam per quadraginta passus?*
3 *Et an palatium episcopi?*
4 *Et an ecclesia nondum consecrata?*
5 *Et quid si ecclesia sit interdicta?*
6 *Et quid si sit destructa?*
7 *Et an oratoria priuata?*
8 *Et quid si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam?*
9 *Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate?*

10 *Et an raptores virginum?*
11 *Et an homicida proditorius?*
12 *Et quid in homicida animo deliberato?*
13 *Et an ille, qui ex insidiis alium interfecit?*
14 *Et an fures?*
15 *Et an illi, qui in ecclesia delinquunt?*
16 *Et an clerici?*
17 *Et an Iudæi?*
18 *Et an excommunicati?*
19 *Et quid si delinquens iam insequente familia à locis profanis in ecclesiam se receperit?*
20 *Et an possit iudex secularis propria auctoritate delinquentem ab ecclesia extrahere?*
21 *Et an possit iudex ponere custodes, vt delinquentem obsideant?*
22 *Et an immunitas ecclesiæ prosit iam condemnatis?*
23 *Et an delinquens extractus ab ecclesia possit puniri corporaliter?*
24 *Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistiæ sacramẽtum, an gaudeat immunitate?*
25 *Delinquens an possit extrahi à scholis?*
26 *Et an à domibus Cardinalium?*
27 *Et an auelli à statuis principum?*

CAEterum si delinquẽs ad Ecclesiam cõfugerit, non est ab ea extrahendus, c. inter alia, de immu. eccle. nam in ecclesia nemo personaliter capi debet. Et hæc est communis opi. vt ait Maranta in suo Speculo, fol. 105. nu. 29. Violatores autẽ huius immunitatis ecclesiarum puniuntur à iure, pœna triginta librarum argenti purissimi, vt habetur in c. quisquis. 17. q. 4. Benè verum est, q hæc pœna hodie non exigitur. nam per desuetudinem perdidit ecclesia ius eam exigendi, vt attestatur gl. in c. cum multę, in verbo, Connubio 15. q. vltima, quam gl. refert, & sequitur Ange. de Castr. inter consilia Pauli de Castro eius patris, cons. 458. circa fi. lib. 2. Sed quidquid sit circa pœnam, vera est conclusio, q delinquentes fugientes ad ecclesiam consequuntur immunitatem. Et hæc est communis omnium doctrina, vt dicit Gomes. Iusti. de act. in princ. nu. 67. quam pro regula ponunt omnes legistæ, & canon. vt ait Remig. de immu. eccle. fol. 14. in regula. Hæc autem immunitas in duob. consistit. Primum, vt inde violenter extrahi non possint. Secundũ, vt etiam si violenter inde extracti non fuerint, sed ab ipso episcopo, vel abbate iudicibus laicis sponte traditi, non possint amplius ex eo delicto condemnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalẽ, vel corporis afflictiuam. Possunt tamen pecuniariter dãnari, vel alia pœna extra corpus, & cogi ad pœnitentiam agendam, & aliam satisfactionem. Et hanc dicit esse magis communem opin. summa Angelica in §. Immunitas, nu. 16. Idem dicit tenere communiter Doct. Abb. in d. c. inter alia. nu. 8. Sed certè hoc apud nos nó seruatur. nam illi, qui post delictum aufugiunt ad ecclesiam, si sponte traditi fuerint à prælatis, vel aliter sponte exierint, vel per vim licitè extracti fuerint, puniuntur. Et si traditi non fuerint, solent inquiri, & citari, & si non compareant, cõdemnantur ad pœnam mortis, vel aliã corporalẽ iuxta qualitatẽ delicti. Et ita hanc partem immunitatis ecclesiarum hodie nó esse in vsu attestatur Remigius de immunit. eccles. fol. 7. & seq. & fol. 235. in tertia quæst. in fin. affirmat in specie illam in Hispania non seruari, vt dixi infrà vers. Succesiuè quæro.

Scias autem, q etiã prima illa pars immunitatis cõcessæ ecclesiis, vt scilicet delinquentes in eis capi non possint, hodie propter ingentem numerũ ecclesiarum, & frequentiam delinquentiũ est à cõsuetudine valde restricta: aliàs enim de facili quilibet malefactor euaderet manus iustitiæ, cũ nulla ferè sit via in ciuitatibus, in qua non sit vna, & quã doque etiam plures ecclesiæ, ita vt priusquàm caperetur, facillimè posset in aliquam earum se recipere, maximè nemine persequente, quòd tamen esset contra mentem eorum, qui ecclesiis immunitatem hanc tribuerunt, non quidem vt essent asyli delinquentium, & spelunca latronum, sed vt præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent.

2 Hinc est, q licet de iure cõmuni non modo ecclesiæ ipsius ambitus gaudeat priuilegio huius immunitatis, sed ẽt quicquid est per quadraginta passus circa ipsam ecclesiam si sit matrix, & per triginta si sit alia, hoc tamen vsu non obseruatur, vt dicit Igneus in l. 1. in prin. nu. 58. ff. ad Sylle. quem refert Remig. de immun. eccle. fol. 32. in 6. ampliatione. Fab. in pract. arbitr. fol. 486. nu. 21. Benè verum est, quòd senatus vltimo Octob. 1559. P. N. iussit prætori Papiæ, vt restitueret ecclesiæ quendam Pitium imputatum de vxoricidio, captum in cubiculo cuiusdam domus sitæ intra 16. passus ab ecclesia maiori, dummodo ipsa domus cohæreret ecclesiæ, & esset ipsius ecclesiæ. Et ita his concurrentibus seruandum esset in hoc ducatu, aliàs verò non esset à communi consuetudine recedendum.

3 Scias etiam, q licet de iure cõmuni gaudeat hac immunitate nõ solum ipsa matrix ecclesia, sed etiã palatium episcopi, c, id constituimus, 17. q. 4. & fuit opi. Hosti. quam sequũtur communiter Doctores, vt dicit Barb. cons. 33. nu. 7. lib. 4. & hoc non modo si sit annexũ ecclesiæ, sed etiã si sit separatè cõstructum, & longè ab ipsa ecclesia vltra quadraginta passus, secundum gl. in d. c. id constituimus. in gl. 1. est communis opi. vt attestatur Didac. lib. 2. resolutionum, c. 20. nu. 5. in fi. Remig. de immun. eccle. fol. 70. in 15. ampliatione, vbi subdit etiam communẽ opi. esse, q gaudeat, etiam si in eo nulla capella cõstructa sit, nihilominus contrariam opin. praxis forensis frequenti omnium vsu recepit, scilicet q palatium episcopi non gaudeat hac immunitate, nisi sit constructum intra dictos quadraginta passus ab ipsa ecclesia, vt attestatur Didacus in loco præallegato.

Huiusmodi autẽ consuetudines maximè sunt obseruandæ, vt ait Dida. in d. c. 20. post nu. 4. subdens, quòd est præcauẽdũ, ne hiscę tẽporib. canones ipsos extendamus, cũ oporteat reprimere audaciam eorum, qui freti hac immunitate passim crimina committunt. Et ibi attestatur multos esse prælatos, qui in ciuitatib. suis non tutantur delinquentes hac immunitate aduersus iudices seculares, nisi in iis ecclesiis, in quibus continuè seruatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.

4 Quæro, si constructa sit ecclesia quæ tamen nondum fuerit consecrata, neq; in ea sint celebrata diuina officia, nunquid talis ecclesia gaudeat immunitate prędicta? Respond. quòd sic, modo sit auctoritate episcopi constructa. Et ita frequentiore interpretum consensu receptũ est, vt ait Dida. in d. q. 20 nu. 4. Ita etiam communiter teneri attestatur Remig. de immunitate eccles. fol. 15. vbi etiam post Bonifa. affirmat, quòd ita seruat consuetudo.

Idem

5 Idem etiam dicendum est in ecclesia interdicta, nã & ipsa gaudet ecclesiastica immunitate. Ita tenuit Goff. & sequũntur commu. Doct. vt attestatur summa Ang. in verb. Immunitas, q. 27. Honos enim qui ecclesiis debetur, ob Dei reuerentiam præstatur, quæ propter hominum culpã cessare nõ debet.

6 Maius est dubiũ in ecclesia destructa, an scilicet gaudeat ecclesiastica immunitate. Dic ergo, q si quidé ecclesia sit destructa auctoritate superioris, vel sine spe reædificationis, non gaudet, si verò est destructa sine auctoritate superioris, vel subest spes refectionis, vtiq; retinet priuilegium immunitatis. Et hæc est communis opin. vt attestatur Remigius in loco præallegato, folio 92. in vigesima ampliatione.

Sed quid dicendum in oratoriis priuatis? Resp. q illa non gaudẽt immunitate ecclesiæ, etiã si in eis diuina celebrentur officia. Et hæc est communis conclusio, vt attestatur Abb. in c. fi. nu. 4. de censibus. Remig in loco præallegato, fol. 26. n. 10. Sunt enim huiusmodi oratoria, loca priuata. nam ad volũtatẽ domini domus, hodie potest esse oratoriũ, & cras erit camera, merito non debet ecclesiarum priuilegio gaudere.

8 Quæro, nunquid generaliter omnes delinquentes, qui ad ecclesiam cõfugiunt, gaudeãt ipsius ecclesiæ immunitate? Resp. Cõmunis conclusio cano
9 nistarũ est, † q omnes delinquentes gaudeãt immunitate ecclesiæ, præter latrones viarum, depopulatoresq; nocturnos agrorum, & homicidã, qui ex insidiis alterũ interfecit. Ita attestatur Pract. Joc. 106. n. 19. vbi dicit, quòd in hac conclusione omnes canon. simul consentiunt. Et aduerte, quia ad hoc vt huiusmodi latrones & depopulatores, indigni reddantur beneficio immunitatis ecclesiæ, requiritur, q in strata publica, & frequẽtata paratis insidiis obsederint, vt homines interficerent, vel agros depopularẽtur. Et ita vult tota canonistarũ caterua, vt dicit Igneus in l. 1. §. subuenitur, nu. 107. in fi. ff. ad Sylle. vbi etiam post n. 117. appellat hanc communem omnium canon. opinionem. Et q requiratur quòd insidiosè hoc fecerint, dicit esse cõmunem conclusionem Remigius in loco præallegato, fol. 104. in secunda fallentia. Et hæc quidem omnia secũdum dispositionem iuris canonici, nullam videntur habere difficultatem per tex. in ca.
10 inter alia de immunitat. eccles. † Sed de iure ciuili aliud videtur, nam etiam raptores virginum, homicidæ, & adulteri excluduntur ab hoc priuilegio, vt est tex. in §. quòd si delinquentes in authen. de mand. prin. Benè verum est, quòd secũdum aliquos ille text. corrigitur per ius canonicum, nam secundum iuris canonici dispositionem (vt dixi) etiam huiusmodi delictorũ rei ad ecclesiam confugientes, gaudent illius immunitate. Et ita communiter tenent attestatur summa Angelica in §. immunitas nume. 17. in fi. Summa syluestrina in §. immunitas tertio in 1. quę. n. 2. Et hanc dispositionem iuris canonici esse consuetudine approbatam attestatur Io. Fabr. in §. sed hoc tempore, post nu. 2. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. quem refert Alex. cons. 145. nu. 4. in fi. lib. 5. vbi in contingẽtia facti ita consuluit, & nu. 11. attestatur hanc esse communẽ opi. Refert etiam (sed in contrarium) Pract. Iod. c. 106. nu. 12. Et ita seruari à iudicibus Deum timentibus ait Bos. in ti. de captura, post n. 21. Et in specie de raptoribus virginũ, quòd non possint extrahi ab ecclesia, attestatur esse communem opi. Henricus Boich, in c. ecclesię, col. 3. de immun. ecclesiarũ, quem refert Remig. in loco præallegato, fol. 197. fallentia 28. & Didacus in d. c. 20. nu. 8. Vidi etiã in facti contingentia restitui ecclesiæ quendam condemnatũ pro violẽtia illata cuidã mulieri 17. Maij 1567. A. C. De sacrilegis autem reperio, quòd senat. indistinctè iussit illos ab ecclesia extrahi, 14. Nouẽbris 1560. P. N. Et licet aliqui distinguãt, an delictũ, pro quo quis vult se tueri immunitate ecclesię, sit commissum stimulo naturali, vel nó, eorũ tamẽ opi. communiter dãnatur, vt per Alexan. in d. cõs. 145. nu. 9. Quinimò Boss. in ti. de captura, nu. 32. dicit conclusum fuisse in senatu, quòd de iure neque etiam pro crimine læsæ Maiest. potest reus capi in ecclesia, quæ tamen decisio credo, quod non obseruaretur in practica, per ea quæ dixi infrà, q. 36. vers. Quæro nunquid.

11 Scias tamen, quod hæc conclusio iuris canonici non ita indistinctè procedit in homicida, vt absolutè ab ecclesia extrahi non possit, licet enim omnes conueniãt in homicidio simplici. s. quod commissum est casu, culpa, vel etiam dolo, nulla tamen animi deliberatione ex interuallo præcedente, vt talis simplex homicida gaudeat hac immunitate, quæ opi, proculdubio est cõmunis, vt ait Didacus in d. c. 20. n. 7. in fi. & ab omnibus indifferenter obseruatur, prout etiam illã iussit seruari senatus in quodam August, Palmerio, 15. Febr. 1550. tamen in homicidio commisso animo deliberato, nó modica est controuersia inter Doctores. Et quidem si vltra qualitatem animi deliberati, concurrat etiam qualitas, ditionis, quia s. fuerit aliquis ex insidiis, & proditoriè interfectus, in hoc ferè oẽs consentiunt, vt talis proditoriè homicida non gaudeat immunitate ecclesiæ. Et hanc dicit esse cõem opin. Dida. in d. c. 20. n. 7. vbi etiã subdit, q est Christiani orbis cõsuetudine admodũ recepta Ant Gomes c. 10. delict. post n. 2. vers. Quintò limita. Remig. gon. de imm. ecclesiarum, fol. 125. n. 1, vbi etiam subdit, quòd est vsu, & praxi magis recepta, put illũ refert Placa. li. 1. delict. c. 21. n. 6. Menchiaca li. 3. de testa. §. 22. post nu. 53. vers. Illud autem. Hãc etiam conclusionem dicit esse communi omnũ opi. vsu, & sententia iudicum sæpius esse receptam, Igneus in l. 1. §. si dominus, nu. 7. ff. ad Sylle.

12 Punctus est, quando homicidium est commissum cum qualitate animi deliberati, non tamen proditoriè. Et hoc casu multi tenent quòd talis homicida nõ sit ab ecclesia extrahendus: quod secundũ communes opi. seruari asserit Alex. in d. cons. 145. nu. 46. & 11. lib. 7. prout illũ refert Pract. Conradi fol. 268. n. 6. in fi. vbi (vt dixi) Alex. in contingẽtia facti ita cõsuluit. Et hanc opi. obseruari ait Blanc. in prac. cri. fo. 4. nu. 26. Contrariã tamẽ sententiam dicit esse magis communẽ Didac. in d. c. 20. post n. 7. vers. In his profecto casibus Et in hãc partẽ apertè inclinauit Senatus in causa cuiusdã Nicolai Siluetti. 7. Iulij 1561, P. N. Et licet Dida. ibi videatur sequi opi. Abb. q scilicet non possit extrahi, nihilominus subdit, quòd propter Doctorum auctoritatem, & communem opinionem sæpissimè tales homicidæ ab ecclesiis extrahuntur, prout etiã in facti contingentia seruatum fuisse attestatur Guido Papæ. decis. 121. in camera consilij. Io. Gal. q. 172. §. per arrestũ, Papoli. 1. tit. 1. Arresto 18. Boer. in d. decis. 109. post nu. 7. Ita etiam se pluries vidisse iudicari dicit May. in l. nemo de domo. nu. 20. ff. de reg. iu. Ita etiam obseruari in tota Italia attesta

tur

tur Practicus Pap.in forma inquisitionis, in verbo. Hæc est quædam inquisitio.n.31.in fi.dicens, ꝙ ita bene prudenter obseruat Italia,quæ est omnium prouinciarum domina,quæ residet in monarchia, & in qua est omnis virtus scientiarum & fructuum affluentia & locorum & ciuitatum pulchritudo,& magna copia,quem refert Remig.de immunit.eccles.fol.6.& Alciat.de præsump.in 3.regula præsumptione 33.n.4.Et quanuis hoc communiter reprobari asserat Marian in c.1.nu.3.de homicid.& in tractatu de citat.art.37.q.6.colum. 1.& Boss. in tit.de captura,post nu.21.tamen secundum hanc opi.tãquam magis communem,& à consuetudine approbatam vidi pluries iudicari; & in specie cõtra quẽdam Franciscum Cazusinum,qui licet captus fuisset in ecclesia,intellecto per Senatum quòd homicidium fuerat animo deliberato patratum,fuit vltimo supplicio affectus,8.Aug.1562.P.N. & aliàs etiam contra quendam Petrum Ant. del. Conte, qui homicidium animo deliberato commiserat, & captus fuerat in camera cuiusdam monachi in monasterio.S.Sigismun. Cremonæ, & fuit iussu Senatus illi caput amputatum, 26. Apri. 1554.P.N. Neque puto ab ea in practica esse recedendum,ne spes impunitatis præbeat scelestis hominibus occasionem delinquendi.

13 Hoc autem multo magis obseruadum esset,quãdo tale homicidium per insidias commissum fuisset,talis enim homicida insidiosus proculdubio nõ gaudet ecclesiæ immunitate.Et hæc est communis opi.quæ in practica seruatur,vt attestatur Remig. in loco præalleg.in 13.fallentia,prout etiam in practica seruatum fuisse attestatur Milleus in pract.crimin.fol.31.nu.19.

14 Quæro,an fures gaudeant immunitate ecclesiæ? Respon.De iure nulla est difficultas,quin gaudeãt, sed Didac.in d.ca.20.nu.13.in fi.dicit, ꝙ consuetudo cõsensu clericorum & laicorum instituta obtinuit fures etiã simplices non gaudere ecclesiæ immunitate,& quòd ita passim ab ecclesiis abducuntur inuiti à iudicib. secularibus. Hæc consuetudo apud nos non seruatur,bonum est tamen illam seruare in locis,in quibus est copia furum,prout etiã eos in Gallia abundare dixit Igneus in l. 1.§.si sibi manus,num.127.ff.ad Sylle.

15 Item quæro,nũquid immunitas ecclesiæ prosit illis,qui in ipsa ecclesia delinquunt?Resp.ꝙ nõ,vt est tex.in c.fi.de immun.ecclesiarum.& in hoc omnes conueniunt,vt ait Didac.in d.c.20.nu. 15. Nam qui ecclesiam delinquendo offendit,non est dignus,vt eius beneficio iuuetur.Et hoc intellige etiam in furantibus in eccles.Et ita communiter notatur, vt dicit Ang.de Cast.inter cons.Pauli de Cast. patris sui in d.cons.458.nu.1.in fi.lib.2.quem tamẽ aliter refert Didac.in loco præal.post nu.15.ver. 25.prout etiam obseruatum fuisse in quodam sacrilego attestatur Pract.Millei,fol.31.n.21.& generaliter in quocunque delicto in ecclesia commisso, etiam si non interueniat homicidiũ aut mẽbri mutilatio: quicquid dixerit Card.contra quẽ est cõis opi.vt attestatur Remigius in loco præalle.in 3.fallentia, nu. 5.Hæc tamen conclusio intelligenda est, (secundũ aliquos) vt procedat in his, qui delinquunt in eccles.sub spe immunitatis ipsius ecclesiæ.sed quando apparet aliquem non sub ea spe in ecclesia deliquisse, vtique gaudet ipsius immunitate. & hæc fuit opi.Host.quam dicit esse communem Remig. in loco præall.in 3,fallentia.nu.3.subdens, quòd si non ex proposito,vel veteri odio,sed casu fortuito quis cõmittat delictum in ecclesia, gaudebit eius immunitate.Et quòd ista est communis opi. quæ tamen apud nos non posset in practica obtineri. semper enim vidi indistinctè seruari quod qui in eccles.deliquit,reputatur indignus,vt eius immunitate se defendat.

Sed quid si aliquis in vna ecclesia delinquat,& & deinde ad aliam ecclesiã confugiat, nunquid defendetur ab hac secunda ecclesia, vt gaudeat eius immunitate? Resp.ꝙ non. & est cõmunis opi.vt attestatur Remig.in loco præall.fol.123.in 11.fallẽtia, nu. 2. Cũ enim vna sit per totum orbẽ vniuersalis ecclesia,qui facit iniuriam vni particulari ecclesiæ, omnes offendisse videtur.Dicit tamẽ summa Syluestrina,in verbo,Immunitas.§.3.q.2. vers. Tertiõ est,ꝙ de consuetudine apud aliquos contrariũ seruatur.Sed certè apud nos communis opin.seruatur in practica.Quinimo (secundum aliquos) ille,qui semel deliquit in ecclesia,si iterũ delinquat extra ecclesiam, & post delictum ad ecclesiam, confugiat, non debet eius immunitate gaudere. Et ita in facti contingentia decisum fuit per Capellam Tholosan. decis. 422. Item fuit quæsitum, an si aliquis,&c.

16 Vlterius quæro,nũquid clerici gaudeant immunitate ecclesiarũ, ita vt ab illis inuiti extrahi non possint ab eorum iudicibus ecclesiasticis?Respon. ꝙ sic.non enim debent ipsi esse deterioris cõditionis,quàm laici.Et ita consuluit Roman. cons. 234, & est communis opi.vt ait Diaz in pract.crimi.canon.ca.115.Sed quidquid sit de iure,contrarium seruatur de consuetudine,vt attestatur Diaz. in loco præallegato,quem refert,& cum eo concordat Didacus in d.c.20.nu.16.& Remigius in loco præallegato,fol.161.fallentia 21.

17 Præterea quæro,nunquid Iudæi confugiẽtes ad ecclesiam gaudeãt eius immunitate?Resp.ꝙ non, ipsi enim sua infidelitate se indignos faciunt eius beneficio.Et hæc est communis opi. vt dicit Marsi. in l.ex Senatusconsulto,nu.7.& seq. ff. ad l. Cor.de sica.quem refert Remig.in loco præallegato,in 18. fallentia.Bene verum est,ꝙ multi tenent cõtrariũ, quòd scilicet etiam Iudæi gaudeant hac immunitate.Et dicit Didacus in d.c.20.post nu.11.ver.XIII. quòd hęc sententia videbitur fortasse frequentiori auctorum calculo recepta. Tu verò non recedas á prima opinio.tanquam veriore,& magis communi.Non enim debemus erga Iudæos perfidissimos Christiani nominis hostes aliqua humanitate vti, vt dixi suprà lib.2.§.Iudæus.

18 Quæro etiam,nunquid excommunicati si delinquant,gaudeãt immunitate ecclesiæ?Resp.ꝙ sic,& est communis opi.vt attestatur Boer.decis. 110.nu. 7.quem refert Remig.in loco præalle.in 19.fallentia,nu.1.& Didac.in d.c.20.nu.11.Quæ conclusio licet in puncto iuris nõ transeat sine difficultate,tamen propter honorẽ Dei non esset ab ea in practica recedendum.Faciunt quæ dixi infrà,q. 77.vers. Sed nunquid.

19 Pone,familia insequitur reũ,& postquã ipse per loca profana aliquantum aufugit,recipit se in ecclesiam,nunquid poterit ab ea extrahi? Resp.Aliqui dixerunt,quòd sic.sed certè contraria opin.est verior,& etiã magis communis, vt attestatur Remig.in loco præallega.fol.203.in 31.fallẽtia in fi.& ita seruatur,prout etiam se obseruari vidisse attestatur Bos.in ti.de captura,n.22.Et reperio Senatũ ita

ita iussisse in casu cuiusdã Ale.Magni, 13. Feb.1543. P.N.Quinimò cum semel carcerati, qui Papiæ detinebantur,è carcere ipso aufugissent,& in ecclesiã se recepissent,& iussu illustrissimi Ducis(vt dicebatur)ab ipsa ecclesia,in quam confugerant,extracti fuissent, senatus iusit ipsos tanquam malè extractos ecclesiæ restitui,28.Decem.1557.P.N. Et idem quoq; per parlamẽtum Burdegalense obseruatum fuisse refert Papo lib.1.tit.1.Arresto 17.& Boer.dec. 110.nu.9.licet contrarium aliquando iudicatũ fuisse referat Chass.super consuet.Burgund.fol. 55.nu. 116.de quo mẽtionem facit Remigius in loco præallegato,fol.199.in 29.fallentia.

20 Quæro nunc,nunquid in casibus, in quibus delinquens non est tutus immunitate ecclesiæ, possit iudex secularis illũ propria auctoritate ab ipsa ecclesia extrahere?Resp.Saly.in l.si quis ei,nu.6.C.de adult.dicit ꝙ non, sed quod debet prius licentiam ab episcopo requirere.Sed certè in contrarium est communis opin.vt attestatur Remig. in loco præallega.fol.217.in 1.quæst.circa fin.Vbi etiam subdit, quod seruatur in practica.Et ita quotidie videmus, quod iudices seculares extrahunt delinquentes ab ecclesiis non expectata licentia episcopi,quia prælati,& iudices ecclesiastici reddunt se in hoc valdè difficiles,& dum requiritur & expectatur licentia, sæpè clerici faciunt delinquentes aufugere. Et ita moribus, & praxi Christiani orbis receptũ esse ait Didac.in d.cap.20.post nu.18.vers.34.Ita etiam seruari in curia Delphi.attestatur Guido Papæ decis. 121.in fi.& ita pluries se vidisse seruari refert Gulie. de Benedictis in 1.parte repet.c.Raynutius,in verb. Et vxorem in Decis.2.fol.51.n.152.ita etiam de facto
a seruari a attestatur Boer.decis.109.n.2. Debent tamen in hoc iudices seculares modestè se gerere, & prouidere,ꝙ sine tumultu, & offensa personarum ecclesiasticarum extrahantur,& vbi aliquando cõperiant,quod de iure non debuissent illos extrahi facere,debent eos confestim ecclesiæ restituere.

21 Quæro modo, nunquid si delictum est tale pro quo delinquens ab ecclesia extrahi de iure non possit,liceat iudici seculari positis custodibus ecclesiã ipsam obsideri facere,& prohibere, ne ad eum alimenta deferri possint? Resp.quod non & est communis opin. vt ait Didac.in d.c.20 post nu.17. vers. 31. Et ita in hoc dominio seruatur. In aliis tamen locis aliquãdo vidi reos in ecclesiis obsideri,prout etiam in Nortmannia dicit esse hanc consuetudinem Igneus in l.1.in princip.nume.9.ff.ad Sylle. vbi ait, quod per victus subtractionem eos exire cogũt cum banni impositione, & pœnæ interminatione, deinde compellunt eos abiurare patriam,& in exilium ire:ꝙ si reuertantur, & deinde in ecclesia capiantur,non gaudent amplius ecclesiæ immunitate,sed vltimo supplicio afficiuntur, vt narrat ibi Igneus,recensendo totam disputationem superinde habitam in facti contingentia,vsque ad num.54.Bene solent rei,qui ad ecclesiam confugiunt, poni in compedibus,vel cum bona custodia,donec cognitum fuerit, an gaudere debeant ipsius ecclesiæ immunitate.Et ita de consuetudine obseruari attestatur Guido Papæ in d.decisio.121.circa fin.Remigius in loco præalleg.fo..238.q.6.

22 Scias autem, quòd hæc immunitas ecclesiæ prodest non modo delinquentib. qui post delictum in ecclesiam confugiunt, sed etiam carceratis,vt dixi suprà versic.Pone familia, Quinimo prodest etiam iam condemnatis,& bannitis etiam capitaliter. Et ita iussit senatus restitui ecclesiæ quendam Io.Testam capitaliter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat 11.Ianuarij 1555.A.C.Fortius dico,quòd si aliquis condemnatus dum ad supplicium ducitur,transit per ecclesiam vel cœmiterium, gaudet immunitate ecclesiæ, neque potest inde violenter extrahi. Et hæc est communis opin. vt attestatur Remigius in loco præallega.fol.201.in 30.fallentia. Et ita se vidisse in facto iudicari affirmat Chassan. super consuetu.Burgund.fol.55.n.121.quem refert Boer.decis.110.post nu.8.

23 Successiuè quæro,nunquid ille,qui ad ecclesiam confugit, si deinde extractus fuerit in casib. in quibus licitè extrahi poterat,possit puniri?Respõ. Oldra.cons.154.in fine dicit, quòd extractus ab ecclesia(secũdum omnes) non punitur pœna sanguinis. Ego tamen in practica nunquam vidi seruari, nam siue licitè ab ecclesia extractus fuerit,siue ipse sponte exierit,& deinde captus fuerit, semper vidi eum puniri,perinde ac si nunquam ad ecclesiam confugisset.Et ita etiam seruari de consuetudine, & stylo Franciæ attestatur Boer.in d.decis.209.in fi.& dixi ẽ.circa principium quæst.

24 Vltimò quæro,nunquid delinquens, qui confugit ad sacerdotem sacram eucharistiam in manibus portantem gaudeat immunitate prout illi,qui ad ecclesiam cõfugiunt? Resp.quod sic,& fuit opi. Host.cum qua transeunt cõiter Doctores, vt dicit Corset.in suis sing.in verbo,Cardinalis.Et dicit Io. Arno.Soliloquio 80.Dicat capitulum,quòd illum sequuntur communiter Doctores.Dicit etiam Gomes.in §.pœnales,post nu.50.Institu.de actio.quod ita tenent communiter Doctores.Hanc etiam opi. dicit esse communem Cagnol.in l.vinum,nu.54.ff. si cert.pet.Didac.in d.cap.20.nu.6. Remigius de immun.eccles.fol.84.Ant.Gomes.c.10.delict.nu.1. quẽ refert Placa lib.1.delic.c.34.nu.16.Menchiaca lib.3. de testa.§.22.num.55.Cum enim in ipsa Eucharistia sit Christus Iesus, propter quem ecclesia gaudet hoc priuilegio,multo magis in eo idem dicendum est,quod in ecclesia.Vide quæ dixi ẽ.q.98.vers.Sed pone, An autem si condemnato detur sanctissima Eucharistia,debeat eo die morti tradi,dixi ẽ.q.99. vers.Sed quæro.

25 In hoc autem proposito adde,quod sicut non licet delinquentes ab ecclesia extrahere, ita neque etiã licet scholares pro aliquo delicto è scholis extrahere.Et ita de cõsuetudine seruari attestatur Rebuff.de priuileg.scholar.vbi refert ob id quosdam fuisse suspensos, & illum refert Horatius de priuileg.scolar.cap.51.

26 Item adde,quòd sicut delinquentes non possunt extrahi ab ecclesia, neque à palatio episcopi, ita neque etiam extrahi possunt à domib. cardinaliũ Sanctę Romanæ ecclesiæ.Et ita hodie consuetudo communis obseruat,teste Manfredo in tractatu de cardinal.c.8.in 14.priuil.

27 Tertiò adde,quòd etiã fugientes ad statuas Principum sunt securi,ne inde auelli possint, vt videtur tex.in l.vnica.C.de his qui ad statuas confug.Et est communis opin.vt attestatur Remig.in lo.præalle. fol.97.in 23.amplia.Dicit tamen Restaurus de Imperatore.q.96. quòd hoc de consuetudine non videtur admissum, neque receptum. Et certè credo quod vix posset in practica obtineri.

in

ADDITIO.

a Seruari.Adde Aufrer.in tracta.Arrestorum.capitul.218.

QVÆSTIO XXXI.

1 *Citari debet reus ante omnia.*
2 *Et quid si princeps procedat contra subditum?*
3 *Et quid in sententia declaratoria censuræ?*
4 *Citatio in causis criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis.*
5 *Et an in citatione sit exprimenda causa propter quam reus citatur?*
6 *Et an in citatione possit apponi pœna?*
7 *Et an citatione inseri debeat totus tenor libelli?*
8 *Et quæ sit forma libelli inquisitionis?*
9 *Arbitrium iudicis quid importet?*
10 *Fama an probetur per illa verba, Fama publica præcedente?*
11 *Mensis & annus an sit exprimendus in libello inquisitionis?*
12 *Scientia & dolus, an in delictis requiratur?*
13 *Clausula, Super quibus omnibus, & c. in inquisitione quid operatur?*
14 *Iudex an teneatur se inscribere in inquisitione?*
15 *Citatio qualiter reo intimari debeat?*
16 *Et an sufficiat, quod intimetur ad domum?*
17 *Et an sit necessaria perquisitio citandi per ciuitatem?*
18 *Et an sit illi danda copia citationis?*
19 *Et quid si citandus sit extra territorium?*
20 *Et quid si ambo territoria sint sub eodem præside prouinciæ?*
21 *Et quid si reus sit vagabundus?*
22 *Et an vnica citatio in criminalibus sufficiat?*
23 *Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur?*
24 *Et an fiscus sit citandus, & pars offensa?*
25 *Et an pendente termino posito in citatione possit iudex capi facere reum?*

1 VBI locus capturæ non fuerit, tunc debet iudex contra reũ ad vlteriora procedere, & vbi contumax fuerit, illum condemnare. Est tamen ante omnia præmittendum, quod debet omnino reus legitimè citari, vbi enim reus non fuisset citatus, vel citatio esset nulla, vel minus legitimè facta, processus, & sententia, & omnia quæ sequuntur, sunt ipso iure nulla, vt dicit gloss. in l. fi accusatoribus, in gloss. fin. C. de accusat. Et est communis Theorica, vt attestatur Roland. cons. 68. nu. 14. lib. 2. Et hoc locum habet non modo in quocunque iudice, sed etiam in ipso principe. nam & ipse de ordinaria potestate non potest procedere contra aliquem non citatum. Et hæc est communis opin. vt dicit Corse. in repertorio Abbatis in verbo, Princeps, vel Papa. Soc. inter consilia Curtij Sen. cons. 20. nu. 4. & seq. Et hoc etiam, si delictum sit notorium, vt dixi ſ. q. 9. vers. Quæro nunquid.

2 Adde, quòd hæc omnia locum habent etiam si ille, contra quem princeps procedit, esset eius subditus, adhuc enim non posset contra eum non citatũ procedere, Text. est vulgatus in clemen. pastoralis. de re iud. & est communis opin. vt ait Soc. cons. 87. post nu. 19. vers. Capio sextam, li. 3. & cons. 164. nu. 16. in fin. lib. 2. & consil. 266. nu. 46. eod. vol. & cons. 120. post nu. 10. lib. 3. dicit, quòd omnes fatentur, ꝙ in causis criminalibus non potest princeps, etiam de plenitudine potestatis procedere, etiam contra subditum, eo non citato. Et in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi loquendo de causis ciuilibus j. lib. proximo. dicit enim Soc. in eo. cons. 164. num. 15. quòd in criminalib. ita sentiunt omnes, qui hoc tenent in ciuilibus, & quòd ita consultum fuit in causa interdicti ciuitatis Florentiæ per multos Doctores. Et reuera si in ciuilibus non potest princeps procedere contra subditum non citatum, secundũ opin. quam in loco prælegato ostendi esse magis communem, idem & multo magis dicendum est in criminalibus, in quib. de maiori præiudicio tractatur. Et ita semper vidi in practica obseruari.

3 Item adde, quòd licet aliqui tenuerint, quòd hoc non habeat locum in sententia excommunicationis declaratoria, nihilominus magis communis opi. est, ꝙ etiam quando iudex declarat aliquem incidisse in aliquam excommunicationem vel pœnã ipso facto, requiritur citatio etiam in sententia cẽsuræ, & interdicti. Ita tenet glo. in clem. præsenti, in verbo, Constiterit. de cens. quam omnes approbãt vt dicit Soc. in d. con. 20. nu. 16. in fi. R ipa in l. his cui bonis, nu. 27. ff. de verb. oblig. Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. in cap. reprehensibilis, post nume. 2. de appellation. Et dato, quòd aliquo casu sustineri posset illa opi. quod ad sententiam declaratoriam censuræ non requireretur citatio, certè in ipsa discussione negotij, & causæ, propter quam peruenitur ad ipsam sententiam declaratoriam, vtique requiritur citatio. Et in hoc nemo discrepat, vt dicit Tort. inter cons. Ant. de Butr. cons. vltimo, col. fi. ver. Sed vnum est, aliàs enim esset tollere parti suas defensiones, quod nullo modo est faciendũ.

4 Vnum autem scias, quòd licet in causis ciuilibus valeat citatio sine speciali commissione iudicis, vt
a dixi j. lib. proximo. Tamen in criminalibus a debet fieri de speciali cõmissione iudicis, aliàs est nulla. Et hæc est communis opi. vt dicit Ripa in c. 1. num. 86. de iud. quem refert Pract. Conradi, fol. 267. nu. 5. Blanc. de ind. nu. 334. prout illum refert Villalob. in sua collecta communium opin. in litera C. nu. 55. Et ita seruatur de consuetudine, vt dicit Bal. in l. fi. nu. 4. C. de exhib. reis.

5 Quæro nunc, quæ sit forma huius citationis, & in primis nunquid in ea exprimenda sit causa, propter quam reus citatur? Resp. Abb. in c. præterea, n. 8. de dilatio. distinguit, quod aut citatio mittitur in partes lõginquas, & tunc est inserenda causa, propter quam quis citatur: & aut citatio fit in partibus propinquis, & non requiritur expressio causæ, sed sufficit dicere, quod compareat responsurus cuidam accusationi, seu inquisitioni contra eum formatæ. Et dicit Foller. in prac. cri. can. fol. 140. in fin. quod hæc distinctio Abb. seruatur in Rõ. curia, & aliis. Sed certè quidquid sit de iure, apud nos indistinctè seruatur, ꝙ in citatione inseratur causa. Et hanc opi. dicit esse communem Imola in l. inter accusatorem, nu. 2. in fin. ff. de pub. iud. prout illum refert Menchiaca controuers. vsu frequentium, c. 24. num. 12. Et ita etiam quotidie practicari attestatur idem Foller. in pract. crim. fol. 36. nu. 2. Quinimò de consuetudine non modo causa, sed totus tenor libelli sine inquisitione inseri debet in ipsa citatione, vt dixi j. vers. Quæro nunquid.

Item

ADDITIO.

a In criminalibus. Adde quòd etiam in crimina lib. debet apponi hora in citatione, in qua reus debeat comparere, & est bona practica secundum Ang. in l. more. el. 2. ad fi. ff. de feriis, & citatus personaliter, non comparet per procuratorem, & vbi statutum requirit præsentiam. Abb. in c. expositi. nume. 12. de accusat. Citationem tamen siue termino valere tenet Vantius de nullitatib. proces. fol. 188. nu. 71. quia intelligitur quod reus compareat quam citius fieri poterit.

6 Item quæro, nunquid possit iudex in tali citatione apponere pœnam pro contumacia? Respond. in hoc dominio prohibitum est per nouissimas cõstitutiones in ti. de accus. §. omnib. procedere præceptis pœnalibus sine licentia senatus, qui tamẽ aliquando concedit, vbi non adsunt indicia sufficientia ad formandã inquisitionem præsertim in causis magnis, vt dicit Bos. in titul. quomodo procedatur per præcepta, n. 1. Sed de iure communi vtique potest iudex comminari pœnã reo non comparenti. Et hoc tam in ciuilib. quàm in criminalibus, vt latius dixi j. libro proximo. Non tamen potest reum citare sub pœna confiscationis bonorum, quidquid dixerit Bald. in c. 2. in primis verbis, de testi. cogen. cuius opin. communiter à Doctoribus reprobatur, vt dicit Cagnol. in l. vnic. in prin. n. 39. ff. si quis iud. non obtemp. Et ita etiam videmus, quòd talis pœna confiscationis bonorum per contumaciam recessit ab aula, & hodie non est in vsu, vt attestatur And. de Isern. quem refert Afflict. in c. 1. in verbo, Cõdemnatorũ, nu. 30. quæ sint rega. & Natta, cõs. 240. nu. 2. & Roland. cons. 47. nu. 46. lib. 2. Vide quæ dixi in loco prælegato, vbi etiam dixi, an iudex possit excedere mulctando dispositionem tex. in l. eos. C. de modo mulcta. & quid de facto seruetur.

7 Quæro, nunquid in citatione debeat inseri totus tenor inquisitionis, seu libelli contra reum formati? Respon. De iure communi sufficit citare reum, vt compareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ occasione talis delicti, nec requiritur quòd in ipsa citatione insertus sit tenor inquisitionis, seu libelli. Et ita communiter tenetur, vt dicit Maria. in repet. ca. qualiter & quando, nume. 212. in fi. de accus. Blanc. in pract. cri. fol. 111. n. 22. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt scilicet necessariò apponendus sit in citatione totus tenor inquisitionis. Et ita communiter obseruari & practicari attestatur Marian. in loco prælegato. Angel. de malef. in verbo, Iudex commisit, num. 3.

8 Quæro, quæ sit forma inquisitionis, seu libelli, cuius tenor est in citatione inserendus? Resp. Forma, quæ passim obseruatur, est illa, quam elegãtissimè glossauit Ang. de Aret. excellens Doctor, in suo tractatu maleficiorum, & Maria. in d. repet. c. qualiter & quando, à nu. 187. vsque ad nu. 212. & practicus Papien. in tit. de forma inquisitionis, quæ quidem est in hunc, qui sequitur, modum.

HÆC EST QVÆDAM INQVISITIO. Reperio, ꝙ Carauita super 20. ritu magnę curiæ circa fin. dicit, quod iste modus dicendi in processu, Hæc est quædam inquisitio, non obseruatur generaliter. Et verum dicit quò ad processum, sed quò ad libellũ, ego credo ꝙ apud omnes hæc forma dicendi obseruetur. Quid autem sit inquisitio, dixi ſ. q. 3. vers. Et aduerte. Materiam autem inquisitionis posui ſ. q. 5. & seq. & quomodo procedatur per viam inquisitionis. ſ. q. 11.

SIVE TITVLVS INQVISITIONIS. Hæc verba apponuntur ad demonstrandum, ꝙ reuera iste libellus non est propriè inquisitio, sed est quidam titulus criminis resultans ex ipsa inquisitione. s. ex indiciis siue informationib. per ipsum iudicem inquirentem assumptis.

QVÆ FIT ET FIERI INTENDITVR. Hæc verba significant, ꝙ etiam transmisso libello inquisitionis non cessat ipsa inquisitio, imò iudex semper officio durante processu perseuerat inquirẽdo, & recipit testes super delicto. An autem id facere possit post publicatas attestationes, dixi j. q. 61. vers. Sed quæro.

PER DOMINVM N. PRÆTOREM, ET D. N. EIVS IVDICEM MALEFICIORVM. Apponitur nomen iudicis, vt sciat reus corã quo debeat cõparere ad se defendẽdum: præterea quæ titulus dignitatis, seu officij, ex quo possit cognosci ipsum esse iudicẽ competentem, & habet iurisdictionem in causis criminalibus.

EX EORVM, ET CVIVSQVE EORVM MERO OFFICIO, AVCTORITATE, POTESTATE, Inquisitio enim propriè fit ex officio iudicis, vt dixi ſ. q. 3. Illa autẽ verba Ex mero officio, operãtur ꝙ non requiratur, ꝙ præcedat diffamatio, secundum Ang. sed eius opin. cõiter reprobatur, vt dixi ſ. q. 7. vers. Idem etiam.

9 Arbitrio atque balia. Iudex licet habeat arbitriũ, debet tamen seruare ius commune, nam arbitrium quòd conceditur officialibus super maleficiis, debet reduci, & restringi ad ius commune, nisi quò ad modum procedendi, & circa aliqua leuia. Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Alberic. in 3. parte statut. q. 32. vers. Item quæro, nu. 1. Vide quæ dixi j. q. 64. vers. Dixi etiam. Et ideo aduertãt officiales, ne prætextu arbitrij eis concessi, nimis animosè procedãt. nam licet datum sit à lege, vel ab homine arbitrium procedendi, non tamen propterea censetur remota cognitio, sed remissa subtilitas secũdum omnes Doctores, vt attestatur Catald. de synd. q. 106. & Amed. de synd. nu. 145.

ET AD QVERELAM. Hodie non porrigitur accusatio solennis, scilicet cum subscriptione, & aliis requisitis, sed tantum simplex querela, vt dixi ſ. q. 12. Et potest hæc querela, quę successit loco accusationis, concurrere etiam cum inquisitione, vt dixi ſ. q. 3. vers. Hinc infertur.

NEC NON ET AD DENVNCIATIONEM N. Materiam denunciationis posui ſ. q. 7. Et licet Ang. de malef. in verbo, Nec non & ad denũciationem, dicat, ꝙ raro hæc tria remedia simul concurrunt, videmus tamen quotidie contrarium in practica, nam in omnibus ferè delictis pars querelat, antianus siue syndicus denunciat, & iudex ex officio inquirit. Hic autem modus procedendi per denũciationem non est modus de per se, sed est cõnexus cum inquisitione, vt dixi in dict. quæstion. 7. in princip.

CONTRA ET ADVERSVS N. Exprimendum est nomen proprium imputati, eiúsque agnatio, & patria, & habitatio, si fieri potest, ita vt omnino certa sit persona, quæ inquiritur. Et dicit Maria. in d. c. qualiter & quando, num. 190. ꝙ quãto plures adiiciuntur demõstrationes, tãto maior datur certitudo, subdẽs, ꝙ laudandi sunt Senenses, qui adiiciunt nomen patris, aui, & familiæ, &c. Si tamẽ ignoratur nomen homicidæ, describendus est per signa, staturam, habitationẽ, vestes, & alias circunstãtias, quæ exprimi possunt. nam eo casu dũmodo constet de corpore, potest procedi etiam ad condẽnationem. Et hoc omnes sciunt, vt dicit Boss. in tit. de delicto, nu. 33. & dixi sup. q. 4. vers. Quanto verò Moneo autẽ delinquentes, ne confidant super hoc, quia fortè in libello inquisitionis erratũ sit in cognomine, seu in patria, quia si permiserint se banniri, & postea perueniãt in fortiã iusticiæ, dũmodo cõstet de corpore, & delicto, non poterunt euadere executionem cõdemnationis. Et dicit Ang. in l. his

verbis.§.fi.in fi.ff.de hæred.inst.quòd fuit in facti cõtingentia decapitatus quidam Bononiæ, qui erat descriptus in numero bannitorũ,tãquã de vna ciuitate,cum esset de alia,ex quo constabat eum esse illum qui fuerat pro illo maleficio citatus & condemnatus.Et illum etiam refert Ioã.Arn.Epit.95. Quidam conciuis.

HOMICIDAM, Exprimẽdus est titulus delicti,vt tempore condemnationis sciri possit,quæ pœna sit imponenda. Materiam autem homicidij posui s.hoc eo.li.§.Homicidium.

ET P.AVXILIATOREM, Materiam auxiliatorum,& qua pœna sint puniendi,posui infrà, quæst.90.

ET F.MANDATOREM, Qua pœna puniatur mandans dixi ĩ.q.89.

INEO,DEEO,ET SVPEREOQVOD, Sunt verba idem significantia, quæ tamen consuetudo obtinuit,vt semper omnia apponantur.

10 FAMA PVBLICA PRÆCEDENTE, Diffamationem præcedere debere inquisitionem, dixi ŝ.q.6.ibique versic.Sed quoniam.& seq. posui quemadmodum fama probetur.Restat hic tantũmodo videre nunquid ex ista assertione iudicis,dicẽtis in libello inquisitionis famam publicam præcessisse, dicatur probata fama. Doctores in hoc multũ se inuoluunt, nam aliqui dicunt simpliciter, quòd sic,& dicit Foller.in pract.crim.canon.fol.87. nu.33.quod ita tenent communiter Docto. Aliqui distinguunt, an iudex procedat ad instantiam alicuius,an autem ex mero officio,ita quidem vt si ad instãtiam alterius procedat,teneatur ille, qui promouet inquisitionem,facere fidem de fama:si verò procedat iudex ex mero officio,credatur ipsi iudici asserenti famam publicam præcessisse. Et dicit Card.Alex.in c.de accusatione.col.25.circa med.2. q.8 quod ita tenent communiter Doct. Alij distinguunt inter iudicem ordinarium,& delegatum, vt scilicet delegatus non possit inquirere,nisi prius fama ipsa per testes probata fuerit. Et in hoc videntur concordare doctores omnes,vt dicit Berous in d.c.qualiter & quando.n.36.in fi.In ordinario vero, vbi procedat ex mero officio,sufficiat, ꝙ extraiudicialiter ei de fama constet.Et hanc dicit esse cõmunẽ opi.Aret.in c.cum oporteat,nu.43. & seq.de accu.Berous in loco prælleg.n.36.Et ex hoc inferunt,ꝙ potest ordinarius formare inquisitionem, non examinatis testib. super infamia, & quòd vbi recipiat aliquos testes super infamia, non tenetur eorum dare copiam reo petenti.Sed tamẽ si appelletur ad superiorem, dicunt, quòd tenetur iudex probare reum fuisse diffamatum,aliàs processus esset nullus.Et hanc attestatur esse communem opi. Alex.de Neuo,consi.86.nu.1.Aret.in d.c.cum oporteat, prout illum refert Boss.in tit.de inquisitione, post nu.70.Vbi etiam subdit,quòd ita practicatur. Breuiter quidquid sit de iure canonico,in quo fuit inuenta ista diffamatio,practica fori ciuilis obseruat totum contrarium.Et Berous in loco prælleg. refert nonnullos attestantes seruari in practica, ꝙ ordinarius nõ inquirit ex mero officio, si prius nõ appareat de fama ex dictis testium. Et certè si obseruaretur illa opinio,ꝙ crederetur iudici de fama asserenti,posset quilibet iudex procedere ad inquisitionem specialem criminis contra aliquem, asserendo,quòd sibi extraiudicialiter constat illum esse diffamatum de ipso crimine,quod esset destruere totam practicam criminalem, secundum quam prohibetur iudici inquirere,nisi precedat diffamatio,aut aliquid aliud, quod aperiat viã inquisitioni,vt dixi ŝ.in d.q.6.in prin.& ver.sed tetẽta,& seq. Et dicere,ꝙ si pars appellet, tenebitur iudex facere fidem de infamia coram superiore,mihi videtur somnia vigilantiũ,cũ bona venia tantorũ patrum. Et si quis vellet ista in practica obseruare,credo,ꝙ omnib.se deridendũ præberet.Tu ergo dic,quòd ad hoc, vt iudex possit inquisitionẽ suam fundare super diffamatione,requiritur ꝙ de fama constet per testes iudicialiter receptos.Et ideò Ang.in repe.l.si vacantia,nu.182.C.de bon.vac.li.x.monet iudicem, vt sit cautus, ꝙ semper recipiat dicta diffamantiũ ad bancũ pro tribunali sedendo,ne possit obiici,ꝙ diffamatio in occulto facta sit,quod dicit esse notandũ Ang.de malef.in verb.Fama publica, in primis verbis,subdens,ꝙ quando recipitur à iudice talis diffamatio in suo bastardello, notarius maleficiorũ debet dicere.Et prædicta facta fuerunt ad bãcũ iuris iudice pro tribunali sedente.& dicit,hoc tene mẽti in practica ne erres.Sed certè neq; hoc seruatur in practica,nam stante generali consuetudine,ꝙ ex omni delicto possit inquiri,hæ informationes super diffamatione amplius nõ sũt in vsu, quia semper ferè aliquo alio modo cõtingit aperiri viã iudici ad inquirendũ absque diffamatione. Et ideò practica obseruat,ꝙ constito de delicto,eodẽ contextu assumuntur informationes super crimine, & super fama,vt dixi ŝ.q.6.ver.Vltimò scias.

ET CLAMOSA INSINVATIONE REFERENTE, Clamosam insinuationem requiri de iure vltra famã,ad hoc,vt per inquisitionẽ procedi possit.dixi ŝ.q.6.vers.Item quæro.

NON QVIDEM AMALEVOLIS,ET SVSPECTIS, SED POTIVS AB HONESTIS, ET VERIDICIS HOMINIBVS, ET PERSONIS. Debet enim fama habere originem à personis non suspectis, vt dixi in d.q.6.vers.Amplius etiam,& seq.

NON SEMEL TANTVM,SED SÆPE ET SÆPIVS AD AVRES, ET NOTITIAM DICTI D. POTESTATIS ET IVDICIS,ET CVRIÆ, Requiri, ꝙ fama non semel tantum,sed sæpius ad aures iudicis ascẽdat,dixi ŝ.in d.q.6.vers.quæro nunc.

ETIAM PER MODVM NOTORII AVDITV PERVENIT. Hæc verba solent semper apponi in inquisitionibus, etiam quod delictum non sit notorium Et fuit cons.Ange. de malef.in verb.Etiam per modum notorij, nume.1.vbi dicit, quod iudex habet semper in suis inquisitionibus apponere istud verbum.Et quod à paucis vidit apponi,sed malè faciunt.Augustt.autem ibi in addit. dicit, quod imo malè faciunt iudices, qui apponunt hæc verba,quando delictum non est notoriũ.Ego,credo ꝙ iudices, qui apponunt ista verba in inquisitione,bene faciunt,etiam si sit dubium an delictum sit notorium, vel ne. nam dicta verba nihil reo præiudicant,cum iudici non credatur asserenti delictum esse notorium, nisi aliter de notorietate appareat,possunt autem iudici prodesse, si aliquid omitteretur in processu, ad eum excusandum,vbi deinde appareret, quod delictum fuisset notorium, & quod iudex tanquam super notorio processisset. Quod autem dicatur delictum notorium,& quomodo in crimine notorio procedatur, dixi ĩ.q.9.per totum.

11 QVOD DE ANNO PRESENTI,ET MENSE

MENSE OCTOBRIS,In inquisitiõe debet exprimi annus,& mensis,prout in accusatione, secundum Bar.in l.2.§.si publico,num.12.ff.de adul. Et ita communiter tenetur,vt dicit Cardi. Alex.in d.ca.de accusatione.col.33.in fin.2.q.8. quem refert Foller.in pract.cri.canon.fol.91.post nu.39.Hanc etiam opi.dicit esse communem Aret.in d.ca.qualiter & quando.§.debet,post nu.115.Boss.in tit.de inquisitione,n.90.Et ita videtur de consuetudine obseruari per totũ mundum,vt dicit Ange.in l.ea quidem,n.3.C.de accus.Et licet Bal.in l.edita,in repet. Patauina,nu.30. tenuerit contrarium, ꝙ scilicet in inquisitione non requiratur expressio loci & temporis, illud tamen dictum Baldi communiter non tenetur,vt dicit Card.Alex.in loco prælleg.est enim inquisitio subrogata loco accusationis. Et quãuis lex magis cõfidat de iudice,quàm de accusatore,non est propterea tollenda reo facultas suæ defensionis quæ potest resultare ex huiusmodi expressione temporis.Et quia hæc conclusio non habet in practica aliquam difficultatem, nõ est super ea vllo modo hæsitandum.An autem in inquisitione debeat exprimi dies,recurrendum est ad ea,quę dixi ŝ.q.12.vers.Dixi etiam.

EXISTENS FLORENTIÆ IN HOSPITIO LEONIS, Locus de necessitate exprimi debet in inquisitione, prout in accusatione, de quo dictum est aliquid vers.præcedenti,& latius ŝ.q.12.vers.Est autem,& seq.

Cæterum hoc loco ea verba,quæ pertinẽt ad qualitates delictorum,omittuntur, quia diuersimodè apponuntur in inquisitionibus, prout etiam variæ sunt species delictorum.Et licet Angel.de malef.vo luerit omnia ad materiam criminalem spectantia tractare suprà clausulis, & verbis vnicis inquisitionis,nobis visum est hic tantũ tractare ea, quæ pertinent ad formam ipsius libelli citationis,cætera verò suis locis explicauimus.

12 SCIENTER ET DOLOSE. Hæc verba in inquisitione apposita sunt maximæ importãtiæ, licet iudices,vel potius notarij, qui sunt compilatores inquisitionũ, illa sæpius inconsideratè apponãt.In primis enim multa facta puniuntur scienter commissa, quæ ignoranter cõmissa non puniũtur. nam licet omnis ignorantia in delictis regulariter non excusẽt,vt dixi ĩ.q.60.versic. Quæro nunquid, nihilominus quando est probabilis, sæpe vel excusat in totum,vel saltem prodest ad mitigandã pœnam.Et hoc habet locum non modo,si delictum cõmissum est in omittendo, sed etiam si commissum est in faciendo,puta,si extet statutum, ꝙ præstans opem bannito,vel nobili delinquẽti, acrius puniatur;certè debet probari, quòd sciebat illum esse bãnitum,vel nobilem,aliàs non habet locum dispositio statuti.Et ita se in facto obtinuisse dicit Ange. in l.1.post nu.1.vers.Videte domini.C.de Nili agger.non rumpen.quem refert Augustt.ad Angel. de malef.in verbo,& ad querelam,post num.13. Præterea multum interest,an in delicto interuenit dolus, vel ne,nam videmus homicidium, quod sine dolo committitur,mitius puniri,quam illud,quòd dolosè commissum est,vt dixi ŝ.hoc eod.lib.§. Homicidium,vers.Hæc autem.Item nemo potest corporaliter puniri, nisi dolus in ipso delicto interuenerit, vt dixi ĩ.q.84.circa principium.

13 Super quibus omnibus & singulis, &c.Licet de iure in criminalib. non sit necessaria conclusio libelli,vt dixi suprà,q.12.vers.vltimò quęro,tamen de consuetudine apponitur in inquisitionib.ista clausula,Super quibus omnib.& singulis,&c.quę est loco conclusionis. Et ita de consuetudine seruari attestatur Barto.in d.l.2.§.si publico,nume.13. quem refert Gomes.Arias super l.74.Tauri, circa princi. Ang.in d.l.ea quidẽ,post n.7.subdens,ꝙ est optima practica,á qua nõ est recedendũ.Saly.in d.l.ea quidem,num.47.Ang. de malef.in verbo,super quibus omnibus,nu.2.Amed.de syndicatu,nu.32. Marian. in d.c.qualiter & quando,post nu.209. vers. LXIII. quæro,Duennas reg.31.n.3.Boss.in tit.de inquisitione,nu.80.Pract.Conradi,fol.258.nu.42. Marcus decis.668.nu.3.Operatur autem hæc clausula,quòd licet regulariter,quando accusatio vel inquisitio est proposita cum aliqua qualitate,si illa qualitas non probetur,non potest sequi condẽnatio, neque etiam super eo, quod est probatum,tamen si in accusatione,vel inquisitione sit apposita ista clausula, poterit sequi condẽnatio super delicto probato,etiã ꝙ qualitas adiecta probata non fuerit, vt dixi ĩ.q.66.vers.Sed quid si pro parte.Fortius dicũt alii qui,quòd si aliquis fuerit accusatus, vel inquisitus de mandato, & deinde in processu non fuerit conuictus de mandato,sed tantũ de consilio,adhuc virtute istius clausulæ poterit puniri de consilio, de quo est conuictus,licet nõ accusatus,vel inquisitus. Et dicit Placa.lib.1.delicto.c.16. quòd huic sententiæ interpretum ferè maior pars accedit.Quod tamen apud me non transit sine difficultate, & fortè etiam in practica sine noua inquisitione, vel additione vix posset obtineri.

SECVNDVM FORMAM IVRIS,ET STATVTORVM. Hæc clausula videtur in se cõtinere incertitudinẽ,& posset etiã cõtinere repugnãtiã,vbi statuta imponerent pœnã diuersam ab ea,quæ imponitur per ius commune, nihilominus talis clausula de consuetudine admittitur, tam in accusatione,quã in inquisitione,vt attestatur Ang. de malef.in verbo,Et contra formam iuris,nu.1.& ibi Aug.in apostil.Et fundatur talis consuetudo super gl.in l.senatus, in gl.mag.ff. de accus.An autem tali casu debeat iudex imponere pœnam statuti, vel iuris communis, dixi ĩ.q.85.vers.Debet etiam.

INCHOATA,FACTA,ET FORMATA FVIT DICTA INQVISITIO PER DICTVM D.POTESTATEM.&c. Quæro,ẽ nũquid de iure in inquisitione requiratur iudicis subscriptio, prout in accusatione requiritur inscriptio accusatoris?Resp.ꝙ non,ita dicit Bar. in d.l.2.§.si publico,n.12. & est omniũ cõis opin.vt ait Maria.in d.c.qualiter & qñ,n.212.Iudex enim nõ obligatur ad pœnã talionis,ex quo inquirit ex necessitate officij, præterea hodie ex consuetudine sublata est etiã in accusatione solennitas inscriptionis,vt dixi ŝ.q.12.vers.Cæterũ hodie.Bene verũ est, ꝙ ad hoc vt citatio,quæ intimatur reo cum libello inquisitionis,fidẽ faciat,solent iudices illam subscribere,Et ita seruat communis practica.

15 Dictũ est de forma citationis,& quid cõtinere debeat,quæro nũc,qualiter citatio sit ipsi reo intimãda.Et in primis scire debes, ꝙ si adsit in loco aliquod statutũ disponẽs super modo citandi,illud est seruandũ.Põt enim iudici à statuto modꝰ citãdi præter ius cõ.,& tale statutũ valet,& ita seruat cõsuetudo,vt attestatur Brũ.de cõstit.in verbo,Absẽs. Sed loquẽdo de iure cõi, quæro an citatio debeat reo personaliter intimari,an aũt sufficiat citatio ad domũ?Resp.Aliqui dixerunt, ꝙ ad hoc, vt quis possit

tanquam contumax banniri,non sufficit citatio ad domum.ex ea enim inducitur solummodo ficta cõtumacia,sed requiritur quòd sit verus contumax,& sic,quod fuerit personaliter citatus. Et hanc opin. dicit esse communem Maranta in suo Specul.folio 109.nume.9.prout illum refert Rol.consil.47.num.
16 18.lib.2.† Tu verò dic,ꝙ etiam in criminalibus sufficit,quòd intimetur ad domum ipsa citatio.Et hęc est communis opin.vt attestatur Alex.in l.4.§.prętor ait,nu.3.in fin.ff.de damno infecto,quem refert Boer.in repet.l.consentaneum.nume.104.C. quomo.& quando iud.Et dicit Gand.de malef.in Rub. de citationibus nume.4.in fin.quòd ita de generali consuetudine obseruacur. Ita etiam seruari in pract.attestatur Blanc.in pract.crim.fol.11.num.24. Et quòd talis citatio ad domum sufficiat, ad hoc vt quis possit banniri,dicit seruari de consuetudine Albe.in l.1.nu.22.C.de hæred.inst.& in 4.parte statutorum.q.51.intelligendo de domo, in qua habitat,& in qua sedem cõstituit,quę refert Nellus de bannitis,in tertia parte primi temporis,q.3.Et licet Inno.in c.fin.post num.3.de eo,qui mitti.in poss. rei ser.causa,tenuerit,quòd non sufficit ad hoc,vt quis possit excommunicari,citatio ad domũ, sed quod debet personaliter moneri,& dicit Foller. in pract. crim.canon.fol.133.numero vigesimoquinto,quòd illud dictum Innocen. videntur sequi quasi omnes Doctores,ego tamen non putarem esse recedendũ à consuetudine , quod scilicet etiam quò ad hunc effectum sufficiat citatio ad domum,præsertim vbi citandus latitaret malitiosè, ita vt non posset personaliter reperiri. In hoc autem Ducatu habemus formam, secũdum quam rei absentes citandi sunt, traditam per decretũ in nouis constitutionib.in ti. de accusat.c.procedant,quæ omninò seruanda est. Hæc autem omnia locum habent, quando reus est certus,sed quando perfectè nescitur,quis delictum commiserit,tunc (secundum aliquos) debent citari per proclama.cum sono tubæ. Et ita practicari attestatur Berbe.in Viatorio iuris,in Rub.de iudi. col.5.vers.Sed pone.Quod tamen ego nunquam vidi in practica obseruari.

17 Sed nunquid requiritur, quòd prius fiat inquisitio,an reus possit personaliter inueniri , & postea fiat citatio ad domum?Respond.De iure vtique requiritur,quod citandus perquiratur prius à nũcio per ciuitatem,an possit personaliter reperiri,& vbi non reperiatur,deinde citetur ad domũ. Sed quidquid sit de iure,contrarium seruatur de consuetudine,sufficit enim, quod nuncius de directo vadat ad domum citandi,nulla prius facta perquisitione. Et ita tenuit Bal.in d.l.consentaneum,n.44.C.quomodo & quando iudex,& ita seruatur vbique,vt dicit Foller.in pract.crim.fo.42.nu.28.

18 Scias tamen,ꝙ ad hoc vt reus arctetur ad personaliter comparendum , danda est ei copia citationis,aliàs enim non tenetur comparere. Et ita seruat Rom.curia,vt dicit Vestrius in pract. lib.4.tit. de cita.extra cur.quem refert Foller.in pract. crim. canon.fol.135.nu.23.& ita etiam vidi vbique seruari.Commissionis autem suæ , & relationis non debet nuncius copiam relinquere parti, idque ex vsu styloque recepto,vt attestatur Practic.Iod.capi.13. nume.12.

19 Sed hæc quidem omnia de plano procedunt, quãdo reus est in ciuitate vel territorio illius iudicis,de cuius mandato est citandus. Sed quid si fit in alieno territorio , quomodo poterit illi citatio intimari?Respond.Debet hoc casu iudex literas dirigere ad iudicem illius loci,siue territorij , in quo citandus degit,vt ibi illum citari faciat,seu permittat.Et hic modus citandi communiter seruatur, vt dicit Alberi.in l.1.nu.2.ff.de requir.reis,& appellantur tales literę subsidiales,siue in subsidiũ iuris.Subdit tamen ibi Albe.se credere, quod de subtilitate iuris possit iudex,reum citare extra suũ territoriũ. Sed attenta generali consuetudine , non videtur circa hoc insistendũ , nullus enim iudex citat extra territoriũ suũ.Et ita de facto seruari attestatur Iac. de Beluis.in pract.crim.in Rub.de fuga reorum,nu. 21.Iac.de Beluis.iunior in repet.§.contrahentes,nu. 142.in fin.

20 Posset fortè dubitari, si vtrunque territoriũ esset sub eodem principe,nũquid possit iudex vnius territorij citare reũ in alio territorio degentem. nam Bartol.in d.l.1.§.1.nume.3.ff.de requi.reis,tenuit,ꝙ quando sub eodem præside prouinciæ,possit iudex etiam per literas suas citare reũ in alio territorio. Et hæc est communis opin.Legistarũ,vt dicit Aretin.cons.135.col.fin.Et ita communiter teneri attestatur Ias.in l.fin.nume.24.ff.de iurisdi. omniũ iudi. quem refert Marsil.in ea.l.fin.nume.34.& Marc.decis.401.in vltimis verbis,Apostil.ad Abb. in cap. 1. sub num.2.ff.qui matri.accus.poss.Io.Arno.Epito. 71.sæpè contingit. Contrariũ autem tenent communiter Canon.vt attestatur Areti.in consilio prę allegato.Et ideo dixit Angel.in d.l.fin.numero.6.ꝙ in hoc articulo opus esset decisione imperatoris, quod dictũ Angel.refert Foller.in practica crimin. fol.40.nume.27.In hoc Ducatu seruatur opin.contra Bartol.nam iudices semper citant reos existentes in alio territorio per literas subsidiales, prout etiam attestatur Boss.in tit. de citat. post numerũ 24. Et non est ab hac practica , vllo modo recedendum

21 Sed quid si reus nullũ habeat domiciliũ,sed sit vagabũdus,quomodo poterit citari?Respond. Pract. Millei,fol.34.nume. 13.& seq.dicit,quod sufficit illũ citari per libellũ lectũ,& affixũ in ædè,vel voce prę conis in publico:& subdit,quod ita de consuetudine solent facere seruientes,siue nũcij,qui si non inuenerint reũ vagabũdũ citandũ,referũt simpliciter se citasse reũ,non dicendo vbi citauerint.Sed certè apud nos non seruatur hæc practica , sed citatur reus in formam absentis,iuxta dispositionem constitutionũ huius Ducatus, de quibus suprà dixi.

22 Quæro modo, nunquid in criminalib. vna citatio sufficiat,an autem plures requirantur?Respon. De iure videtur,quod plures requirantur, vt colligitur ex tex.in l. absentem,ibi, sæpius moniti.ff.de pœnis,sed hoc de consuetudine non seruatur , vt dicit Vital.de malef.in Rub.de citatio.numer. primo,subdẽs,quod assessores faciũt pro suo arbitrio. Tu verò aduerte ne erres,nam , aut quæritur , an præuia tantum vna citatione possit reus condemnari:& dic,quod non,vt ita procedat text.in d.l.absentem. nam vltra primam citationem debet etiã reus citari ad allegandum, deinde peremptoriè ad sententiam secũdum dispositionem iuris communis,vel aliter secundum formam traditam à statutis vel à consuetudine quæ seruatur in loco,in quo iudicium agitur.Aut quæritur,an quando citatur peremptoriè reus,requirantur tres citationes, secundum tradita in l.si finita,§.Iulian.ff.de damno infecto,an verò vnica citatio sufficiat.Et dicendum est, quod etiam in criminalib.vnica citatio peremptoria

ria sufficit pro omnibus,quidquid dixerit Cyn.loquendo per verbum credo,in l.1.vers.Quarto quæro,C.de requir.reis,cuius opi. communiter reprobatur,vt dicit Felin.in cap.consuluit,post nume.13. versi.Quartò fallit.de offi. deleg.quem refert Boss. in tit.de sent.nume.4.Et hæc sententia contra Cyn. est communiter recepta, vt dicit Blanc. in practic. crim.fol.10.nume.19.Vbi etiam subdit,quod ita de consuetudine obseruatur. Ita etiam communiter teneri attestatur Alexan.in l.contumacia, num. 14. ff.de re iudic.Guliel.de bened.in 2.parte repet.cap. Raynutius,in verb.mortuo itaque testatore. 1. nu. 152.Et licet gloss.in clem.prima,in verbo,Tertiò de vita,& honest.cleric.sentire videatur, quòd quãdo lex disponit, quòd citatus incurrat pœnam ratione contumaciæ,requiratur præcisè trina citatio,& illam gloss.dicat communiter approbari Alexand. in d.l.contumacia,nume. 12.ff. de re iud.veritas tamen se habet in contrariũ,quod scilicet etiam vbi agitur ad pœnam, sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus.Et hanc dicit esse communem opin. Affli.Decis.289.sereniss.Rex,nume.7.Et in hoc non est dubitandum , præsertim stante generali consuetudine.

23 Sed hic quæro,nunquid etiam in causis criminalibus omnino necessaria sit citatio peremptoria? Respond. Aut sententia est ferenda contra reum contumacẽ,& de hoc dixi ꝯ.q.44.vers.Item quæro, Aut verò reus est præsens in iudicio,& tunc sententia condemnatoria capitalis contra eum fertur,nõ modo ipso legitimè citato, sed etiam solet in eius faciem pronunciari.Et ita obseruat totus mundus, vt dicit Ang.in l.pen.§.ad crimen,post nu.4.versic. Septimò fallit,ff.de publi.iud. quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Qui D.iudex,post num.12. quod in verbo.Qui iudex commisit L.præconi , in fin.& Boss.in tit.de citation.nume.8.& in tit.de senten. nume. 15.& pract.Conradi,fol.441.nume.7.Et ita communiter fieri consueuisse dicit Barb.consil. 70.nume.2.lib.4. Ita etiam quotidie practicari attestatur Blancus in pract.crim.fol.18.nume.40. neque hoc casu potest interuenire procurator. Et est communis opin.vt dixi infrà,q.proxima,versi.Item quæro,& in specie ita passim receptum esse in Flãdria attestatur Pract.Iod.fol.149.num.12. Sed certè in hoc Ducatu hæc pra.non seruatur,nam quando reus est in carceribus , sententia condemnationis fertur contra eum,absque eo quod citetur,aut conducatur,ad præsentiam iudicis,sed sufficit monitio generalis,de qua dixi infrà,q.45.versic. Facta autem. Sed neque etiam sententiæ criminales in hoc Ducatu pronũciantur ab ipsis iudicibus sedẽtibus pro tribunali , nisi quando proferuntur contra contumaces,sed notarij scribunt sententias de commissione iudicum, & ipsi illas subscribunt , & deinde mittuntur executioni,& in his nullo modo est ab ipsa loci consuetudine recedendum.

24 Vlterius quæro, nunquid in causa criminali citandus sit fiscus,& accusator?Respond.in hoc Ducatu habemus decretum in nouis constitutionibus in tit.de accusat.cap.Eo amplius disponens, quòd in omnibus actibus præiudicialibus etiam ante inquisitionem formandam debet citari pars offensa & fiscus, & ita seruatur. De iure autem communi non reperio, quòd hæ citationes sint de substantia processus vsque ad sentẽtiam,sed ad sentẽtiã ipsam ferẽdã,dicit Boss.in ti.de sentẽtiis,nu.17.ꝙ sunt citandi omnes illi,qui sunt in causa,& cum quibus est lis contestata,aliàs sententia est nulla.& subdit, ꝙ hæc est communis opinio. Sed certè quò ad accusatorem cautela est,quod iudex faciat sibi ab eo dari licentiam procedendi, & expediendi processum etiam ipso absente,& eo casu poterit procedere etiam ad sententiam absolutoriam eo non citato,vt dixi infrà,quæstio.45.vers.Facta autem, de quo tamen vide quæ dixi suprà quæstio.3.verficul. Superflua igitur, vel quod pars accusata faciat illum citari iuxta practicam,quam tradit,& seruari attestatur Carauita super 202.ritu magnæ curiæ,numero 4.in fine,& num.5.Quò verò ad fiscum in hoc Ducatu,quando reus est præsens,consuetudo est quod fiscales subscribant ipsi sententiæ,& sic potest dici, quòd sententiæ criminales apud nos proferuntur non modo fisco citato , sed etiam præsente,si verò reus est contumax non citatur fiscus neque accusator,sed fit condemnatio ad sonum tubæ,vel campanæ,vt dixi infrà quæst.44.versic.Item quæro.quę quidem campana,vel tuba habet vim citationis actoris,& rei,& omnium citandorum.Et hoc ex stylo,& consuetudine,vt attestatur August.ad Ang.de malef.in verbo,Et ibi caput,post num.2.subdens,ꝙ talis stylus,& consuetudo faciunt ius.Vide quæ dixi ꝯ.versicu.Dictum est, & suprà quæst.11.vers.Sed quid econuerso.

25 Vltimò quæro,Tu scis,quòd in citatione semper solet apponi aliquis terminus,puta,tridui ad comparendum,& respondendum inquisitioni,&c.nunquid pendente eo termino iudex poterit capi facere reum inquisitum?Respond.quod sic,& ita seruatur,vt dicit Boss.in tit.de captura , nume.10.& ideo quando rei timent ne capiantur,cautela est, quod exhibeant fideiussorem de comparendo infra certum terminum, & præstita huiusmodi fideiussione solet tolli decretum capturæ.

QVÆSTIO XXX.

1 *Procuratorem non esse audiendum in causis criminalibus.*
2 *Et quid in criminibus priuatis?*
3 *Et quæ sit ratio?*
4 *Et quid si imponatur pœna pecuniaria?*
5 *Et quid si imponatur pœna relegationis vel minor?*
6 *Et quid si imponatur pœna priuationis , seu depositionis ab ordine?*
7 *Et quid si pro crimine, pro quo de iure communi imposita est pœna corporalis statutum imponat pœnam pecuniariam?*
8 *Et quid si pro crimine imposita sit pœna arbitraria iudici?*
9 *Et quid si imposita sit pœna pecuniaria , quam si non soluerit,infligenda sit pœna corporalis?*
10 *Et quid si ignoretur,an vulnus sit lethale vel non?*
11 *Et quid in casibus , in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam?*
12 *Et quid si reus sit ex alio maleficio bannitus?*
13 *Et an hoc casu debeat ei concedi saluus conductus?*
14 *Et quis possit eum concedere?*
15 *Et an in casibus,in quibus potest contra mortuum procedi, admittatur procurator?*
16 *Et quid si reus sit carceratus?*
17 *Et quid si procurator velit pro absente allegare tantummodo causas absentiæ?*
18 *Et quid si velit proponere,quòd reus habet in eo loco capitales inimicitias?*
19 *Et quid si velit opponere exceptiones contra personam accusatoris,vel iudicis?*
20 *Et quid si velit opponere occisum fuisse bannitum?*
21 *Et an in causa nullitatis admittendus sit procurator.*

22 *Et an quando proceditur per viam exceptionis?*
23 *Et an possit pro accusatore procurator interuenire?*
24 *Et quid si non fuerit oppositum contra procuratorem, an processus valeat?*
25 *Et an sententia ferenda sit contra dominum absentem, vel contra procuratorem præsentem?*

1 SÆpenumero in causis criminalib. post intimatas reis citationes, comparent procuratores, & excusatores, qui multas exceptiones proponũt, propterea videndum est, nunquid sint huiusmodi procuratores in iudiciis criminalibus admittendi. In hac autem quæstione facienda est in primis cõclusio, quòd regulariter in causis criminalibus non admittitur procurator. vt est tex. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. vbi omnes notant, & in l. seruum quoque. §. publicè ff. de procur.

2 Et hæc conclusio locum habet, non modo in criminibus publicis, prout loqui videtur tex. in d. §. ad crimen, sed etiam in priuatis delictis, & est communis opin. vt attestantur scribentes in eod. §. ad crimen & in specie Benedic. de Plumb. post nume. 3. & Rubeus, post num. 10. 121. & sequen. Marian. in c. veniens, nume. 20. & seq. de accusat. quem refert Boss. in tit. An in causis criminalibus, &c. post nu. 1. vers. Prima igitur. Rub. in d. §. publicè, num. 2. in fin. Mẽchiaca controuer. vsu frequentium, cap. 39. nume. 24. Et dicit Bartol. in d. §. ad crimen, nume. 11. quòd ita seruat consuetudo. Quod tamen intellige vt procedat, quando pro huiusmodi priuatis delictis imposita est pœna à relegatione ꝛ. iuxta ea quæ dixi j. vers. Ex hac autem, & seq.

3 Ratio autem huius conclusionis est, quia quilibet reus mitteret procuratorem, qui pro ipso compareret, & vbi ipse esset condemnandus pro delicto in aliquam pœnam corporalem, non posset fieri executio cõdemnationis. Sic etiam quilibet accusator posset cõstituere procuratorem, & vbi succumberet in iudicio accusationis, euaderet condẽnationem, quæ contra eum facienda esset ad pœnã talionis, & sic omnia iudicia criminalia redderẽtur elusoria. Et hæc est magis communis ratio, vt dicit Alber. in d. §. publicè. post nume. 18. Blanc. in practi. crim. fol. 15. num. 14. Bene verum est, quòd quantum ad accusatorem hodie cessat hæc ratio, cum sit sublata pœna talionis, vt dixi infrà q. 81. & consequẽter respectu accusatoris cessat etiam ipsa cõclusio. Et ideo ex parte accusãtis semper admittitur procurator, vt dixi j. vers. Quæro nunquid.

Ex hac autem ratione infertur, conclusionem ipsam intelligendam esse, vt procedat in illis causis criminalibus, in quibus venit imponẽda pœna corporis afflictiua, vt scilicet in illis non sit admittendus procurator. Et hæc est communis opin. vt dicit Sapia in repet. l. imperium, nume. 42. ff. de iurisdict. omn. iud. Et ideo vbi pro crimine imponeretur pœna fustigationis, vel huiusmodi, non esset procurator admittendus. Et hanc dicit esse communem opin. Menchiaca controuer. vsu frequen. cap. 17. numero 7. Si tamen in aliquo loco esset consuetudo quod admitteretur, illa seruanda esset, prout attestatur esse stylum, & consuetudinem patriæ Delphi. Guido Papæ decis. 338. aliquis accusator, quòd scilicet in causis criminalibus nõ capitalibus admittitur reus per procuratorẽ, etiam ad media causæ.

4 Cæterum vbi ex iuris disposition nõ imponitur pœna corporis afflictiua, sed tantum pecuniaria, eo casu vtique admittitur procurator. Et hæc est communis conclusio omniũ Doctorũ tam iuris ciuilis, quàm canonici, vt dicit Marian. in d. cap. veniens, n. 24. Menchiaca in d. cap. 17. in fin. In istis enim casib. cessat ratio conclusionis superius adductæ: nam cũ executio condemnationis facienda sit in bonis, nõ autem in persona, nihil interest fisci, neque partis, an reus personaliter compareat, vel per procuratorem se defendat.

5 Hinc est, quòd si agatur de delicto, pro quo tantummodo veniat imponenda pœna relegationis, vel alia relegatione minor, poterit procurator interuenire. Ita tenuit gloss. in d. §. publicè, in verbo, datur, & est communis opin. vt attestantur Scribẽtes in d. §. ad crimen, & in specie Benedictus de Plũbino, post nume. 24. & Rubeus. nume. 124. & seq. Idem attestantur Scribentes in d. cap. veniens, & in specie Abb. n. 18. & Ana. n. 8. & Marian. nu. 41. & seq. & Berous nu. 35. subdens, quòd ita seruatur in practica. Hanc etiam dicit esse communem Cyn. in l. reos, col. 1. vers. Secundo casu, C. de accusat. subdẽs, quod illam sequitur vsus causarum Italiæ. Bartol. in d. §. ad crimen, post nu. 4. subdens, quod ita iudicaret. Signorol. consil. 169. nume. 52. Angel. in d. l. reos, post nume. 1. Paulus de Castro in d. §. publicè, prout illũ refert Ant. Gomes. lib. delictorum. cap. 1. nume. 13. Cæpolla, consil. crim. 72. ver. De primo nõ videtur. Card. Alexand. in cap. si quando, col. 7. vers. In gloss. ibi, ff. 2. quæstio. 6. Blanc. in pract. crimin. fol. 20. num. 51. Foller. in pract. crim. fol. 131. num. 6. & fo. 132. post num. 12. Pract. Conradi, fol. 262. nume. 4. Berous in d. cap. veniens, num. 35. & 39. quem refert Viuius in lib. communium opin. in verbo, Procurator in capitalibus, Menchiaca controuers. vsu freq. in d. cap. 17. num. 6. Carauita super ritu 108. magnæ curiæ, nume. 2. & super ritu 69. nume. 8. vbi dicit, q̃ ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opinionem de consuetudine seruari attestatur Alberi. in d. §. publicè. nume. 6. & sequen. Cæpolla. cõs. crim. 55. vers. Secundò, non obstat. Et dicit Saly. in d. l. reos, num. 4. quod hanc opin. consuetudie roboratam esse omnes fatentur, & licet aliqui voluerint facere differentiam, an relegatio sit ad certum locum, puta, in aliquam insulam, vel ciuitatem, quam vulgo confinationem appellant, an autem sit à certo loco, puta, ab aliqua prouincia, vel territorio, quod vocamus exiliũ, nihilominus indistinctè tenenda est communis conclusio, quod scilicet vtroque casu admittatur. Et ita tenẽt communiter Scribentes, vt dicit Rubeus in d. §. ad crimen, nu. 146.

6 Item etiam eadem ratione dicendum est in casibus, in quibus tantummodo imponitur pœna priuationis, seu depositionis ab ordine, seu dignitate, in his enim pariter poterit reus per procuratorem se defendere, Et est communis opin. vt dicit Benedi. de Plumb. in d. §. ad crimen, post nu. 24. Marian. in d. c. veniens, nu. 50. Rubeus in d. §. ad crimen, nu. 150. & seq. & in d. §. publicè. nu. 44.

7 Dictum est, quòd in his criminibus, pro quibus imponitur pœna pecuniaria, admittitur procurator, modò tu scis, quod pro homicidio de iure communi imponitur pœna mortis: Pone quod ex dispositione statuti alicuius ciuitatis imponatur pro homicidio pœna pecuniaria, nunquid poterit reus de homicidio imputatus comparere per procuratorem? Respond. quod sic, & in hoc omnes concordant, vt dicit Bald. in d. l. reos, nume. 24. C. de accus. Marian. in d. cap. veniens, nume. 24. in fin. & post numero 30. vers. Sed aduertendum, quem refert Boss. in tit.

in tit. an in crim. iud. & in prima concluf. Et dicit Signorol. consil. 2. nume. 15. quòd ita tenent communiter Doctores. Idem dicit Imola in d. §. ad crimẽ, post nu. 20. vers. Si autem statutũ. Salyc. in d. l. reos, num. 9. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rubeus in d. §. ad crimen, num. 183. Cum enim dispositio statuti in loco, in quo viget, succedat loco iuris communis, vt dixi suprà libro primo, non est habenda in cõsideratione pœna iuris communis, sed tantummodo pœna statuti. Hoc tamen intellige vt procedat, quando statutũ imponit simpliciter pœnam pecuniariam pro homicidio, nam eo casu vtique potest procurator interuenire. Si verò statutũ imponat pœnam mortis, à qua possit se liberare soluendo pœnam pecuniariam, tunc quia principaliter imposita est pœna corporalis, non esset procurator admittendus. Et ita dicit communiter teneri Albe. in 2. par. statut. q. 123. Sed certè hæc quæstio rarò poterit in practica contingere, cùm secũdum magis communem opin. huiusmodi statuta imponentia pro homicidio pœnam pecuniariam, non valeant, nec sint obseruanda, vt dixi 5. hoc eo. lib. §. Homicidium, vers. Sed nunquid.

8 Sed quæro, quid si ex dispositione iuris communis, vel statutorum pœna alicuius delicti remissa sit arbitrio iudicis, nunquid hoc casu erit admittendus procurator? Respon. Si quidem pro eo delicto ex tali arbitrio iudices non consueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, vtiq; poterit procurator interuenire, aliàs secus. Et ita obseruatur de consuetudine, vt attestatur Ange. in d. §. ad crimen. in vltimis verbis, quem refert Imola in d. §. ad crimen, post num. 20. vers. Quid autem si pœna. Sed hoc intellige vt procedat, quando pœna est commissa arbitrio ipsiusmet iudicis: sed si esset reseruata arbitrio principis vel superioris, non est audiendus reus per procuratorem, etiam quòd princeps pro eo delicto aliquando pœnam corporalem nõ imposuisset. nam ea, quæ pendent à volũtate principis, non sunt inferiorum regulis subiicienda.

9 Vlterius quero, pone quòd lex, vel statutum imponat pro aliquo delicto pœnam pecuniariã, sed in casu, in quo non solueret pœnam pecuniariam infrà certum tempus, imponeret pœnam corporis afflictiuam, nunquid poterit reus eo casu comparere per procuratorem? Respond. q̃ sic, ita dicit Imola in d. §. ad crimen, nume. 20. & est communis opin. vt ait Maria. in d. cap. veniens, post nume. 32. colum. 3. versi. Sed aduerte. Rubeus in d. §. ad crimẽ nume. 179. & sequen. Hanc tamen intellige vt procedat, dummodo principalis ipse sit notoriè soluẽdo, vel (vbi non sit idoneus) præstet idoneam cautionem de soluenda condemnatione pecuniaria, vbi eum condemnari contingat, alias verò tenetur personaliter comparere, ne fortè cõdemnatio redderetur elusoria. Et ita seruatur, vt dicit Blanchus in practica criminali fol. 29. nu. 113.

10 Sed pone, tu scis, quòd ex forma statutorum pro vulnere communiter imponitur pœna pecuniaria, pro homicidio verò imponitur pœna mortis, modo Titius vulnerauit Seium, & dubitatur, an vulnus sit lethale vel ne: Quæro, si procedatur contra Titium, an eo casu sit admittendus & compareat per procuratorem Respond. Aliqui dicunt, quod potest iudex hoc casu admittere procuratorẽ, sub conditione, quòd si Seius moriatur, habeatur pro non admisso. Et hanc dicit esse communem opinionem Alexand. in l. prætor ait, in princ. nume. 5. & sequen. ff. de damno infecto. Sed certè hæc practica mihi nunquam placuit, quia hoc modo, si postea sequeretur mors vulnerati, iã reus fecisset suas defensiones absque personali constitutione, quod esset valde inconueniens, & licet eo casu posset iudex inhærendo admissioni procuratoris conditionaliter factæ, decernere, quòd tales defensiones haberentur pro non receptis, nihilominus si ex eis appareret de innocentia rei, nõ video, quomodo posset eum quamuis contumacem condemnare. Propterea iudicio meo tutior est practica, quæ seruatur in hoc Ducatu, quòd scilicet iudex supersedeat à procedendo, donec videatur exitus, an ex vulneribus sequatur mors, vel non. Quam etiam practicam arbitror esse iuri communi magis conformem. nam clarum est quod etiam si aliquis aliũ lethaliter vulnerauerit, ita vt certum sit illum, ex eo vulnere periturum, non propterea potest inquiri de homicidio, neque puniri de occiso antequam vulneratus moriatur, vt dicit Bart. in l. damni, §. Sabini, nume. 5. ff. de dam. infe. & est communis opini. vt attestatur Card. Alexand. in cap. 1. in princip. 2. in princip. quib. mod. feud. amitt. prout illum refert Placa lib. 1. delict. cap. 12. post nume. 14. Non potest ergo iudex contra eum procedere, nisi de vulnere. & sic vbi mors postea sequatur, opus erit nouo processu, & noua condemnatione, & omnia prius acta erunt frustratoria, & nullius momenti. Benè verum est, quòd in hoc Ducatu, in quo ex dispositione cõstitutionum pro vulneribus illatis animo deliberato, est imposita pœna mortis, vtique posset iudex procedere, etiam non expectato euentu, saluo tamen iure procedendi de homicidio, vbi mors sequeretur, ex quo vtroque casu reus teneretur personaliter comparere, & sic nullum posset sequi inconueniens. Et hoc aliquando vidi seruari in casib. atrocibus, & celeri expeditione dignis.

11 Hæc autem conclusio, quòd in causis criminalibus non sit procurator admittendus, non videtur de iure communi multum præiudicij afferre posse imputatis de aliquo crimine, ex quo regulariter de iure communi non potest procedi contra absentem ad sententiam diffinitiuam, sed tantummodo fit annotatio bonorum, vt dixi infrà q. 44. Sed quid dicendum in casibus, in quibus absens potest diffinitiuè condemnari ex forma statutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ & aliis, disponentium, quòd contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & possit capitaliter condemnari, nunquid istis casibus erit admittendus procurator qui pro ipso absente interueniat? Respond. Hæc est ardua quæstio, in qua doctores tam antiqui, quàm moderni variè locuti sunt, nam Cyn. in d. l. reos, co. fin. versicul. Tertiò quæritur, C. de accusat. videtur tenuisse, quòd vbi absens potest diffinitiuè condẽnari, sit admittendus procurator, referens Dyn. ita consuluisse in facti contingentia. Et hanc opin. dicit esse communem Imola in d. §. ad crimen, num. 17. in fin. quem refert Corn. consil. 17. in princip. lib. 3. & consil. 122. in litera F. lib. 4. & consilio 325. quod est consilium vltimum in litera G. lib. 3. & Ruin. cõ. 118. in primis verbis. li. 5. Ang. in d. §. ad crimen, post nume. 4. vers. Nonò fallit, vbi etiam subdit, quòd ita practicatur vbique, quem refert August. ad Angel. de malef. in verbo, Qui dominus iudex, sub nume 13. Cæpolla consilio criminali 46. versic. Præterea dico. Abb. in d. cap. veniens, post nume. 19. Marian. in d. cap. veniens, num. 54. & sequen. Bellamera decis.

decis.717.si clericus,& dicit Alexand.de Neuo,con. 90.num.3.quòd hæc est communis opi. Legistarũ, & Canonistarum,quòd consilium est repetitum inter consilia criminalia diuersorum consil. 89.libro 1.Dicit etiam Cyn.in d.l.reos,versic.Item scire debetis,quòd hæc est communis opi.maiorũ nostrorum,& quòd quidquid sit de iure, consuetudo Italiæ approbat hanc opinion.& illum refert Cor.cõs. 273.in litera D.lib.3.Contrariam autem sententiam, scilicet quòd etiam in casibus,in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, non sit admittendus procurator,tenuit Rayn.in d. l.reos.Et dicit Bald.in d.l.reos,nume.25. quòd hæc est veritas secundum omnes.Hanc etiam opin. dicit esse communem Benedic.de Plumbino in d. §. ad crimen,nume.12.& sequen.Alex.consil.116.num. 18.lib.2.vbi etiam subdit, quod omnes dicunt ita de facto seruari,quem refert Marsil.in pract. crimi. §.sequitur,numer.27.& Rubeus in d.§.ad crimen, numero 61.& Vantius de nullitatibus,foli.239.numero 177.circa fin.& Practica Conradi,fol.262.nume.5.Ias.in l.secunda,C.qui testa.facere poss.prout illum refert Rubeus in dict.§.publicè,nu.26. Et dicit Pract.Papiensis,in forma inquisitionis,in verbo Hæc est quædam inquisitio,num.34.in fin.quod iudices maleficiorum nolũt aliquem audire quomodocunque veniat.Mihi semper placuit opin. Rayner.quod etiam in istis casibus nõ admittatur procurator,quæ etiam(quicquid dicant tenentes contrarium)est magis communis , & in practica indistinctè obseruatur,vt attestatur Alberic.pater practicæ in d.§.publicè,nu. 24.Alias autem,destrueretur tota practica criminalis,cum hodie ex consuetudine totius Italiæ,pro quocunque crimine possit absens(etiam ad mortem)condemnari,vt dixi ĩ.q. 44.sequeretur enim,quod in quacũque causa procurator esset admittẽdus,quod esset(iudicio meo) absurdissimum,& ita tene,&serua in practica,& nõ errabis.Et in omnem casum doctores tenentes contrariam sententiam ferè omnes fatentur, ꝙ potest iudex dicere procuratori,ꝙ vult , ꝙ principalis ꝑsonaliter cõpareat,tanquã melius informatus,& ꝙ assessores hoc obseruant in practica. Et hanc cautelam ponit Gãd.& alij , qua etiam se vti solitum fuisse dicit Angelus de maleficiis,in verbo,Qui dominus iudex videns,nu.17.Illam etiam ponit Bart. in l.2.§.defendi,numero 2.ff.ex quibus caus.in poss. eatur,vbi dicit quod hæc est communis practic. Et hoc etiam videtur fuisse ex mente Bart.in l.qui bona,§.si alieno,nu.16.ff.de damno infecto. cuius opi. communiter recipitur,vt dicit Rubeus in d. §. publicè,post num.31.Et ita seruat totus mundus,vt dicit Paul.de Cast.in d.§.publicè,n.12.subdens quod nisi hoc fieret, nunquam daretur aliqua sententia in criminalibus,quia semper mitteret procuratoré qui cũ suis cauillationib.obuiaret,vt dixi.ĩ.q.prox. versic.Quinimo vt dixi. Et ideo vbicunque citatio continet,quod reus personaliter compareat , non est tractandum , an possit admitti procurator, vel excusator, sed necesse est , ꝙ ipse reus principalis personaliter cõpareat,vt declarat Ruin.in allegato consil.118.lib.5.Benè verum est, quod si talis procurator non vellet causam absentis defendere , sed tantummodo proponere causas absentiæ , eo casu vtique esset audiendus. Et in hoc vtriusque partis fautores conueniunt,vt attestatur Menchiaca controuers.vsu frequentium.c.17.nu.2.vbi dicit, ꝙ hæc non modo est communis , sed receptissima omniũ opi.Vide quæ dixi ĩ.vers.Prædicta autem.

Sed nunquid admittendus saltem erit excusator, qui pro absente compareat ad eum defendẽdum? Dixi ĩ.q.proxima.vers.Sed quod plus est.

12 Tu scis,quòd bannitus pro vno maleficio potest etiam pro alio maleficio inquiri,& banniri,vt dixi suprà q.16.versic.Sed nunquid.Pone modo , quod bannitus pro vno citetur,vt compareat pro secundo maleficio,nunquid poterit comparere per procuratorem,ex quo propter primam cõdemnationem non potest personaliter comparere ad se defendendũ?Resp.quòd non,& sibi imputet, si nõ potest personaliter cõparere , cum id euenerit ex suo maleficio,ex quo non debet ipse cõsequi commodum,vt effugiat executionem secundæ condemna-
13 tionis, vbi veniret condemnandus. † Debet ergo impetrare saluum conductum respectu primæ condemnationis , & personaliter comparere pro secũda ad se defendendum,& ita practicatur , vt dicit Blanc.in pract.crim.fol.23.nu.102.& talis saluus cõductus non potest ei denegari,alias esset illi auferre facultatẽ defendendi.Et ita se pluries fieri vidisse attestatur Boss.in tit.de citat.nu.36.

14 Sed hic quæro,quis possit huiusmodi saluum cõductum bannito concedere?Resp.De principe non est dubium, quòd potest illum concedere,sed quid in iudice?Et dicendum est,quòd & ipse potest de iure illum concedere,& est communis opi.vt attestatur Blanc.in pract.crim.fol.33.nume. 15. & sequent. Quidquid tamen sit de iure,in hoc Ducatu iudices non concedunt huiusmodi saluos conductus , sed solus princeps,vel senatus,vt dicit etiam Boss.in loco prælegato.Et reperio,ꝙ cum prætor Cremonæ,qui iuxta solitum erat Senator , talem saluum conductum cõcessisset,senatus ei rescripsit,vt post hac abstineret,& permitteret,vt à Senatu peterentur,26.Februarij 1554.

15 Debes scire,quod sunt aliqua delicta,pro quibus potest procedi etiam contra mortuos,& eorũ memoria damnari,vt est crimẽ hæresis, & alia,de quibus dixi infrà,q.51.versic.Quæro nunc,& seq.Pone ergo,quod in aliquo ex illis delictis procedatur cõtra aliquem iam defunctum, nunquid poterũt eius hæredes cõstituere procuratorem,qui ipsum mortuum defendat,Respond.ꝙ sic,& ita in facto obtentum fuit Romę tempore Clementis V.coram quo fuit accusatus de hæresi Papa Bonifac.VIII. iam mortuus,vt recenset Albe.in Rub.C.de hæret.n.15. & in d.§.publicè,num.17.in fi.quem refert Rubeus in d.§.ad crimen,num.83.& seq.subdens,ab hac opi.tanquã cõmuni non esse recedẽdũ. Cessat enim hoc casu ratio cõclusionis,& regulę, de qua suprà, ꝙ scilicet nisi reus compareat personaliter , iudiciũ poterit reddi eluforiũ, nam hoc casu neq; reus potest personaliter comparere,neque in eum iam mortuum potest fieri executio,iuxta ga , quæ dixi in d.q.51.vers.Sed hic incidenter.

16 Item quæro , quid si reus sit præsens in iudicio, quia scilicet fuerit captus,vel sponte se cõstituerit, nunquid pro eo poterit procurator interuenire? Resp.ꝙ sic.Et in hoc omnes Doct.cõcordãt, vt dicit Bal.in d.l.reos n.21.C.de accus.quem refert Maria.in d.c.veniens, n.6.Et ꝙ quando reus est ex illa causa carceratus,possit pro eo interuenire procurator,dicit esse cõmunẽ opi.Imol.in d. §. ad crimẽ, num.18.& seq.vbi etiam subdit,quod ita seruat cõsuetudo,quem refert Ant.Gomes.c.1.delict.num.14. licet dicat, ꝙ cauti iudices faciunt actus processus cum

cum ipsismet carceratis,subdens,quòd ita est communis vsus,& stylus in practica,quod tamen intelige secũdũ ea quæ statim dicam.Are.in d.c.veniẽs. num.74.Card.Alex.in c.si quando,col.4.versi. Sed tenendo,2.q.6.Rub.in d.§.ad crimen. nu. 68.& seq. Menchiaca controuer.vsu frequentium,cap.17. nu. 4.in fin.Ita etiam communiter teneri,& seruari attestatur Abb.in d.c.veniens,num.22.Et dicit Bart. in d.§.ad crimen,n.10. quòd ita approbat consuetudo,quem refert Bened.Plumb.in d.§.ad crimẽ,n. 37.Idem dicit Bal.in d.l.reos.nu.40.in fi.Tu verò,ne erres distingue etiam ex mente Doctorum in locis prælleg.& dic,quòd aut quęritur,an quando reus est personaliter in iudicio constitutus,possit admitti pro eo procurator ad respondendum accusationi,vel inquisitioni , vel interrogationibus , quæ ei fiunt à iudice super delicto , siue in proximo examine,siue in aliis,siue in tortura:Et tunc dicendum est,ꝙ nullo modo potest pro eo procurator interuenire,sed debet personaliter duci ad bãcum iuris, vel ad locum tormentorum,& per seipsum respondere.Et ita practicatur,vt dicit Ang.in d.§. publicè post nu.5.quem refert Pau.de Cast.in eo.§.publicè. num.9.& Ang.de malef.in verbo,Qui dominus iudex videns,quod inquisiti,nu.12. Ita etiam practicari attestatur Ang.in d.l.reos,nu.2.in fin.Aut quęritur , an possit procurator interuenire ad alios actus causæ,puta,ad opponendas exceptiones,producendum capitula,& alia faciẽdum in ipsa causa. Et dicẽdum est,ꝙ sic,& ita dicit se pluries obtinuisse,& vidisse de facto obseruari Alber.in d.§. publicè,post nu.18.vers.Item quæritur an saltem. Benè verum est,ꝙ nõ semper constituitur ad hoc procurator cum mandato,sed quilibet defensor pro carceratis admitti solet,prout etiam in practica obseruari attestatur Blan.in practi.crim.fol.24.n.65.quæ tamen practica mihi nunquam placuit, quia talis defensor,siue procurator,sine mãdato potest quidem prodesse reo,sed non obesse : quod est in maximum præiudicium fisci,& accusatoris, propterea non deberent iudices ipsos admittere sine legitimo mandato,& non sunt multi dies,quòd quidam carceratus petebat tolli de processu quandam cõparitionem factam per eius aduocatum, quæ cõtinebat quædam sibi præiudicialia,asserens,quòd ille aduocatus nullum ab eo mandatum habebat,licet senatus id ei concedere noluerit,senatus tamen vult ita obseruari,vt scilicet admittantur huiusmodi defensores carceratorum , etiam sine mandato, & cum quidam prætor reiiceret quendam defensorem ex ea causa,quia non haberet mandatũ , rescripsit illi prætori , vt omninò ei traderet copiam indiciorum,neque postea aliquem ex ea causa reiiceret,2.Septemb. 1558.P.N.Et ideo ita seruandum est.Aut verò quæritur,an possit constitui procurator ad sententiam audiendam:Et hoc casu dicit Rube.in d.§.ad crimen,num.82. quòd omnes concludunt, quod non , & verum dicit loquendo de iure, nam debet reus esse præsens ad audiendam sentẽtiam,vt dixi ĩ.q.proxim.vers.Sed hic quæro, quod tamen in multis locis non seruatur,& præsertim in hoc Ducatu,vt ibi dixi.

17 Prædicta autem conclusio,ꝙ in causis criminalibus non sit procurator pro reo absente admittendus,intelligenda est, vt procedat quantum ad hoc, vt talis procurator non possit ipsius rei absentis defensionem suscipere , sed si velit allegare causas absentiæ , vtique admittitur. Et hoc tenent omnes.vt dicit Anan.in d.c.veniens,nu.13.Dicit Ange. in d.l.reos.circa prin.C.de accusatio.ꝙ istud tenent omnes indifferenter.Et ita seruatur, vt dicit Carauita super ritu 105.magnæ curiæ,num.2.Neque hoc casu facienda est differentia , an habeat in specie mandatum ad allegandas causas absentiæ, an autẽ habeat ad causam ipsam prosequendam,nam vtroque casu est admittendus.Et ita tenent communiter Doctores. vt dicit Anan. in loco prælleg ato, numero 14.Vide quæ dixi suprà,versicu.Hoc autẽ, circa fin.

18 Idemque si talis procurator velit proponere, ꝙ reus citatus habet in eo loco,ad quem citatur, capitales inimicitias, nam & eo casu erit cum mãdato audiendus.Et est commu.opin.vt dicit Maria.in d.c.veniens,post nu.68.vers. Circa primam, quem refert Boss.in tit.an crim.iud.nu.12.

19 Pariter etiam est admittendus,si velit proponere aliquas exceptiones dilatorias,seu declinatorias aut aliquas alias ex his quæ ante litis contestationem proponi solent,puta, quòd accusator sit infamis,vel excommunicatus,vel aliàs inhabilis ad accusandum,vel quod iudex sit incompetens, vel excommunicatus, vel huiusmodi. Ita dicit Bart.in d. §.ad crimen,cum quo tenent omnes,vt dicit Imola ibi,prout illum refert Boss.in ti. de car.fideiuss.cõ. num.16.Et hæc est commun.opin.vt dicit Bened.de Plumb.in d.§.ad crimen,num.52.Hoc tamen intelligẽdum est,vt procedat,dummodo talis exceptio nihil ad ipsum crimen pertineat,secus autem si exceptio opponeretur quidem ad processum,sed tangeret etiam ipsum delictũ,puta,quia diceret, quod aliàs de ipso crimine fuit absolutus,vel huiusmodi, non enim esset ad tales exceptiones proponendas admittendus.Ita dicit Bart.in d.§.ad crimen,num. 19.Et est communis opin.vt ait Rubeus in eo. §.ad crimen,nume.214.nisi talis exceptio esset notoria. nam eo casu vtique esset admittendus secundum Bar.in loco prælleg. Et ita communiter tenetur, vt dicit Nellus,de bannitis,in 2.parte secundi temporis,q.14.quẽ refert Boss.in tit. prælleg. de carc. fideiuss.com. nu.26.in fi.Hanc etiam dicit esse communem opin.Aret.in d.ca.veniens,nu.19.& seq.quẽ refert Boss.in loco prælleg ato,post nu.13. Berous in d.c.veniens,nu.29.& seq.Quando verò talis exceptio mixta est dubia, tunc non potest per procuratorem proponi, vt dicit Bart.in loco prælleg at.& est communis conclusio,vt attestatur Berous in d. c.veniens,nu.32.

20 Quæro modo,pone ꝙ aliquis interfecit bannitum,qui ex forma statutorum poterat impunè occidi,& ex hoc homicidio contra eum proceditur, nunquid admittetur procurator ad proponendam huiusmodi exceptionem banni?Resp. ꝙ sic,ita tenet Bar.in l.vbi pactum,nu.10.C.de transactio.quẽ sequuntur omnes Doct.Teste Marsil.cons.73.nu.76. vbi subdit se hanc doctrinam millies practicasse, & obtinuisse.Ita etiam sentire communiter Doctores attestatur Gand.de malef.in Rub. vtrum procurator,&c.circa fin.Nellus de bannitis, in 2. parte secundi temporis,q.14.vbi dicit, quòd ita communiter tenetur,quem refert Marian.in d.c.veniẽs , post n.79.Hanc etiam dicit esse cõmunem opin. Alber. in 4.parte statutorum,q.38.num.14. Quinimò non tantum procurator,sed etiam quilibet de populo posset comparere,& talem exceptionẽ banni proponere,vt dixi suprà hoc eod.lib.§. Homicidium, vers.Item scias.Hæc tamẽ intelligenda sunt,vt procedant,

cedant,quando ex sola productione banni efficeretur notorium,quòd talis offensus erat bannitus, nam eo casu vtique esset admittendus procurator ad ipsum bannũ exhibẽdũ. Sed si requireretur aliqua alia extrinseca probatio,tunc non admitteretur procurator,& ita communiter tenetur,vt dicit Rui.cons.9.post nu.2.vers.Secundò prædicta confirmantur.li.5. In hoc tamen Ducatu non admittitur procurator ad exhibẽdũ bãnũ,nisi reo in carcerib. constituto,prout etiam seruatur in regno Neapol. vt videri potest apud Caranitam super ritu 269. magnæ curiæ,nu.3. Et ita expressè rescripsit Senatus Prætori Fontaneti 7.Martij 1559.P.N.Multi enim sunt casus, in quibus bannitus non potest impunè offendi,vt dixi in alleg.§.Homicidium, versi. Sed hic quæro, & aliis seq. Et ideo ne si homicida esset cõdẽnandus,condemnatio illa redderetur elusoria, cogitur ipse ad personaliter cõparendum, sed deinde legitimè constito de banno,citato fisco, & proximioribus interfecti,& quòd licitè offendi potuerit,statim reus liberatur.Benè verũ est, quòd si plures interficiant bannitum, & aliquis ipsorum personaliter compareat,& exhibito banno, ostendat illum impunè occidi potuisse, possunt deinde alij socij admitti ad comparendum,& exhibendum bannũ, absq; eo quòd se personaliter constituant. Et ita rescripsit Senatus Prætori Papiæ 1550.P.N.in causa cuiusdam Antonij Nosini capitaliter condẽnati,& banniti,quod nota.

21 Quæro,an in causa nullitatis sententiæ criminalis admittatur procurator?Respon.Bened.de Plũb. in d.§.ad crimen,nume.99.refert quòd Bald. quem appellat doctorem suum, tenuit quòd sic, & quod dicit ita quotidiè practicari. Quam opi.etiam ipse sequitur,dummodo agatur solummodo de nullitate sententiæ,non autem de iniquitate,& dicit se ita iam obtinuisse de facto.In hoc autem Ducatu seruatur totum contrarium, nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, nisi se personaliter constituat, quando non vult demonstrare nullitatem ex ipsismet actis resultantem, sed per alias extrinsecas probationes,& hoc vt si in ipsis probationib. deficeret,posit contra eum sententia mitti executioni.Et reperio etiam,quòd Afflict.super 2.parte constitutionum Regni,Rub.tertia,nume.27.in fine dicit,quòd vidit pronunciari aliquas sententias criminales nullas,puta, quia essent latæ contra clericum,vel per errorem,dummodo talis nullitas allegetur per ipsummet principalem,& non per aliquẽ suum procuratorem,vel coniunctam personam.

22 Tu scis, quòd in causis criminalibus aliquando dicitur procedi per viam exceptionis, vt dixi ſ.q. 19.versic.Per exceptionem.Quæro,nunquid in huiusmodi causis posit procurator interuenire? Resp. Aut exceptio criminalis tendit solummodo ad repellendum accusatorem ab accusatione,vel testem à testificando,vel impediendam missionem in possessionem prælati ad dignitatem, vel beneficium, ad quod est promotus,vel huiusmodi. Et hoc casu vtique potest admitti procurator, talis enim causa non dicitur criminalis,vt ibi dixi,sed ciuilis, meritò est procurator admittendus. Et ita concludũt omnes Doct.vt dicit Foller.in pract. cri.canon.fol. 104.nu.4.Aut verò exceptio tendit etiã ad puniendum,puta, quia proponendo exceptionem criminis petatur non modo accusatorem,aut testem repelli,sed etiam puniri,& tunc non est admittendus procurator,quia in huiusmodi exceptione ipse accusatus, siue excipiens assumit partes accusatoris. Et ita concludunt omnes Doctores,vt dicit Blanc. in pract.crim.fol.25.Vide quæ dixi in allegata q.19.

23 Quęro,nunquid ea,quæ dicta sunt in reo,habeãt locum etiam in accusatore,seu denunciante,vt scilicet neque ipsi posint in causis criminalib. procuratorem constituere?Respon.Alber.in d.§.publicè. post nume.18.tenuit,quod non possunt constituere procuratorem,quia quod non licet accusato,neq; etiam licere debet accusatori. Et dicit Rubeus in d.§.ad crimen,num.7,quòd hæc videtur crebrior, & solidior sententia,sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur in practica,vt dicit Caraui. super ritu 108.Magnæ curiæ,nu.3.in fin.semper enim admittuntur procuratores querelãtiũ, siue accusatorum,etiã in causis capitalibus:& meritò:cessat enim ratio communis, de qua supra,vers. Ratio autẽ, ꝙ scilicet iudicium redderetur eluſorium,ex quo pœna talionis hodie est sublata,vt dixi ſ.q.81. Et ideo neque etiam coguntur hodiè accusatores ad ingrediendum carceres, vt dixi §.q.18,vers.Quãdo deinde,non enim agi potest de aliqua executione personali contra ipsum accusatorem facienda. Vnum tamen nota in hoc proposito, ꝙ si ipse accusator non posset, si esset ab alio accusatus, per procuratorem cõparere ad se defendendũ,puta, quia esset bannitus,vel accusatus de aliquo crimine,pro quo nõ posset se per procuratorẽ defendere,eo casu nõ posset neq; etiã per procuratorẽ aliũ accusare. Ita allegatur tenere Bal.in l.reos.C.de accusat.Et dicit Nell.de bãnitis,in tertia parte secũdi tẽporis,q.68. ꝙ ita seruatur,prout illũ refert Cæpolla cons.crim. 20.col.2.vers.Imò plus dico.Et sic hoc casu esset seruanda in practica communis opinio, quod nota.

24 Pone,quod in causa criminali comparuerit procurator,& contra eũ nihil fuerit oppositũ, sed fuerit admissus ad defendendũ reũ,cùm tamen de iure admitti non deberet,nunquid processus superin de agitatus valebit, an autem erit ipso iure nullus? Respõ. In hoc articulo variæ fuerũt scribentiũ opiniones,nam gloss.in cap.1.in verbo, Criminalis, de iud.in 6.tenuit,quòd talis processus valeat,& dicit, Bal.in d.§.publicè,post nu.6.versi. Vlterius quæro, quod hæc opi.per omnes Canonistas approbatur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bald.in l. ita demũ, post n.4.C.de procur. quem refert Bertrand.cons.358.circa princip.lib. 4. quod est duplicatũ in consilio 1.n.2.lib.5.& Felin.in cap. meminimus,n.18.de accusat.& Vãtius de nullitate,fol.239. nu.177.& Dec.in l.in ambiguis.§.non est nouũ, nu. 11.ff.de reg.iur.& cons.469.in fin.& Marsil.in pract. crim.§.sequitur.post n.17.& Practic.Conradi, fol. 264.in fin.Corsetus in verb.Procurator, in singul. incip.licet quis.Et dicit Imola in d.§.ad crimen,ꝙ ita seruatur in practica,prout illũ refert Rubeus in eod.§.ad crimen,num.99. Contrariam autem sententiam, scilicet ꝙ imo etiam si non fuerit oppositũ contra procuratorem,nihilominus processus factus eo interueniente, in casibus in quibus de iure admitti non debebat, sit ipso iure nullus, multi etiam tenuerũt,adeo,quod Gomes.in dict.capitulo. primo post numerũ 80.verſiculo.Quid tenendum, dixit,quod opin.contra illam gloss.sibi videtur magis communis,quem refert Menchiaca controuer. vsu frequentium,capit.20.post numerũ quintũ, & ante eum Aretin.in d.capit.veniens,post nume.87. dixit, quod hæc est communior opin.quod verbũ pro singulari refert, & idem attestatur Rubeus in d.

in d.§.ad crimen,nu.231.Anto.Gomes.c.1. delictorum,nu.16.Ego verò dico sic:Aut delictum est tale,pro quo nõ potest procedi,nisi ad querelã partis,& tunc procedat opi.gl.pars enim ipsa sibi imputet,si non opposuit contra procuratorem,& se eit ipsum repelli: Aut verò ex eo delicto poterat etiam procedi ex officio:& tunc licet non fuerit oppositum,processus factus per procuratorẽ,qui non erat admittẽdus,est nullus,quia partis,aut iudicis malitia,negligentia,aut imperitia non debet iuri publico nocere.Et dicant Doctores quidquid velint,consuetudo ita obtinuit,quòd omnia gesta per procuratorem in causa criminali,vbi agatur de pœna corporis afflictiua,sint ipso iure nulla.

25 Vltimò quæro,in casibus,in quibus procurator in causis criminalibus admittitur,an sententia ferenda sit contra dominum absentem,an autem cõtra procuratorem præsentem?Respond.In hoc pũcto variæ fuerunt Doctorum opiniones, propterea ad omne dubium euitandum vsus obtinuit,ꝙ vterque condemnetur.Et ita de facto seruari,& secundum vsum curiarum, attestatur Iacob.de Beluis. in pract.cri.in verbo,Criminaliter condemnari,nu.3.Menchiaca controuers. vsu frequentium,c. 20.post nu.1.

QAESTIO XXXIII.

1 *Excusator an possit in causis criminalibus interuenire?*
2 *Et quid in casibus,in quibus potest absens diffinitiuè cõdemnari?*
3 *Et an audiendus sit excusator sine mandato?*
4 *Et an teneatur præstare fideiussionem de sistendo principali in iudicio?*
5 *Et an audiatur pater pro filio,dominus pro seruo,abbas pro monacho,ciuitas pro ciue,dominus pro subdito,episcopus pro clerico,vxor pro viro?*

1 HActenus de procuratore dictum est,nunc de excusatore videamus.Sciendum est autẽ,ꝙ regulariter in omnibus,& quibuscũque causis criminalibus,in quibus potest contra absentem procedi,semper admittitur excusator.Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando talis excusator non proponit aliquas defensiones ipsius rei, sed tantummodo allegat eius absentiam, nam eo casu vtique admittitur.Et ita cõiter seruari in iudiciis attestatur Alberi.in d.§.publicè,post nu.16. Idemq́ue si alleget infirmitatem ipsius rei, vel carcerationem in alio territorio vel alia impedimẽta propter quæ non posset reus,ẽt si vellet,personaliter comparere,nam ad proponendas huiusmodi exceptiones quilibet admittitur. Ita tenet Bar.in d.§.ad crimen.nu.16.& est communis opin. vt ait Marian. in d.c.veniens,nu.67.de accusat.Et in hoc non videtur esse difficultas,quia ad has exceptiones proponendas etiam procurator admitteretur, vt dixi supr.vers.Prædicta autẽ. Fortius etiam sentire videtur Alber.in d.§.publicè,post nu. 25. vers. De secundo genere,quòd secundum communem opinionem debeat admitti excusator etiã ad media causæ,& alios articulos incidentes.

2 Sed quod plus est,multi etiam tenuerunt quòd in omnibus casibus,in quibus,absens potest diffinitiuè condemnari,sit admittendus excusator absolutè,etiam ad probandum eius innocentiam.Et hanc opi.dicit esse magis communem Aret.cons. 146.nu.6.vbi loquitur etiã quando talis excusator comparet post primum bannum, ex quo virtute statuti contumax habetur pro confesso.& Aret.refert,& sequitur Marsil.cons.39.nume.30.& cons. 73. nume.39.& cons.81.nume.57. & consil. 90. nume.3. & pract.crim.§. sequitur, nume. 46. relatus & ipse per practic.Conradi,fol.264.in 27. limita. & Apostil.ad Ang.de malef.in verbo,Qui dominus iudex, sub nu.13.Hanc etiam opi.attestatur esse magis cõmunem Cæpol.cons.crim. 51. circa med. Ias. in l.hi qui, nu. 7.C. qui testa. facere posſ.quem refert Rubeus in d.§.ad crimen,nu.172. & Gomes. Arias super lege 74.Tauri,nu.49.& Nouel. in tract. ad defensam,fol.21.nu.10.Refert etiam Alex.cons.4. nu. 1.& seq.lib.6.quòd Imola in d.c.veniens, col. 27.de accusat.(cuius tamen lecturas super quinto decret. ego non habeo)dat hoc pro cautela,quam dixit se tunc proximis diebus seruasse, & aliàs vidisse Bononiæ obseruari, quòd scilicet compareat aliquis ad defensionem absentis tanquã instructor, vel informator de defensionib. ipsius absentis. Et dicit Alex.in d.cons.4.quòd omnes fatentur talem excusatorem,qui non compareat tanquam procurator cum mandato,sed vt quilibet de populo ad instruendum curiam,vel vti simplex defensor, posse & debere admitti,subdens, quòd id ipsum fecerat ipse quoq; pluries seruari,& ꝙ ita cõmuniter practicari,& seruari vidit.Refert etiã Ana.in eo.c. veniens,nu.22.Imolã ibi dicentẽ,ꝙ licèt quò ad procuratorem sint opiniones, tamen in excusatore ita omnes tenent,& illum refert Marsc.consil.60. nume. 23. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter omnes Doctores,legistas & canon.Cæpol.cons.cri. 47.circa fin.Hanc etiam dicit esse communem opi. Gramma.cons.ciuili 37.nu.10. quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Procurator in capitalibus.Ratio autem huius conclusionis per supradictos Doctores allegatur, quia iudex debet omnibus modis veritatem indagare, & ex officio perquirere de innocentia rei,etiam nemine petente,prout est commu.opi.vt dicit Alber.in l.3. C. de his qui ad eccles.confu.ita relatus per Brun. consil. feud.69.num.2.Et hoc indubitatum esse attestatur Aret.in cons.præalleg.quem refert Marsc. in d.cons. 60.nu.22.Eadem igitur ratione dicendum videtur, vt quod potest iudex à seipso facere,idem etiam ei facere liceat isto excusatore,aut quolibet alio subministrante testes,& indicia ex quibus rei ipsius innocentia detegatur.Et ita hanc esse commu. opin. attestatur Gratus consil.18.nu.8.lib.1. Et ideo doctor. præallegati dant cautelam,ꝙ compareat iste excusator,siue alius quilibet tertius,qui det in scriptis iudici ad partem super aliqua schedula nomina testium, qui deberent examinari ad probandum innocentiam rei,& dicũt quod iudex tenetur illos examinari facere.Et hoc modo reus faciet suas defensiones absq; eo, quòd personaliter compareat. Et hanc cautelam ponit.Cæpol. cautel.68. & dicit Blanc.in pract.crimi.fol.22.nu.58.fol.158. cautel.11. ꝙ ita practicaꝰ, & practicari potest. Sed certè hæc opi. mihi nunquam placuit. hoc enim modo procul dubio destrueretur tota practica criminalis. nã nullus inquisitus vel accusatus compareret personaliter ad se deffendendum,sed vel ex officio vel p huiusmodi accusatorẽ faceret testes ad sui defensionem examinari,absq; vllo capitis sui periculo. Et ita nunq̃ reus posset examinari, neq; torqueri, nec vlla condẽnatio exequi.quæ oĩa iudicio meo, sunt valde absurda & ridicula,& miror quòd tot & tanti Doctores illam opinionem tenuerint,aut seruauerint, quæ certè in hoc Ducatu non modo

non obseruatur,sed in omnib.curiis adeò recesit à practica.q si aliquis aduocatus super ea insisteret,proculdubio non sine risu explooderetur.

Quinimò,vt dixi suprà quæst.proxima,vers.Hæc autem,omnes ferè fatentur,q potest iudex dicere excusatori,se velle q principalis personaliter cõpareat tanquam melius informatus,vt etiam videatur quo vultu,& qua trepidatione loquatur,secundum no.in l.fi.C.de proc.Et hoc non negat velle,& seruare communem practicam,Cæpolla in d. cons.51.circa princip.à quo nullo modo est recedẽdum, quidquid ipse Cæpolla ibi in contrarium alleget.

3 Sed nunquid excusator,qui aliquas excusationes vult proponere est audiẽdus sine mandato? Resp. Aliqui simpliciter dicunt, q requiritur mandatum,& quòd talis excusator tenetur iurare,q habet in mandatis ab absente illum excusandi, aliàs non auditur.Et dicit Pract.Iodo.c.15.nu. 4. quòd ita praxis ipsa vsu recepit.Alij verò dicunt,quòd si quidẽ vult proponere excusationes necessarias,puta,quòd reus est infirmus,vel quòd est in alio loco carceratus,& tunc admittitur etiam sine mãdato, sed si velit allegare alias excusationes probabiles, puta,quòd itinera non sunt tuta,vel quòd reus in eo loco habet inimicitias,tũc nõ auditur sine mãdato.Ita tenet Bar.in d.§,ad crimen,nu.18. Et hãc dicit esse communem Doctorum sententiam Rubeus,in eo.§.ad crimen,nu.201.& nu.212.in fi.Alij autem indistinctè tenent,quòd excusator allegans quascunq; causas absentiæ probabiles, licet nõ necessarias,etiam sine mandato sit admittendus. Et in hoc opi.Bar. communiter reprobari attestatur Card.Alex.in c.si quando,nu.21,2.quæst.6. Et hæc opi.contra Bar.est magis æqua,& mihi magis placet,dummodo absit calũnia,& tales exceptiones concernant tantummodo factum : secus autem si concernerent etiam ius,puta declinatoriam fori, vel huiusmodi,nam eo casu sequerer opi.Bar.vt scilicet non esset talis excusator sine mãdato admittendus.Et hæc omnia,nisi aliter consuetudine receptum esset,à qua (vt sæpe dixi) nullo modo arbitror esse recedendum.

4 Quæro , nunquid excusator , qui comparet,teneatur præstare fideiusionem de iudicato soluendo,vel de præsentando ipso inquisito?Resp.Si quidẽ cõpareat vt defendat inquisitũ,tenetur satisdare,aliàs non auditur,sed si tantummodo excusat eius absentiam,non tenetur satisdare.Et ita communiter tenetur,& seruatur,vt dicit Alber. in d.§. publicè,nu.12.in fi.Hanc etiam dicit esse veriorẽ,& crebriorem sententiam Rubeus in d.§. ad crimen, nu.114.quòd scilicet non tenetur cauere,nec de iudicio sisti,nec de iudicato soluẽdo,licet in quæstione videantur corrupta verba ipsius Rubei.Idem attestatur Menchiaca controuers.vsu frẽq. c.17.nu.8. Illud tamẽ.quod dictum est de defensione , cessat secundum meam opin. & practicas huius prouinciæ,quòd scilicet nullo modo admittatur excusator ad rei defensionem,vt dixi suprà, versicu. Sed quod plus est.

5 Vltimò quæro , quid si pater, aut dominus pro seruo,vel filio inquisitis compareant ad eorum defensionem susciendam,nunquid debeant admitti?Resp.quòd si compareant non tanquã procuratores,aut defensores eorũ,sed pro interesse suo,vtique sunt admittendi.Et ita tenent cõiter canon.vt dicit Riminal.cõs.13,nu.1.Hanc etiam dicit esse cõmunẽ opin.Bal.quem refert Baptista à S.Blasio in ter consil.crim. diuersorum,cons.77.nu.8.lib.2.Marian.in d.c.Veniens,post nu.87.vers.Tu aduerte,&

a quòd admittatur pater a pro filio,dicit esse communem opin. tam Legista. quam Canon.Alex.de Neuo,cons.90.nu.2.quod est repetitum inter consilia criminalia diuersorum,cons.89.li.1. Dicit etiã Cæpolla.cons.crim.75,in primis verbis, quòd hæc est communis Doctorũ sententia. Et quòd ita cõmuniter obseruatur & practicatur in iudicio , & cons.crim.55.vers.Dixi tertiò,dicit quòd hanc opi. sequuntur omnes scribentes in materia,& cons.crimin.47.vers.Sed prædictis , dicit,quòd communiter omnes Doctores ita concludũt.Et quòd dominus admittatur pro seruo,voluit gl.in l.2.in gl.fi.C. de accusat.quã dicit esse communiter approbatã Riminal.cons.17.nu.9.Et generaliter dicit Boss.in ti.an cri.iud.nu,17.quòd dominus pro seruo,pater pro filio,vxor pro viro,abbas pro monacbo , episcopus pro clerico,princeps pro suo subdito,ciuitas pro suo ciue , & similes ,possunt pro interesse proprio,non autem nomine ipsorũ vocatorum ad iudiciũ veniré,& eos defendere.Et dicit, quòd hæc est cõis omniũ opi.Ideo dicit Blanc.in pract.crim. fol.23. nu. 62. quòd practica est,quòd pater volens facere defensiones pro filio,compareat coram iudice,prius sibi facto speciali mandato per ipsum filium de confitendo delictum,& quòd deinde pater confitendo delictũ faciat defensiones filij,probando,puta,quod homicidium fuit casu commissum,vel ad necessariam defensionẽ,vel quòd mortuus non decesit ex vulnere.& subdit quòd ita seruatur in practica.Poterit fortè hæc practica obseruari in locis,in quibus viget talis consuetudo , sed in hac prouincia hæc reputarentur somnia,si proponerentur coram iudicibus,nam (vt sæpe dixi) vbi ingeritur pœna corporalis,nullus auditur pro reo,nisi personaliter compareat , & ita seruando non errabis.Bene posset pater,si filius accusatus, aut inquisitus,esset clericus,comparere,& declinare forum.Et ita dicunt Doct.vt ait Bal. in l.1.nu.31. C.de accus.Credo etiam,quòd non modo priuilegium clericatus,sed quodcunque aliud,ex quo notoriè appareret citatum non esse subditum iudicis citãtis,posset per procuratorem ,vel excusatorem exhiberi.

ADDITIO.

a Admittitur pater. Item admittitur pater ad allegandum pro filio priuilegiũ clericatus quando venit imponẽda pœna corporalis. Similiter allegari potest aliud priuilegium,ex quo notoriè constat citatum non esse subditum iudicis citantis.Excusator autem allegans absentiam, malitiosè allegare dicitur quando apparet q citatus visus fuit in loco delicti eo die quo fuit commissum delictum , vel die præcedenti vel sequenti,secũdum Carauitã super ritu magnæ curiæ 266.nu.7.

QVÆSTIO XXXIIII.

1 *Quæ excusationes in causis criminalibus proponi possũt?*
2 *Et quid de excusatione absentiæ?*
3 *Et quid si nõ allegetur in specie aliqua causa absentiæ?*
4 *Et an teneatur illam probare?*
5 *Et quid in excusatione infirmitatis?*
6 *Et quid si allegetur timor insidiarum?*
7 *Et quid de excusatione carcerationis?*

Dictum

1 Dictum est de excusatore,nũc de excusationibus,quæ ab ipsis excusatoribus proponũtur aliqua subiiciamus,& in primis quidẽ de absentię excusatione , quæ in iudiciis sæpe proponi solet. Scias autem,q multiplex est absentia,s necessaria, & probabilis simul,necessaria tãtum,probabilis tãtum,& voluntaria.Necessaria,& probabilis , dicitur,quando quis abest ex causa publica, puta principis,aut ciuitatis.Et hoc casu debet iudex supersedere à procedendo contra reũ , donec causa ipsa cesset,& si (ea non attenta) procederet ad vlte-

2 tiora,processus esset ipso iure nullus.† Necessaria tantum,est quando quis abest,puta,quia est bannitus.Et hoc casu non est supersedendum ,sed potest ad vlteriora procedi,tali absentia non obstante,cum ex facto,& culpa sua processerit,& ideo sibi imputet.Bene potest impetrare saluũ conductũ, iuxta ea quæ dixi suprà q.31. ver. Tu scis,q bannitus.Probabilis verò causa absentiæ est, quãdo quis abest,puta,ex causa studiorũ,vel mercaturæ,vel peregrinationis ob deuotionem , vel huiusmodi.Et tũc facta fide de absentia,debet iudex statuere terminum competentem iuxta distantiam loci,ad ipsum absentem certiorandum , ac præsentandum, quo elapso poterit ad vlteriora procedere,ipso reo vlterius non expectato ,& processus valebit. Cæterum si iudex negaret statuere huiusmodi terminum ad certiorandum,siue comparendum,processus esset ipso iure nullus.

3 Sed pone,q excusator nõ alleget aliquã causam absentiæ necessariã aut,p babilẽ,sed simpliciter dicat reũ esse absentẽ,& petat statui terminũ adeum certiorandũ.Resp.q facta fide de absentia,adhuc debet statui dictus terminus,vbi de fraude non appareret.Et dicit Alb.in d.§.publicè,nu.9. se vidisse seruari,q vbi nõ apparet de fraude,omnes absentię admittuntur.Dicit autẽ Carauita super ritu magnę curiæ 266.nu.7.q dicitur malitiosè allegari absentia,quãdo apparet,q citatus visus fuit in loco delicti eo die quo cõmissum fuit delictum,vel die præcedenti,vel sequenti , subdens,q ita seruatur , nisi delictum non de recenti commissum fuisset:nam eo casu , ex quo facile potuit deinde post aliquot dies ab eo loco recesisse , debet dari dilatio,non obstante q die commisi delicti,vel etiam post,in eo loco visus fuisset,& subdit etiã q ita seruatur.

4 Sed nunquid sufficit huic excusatori allegare absentiam ipsius inquisiti,an autem tenebitur etiã illã probare? Resp.q tenetur illã probare.& ita seruatur,vt dicit Albe.in d.§.publicè,nu.10. Benè verum est,q secundum cõsuetudinem huius prouinciæ,sufficit quæcunque leuis probatio , puta,iramentum ipsius excusatoris,prout etiam seruari in regno Neap.attestatur Foller.in pract.cri.folio 75. nu.15.& Carauita super ritu 268.magnæ curiæ.nu. 1.licet dicat,quòd non apud omnes curias est in vsu,quod deferatur huiusmodi iuramentum.

5 Dixi etiam,quòd auditur excusator allegans infirmitatem,seu carcerationem rei inquisiti. Scias autem,quod infirmus etiam si sit inquisitus de capitali delicto , non tenetur personaliter cõparere, sed sufficit , quòd faciat fidem de infirmitate sua. Et hæc opi.communiter tenetur,& approbatur,vt dicit Gratus consil.98.nu.2.lib.1.Hæc autem fides fit siue per testes,siue per attestationem medicorum in scriptis redactam,& quãdoque etiã vnius medici tantum,prout etiam in regno Neap.seruari attestatur Carauita super ritu 267.magnæ curiæ,nu.7.præsertim si in eo loco non esset nisi vnus medicus,iuxta ea,quæ dixi suprà hoc eo. lib.§.Homicidium,vers.Scias autem,Et ita concludunt cõmuniter Doc.vt dicit Carauita in loco prælegato,nu.8.in fi.Debet etiam in eodem regno simul cum attestatione medici præsentari instrumentum publicum continens ipsam attestationem,&c. aliàs excusatio nõ admittitur,vt attestatur Grãm. super ritibus magnæ curiæ , fol. 157.super excusationibus infirmorũ , circa fi.vbi etiam dicit , quòd excusantur etiam senes , & quòd ita ipse obtinuit iudicari in consilio Neap.quod tamen in criminalibus apud nos non obtineretur.

6 Allegatur etiam quandoque timor insidiarum, sed hoc casu dicit Salyc.in l.reos.nu.10.C.de accusat.q cautus iudex dicẽti se venire non posse propter timorem insidiarum,offerre debet saluũ conductum,subdens,quòd ita vidit de facto seruari.Nihilominus dici solet,quòd fragilis est cautio salui conductus:& ideo,vbi inimici essent potẽtes,& manu prõpti,credo,quòd non tenetur citatus vitam suam committere huiusmodi cautioni salui conductus,præsertim si inimicitia esset cum dominis, vel rectoribus loci ad quem citatur. Et hanc opinionem,quòd qui non tenetur comparere propter locũ non tutum,ob insidias inimicorum,non teneatur etiam comparere sub saluo conductu,cõmunem appellat Boss.in ti.de citat.nu.37.

7 De carcerato autẽ aliqui tenent,quòd potest citari , & q debet cõparere per procuratorẽ , & ita videtur tenere Bar.in l.is qui reus,nu.14.ff.de pub. iud.Et dicit Mars.in pract.cri.§.attingam,num.20. quòd hæc est communis opin. Tu verò dic,quòd, aut reus est carceratus in alio loco,&hoc casu semper vidi seruari contrarium,q scilicet expectatur, vt possit exire careeres,in quib. detinetur , nisi esset carceratio affectata.Et hæc opi.tutior est,& benignior,quia carcerati in vno loco , male possunt se in alio defendere,& non omnibus est copia procuratorum,de quibus plenè confidant.Dicit autẽ Carauita super ritu magnæ curiæ 269.nu.16. quòd ex communi obseruantia dicitur carceratio affectata , quando secuta est post citationem ei intimatam à iudice , quod tamen apud nos non ita absolutè seruatur,sed iudicis arbitrio iudicandum relinquitur,prout & cætera omnia , quæ à iure determinata non reperiuntur,vt dixi suprà libr. 2.§. iudex.Quinimò etiam si huiusmodi exceptio carcerationis oppositа non fuerit,& ideo secuta fuerit condemnatio in contumaciam , semper solet Senatus, constito de ipsa carceratione,condemnatum admittere ad nouas defensiones.Et ita in specie conclusum fuit in quodam Hieronymo Castello,20.Mart.1559.P.N.Aut verò est carceratus in eodem loco,& tunc si est causa, propter quam ingeratur pœna corporalis,ita quòd in omnem casum deberet ius dicere in carceribus, non supersedetur à procedendo , sed solet recommendari in carceribus pro secundo delicto,& vno eodemque tempore pro vtroque proceditur.Si verò non ingeritur pœna corporalis,solet expectari,donec fit perfectus primus processus,si ipse petat,non tamẽ relaxatur nisi præstita fideiusione de iudicio sisti, & iudicato soluendo ex secunda causa , & si opus est,prius examinatur. Hæc autem omnia procedunt,quando agitur de diuersis criminibus,sed quãdo agitur de eodem delicto,tunc videnda sunt ea, quæ dixi infrà,q.38.vers.Est autem.

QVÆSTIO XXXV.

1 *Declinari forum ex quibus causis possit?*
2 *De quibus criminibus possit Papa accusari?*
3 *Et an concilium generale sit supra Papam?*
4 *Et quis sit iudex competens Papæ?*
5 *Et an Papa etiam volens possit se iudici laico subijcere?*
6 *Et quis sit iudex Imperatoris?*
7 *Et an populus Romanus possit Imperatorem degradare?*
8 *Et quis sit iudex regum?*
9 *Et quis sit iudex aliorum principum secularium?*
10 *Et quis sit iudex Cardinalium?*
11 *Et an possit solus Papa deponere Cardinalem absque consensu collegij?*
12 *Et quis sit iudex competens Patriarcharum, & Archiepiscoporum?*
13 *Et quis sit iudex competens Episcoporum?*
14 *Et an si Archiepiscopus delinquat in diocesi alterius Episcopi, possit ab eo puniri?*
15 *Et quis sit iudex clericorum, & monachorũ regulariũ?*
16 *Et quis sit iudex clericorum secularium?*
17 *Et quis sit iudex famulorum & domesticorum Cardinalium?*
18 *Et an familiares, seu famuli Episcoporum & clericorum laici gaudeant priuilegio fori?*
19 *Et an illi qui obtulerunt se & bona sua monasterio. gaudeant priuilegio fori?*
20 *Pœnitentes an sint de foro ecclesiastico?*
21 *Et quis sit iudex competens in syndicatu officialium?*
22 *Et an syndicatores possint cognoscere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad officium?*
23 *Et quis sit iudex competens scholarium?*
24 *Et quis sit iudex competens militum?*
25 *Et quis sit iudex competens Iudæorum?*
26 *Et an officialis possit cognoscere de iniuria illata sibi, vel familiæ suæ?*

1 PRæcedentibus quæstionibus dictum est de exceptionibus quæ ad excusationẽ, vel defensionẽ ipsius Rei principaliter pertinent, sequitur nũc, vt de fori declinatione, cuius materia in iudiciis frequentissimè versatur, videamus. Scias igitur vt breui diuisione omnia capita cõplectamur, ꝙ hæc exceptio oritur ex triplici causa, scilicet aut ratione personæ, aut ratione causæ, aut ratione loci. Ratione personæ declinatur forum iudicis, quando reus dicit se non esse ei subditum, neque ratione originis, neque domicilij, neque delicti. Item cùm dicit se clericum, seu religiosum non posse à iudice laico puniri, vel econuersò se laicum à iudice ecclesiastico puniri non posse, vel si dicat iudicem sibi inferiorem, aut parem in eum non habere imperium, vel quod ipse sit ab eius iurisdictione exemptus, vel huiusmodi. Ratione causæ declinatur iudicis forum, cùm quis laicus coram iudice laico accusatus asserit criminis illius cognitionem ad iudicem ecclesiasticum spectare, vel ꝙ propter connexitatem causæ sit ad eum remittendus. Ratione loci, puta, quia prætendat delictum in ecclesia cõmissum ad iurisdictionem iudicis ecclesiastici pertinere, vel huiusmodi.

2 Videndum igitur in primis est de personis, & incipiẽdo à summo Pontifice, qui in terris vices Dei gerit, & est maior omnibus hominibus. Quæro, si Papa delinquat, quis sit eius iudex cõpetens? Re-
3 spon. † De iure habemus tex. expressum in c. si Papa 40. distinctione, qui dicit, quòd culpas Rom. pontificis nullus mortalium redarguere præsumit, quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. Dicit tamen gl. si nalis ibi, ꝙ ex quocũq; crimine notorio, & ex quo scãdalizatur ecclesia, potest Papa accusari, si admonitus sit incorrigibilis. Et illam gl. dicit cõmuniter teneri Abb. in c. significasti, n. 4. de electione. & disput. sua incip. Episcopus, & rector, & in suo tractatu super cõcilio Basiliẽsi, prout illũ refert Card. Alex. in d. cap. si papa, col. 3. in prin. Et ille tractatus Abbatis fuit positus inter dãnatos in indice librorum prohibitorũ publicato tempore Pauli IIII. licet postea in indice nouiter publicato post concilium tẽpore sanctiss. D. N. Pij IIII. non sit descriptus inter prohibitos. Refert etiam Card. Alex. in loco præal. (licet liber sit corruptus) idẽ attestari Rom. cõs. 523. incip. Quæstio discutiẽda, vbi, post nu. 13. dicit, qđ illa gl. est singularis, & ꝙ illã sciũt omnes, & quòd est canonizata à concilio Constantien. Dicit etiam Dec. cons. 151. post nu. 4. ꝙ illa glo. placuit communiter canon. licet sit reprobata à theologis. Et ita illũ refert Albe. de pote. Papæ, in 1. parte, nu. 151. licet ipse teneat contrarium. Et dicit Synodia de conciliis, fol. 120. col. 4. circa med. ꝙ illa glo. est communiter ab omnibus approbata, & fol. 124. col. 3. in fi. dicit, quòd illæ sententię concilij Constantiensis mirificè canonizarunt illam gl. & hanc conclusionem re ipsa comprobarunt. Illã etiam communiter à canonistis receptam esse ait Io. Brunellus post relectiones Didaci fol. 338. col. quarta. Illam etiam ab omnibus teneri attestatur Ias. in consilio 95. col. 7. vers. Ilte passus, libro 4. licet deinde de eius veritate dubitare videatur. Contrariam autem sententiam, scilicet quod solùm pro crimine hæresis possit Papa accusari, tenent communiter Theologi, vt dicit Zabarel. in eodem cap. si Papa, relatus per Card. Alexandr. ibi. Quinimò Berous in cap. at si clerici, numero 9. de iudic. dicit, quòd illa gloss. communiter maximè à canonistis est reprobata, & meritò secundum eum, quia est contra tex. in d. c. si papa. licet deinde post nu. 11. dicat, quòd communiter theologi illam sequuntur. Idem etiam Berous in c. cum veniissent, n. 4. de iudi. dicit ꝙ contra illam gl. tenent magis communiter sacri doctores theologi. & post numerum 43. dicit etiam, quòd ita videntur tenere magis communiter canonistæ. Hæc est periculosa quæstio, & in qua ego malẽ discere, quàm docere, propterea me remitto iudicio S. matris ecclesiæ, ac sanctissimi in Christo patris, atq; vniuersalis ecclesiæ summi atque optimi pontificis Pij quinti.

4 Sed retenta conclusione, quam dicit esse ferè omnium recẽtium theologorũ & iurisperitorum consensu approbatã Simancas de hęr. c. 11. nu. 12. ꝙ s. possit Papa de crimine hæresis accusari, & iudicari, & certè nullum habet iudicem nisi concilium generale, & ita dicunt communiter DD. vt attestatur Card. Alex. in d. c. si papa, col. 3. in fin. Et quòd quando Papa accusatur de hæresi, conciliũ sit iudex cõpetens, dicit esse planũ apud omnes Ias. in d. cons. 95. col. 5. Transeo ad tertium li. 4. vbicunq; enim reperitur, quòd Papa possit iudicari, semper intelligendum est à concilio. Ita dixit gl. in c. sicut. in verbo, Hortamur, 2. quæst. 7. quam dicit esse frequẽtioribus votis approbatam Alban. de potestate Papę, in prima parte, n. 84. & nume. 173. vbi subdit, ꝙ in hoc nemo doctorũ, quẽ viderit, dissentit. Et practica est secundum Zabarel. relatum per Card. ibi, ꝙ si hæresis Papæ non est notoria, moneatur Papa per Cardinales, vel per alios illis negligentibus, vt

se purget ab infamia hæresis, de qua est suspect⁹, & si se purgauerit, non est vlterius procedendum. Si verò id facere recuset, & sit cõtra eum vehemẽs suspicio hæresis, tunc Cardinales illum rogabunt, vt conuocet Concilium, & si noluerit, congregabunt ipsi. Vbi autem hæresis est notoria, & requisitus à Cardinalibus persistat in errore, neque se emendet, tunc cardinales connocabunt cõcilium, & ipsis negligẽtibus, prælati seipsos congregabunt. Conuocato autem Concilio, si Papa de hæresi conuictus fuerit, & nolit mutare sententiam, priuabitur papatu, & tradetur potestati seculari puniendus. Si verò ad pœnitentiam velit redire, nihilominus ex quo per aliquod tempus fuit pertinax in errore hæresis, priuabitur Papatu, & detrudetur in monasterium. Et hoc casu solet concilium ei deferre, si velit ipsemet seipsum condemnare, si verò ipse noluerit se condemnare, tũc conciliũ expediet causam, & illum degradabit. Ita concludit Car. ibi, subdens, ꝙ ita etiam tradunt Doct. in locis per ipsum allegatis. Hic esset videndum an concilium generale sit supra Papã, & an Papa recusante cõgregare cõcilium possint cardinales, vel alij prælati vel principes seculares conciliũ conuocare, de quibus dixi sup. li. 2. §. Papa. Ego autẽ in omnibus prædictis, & ẽt in aliis quibuscũq; me semper remitto determinationi factæ, vel faciendæ per sanctam matrẽ ecclesiam, in cuius fidei gremio semper vixi & viuere, ac mori intẽdo. Vnum tamẽ nõ omitto, ꝙ si Papa scãdalizet vniuersalem statum ecclesiæ, tunc talia per eũ gesta in scãdalum ecclesiæ nõ tenent, & ei resistitur per ecclesiam, neque ei est in talibus obediendum. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Cardinal. in dicto capit. si Papa. col. tertia, versi. Nec etiam obstat.

5 Sed hic quæro. nunquid possit Papa etiã volens, Imperatori Romanorũ, vel alteri laico se submittere? Resp. ꝙ quidquid sit in ciuilibus, certè in criminalibus nullo modo potest alicui laico se submittere. Et ista est communis resolutio theologorum, vt ait Dec. in l. est receptũ, n. 5. ff. de iurisd. omniũ iu. Et ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Alexan. in d. l. est receptum, post num. 4. Iason. in ea. l. est receptum, nu. 2. Hanc etiam dicit esse cõmunem opi. Dec. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 62. & sequ. de constitut. Quinimo si Papa delegaret alicui, etiam episcopo causam criminalem contra se intentatam, non posset ab eo iudicari, nec condemnari. Et hanc partem tenent magis nommuniter Doctores, vt dicit Berous in ca. cum veniissent, nume 32. de iudic. Fortius dicunt aliqui, quòd Pontifex Maximus (etiam si velit) non potest se subiicere concilio, vt ab eo iudicetur, & dicit Alban. in loco præallegato, nu. 104. & 123. quod ita iuris interpretes communiter affirmarunt, referẽs idem etiã attestari Ias. & Dec. in locis, quæ ego suprà retuli.

6 Succesiuè quæro, quis sit iudex competens Imperatoris, si delinquat? Respon. Doctores communiter videntur velle, ꝙ Papa possit propter grauissimas culpas Imperatorẽ deponere. Et ita quãdoque fuit de facto obseruatũ, vt sunt notissimæ historiæ, & est tex. in c. ad Apostolicę, de iudi. in 6. Intellige tamen grauissimas culpas, ex quibus turbaretur vniuersalis status Christianitatis: sed propter alia delicta non posset deponi, si esset Catholicus. Et quanuis Innoc. Papa in d. c. ad Apostolicę, id fecerit cum auctoritate concilij, nihilominus secundum Io. And, potest etiam illum deponere sine cõcilij auctoritate. & ita concludunt omnes, vt dicit Card. Alex. in d. c. si Papa. in vltimis verbis, tutius tamen, & laudabilius est, vt adhibeat etiam auctoritatem concilij. Fuit etiam depositus per principes electores Vincislaus Imperator propter ignauiam, quanuis multi DD. teneant, quòd hęc depotio Imperatoris non possit fieri nisi per summum Pontificem. Hic etiam videndum esset, an imperiũ dependeat ab ecclesia, & an in temporalibus Papa sit superior Imperatore, de quibus dixi suprà li. 2. Imperator, neq; ego hic volo recensere historias sup depositionibus summorum Pontificum, & Imperatorum, quia in his libris profiteor explicare decisiones Doctorum, non historias, quas quilibet curiosus poterit apud auctores inuenire.

7 Sed nunquid poterit populus Romanus Imperatorem degradare, seu deponere? Resp. quòd non: cum enim semel populus Romanus omnem suam potestatem in Imperatorem transtulerit, non potest illam amplius reuocare. Et hæc est communis opi. vt attestatur Aret. in §. sed quod principi, nu. 6. Instit. de iure natu. gent. & ciuili. Alex. in sua disputat. incip. Sigismund. in 5. q. quem refert Restaurus de Imperatore. q. 81. post n. 11. dicens, quòd hoc hodie non toleraretur; ex quo potestas eligendi spectat principibus electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi spectat Papæ.

8 Item quæro, quis sit iudex Regum, si delinquant? Resp. ꝙ id, quod suprà dictum est de Imperatore, habet etiam locum in illis Regibus, qui superiorẽ non recognoscunt, vt scilicet Papa sit eorum iudex competens. Et ita fuit de facto obseruatũ in Rege Francię, quia fuit per Zachariam Pontificẽ depositus, vt habetur in c. alius. 15. q. 6.

9 Idem etiã dicẽdum esse de Ducib. & aliis Principibus, quia si recognoscũt in superiorẽ, Imperatorẽ vel aliquẽ alium Regẽ vel dominum, ab eo iudicari debent: si verò alium superiorem non recognoscunt, puniuntur à summo Pontifice. Et in his pariter possent adduci infinita exẽpla historiarum, quę consultò omitto, ne iurisperitorum sentẽtias cùm historicorum narrationibus inuoluam. Præparaui ego quandoque volumen vniuersalis historię à Carolo Magno vsque ad hodiernam tempora, vnà cum genealogia omnium ferè Principum Christianorũ multo studio & labore deducta ab ipsomet Carolo Magno, sed aliis grauioribus implicitus negociis, illa studia intermittere sum coact⁹. Si tamen fortè contingeret, vt aliquid ocij nactus, illi supremam manum possem imponere, (quod tamen vix vnquam contingere posse spero) vtique crederem lectoribus Opus illud maximè vtile, ac iucundissimum futurum.

10 Quęro etiam, quis sit iudex competens Cardinalium S. Romanę ecclesiæ? Resp. quòd est Sum-
11 mus Pontifex. † Sed nunquid quando Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium Cardinalium, vt simul cognoscant, & iudicent? Respon. quòd potest Papa, si velit, hoc facere, sed nõ tenetur. ipse enim solus, aliis nõ vocatis, potest vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit episcopus Loazes in suis allegationibus pro Marchione vel ex impressis Mediolani fol. 314. nu. 8.

12 Vlterius quęro, quis sit iudex cõpetens Patriarcharũ, Archiepiscoporũ & Episcoporũ? Respõ. Patriarchæ, & Archiepiscopi à solo Sũmo Pontificę

13 iudicantur,c,fi.22.distin.† Episcopi verò iudicantur in criminalib.a suis Archiepiscopis, cũ toto cõsilio Metropolitano,vt est tex.in c.quorundam,34. dist.non autem potest Archiepiscopus solus contra Episcopũ procedere.Et ita decisum fuit in parlamento Parisiẽsi,vt refert Papo li.7.ti.7. Arresto. 45.Sed quidquid sit de iure,hodie vt plurimũ Papa cognoscit de delictis Episcoporũ.Et q Episcopi à solo Papa deponi possint dicit communiter tenet Ana.in c.excommunicamus,el 1. §. volumus,
14 num.5.de hæret. † Sed quid si Archiepiscopus delinquat extra suam diœcesim,nunquid poterit Episcopus illius diœcesis, in qua deliquit, eũ punire? Resp.q sic,& ita communiter tenetur,vt dicit Marian.in c.1.n.18.de raptor.Quod tamen intellige, nisi ille Episcopus esset suffraganeus ipsius Archiepiscopi delinquentis, nam eo casu non posset ipsum punire.Et hæc est cõmunis opin.vt dicit Abb. in c.cum inferior,post nu.1.vers. Similis quæst. de maio.& obed.Imol.in d.c.cum inferior, nu. 11.Marian.in d.c.1.nu.19,& in c.postulasti,nu.8.& 9.de foro compet.

15 Quæro,quis sit iudex monachorum, & clericorũ regulariũ? Resp.Prælati inferiores, seculares nõ habent de iure aliquod territorium,ita q habeant iurisdictionem in ibidem delinquentes,sed solus Episcopus est ordinarius in sua diœcesi. Et ita cõiter tenẽri attestatur Abb.inc.cum contingat,n.29. de foro compe. Quo verò ad monachos dicendum rst,quòd Abbates habent in criminalib.ordinariã potestatem,& possunt illos capere,& detinere,& punire.Et dicit Calde.cons.20.de reg. quòd ita tenent communiter Doct.Benè verum est,quòd (secundum aliquos) Episcopus est etiam iudex ordinarius monachorum,& potest contra eos procedere,etiam non expectata negligentia Abbatis. Et hanc fatetur esse communem opi.Abb.in c.grae,in fi.de offi.ord.Sed hoc de consuetudine non seruatur,præsertim in his,quæ concernunt obseruantiã regulæ ipsius,quam profitentur.Et ita iudicatum fuit in parlamento Parisiensi,vt refert Pa-
16 po lib.7.tit.7.Arresto 43.† Quis autẽ sit iudex clericorum secularium,vel aliarum personarum ecclesiasticarum,dixi infrà q.proxi.

17 Excipiuntur tamen à potestate cuiuscunq; iudicis ordinarij,etiam si esset Vicarius summi Põtificis in vrbe Romana,famuli,domestici,familiares, & subditi Cardinalium,ij enim omnes ex consuetudine remittũtur ad ipsos Cardinales puniẽdi,& ita quotidie videmus seruari in vrbe Romana,prout etiam se vidisse obseruari attestatur Zabarel.in Cle.ne Romani,de elect.in 7.q.1.partis, quẽ refert Saui.in tract.de off. & potest cap. sede vacante, in 10.q.2 par.prin.n.39.in fi.Et ita ẽt videmus ex hac causa permissum esse ipsis Cardinalibus,vt teneãt priuatũ carcerẽ,vt dixi infrà q.68. vers. Priuatum.

18 Quæro,nunquid familiares,seu famuli clericorũ seculares,siue laici gaudeãt priuilegio fori clericorum,quorum sunt familiares? Resp. Calcan.in facti contingentia consuluit,q sic,cons.71.vbi post nu.3.dicit,q hæc est conclusio secundum omnes,q famuli clericorũ laici gaudẽt priuilegio ipsorũ clericorũ quò ad fori declinationẽ. Sed certè q quid dicat Calcan.in contrariũ est communis opi. vt attestatur Capic.decis.12.nu.2.in fin. Ab hac tamen cõclusione excipiũtur famuli,siue familiares Episcoporum,ipsi enim gaudent priuilegio clericali,ita vt si delinquant,non possint a iudice laico puniri. Et ideo etiam si sint meri laici,debent ad iudicem ecclesiasticũ remitti,Tex.est in c.fi.de off. archi. & ita tenent communiter Docto.vt ait Io.de Monte sperello inter consil.Calc.cons.72.quod est subscriptio præcedẽtis consilij. Hanc etiã opi.dicit tenere communiter Doctores,Abb.in c.2.nu.6.de foro compet. quem refert Bos.in tit. de foro compet. post nu.127.Capic.in d.decis.12.nu.1.

19 Sed pone,q aliquis laicus det se,& sua bona alicui monasterio,aut loco religioso,non mutato habitu,& postea cõmittat aliquod delictũ, & captus sit per iudicem secularem,nunquid erit remittendus ad iudicem ecclesiasticum? Respon.quòd nõ, sed debet puniri per ipsum iudicem laicum, & ita conclusũ fuit in curia Tholos.vt per Aufer.decis.8.

20 Fuit aliquando dubitatum,nunquid pœnitentes sint de foro ecclesiastico,an autem remaneãt sub iurisdictione iudicum secularium? Dic, q aut loquimur de quibusdam pœnitentibus, qui profitẽtur quandam religionem, quam appellant publicæ pœnitẽtiæ:& isti sunt de foro ecclesiastico,prout & cæteri religiosi.& hæc est communis opin.vt attestatur Aret.in c.2.col.2.de foro comp.quem refert Simancas de hæret.c.46.nu.18 & Didac.Pract. q.34.post nu.4.vers.2.intelligitur.Aut loquimur de his,qui publicam pœnitentiã faciunt ex mandato prælati,seu inquisitoris:& isti remanent de foro seculari,& refert Simancas in loco prælleg. nu.20. q cum hæc controuersia contigisset de facto Granatæ,pœnitens,qui hominem occiderat, fuit furcis suspensus.

21 Præterea quæro,quis sit iudex competens officialium,scilicet ad eos syndicandos? Resp.quòd de iure cõmuni est princeps,qui eis concesit officia. Item præfectus prætorito,vel episcopus,vt est tex. in l.1.C.vt omnes tam ciuil.quàm mli. & in §.necessitatis,in aut.vt iud.sine quoquo suffra.Sed certè quidquid sit de iure cõmuni,quælibet ciuitas, vel prouincia in hoc sua habet statuta & consuetudines,à quibus nullo modo est recedendum.Hodie enim nõ habemus istos præfectos prætorio in Italia,vt dicit Bal.de synd.post n.1.qui tractatus est in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi.proconsl.& Rõdinel.de syndi.n.6.in fin.Pariter etiam (vt attestatur Bal.in loco prælleg.) illa iurisdictio Episcopi, de generali, & rationabili consuetudine apud nos recesit ab aula.Idem etiam tam in episcopo, quàm in præfecto attestatur Paris Put.de synd.fol.129.nu.1.

22 Sed hic incidenter quẽro,nunquid isti syndicatores possint cognoscere etiam de delictis officialiũ non pertinentib.ad ipsum officium? Respon. quòd quidquid sit de iure, consuetudo obseruat,vt de omnibus cognoscant,modò commissa fuerint durante officio.Cęterum de his,quę ante,vel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognitio,sed ad ordinarium. Et ita in practica seruari attestatur Amed.de synd.num.171.

23 Quero,nũc quis sit iudex competẽs scholariũ in criminalibus? Resp.de iure scholares habẽt in suos iudices episcopum ciuitatis,Rectorem gymnasij, & Lectores vniuersitatis secundum dispositionem auth.habitæ.C.ne filius pro patre.intelligendo illa verba, Domino, vel magistro suo, vt verbum Domino,significet legum prẽceptorem,& verbum Magistro,præceptorem medicinæ, vel artium,secundum interpretationem glos.ibi quam dicit esse communem Horat. de priuil.schol.c.64.col.1.

Sed

Sed quidquid sit de iure, hoc de Doctoribus, seu magistris,non seruatur de consuetudine, vt dicit Bar.in d.auth.habita,nu. 4. quem refert Horat.in loco prælleg.c.65.in 1.ampliatione. sed Episcopus,& Potestas ciuitatis in criminalibus sunt eorum iudices competentes.Et ita Bononiæ seruari attestatur gl.in d.auth.habita,in verbo,Si litem,& in §.illud,in verbo,Professores,in proœ. Digestorum.Idem attestatur Cagn.in d.§.illud,num. 282. Plus dicit Abb. dispu.sexta incip.Gandulphus clericus,n.9.q communis consuetudo,quæ viget per omnia studia Italiæ,est q Rector vniuersitatis (si est clericus) exercet iurisdictionem etiam in clericos. Ego vidi in nonnullis ciuitatib. contrarium seruari,& in specie in gymnasio Papiensi,si scholaris est clericus beneficiatus,vel in sacris:procedit Episcopus,& Rector,si est laicus,procedit Rector, & Potestas.Et ita pluries rescripsit senat',& in specie 12.Iul.1561.P.N.& secundo Martij 1562. P.N. Propterea dic seruandam esse in quolibet gymnasio cõsuetudinem,quæ ibi viget.Quod nota, quia, vt dicit Paris.Put.de synd. fol.419.in verbo,Scholaris,in fin.scholares sunt primi, qui dant querelas contra officiales in syndicatu.

24 Quæro modò, quis sit iudex competens militum in delictis? Respon.De iure communi capitanei nullam habent iurisdictionem, nisi in delictis militaribus,sed de more & generali consuetudine belli,capitanei de omni crimine per armigeros,& pedites commisso cognoscunt,& puniunt,aut puniri faciunt.& ad capitaneos recurri solet,de qua consuetudine attestatur Boerius de custodia clauium.nume.29.In hoc autem Ducatu habemus super hoc decretum conditum à Senatu distinguẽs quomodo,& per quos iudices in delictis militum cognosci debeat,quod quidem senatusconsultum illustrissimus Marchio Vasti,tunc Gubernator,iussit ab omnib.militibus obseruari,quod tamen nõ semper fuit executum. Et vidi plerũque ex iussu senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci,& econuerso,& in specie vidi remitti ad præfectum militum quendam militem cataphractum, qui alterum militem,dum esset in custodia,interfecerat,21.Ian.1557.P.N.Si verò aliquis miles reperitur condemnatus antequam militiam susceperit, si deinde capiatur à iudice ordinario, non remittitur capitaneo,sed mittitur executioni condemnatio.Et ita fieri debere rescripsit Senatus in causa cuiusdam Bartholomæi Oldoini condemnati de atroci blasphemia,5.Mar.1557.Vide in hoc proposito,quæ dixi infrà q.38.vers.Quæro etiam.

25 Modò quæro, quis sit iudex competens Iudæorum delinquentium? Resp.quòd iudex laicus,non autem ecclesiasticus est eorum iudex competens. Ita colligitur ex text.in Clem.1.de Iudæis,& ita dicunt Doctores,teste Anan.in Rub.de Iudæis,nu.9. Faciunt quæ dixi suprà hoc eo.libr.§.Blasphemia, vers.Sed pone.

26 Solet etiam quandoque dubitari,nunquid officialis possit cognoscere de iniuria illata sibi vel alicui de eius familia.Tu dic,q aut talis iniuria fuit illata sibi,vel familiæ suæ tanquam officiali,& potest de ea cognoscere.Aut est illata sibi tanquam priuato,& non potest.Ità videtur colligi ex dictis Old.in cons.7.vbi consuluit, q quidam dominus temporalis,qui condemnauerat quandam mulierem sibi subditam,ex eo q facturas, seu maleficia in eius personam fecisset,tenebatur ad restitutionem:quia talis iniuria videbatur ei facta tanquam priuato.Et hanc distinctionem tenent communiter Doctores,vt dicit Alber.in l. senatusconsulto, post nu.3.ff.de off.præsid.Hanc etiam dicit esse communem opi. Alexand.cons.13.post nume.10.ver. Sexto præsuppono,lib.6.Rolan.cons.48.nu.7.lib. 2.Benè verum est,quòd si iniuria sibi illata tanquam priuato esset notoria, posset etiam super ea cognoscere.Et ita dicunt Doctores.vt ait Ana. in cap. innotuit,nu.8.& 9.de maledicis.Dicit etiam Roland. in d.cons.48.nu.2.quòd ita dicunt cõmuniter Scribentes,& nu.14.dicit hanc conclusionem esse communiter receptam. Quod intellige, vt procedat, quando pro tali iniuria esset pœna à iure præfixa: sed si esset arbitrio ipsius iudicis imponenda, tunc vtique posset,vt suspectus recusari,& in omnem casum vbicunque agitur de iniuria illata officiali,superior semper debet esse promptus in committendo causam alteri cognoscendam, præsertim parte id petente, vel saltem in dando illi adiunctum, vt iudicia sine suspicione pertranseant. Dicit tamen Bald.in l.1.C.vnde vi, prout illum refert Paris Put. de synd.fol.275.nu.5.& fol.335.nu.4.quòd quicquid sit de iure,hodie magni domini habent hoc de cõsuetudine, vt possint cognoscere de propria iniuria.Benè verum est,quòd ex eorum modestia eius cognitionem,vt plurimum,committunt.

QVÆSTIO XXXVI.

1 *Clerici pro delictis per eos commissis non possunt puniri, nisi à iudice ecclesiastico.*
2 *Et an hoc priuilegium sit clericis concessum à iure diuino.*
3 *Et an valeat consuetudo, quòd clerici possint criminaliter conueniri coram iudice laico?*
4 *Et an possit clericus huic priuilegio renunciare?*
5 *Et an clericus, citatus à iudice seculari pro delicto, teneatur comparere, & allegare coram eo priuilegium clericatus?*
6 *Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico?*
7 *Et an clericus illegitimè natus gaudeat hoc priuilegio fori?*
8 *Et an clericus coniugatus gaudeat hoc priuilegio fori?*
9 *Et quid si sit bigamus?*
10 *Et quid si vnicam tantùm vxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognouit?*
11 *Et quid si post delictum effectus fuit bigamus?*
12 *Et an clericus coniugatus, qui non abstinet à negociationibus & armis,gaudeat priuilegio fori?*
13 *Et an clericus coniugatus,non incedens in habitu & tonsura clericali,gaudeat priuilegio fori?*
14 *Et quis sit habitus & tonsura clericalis?*
15 *Et quid si clericus coniugatus, qui ante delictum non incedebat in habitu, illum deinde post delictum reassumpserit?*
16 *Et quid si reassumat tonsuram post condemnationem?*
17 *Et quid si clericus non deferat tonsuram,quia non habeat capillos?*
18 *Et an clericus coniugatus,mortua vxore, recuperet omnia priuilegia clericis non coniugatis competentia?*
19 *Et an clericus non deferens habitum,perdat priuilegium antequàm sit ter monitus?*
20 *Et quid si facta sit generalis monitio in synodo?*
21 *Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione, ecclesiasticus an secularis?*
22 *Et quis super habitu & tonsura?*
23 *Et an clericus non deferens habitum & tonsuram, & immiscens*

Universidad de Bibliotec

immiscens se enormitatibus, amittat priuilegiũ fori?
24 *Et quid in clerico incedente in habitu & tonsura?*
25 *Et an clericus factus à principe officialis, si in officio delinquat, possit ab eo puniri?*
26 *Et an clerici reperti cum armis, possint à iudicibus secularibus puniri?*
27 *Et an clericus committens crimen læsæ Maiestatis contra Principem secularem, possit ab eo puniri?*
28 *Et an clericus, deponens falsum testimonium coram iudice laico, possit ab eo puniri?*
29 *Et an clericus imputatus de assassinio, possit puniri per iudicem secularem?*
30 *Et an hoc casu requiratur solennis degradatio?*
31 *Et an requiratur sententia declaratoria?*
32 *Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari non expectata incorrigibilitate?*
33 *Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem secularem?*
34 *Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria?*
35 *Et an iudex secularis possit punire clericũ, qui nõ sit prius degradatus, & traditus curiæ seculari?*
36 *Et pro quibus criminibus clericus sit degradandus?*
37 *Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curiæ seculari?*
38 *Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curiæ seculari?*
39 *Et an propter crimen falsi?*
40 *Et an pro enormi homicidio?*
41 *Et an pro crimine læsæ Maiestatis?*
42 *Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit illũ punire corporaliter?*
43 *Et an si quis post delictum faciat se clericum, vel monachum, gaudeat priuilegio fori?*
44 *Et an præsumatur suscepisse clericatum in fraudem?*
45 *Et an monasterium teneatur pro delictis ingressi?*
46 *Et quid si in eodem delicto interuenerint clerici & laici, an omnes sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi?*
47 *Et quid si illata sit iniuria per laicum clerico, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum?*
48 *Quomodo facienda sit remissio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos?*
49 *Iudex ecclesiasticus an teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem?*

OMnium autem exceptionum quæ in causis
1 criminalib. ad declinandam iudicum iurisdictionem proponuntur, nulla frequentior est quàm
2 clericatus, de ea igitur in primis videamus. † Et quidem in hac materia facienda est conclusio, ꝙ index secularis nullo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra clericum, aut religiosum, text. est in cap. cum non ab homine, de iud. Et hoc priuilegium, quòd clerici non possint iudicari à laicis, est eis concessum à iure diuino. Et hæc est communis opi. vt dicit Alcia. in d.c. cum non ab homine, nu. 2. Didac. practica. quæst. 31. nu. 1. qui refert idẽ attestari Fel. in c. 2. col. 1. de maior. & obed. & Rochum de consue. fol. 51. col. 4. & Rebuffum in concordat. in Rub. de protectione, quæ tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, saltem quo ad clericos, qui non sunt in sacris constituti.

ℰ Sed ea retenta infertur, quòd non valet consuetudo, ꝙ in causis criminalibus clerici conueniãtur coram iudice seculari, vt colligi videtur ex text. in c. clerici de iudic. & est communis opi. vt ait Dida. in d.q. 31. nu. 5. quam ego etiam sequor, quòd ad hoc vt non valeat cõsuetudo per quam generaliter clerici pro criminib. subiicerentur iudicibus laicis: sed consuetudo particularis, ꝙ in aliquib. casibus, vel causis, & aliqui clerici, puta, in minorib. constituti, possint puniri à iudice seculari, vtique valet, & ita in pluribus locis in practica indistinctè obseruatur. Vide quæ dixi infra q. 41. vers. Sed quid dicendum.

4 Secundò infertur, quòd non possunt clerici huic priuilegio tacitè, vel expressè renunciare, vt est tex. in c. fi diligenti, vbi Doctores omnes notant, de foro compe. & cõmunis sententia Doctorum, vt attestatur Boer. super consue. Bituricen. fol. 26. col. 3.

5 Est autem hæc exceptio tantæ efficaciæ, vt à se ipsa proponatur, & ideo non teneatur clericus citatus per iudicem secularem occasione alicuius delicti coram eo per se, vel per procuratorem comparere, & exceptionem clericatus proponere, vt dicit Archid. in cap. 2. 15. q. 4. & est communis opin. vt attestatur Feli. in c. veniens, in vltimis verbis, de accusation. Quod intellige, nisi in citatione exprimeretur talis causa, propter quam clericus teneretur coram iudice laico comparere, puta, quia esset vasallus, iuxta ea quæ dixi 8. li. 4. §. Feudum, q. 90. vers. Sed quid si dominus, & vers. Et hæc quidem. Cæterùm in casibus, in quibus clericus non potest à iudice laico iudicari, licet citatus sit prorsus contumax, non potest contra eum iudex secularis procedere, & si procedat, omnia sunt nulla, neque ipse tenetur hoc allegare, neque etiam post sententiam. Et ita se consuluisse, & intellexisse, quòd ita fuit iudicatum, testatur Dec. cons. 241. in primis verbis, quem refert Dida. pract. q. 33. n. 2. Et si distulit illud allegare, non propterea poterit iudex laicus illum in expensis cõdẽnare, sed est remittendus ad iudicẽ suum ecclesiasticum, etiam respectu refectionis impensarum, vt in facti contingentia iudicauit curia Neapol. teste Gramm. voto 18. quem refert Carauita super ritu 65. magnæ Curiæ, num. 1. Quinimò etiamsi deinde contigerit clericum carcerari, non potest cogi, vt soluat, neque etiam pœnam ipsius contumaciæ, licet pecuniaria sit, sed est liberè dimittendus Et ita in facti contingẽtia decisum fuit in curia Delphi. vt per Guid. Papæ decis. 450. suprà quæst. licet curia Neapol. contrarium iudicauerit, vt per Gramm. voto 27. & malè secundum eum, quam decisionem curiæ Neapol. aliter refert Foller. in pract. cri. fol. 63. nu. 39. in fi. Scias tamen, quòd Bartol. in l. non videtur. la 1. nume. 1. ff. de iud. videtur tenuisse contrarium, quòd scilicet clericus citatus coram iudice laico, si non compareat, & alleget se clericum, possit mulctari: & hoc nisi in citatione dictum sit, citetur presbyter talis, vel aliquid aliud, ex quo appareat, quòd ille esset clericus, qđ tamen iudices nostri temporis non solent apponere in suis citationibus, licet secundum eum malè faciant, non tamen potest contra talem clericũ contumacem peruenire ad secundum decretum, quia non dicitur latitare, ex quo non tenetur in eo iudicio respondere. Et illam opin. Bart. seruari attestatur Aufre. in Apostil. ad decis. Tholos. 165. Sed certè communiter Canon. tenent contra Bartol. vt attestatur Cauẽs. super 235. ritu magnæ curiæ, num. 11. Et ita quicquid seruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in casibus, in quib. non tenetur comparere, non mulctatur, & si mulctatus fuerit, quandocunque doceat se clericum, solet talis mulcta reuocari, & annullari. Et ita puto seruari debere à iudicibus D E V M timentibus.

6 Et hæc quidem conclusio, ꝙ scilicet clericus non posset à iudice laico criminaliter iudicari, procedit siue

siue clericus pro crimine coram iudice conueniatur, siue reconueniatur: nam clericus non potest coram iudice seculari pro crimine ciuiliter neque criminaliter reconueniri. Et hæc est communis opi. vt attestantur Scribentes in c. at si clerici, de iud. & in specie Imol. nu. 148. quem refert Berous ibi, nu. 150. Card. Alex. in ca. multi, col. pen. versic. in fin. gloss. 2. quæstio. 1.

7 Habet etiam locum hæc conclusio, quamuis clericus sit illegitimus, licet enim illegitimè nati, sint maximè odiosi sacris Canonibus, vt dixi suprà lib. 2. §. Filius. tamen etiam clericus illegitimus gaudet priuilegio fori, & ita in facti contingentia decisum fuit per concil. Neapol. vt refert Grammat. decisio. 81.

8 Quæro, an clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori? Resp. quòd sic, nam propter coniugium non perditur priuilegium, ꝙ in criminalibus non possit puniri à iudice seculari, dummodo cum vnica tantùm, eáque virgine, matrimonium contraxerit, & habitum clericalem, tonsurámque deferat, vt est text. in c. vnico, de cler coniug. in 6. & est communis opi. vt ait Dida. pract. q. 31. post nu. 7. vers.

9 Prima igitur. † Si verò sit bigamus, potest à iudice laico puniri, intellige tamen, si propriè sit Bigamus. f. si duas vxores duxerit, nam alij interpretatiuè bigami dicũtur, vt dixi suprà, lib. 2. §. Clericus, & ideò non possunt à iudice laico puniri.

10 Sed an ille qui vnam tantùm vxorem duxit virginem, illámque propter adulteriũ dimisit, & deinde ei reconciliatus est, dicendus est bigamus, quo ad hoc, vt amittat priuilegium fori? Resp. Certè clericus qui vxorem post adulterium ab ea commissum carnaliter cognoscit, etiam si ipse adulterium ignoret, dicitur bigamus secundum comunẽ opin. etiamsi ex præcepto ecclesiæ illam inuitus cognouerit, vt dixi in loco præalle. Nihilominus cum talis interpretatiuè dicatur bigamus, dicẽdum est, ꝙ non amittit propterea priuilegium fori. Et ita tenent concorditer omnes, vt attestatur Auf. in decis. Thol. 64. referens ita fuisse decisum in facti contingentia.

11 Sed pone, quòd aliquis clericus solutus commiserit aliquod delictum, & de eo fuerit accusatus, deinde postea effectus sit bigamus, nunquid erit curiæ seculari remittendus? Respon. quòd non, attenditur enim status, in quo erat tempore delicti. Et ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufrer. decis. 377.

Qua ratione pariter etiam decisum fuit per cõsilium Neapo. quòd si clericus post cõmissum delictum, vxorem duxerit, non potest de eo delicto cognosci per iudicem secularem, sed debet ad iudicem suum ecclesiasticũ remitti, prout cõclusum fuisse refert Grãmat. decis. 10. non obstantibus (vt ipse ait) clamoribus fisci, quem refert Carauita super ritu 66. magnæ curiæ, nu. 9. qui tamẽ de hac decisione dubitat, vt ibi per eum.

12 Hæc verò omnia procedunt, dummodo talis clericus coniugatus abstineat à negociationibus, & armis, aliàs autem si ab eis non abstineret, posset non obstante clericatu per iudicem laicum puniri. Et hæc est commu. opi. vt dicit Bertrand. cons. 13. nu. 5. lib. 8. Et quòd clericus coniugatus debeat abstinere à negociationibus, à quibus alij clerici non coniugati tenẽtur abstinere, aliàs priuilegium fori amittat, tenuit Inno. in c. fi. de vita & hon. cler. & ita firmant cõmuniter Doctores, vt dicit Alex. de Nouo, cons. 60. nu. 4. Quæ autem negociationes sint clericis interdictæ, dixi suprà lib. 2. §. Clericus.

13 Dixi clericum coniugatum gaudere priuilegio fori, dummodo incedat in habitu & tonsura clericali, licet hodie (secundum aliquos) de consuetudine clerici non cõiugati non incedant in vestibus, & tonsura clericali, vt fatetur esse generalem consuetudinem Fulg. cons. 123. n. 1. Sed quæro, quis dicatur in hoc proposito habitus clericalis? Respon. Omnes concludere videntur, quòd non sit à sacris canonibus determinatus clericis aliquis habitus ab aliis distinctus, & ideo, ꝙ sit attendenda

14 consuetudo regionis. † Propterea ad iudicandũ an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali, vidẽdum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie si videatur in populo, iudicabitur clericus, an autem laicus. Et certè vera est hæc conclusio, si affirmatiuè intelligatur, scilicet, quòd sacri Canones non constituunt specialiter clericis certum habitum, sed negatiue non est vera, nam multi habitus sunt per sacros canones prohibiti à clericis deferri, vt videri potest in locis præallegatis per Foller. in pract. cri. fol. 64. nu. 42. & seq. Quid ergo si clericus deferat biretum, seu capitium bipartitum, seu virgatum, aut duorum colorum? Certè non dicetur incedere habitu clericali, & ita fuit iudicatum per curiam Tholos. teste Aufre. decis. 227. idemque si deferat colletum sic virgatum, vt eadẽ curia iudicauit, decis. 252. Et refert pract. Millei. fol. 73. num. 8. ꝙ quidam clericus cõiugatus, eo quòd habebat caligas bipartitas, Tholosæ reputatus fuit laicus, pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus. Et nota in hoc proposito, quòd quanuis secundum opin. magis communem cognitio, an aliquis sit clericus, vel ne, pertineat ad iudicem ecclesiasticum, de quo videnda sunt ea, quę dixi infrà ver. Regulariter autem. nihilominus si dubitetur super habitu, an sit clericalis, vel non, hæc cognitio spectat ad iudicem laicum, non autem ad ecclesiasticum. Et ita decisum fuit in facti contingentia in parlamento Delph. vt refert Guido Pap. decis. 138. & cons. 110. numer. 2. vbi pariter in facto ita consuluit.

15 Sed hic quæro, quid si clericus coniugatus, qui ante tempus commissi criminis non incedebat in habitu, & tonsura, reassumpserit habitum & tonsuram, & incontinenti aliquod crimen commiserit, nũquid gaudebit priuilegio fori? Resp. Io. And. in c. Ioannes, in 4. q. de cler. coniug. tenuit, quòd sic, referens ita fuisse Paduæ determinatum, licet communiter Doctoribus (vt ipse ait) non placuerit, & illum sequantur communiter Scribentes, vt dicit Alexan. cons. 8. post nu. 4. libr. 1. & cons. 149. nu. 7. lib. 6. quem refert Marsi. sing. 480. Apud Doctores. Hanc etiam dicit esse communem opi. Dida. in d. q. pract. 31. post nu. 7. vers. Quinto potissimum, secundum quã in facti contingentia consuluit Christop. de Castil. cons. 5. Quod tamen ego intelligo vt procedat, nisi talis clericus habitum, & tonsurã reassumpsisset in fraudem, vt etiam dixi infrà statim, vers. Sed quid si clericus.

16 Sed quid si clericus coniugatus, solitus aliquando deferre tonsuram, fuerit condemnatus tempore, quo non habebat tonsuram, pro aliquo delicto per eum commisso, nunquid si reassumat tonsurã, & deinde captus sit à iudice seculari, poterit ab eo puniri? Respon. quòd non, sed est remittendus ad iudicem ecclesiasticum. Et ita fuit decisum per curiam

riam Tholos. teste Aufre. decis. 104. Hoc tamen locum non haberet, vbi appareret, quòd ipse clericus reassumpsisset habitum, & tonsuram in fraudē, vt pariter in facto fuit iudicatum per eandem curiam Tholosanam, vt refert Aufrer. decisione 144. vbi dicit, quòd ita tenent communiter legistæ, & decis. 147.

17 Quæro nunc, quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habet capillos? Resp. q̄ excusatur, & ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufrer. decis. 256. Nā ad impossibile nemo tenetur. Quod notā pro clericis, quibus morbo gallico implicitis aliquando solent capilli cadere.

18 Vnum etiam scias, quòd clericus coniugatus, qui vnicam tantùm, & virginem vxorem duxit, ea mortua recuperat omnia priuilegia, quæ competunt clericis non coniugatis. Ita dicit Abb. in c. clericus, el 2. nu. 4. de vita, & honest. clericorum, cuius opi. ferè vnanimi sententia probant omnes, vt attestatur Dida. in d. pract. q. 31. post numerum. 7. versic. Quintò potissimum. in fi.

19 Hæc autem, quæ de clerico non deferente habitum, & tonsurā dicta sunt, intelligi debent vt procedant in eo, qui est coniugatus. Cæterum clerici non coniugati licet non incedant in habitu, & tonsura, gaudent priuilegio fori, nec possunt à iudice laico puniri, c. si iudex laicus, de sen. excom. in sexto. Benè verum est, quòd si talis clericus fuerit ter monitus à suo prælato, vt deferat habitum, & tonsuram, & ipse (neglectis monitionibus) adhuc incedat sine habitu, & tonsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Et hæc est differētia in hoc proposito inter clericum coniugatum, & nō coniugatum, nam clericus coniugatus, eo ipso quòd non defert habitum & tonsuram, absque alia monitione amittit priuilegiū fori. Et hoc omnes fatentur vt ait Dida. practi. q. 32. post nu. 1. Clericus autem non coniugatus non amittit priuilegiū, nisi post monitionem. Et hæc est communis opi. vt ait Dida. in d. q. 32. nu. 1, Et ita videtur communiter practicari, vt dicit Imola in c. fi. post nu. 7. vers. Aduerte tamen, de vita, & honest. clericorum. Sed certè Alex. de Neuo cons. 59. nu. 4. dicit verum non esse, q̄ ita seruetur, & reuera apud nos non seruatur, nam clerici, qui non sunt in sacris, neque habent beneficia, si non incedunt in habitu, & tonsura, puniuntur indistinctè per iudices seculares, etiamsi à suo prælato moniti non fuerint. Et ita rescripsit Senatus prætori Bobij, & vicario episcopali eiusdem ciuitatis, qui contra huiusmodi obseruantiam quandam inhibitionem fecerat ipsi prætori, quam postea reuocauit. 7. August. 1562. P. N. In regno autem Neapo. seruatur, quòd clerici etiam in minoribus constituti, & habentes etiam solummodo primam tonsuram, gaudent priuilegio fori, etiamsi non incedant in habitu clericali, vt pluries decisum fuisse in sacro concil. refert Gramm. voto 33. in fi. & super const. Reg. fol. 3. col. 4. post nu. 4. Vbi tamen subdit quòd post promulgatam quandam constitutionē Papæ Clementis, & deinde Papæ Pauli, aliter fuit obseruatum contra clericos non beneficiatos, neque in sacris constitutos. Quinimò Alexan. in cons. prælegato, num. 6. in fi. tenuit, quòd quantum ad amissionem priuilegij clericalis circa forum, nulla sit differentia inter clericos in minoribus, & clericos in sacris constitutos, & allegat plures id tenentes, subdens, quòd hanc opi. quòd clericus se gerēs pro laico, deprehensus in crimine possit puniri per iudicem laicum, communiter videntur tenere Doctores, fortè moti hac ratione, quia his tēporibus prælati reddūt se valdè difficiles in huiusmodi monitionib. faciendis, vt etiam dicit Affli. super prima parte constitutionum Regni, Rubri. tertia, post numerum 20. & ne eorum iurisdictio restringatur, potius tolerant vitia clericorum eis subditorū. Quod an benefactum sit, Deus ipse iudicet. Cæterum clericus beneficiatus licet incedat armatus vt miles, non potest à iudice laico puniri, & ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Ludouici Scribani, 21. Maij 1554. P. N.

20 Sed quid si facta sit monitio generalis in synodo, nunquid illa vnica sufficiat, pro trina monitione? Respon. quòd sic, modò fiat expressè sub pœna priuationis priuilegij clericatus? Ita tenuit Hostien. in c. 1. ne clerici, vel monachi, & est communis opi. vt dicit Alex. de Neuo cons. 60. nu. 14. Talis enim monitio in synodo facta, habet vim constitutionis, in qua regulariter vnica sufficit monitio, neque plures requiruntur.

21 Regulariter autem si clericus captus sit per iudicem secularem, debet remanere penes eum, donec fuerit cognitum per iudicem ecclesiasticum de clericatu, & comperto quòd sit clericus, debet remitti ad eūdem iudicem suum ecclesiasticum. Et ita seruari attestatur Affli. in d. Rub. post nu. 19. Hæc enim probatio & cognitio, an aliquis sit clericus siue ecclesiasticæ iurisdictionis, debet fieri coram iudice ecclesiastico, non autem coram iudice seculari. Et ita tenent cōmuniter DD. vt dicit Ripa. in c. decernimus, post n. 4. ver. Sed coram quo, de iud. Hanc etiam opin. dicit esse communem Didac. in pract. q. 33. num. 1. vbi etiam attestatur ita seruari in Hispania. In hoc tamen Ducatu aliter seruatur. nā clericus, contra quem procedit iudex secularis pro aliquo delicto, exhibet coram ipso iudice seculari iura sua, & instrumenta, & eis visis, iudex secularis illum remittit ad suum iudicem ecclesiasticum vbi sit in casu remissionis. Et ita seruari debere rescripsit Senatus Prætori Laudæ in causa cuiusdam Bartholomæi de Basilica Petri, qui faciebat se clericum beneficiatum. 5. Nouembris 1556. P. N. illi tamen, qui non sunt constituti in sacris ordinib. neq; deferunt habitum & tonsuram, vltra clericatum tenētur exhibere titulum beneficij, & probare, quòd sint etiā in quasi possessione ipsius beneficij, aliàs non remittuntur ad iudices ecclesiasticos, vt suprà dixi. Cæterum si sit controuersia non super clericatu, sed super habitu vel tonsura, iudex laicus proculdubio est super eo iudex competens, vt dixi §.

22 vers. Dixi clericum. circa fi. † Debet autem iudex ecclesiast. statim quod ei innotescit clericum sibi subditum à iudice seculari detineri, illum repetere, aliàs posset tanquam negligens ab administratione deponi, & fortè etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia consuluit Chassen. cons. 38.

23 Quæro modo, quid si clericus, qui non defert habitum, & tonsuram, immisceat se enormitatibus, nunquid etiam si à prælato suo non fuerit ter monitus, amittat priuilegium fori, ita vt possit à iudice laico puniri? Resp. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctores multum variè loquūtur, & tota pendere videtur ab intellectu tex. in c. perpendimus, de senten. excom. Ex quo secundum Doctores magis cōmuniter colligi videtur, quòd sacerdos, qui dimisso habitu & tonsura immiscet se enormitatibus, amittat priuilegiū fori, ita vt possit à iudice seculari

lari puniri. Et plures opi. recensēt Capic. decis. 161. in causa Crusconi, licet non dicat quid in illo casu fuerit iudicatum. In hoc igitur artic. aliqui dicunt quòd clericus, qui dimisso habitu & tonsura immiscet se enormitatibus, non propter ea amittit priuilegium fori, nisi prius etiam fuerit a suo episcopo vel prælato admonitus trina monitione, vt à prædictis desistat, & habitum reassumat. Et hanc dicit esse communem opi. Roland. cons. 4. nu. 31. lib. 1. referens id attestari Alex. in cons. 8. lib. 1. de quo infrà mentionem faciam. Viuius, qui alios refert (vt ipse ait) idem attestantes in lib. communium opi. in verbo, Clerici à potestate, Menchiaca lib. 3. de testib. §. 22. nu. 63. Et dicit etiam Alber. in 2. parte statut. q. 42. se vidisse communiter seruari, quòd exigatur monitio, & si post monitionem se nō correxerint, perdāt tunc priuilegium clericale, & subiaceant iudici seculari, quem refert, & idem attestatur Cæpol. cons. crim. 11. ver. Quintum etiam requiritur. Alij, vt Car. in d. c. perpendimus, faciunt differentiam, an talis clericus immiscens se enormitatibus interficiatur ab aliquo priuato, an autem à iudice: & dicunt quòd priuatus potest illum interficere absque eo, quòd incurrat excommunicationem, ex quo propter delictum est ipso iure priuatus priuilegio, ca. si quis suadente diabolo, 17. q. 1. de quo priuilegio dixi infrà q. 77. vers. percutiens clericū, & aliis seq. Secus autem in iudice, quia (secundum eos) cum puniendo talem clericum iudex violet immunitatem fori ecclesiastici, non effugit pœnam excommunicationis, & dicit Card. quòd illud c. perpendimus. communiter ita intelligitur, quòd scilicet ille comes vt priuatus, illum presbyterum interfecerit. Sed certè hoc nullomodo est tenendum, & expressè illud reprobat Alex. de Neuo in d. cons. 59. nu. 12. dicens quòd Cardin. in hoc verum non dicit, & quòd imò cæteri Doctores, nemine discrepante, tenent, quòd non incurratur excommunicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat priuilegio fori, & quòd communiter intelligunt illum textum, quòd comes tanquam iudex, non tanquam priuatus interfici fecerit illum presbyterum. Et certè esset absurdum aliter dicere, vt demonstrat latè Alex. de Neuo in loco prælegato, & apertè hoc sonant verba text. dum dicit à B. comite iussus est fustigari, qui postea eius mandato traditus patibulo expirauit, quæ verba fustigationis, & patibuli non conueniunt priuatæ vindictæ, sed publicæ iustitiæ. Gofred. autem relatus per Alex. de Imola in allegato cons. 8. post nu. 2. dicebat, quòd ille text. in d. c. perpendimus, procedit in clerico constituto in minoribus, vt s. si dimittat habitum, & tonsuram, & immiscеat se enormitatibus, amittat priuilegium fori, non autm in clerico in sacris constituto. Sed certè hoc expressè repugnat tex. d. capi. quod expressè loquitur in sacerdote, & ideo subdit Alex. de Imola ibi, quòd iste intellectus non est tenendus, sed quòd verior & magis communis intellectus est, quòd d. c. perpendimus. locum habeat in priuilegio canonis, si quis suadente, de quo dixi infrà, quæst. 77. versi. Sed an percutiens, non autem priuilegio fori, nam istud (secundum eum) non amittitur nisi præcedente monitione, & reuera negari non potest quin iste intellectus multum applaudat literæ illius ca. dum dicit, propter hoc ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur, quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur ex dispositione canonis, si quis suadente, quam illi, quæ infertur propter violatum priuilegium fori. Et quòd monitio requiratur, dicunt in practica seruari Alber. & Imola in locis per me suprà relatis. Et secundum hanc opinionem Alex. de Imola. in d, cons. 8. dicit millies, imò semper fuisse iudicatum per curiam, & consil. Neapol. Gramma. super const. Regni. fol. 29. colum. 1. vers. Decimò vbi cunque. Sed tamen neque iste intellectus est communis, nam vt fatetur Car. ibi in decima oppositio. scribentes indistinctè tenent, quòd si clericus, dimisso habitu clericali, immiscet se sæuis, perdit omne priuilegium, etiam quo ad forum, etiamsi non fuerit termonitus, prout illum refert, & attesta tur hanc esse communem opin. Alex. de Neuo in allegato consil. 59. post nume. 20. Aliqui verò licet transeāt cum hac sententia, quòd scilicet non requiratur monitio, addunt tamen, quòd talis clericus non modo immiscuerit se enormitatibus, & sæuis, sed diu etiam in illis perseuerauerit. Et ita hanc opin. tanquam magis communem obseruari, & tempore suo obseruatam fuisse asserit Aufre. in repet. clem. primæ, de offic. ord. in prima regula, nu. 27. quem refert Boss. in tit. de foro compet. nu. 139. Pract. Conradi, fol. 247. in 19. limitatione, & Grammat. in loco supra allegato, Dida. pract. q. 32. post nume. 2. vers. Tertio his erit, vbi etiam dicit, quòd credit eam moribus receptam in clericis primæ tonsuræ. Et dicit Chassen super consuet. Burgun. fo. 50. nu. 55. quòd hanc opi. vidit communiter obseruari. Exempla tamen, in quibus idem Aufre. refert dictam opin. obseruatam fuisse, non sunt in clericis, qui diu in enormitatibus perseuerassent, sed in his, qui aliquod delictum enorme, & sæuum perpetrassent, s. in clerico qui occiderat per insidias virum, cuius vxor erat eius adultera, & in alio, qui commiserat crimen læsæ Maiest. & huiusmodi. Hanc eandem opi. nulla facta mentione de perseuerantia tanquam magis communem obseruatam fuisse refert Boer. decis. 69. nu. 16. & seq. in clerico, qui ex proposito occiderat quendam bar bitonsorem, & in aliis, prout etiam multa huiusmodi exempla in primo delicto enormi absque vl la perseuerantia, aut reiteratione refert Guli. Bened. in 1. parte repet. ca. Raynu. in verb. vxorem. no mine Adlesiam fol. 80. nu. 149. & seq. secundum quam etiam decisum fuit per parlamentum Tholos. teste Guid. Papæ decis. 138. in camera consilij. Ex quibus omnibus apparet, quòd secundum magis communes decisiones prælegatas & consuetudines approbatas, clericus siue in sacris, siue in minoribus constitutus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente, amittit priuilegium fori, & potest à iudice laico puniri. Et ab hac opi. putarem non esse consulendo aut iudicando recedendum, salua semper determinatione S. matris ecclesiæ. Et reuera videmus, quòd prælati clericos criminosos (vt. plurimum) leuiter castigant, & licet quandoque eos ad perpetuos carceres cōdemnent, tamen illos postea relaxant plerunque ac dimittunt, ex quo oritur in populo scandalum, videre clericum & laicum eiusdem delicti reos, adeò diuersimodè puniri vt. s. laicus pœna mortis afficiatur, & in frusta scindatur, clericus autem aliqua leui pœna castigatus per forum ambulet. Idemque populus contra prælatos, & clericos intumescit, & murmurat, vt dicit Anch. in c. ea quæ fiunt,

de

de reg.iur.in 6.& alij,quos refert Boer. in d. decis. 69.nu.9.propterea non est mirum, si quandoque iudices seculares in remissionibus clericorum ad iudices ecclesiasticos faciēdis,difficiles se præstāt.

24 Cæterum si clericus incedat in habitu & tonsura,cessant hæc omnia,nam quantumcunque grauia crimina cōmittat, & illa reiteret,in eisque perseueret, nunquam efficitur de foro seculari. Et hanc dicit esse communem opin.Bosi.in ti.de foro compet.post nu.134.& ita semper vidi obseruari. Benè verum est,q; si clericus esset seditiosus,& turbaret publicā quietem,solet senatus, etiam quòd sit in sacris,illum ad tempus eiicere ab illa ciuitate,vel loco,quam perturbat,prout factū fuit proximis annis in quodam archipresbytero,18.Augusti 1559.P.N.Et potest talis prouisio tolerari, quia videtur facta non minus ad beneficium ipsius clerici,ne.s.offendatur,quàm aliorum. Vidi etiam per senatum condemnari ad triremes per decennium quendā fratrēDesideriū ex monasterio Castellarij, qui confessus fuerat se totondisse pluries monetā 14.Septembr.1560.A.C.habita tamē prius fide ab eius superiore, quòd fratres habebant illum pro incorrigibili,& pro membro putrido.Faciunt quæ dixi infrà,vers.Succēsiuè quæro.

25 Quæro,pone quòd clericus fuerit admissus per principem ad aliquod officium seculare, & in ipso officio deliquerit,nunquid poterit ab ipso principe,vel alio iudice seculari puniri? Resp.quòd non, etiam si tantum in minoribus sit ordinibus constitutus.Et hanc esse communem opin. attestatur Aufre,in d.clem. 1. nume. 25. de offic.ordin. quem refert Didac.in pract.q.33.post nu.6.Subdit tamen Aufrer.in loco præallegato, quòd hæc conclusio in Gallia non seruatur in practica,& ita etiam videmus quotidie principes seculares tales clericos etiam in sacris constitutos priuare officio,& etiam mulctare pœnis pecuniariis,vbi qualitas facti hoc exigit,vt etiam dicit esse consuetum seruari in regno Franciæ Gulielm. Benedict. in prima parte cap.Raynutius,in verb.& vxorem nomine Adelasiam folio 81.nume.155.licet fortè de iure male sustineri posset.

26 Vlterius quæro,nunquid clerici reperti cum armis prohibitis ex forma ordinum & proclamationum principis secularis,possint à iudice laico puniri? Resp.Resolutio huius quæstionis videtur pendere ab illo articulo, nunquid talia edicta ligent clericos,in quo mihi semper placuit opi. affirmatiua,quæ etiam est magis communis, vt dixi suprà lib.1.Et patet ex auctoritatibus allegatis per Dida.in pract.qu.33.num.7.ex quo talia proclamata concernunt publicam vtilitatem, & quietem totius populi,prætereaque armorum vsus non modo de iure ciuili,sed etiam de iure canonico est interdictus,vt ibi dixi.Hac igitur opi. retenta, dic q; si clerici fuerunt reperti cum ipsis armis prohibitis,potest iudex laicus,seu eius familia ipsos spoliare,& arma eis auferre,neq; tenentur illa eis restituere.Et ita passim obseruatur,& in specie id in Hispania seruari attestatur Didac.in d. q. 33. nu.7. & lib.2.resolut.c.20.in fi.Placa lib.1.delict.c.8. num. 26.Alias sequeretur,quòd clerici possent cum armis liberè vagari,& impunè turbare quietem ciuitatis,quod esset absurdissimum, & nullo modo tolerandum. Quo verò ad pœnam corporalem, credo quòd contra eos exequi non possit, sed si sit pecuniaria, bene posset exequi, non tamen potest iudex secularis ab eis illam exigere, sed sunt puniendi per iudicem suum ecclesiasticum,secundum opinionem Ioannis de Platea in §. Item lex Iulia.Institu.de public. iudi. Et ad hunc effectum iudex,& familia secularis posset & deberet talem clericum cum armis deprehensum impunè detinere,& consignare suo iudici,vt illum puniat: iuxta ea quæ dixi suprà,q.28.versic.Si verò loquimur. Et licet Didac. in loco præalleg. dicat, quòd fortè non tenebitur iudex ecclesiasticus eis imponere pœnam comminatam in edictis principis secularis,sed solùm eos punire pœna arbitraria,ego in pœna pecuniaria credo,q; tenebitur eam illis imponere,non enim video, quomodo dicerentur clerici ligari huiusmodi edictis, vt est communis conclusio,cum qua etiam ipse sentit, nisi ligarentur etiam pœna pecuniaria in eis imposita.Bene quòd ad pœnam corporalem, teneo quòd nullo modo eos liget.Cæterum quidquid sit de iure,in Gallia iudices seculares puniunt clericos arma vetita deferētes,vt attestantur multi,quos refert Didac.in loco præalle.Chassan.super consuet. Burgund.fol.52.nu.79.vbi refert etiam hic Mediolani dum ipse esset vicarius iustitiæ,captum fuisse quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pœna pecuniaria,& euasit corporalem.In Gallia autem dicunt,hoc eis licere ex priuilegio Roman.Pontificis.

27 Quæro, nunquid clericus committens crimen Læsæ Maiest.possit puniri per principem,aut iudicem secularem,cui sit tēporaliter subditus? Resp. De iure loquendo,quòd non,clericus enim nō dicitur propriè committere crimen Læsæ Maiest.cū non sit verè subditus,vt dixi suprà, §. Læsæ Maiestatis,vers.Vidi quandoque.Et ita reperio in facti contingentia consuluisse Barb. consil. 22. in 1. dub.li.3 Roland.cons.4.li.1.Tamen de facto principes seculares pluries seruant contrariū: quia in hoc crimine,cum agatur de ipsorum vita,aut statu,non solent clericos remittere ad iudices suos ecclesiasticos,sed ipsi per suos iudices illos examinari faciunt.& torqueri,& quandoque etiam suspendi,& possent fortè principes,& iudices seculares hoc facientes excusari per tex. in c. perpendimus,de sent.excom.& ea,quæ dixi suprà,vers.Quæro modo Sed nunquid clericus postquam erit iudicatus à iudice suo ecclesiastico, quòd commiserit tale crimen Læsæ Maiestatis,erit deinde degradandus,& tradendus curiæ seculari? Respon.quòd proculdubio est degradandus,non tamen actualiter, sed verbaliter tantum. Et hæc est communis opi.vt dicit Curt.Iun.consil.159. nume. 1.prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opin.in litera E.nume.99.Et licet Abb.in dicto ca. at si clerici,in princip.in vltimis verbis,tenuerit,q; est deinde tradendus curiæ seculari,tamen communis opi.videtur esse in contrarium,vt ait Bosi.in ti. de foro competen.nume. 137.& in tit.de crimine Læsæ Maiestatis. post numer.86.Nemo est qui nesciat hoc crimē Læsæ Maiestais esse atrox,& enorme.propterea dicerem iudicē ecclesiasticum posse talem clericum,etiam non expectata incorrigibilitate,tradere curiæ seculari,non tamen teneri, iuxta ea quæ dixi infrà,versiculo,Pariter.

28 Solet etiam quandoque dubitari, nunquid clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico,possit ab eo puniri? dixi infrà, q.38. versicul. Sed hic quæro.

Item

29 Item quæro,nunquid clericus imputatus de assassinio,possit puniri per iudicem secularem? Respō. q; sic.tales enim assassini sunt diffidati à toto populo Christiano: & à possunt quocunque impunè offendi.vt est tex.in c.vnico,de homi.in 6.& dixi suprà,hoc eo.lib.§.Assassi.vers.Sed quæro.

30 Sed quęro,Tu scis,quòd in casibus,in quibus clericus potest puniri à iudice seculari, requiritur solennis degradatio,& traditio curiæ seculari,vt dixi infrà versi.Scias autem,& seq.nunquid hæc etiā requiruntur,quando clericus de assassinio imputatur? Respō.q; nō requiratur actualis,neque solennis depositio,vel degradatio.& est communis opi. vt dicit Lambert.in c.1.q.11.nu.88. de hæret. in sexto,quem refert Viuius in lib. communium opi.in verbo,Iudex laicus potest,Diaz. in pract. crim.canon.91.Dida.lib.2.resolutionum,c. 20. post nu.10. vers.Sextò deducitur,Placa lib.1.delictorum, c.19. nu.26.referens idem attestari Remig. Gon.de immunitate ecclesiarū,fol.144.fallen.15.nume. 10.Et ita in practica obseruatur,vt ait Diaz.in di. ca. 93. quem refert Pract.Conradi,fol.247.versi.18. fallit

31 † Benè verum est, q; requiritur sententia declaratoria,per quam iudex pronūciet ipsum esse assassinum. Et hæc est communis opi.vt dicit Pract.Carer.fol.289.nu.11.Capic.deci.112.nu.2.Placa in d.c. 19.nu.27.qua declaratione sic facta, nō requiritur alia sententia,per quam imponantur pœnæ contētæ in d.c.vnico,sed statim illas incurrit ipso iure,& facto.Et ita dicit tenere cōmuniter omnes Doctores Alex,consilio 166.num.5.libro septimo.Sed nunquid talis declaratoria fieri potest per iudicē secularem,an autem requiritur in primis,quòd iudex ecclesiasticus,pronunciet ipsum clericum esse assassinum? Resp.De iure res videtur clara,quòd spectat ad iudicem ecclesiasticum,sed de cōsuetudine ego video apud nos seruari, q; si talis clericus est in fortiis iudicis secularis,non fit aliqua declaratoria super hac qualitate,neque per iudicem ecclesiasticum,neque per secularem,sed reiecta exceptione clericatus,proceditur ad vlteriora cōtra talem clericum imputatū de assassinio,& retinetur in curia seculari iudicādus,& deinde perfecto processu,& cōstito de assassinio infertur per ipsum iudicē secularem sentētia declaratoria vnà cum ipsa condēnatione.Et ita ēt reperio in facti cōtingētia obseruatū fuisse per cons.Neapol.vt attestatur Capic.in allegata decis.112.n.4.& seq.& decis. 155.post nu.25.vers.Sed hanc sententiam,& Grammat.voto 8.& voto 11.

32 Quæro etiā,Tu scis,q; regulariter clericus propter aliquod quanuis graue delictū, non traditur curiæ seculari,nisi sit incorrigibilis, vt dixi infrà, vers.Dixi etiam,nunquid ergo propter crimen assassinij erit tradendus curiæ seculari nō expectata incorrigibilitate?Respon.q; sic & est communis opi.vt dicit Gul.Benedict.in quæst.de homic.quā posuit post repet.c.Raynutius,fol.41.in fi.quem refert Placa in d.ca.19.post nu.26.Et licet ipse videatur sentire contrarium, ex quo iste casus (vt ipse dicit) non est specialiter exceptuatus à regula,nō tamē est à communi opi.recedendū,quæ innititur verbis tex.in d.c.vnico,expressè disponentis,quòd absque vlla depositione vel sententia, ipso iure,& facto relinquatur curiæ seculari,in qua seculari curia parū curamus,an quis sit incorrigibilis,vel ne, vt est omnibus notissimum.

33 Succēsiuè quæro,nūquid clericus,qui sit incorrigibilis,posit puniri per iudicē secularem? Respō. q; regulariter,licet sit incorrigibilis,non potest puniri à iudice laico, nisi prius sit degradatus,& traditus curiæ seculari.Scias tamē, quòd si talis clericus sit verè incorrigibilis,eo casu vtiq; poterit per iudicē secularē, absq; vlla degradatione puniri,& hoc etiā,si sit in sacris constitutus. Et est cōmunis opi.vt attestatur Dida.pract.q.32.post nu. 2.vers.Secundò est adnotādū.Scias etiam, quòd quādo clericus incorrigibilis nō pōt puniri ab ecclesia, potest ipso iure cōprimi à iudice seculari,absque alia degradatione. Et hæc est communis opi. Mod.vt dicit Aret.in cap.cum non ab homine. post numerum 39.vers.Tertia fuit opinio,de iudiciis. quē refert Diaz in pract.crimin.canon.cap.131.Et ita aliquando seruatum fuisse per Senatum dixi suprà vers.Cæterum si clericus.

34 Sed quæritur,nūquid requiratur declaratoria super huiusmodi incorrigibilitate prius,quā clericus possit per iudicē laicū puniri? Resp.Fel.in d.c.cum nō ab homine,post n.10.dicit q; potestas, quæ datur iudici seculari super clerico incorrigibili, non exercetur,nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis.Et dicit,q; ita colligitur ex omnibus dictis doctorū cōmuniter,& Felin refert, & sequitur Diaz in alleg.c.131.Bosi.autem in ti.de foro compe.n.132. dicit,q; clericus qui non incedit in habitu,dicitur incorrigibilis,si præcesit trina monitio:ille verò, qui incedit in habitu,dicitur incorrigibilis, quando primò est depositus,secūdò excommunicatus, tertiò anathematizatus, & adhuc in contumacia perseuerat.Qua forma seruata,dicit ipse,quòd absque alia declaratione efficitur fori secularis & subdit,q; ita tenent communiter Doctor.licet postea dicat quòd ista forma,rarò videtur in vsu. Cæterū Chassan.super consuetu.Burg,fo.51.post nu. 66.dicit,quòd in curia Parisien.obseruatur, quòd post binam remissionem de delictis,pro quib.ingeritur pœna mortis,clericus habetur pro incorrigibili, tam in odiū incorrigibilitatis,quā in odiū iudicis ecclesiastici,negligentis eum corrigere.Idem etiā declaratum fuisse per parlamentum Parisi.in criminibus,in quibus pœna mortis non ingerebatur, refert Papo libr.1.tit.6.Arresto.5. quæ obseruantia mihi satis placet.

35 Scias autē,q; regulariter clericus in sacris cōstitutus,nō potest propter quodcunque etiā enormissimum crimen à iudice seculari puniri, nisi prius sit à iude ecclesiastico degradatus, & traditurs curiæ seculari.Et hoc omnes fatentur,vt ait Dida.pract. q.33.n.2.Duo itaque requirūtur ad hoc, vt iudex laicus possit clericū punire:primū, q; sit degradatus,secundum,quòd sit traditus curiæ seculari.Degradatio autē est duplex,verbalis scilicet & actualis,vt dixi inf.q.74. Et effectus huius differētiæ est maximus,nam quando degradatio est tantummodò verbalis,iudex laicus nullā habet iurisdictionē in clericū ita degradatū,nisi tradatur etiam curiæ seculari,vt dixi,Sed si sit actualiter degradatus,potest iudex secularis eum punire absque alia traditione.Et hæc est communis opi.vt dicit Alcia.in d. c.cum non ab homine,nu.108.prout illū refert Villalob in sua collecta communium opin.in litera C. verb.clerici nunquam fuerunt.vers.fallit in clerico.

36 Scias etiam,q; clericus non est degradādus, nisi pro tribus criminibus,scilicet hæresis,falsi commissi in literis Apostolicis, & conspirationis in proprium episcopum.Et hæc est communis theorica

Doctorũ,vt ait Gul.Bened.post tertiã partem repetitionis,c.Raynutius,in quæst.de homic. n.3.& seq. quem refert Foller.in pract.cri.cano.fol. 272. n.23. In aliis autẽ quãtũcunq; grauibus delictis, sufficit sola depositio absque degradatione.Et ideo quauis clericus commiserit crimen enorme,& grauissimũ etiam si occidisset summũ Põtificẽ, nõ debet degradari,si paratus sit se corrigere,sed debet detrudi in perpetuũ carcerẽ,vel in monasteriũ.Et est communis opi.vt dicit Boss.in tit.de foro cõpe.nu. 136.Sed certè quicquid sit de iure,contrariũ obseruatur in practica,vt dixi infrà,vers. Pariter etiam.

37 Dixi etiã,q̃ ad hoc,vt clericus in sacris constitutus possit puniri à iudice laico,requiritur vltra degradationem q̃ sit traditus curię seculari.Scias autem,quòd regulariter clericus etiã depositus non debet tradi curiæ seculari,nisi sit incorrigibilis.Et hæc est communis opi.vt dicit Abb.in d.c.at si clerici,post nu. 38.vers.Et sic reſidet de iud.Si verò sit incorrigibilis,tũc potest iudex laicus,absq; alia traditione facienda per iudicem ecclesiasticum,illum punire.Et est communis opin.vt dicit Alex. de Neuo cons.59.nu.28.Quinimò ibi nu.30.dicit communẽ opi.esse,quòd etiam absque degradatione possit clericum punire,& dicit quòd hãc esse communem attestatur Butrius in d.c. cũ non ab homine.

38 Hinc infertur,q̃ licet ex dispositione c.si quis sacerdotũ, 11.q.1.clericus propter calumniã,vel cõtumeliã illatã episcopo sit deponendus,& tradendus curiæ seculari,illud tamen intelligendũ est,si sit incorrigibilis,& ita tenet gl.in d.c.cũ nõ ab homine,in gl.fi.de iud.cuius opinio tanquam mitior communiter approbatur, vt dicit Abb.in d. c.at si clerici,post nu.37.Summa Siluestrina in verbo,De gradatio.q.2.Hanc etiam opi.dicit tenere communiter Doct.Augu.ad Ange.de malef. in verbo, Et ibi caput,nu.42.Anan.in c.ad abolendam,post nu. 19.vers.Tertius casus est,de hæret.Aret.in d.c.cum nõ ab homine,num.71.quem refert Diaz in pract. crim.canon.c.109.

39 Videmus etiam,quòd quãuis clericus conuictus de crimine falsi statim sit deponẽdus & tradendus curiæ seculari,c.ad falsariorũ,de crim. falsi,nihilominus hoc regulariter non seruatur,vt dicit Anan. in Rub,de falsis,circa fin.

40 Pariter etiã licet clericus cõdemnatus pro enormi homicidio sit deponendus,& tradendus curiæ seculari,non tamen potest statim post depositionem tradi curiæ seculari,sed debet expectari,q̃ sit incorrigibilis.Et est communis opi. vt dicit Aret. in d.c.cũ non ab homine,nu. 80.quem refert Dec. in d,at si clerici,n.258.Arnal.Albe.in c.quoniã,col. 124.in fin.vers. Nihilominns tamen,de hæret.in 6. quem refert Diaz.in pract.crimi.canon. c.90.relatus per Dida.lib.2.resolutionũ,c.20.post num.7.& Folle.in pract.crim.fol.66.nu.45.circa fi.Placa li.1. delictorum,c.21.n.13.Berous in d. c.at si clerici,nu. 181.Bosius in ti.de foro cõpet.nu.141.in fin.Contrariã tamen sententiã,q̃ scilicet clericus pro enormi homicidio,aut alio delicto tradẽdus sit curiæ seculari,dicit esse magis cõmunẽ Guliel. de Bened. post tertiã partẽ repetit.c.Raynucius,in d.q.de homicidio.nu.40.in fi.quem refert etiam Didac.in loco præallegato,non bene,relatũ per Villalobos in sua collecta cõmuniũ opi.in litera I.nu.8.refert etiã Menchiaca de testam.li.3.§.22.post nu. 52. Ita etiã dicit cõmuniter teneri Pract. Carer.fol.544.nu.59. Et hæc opinio seruatur in practicã,vt scilicet clericus propter homicidiũ proditoriũ,vel aliud enorme,& grauissimũ delictum degradatus, tradatur curiæ seculari,non expectata incorrigibilitate, vt in facto quandoque seruatũ fuisse,refert Decius in d.c.at si clerici,col,fi.Diaz.in d.c.90.quẽ refert Foller.in pract.crimin.canon.fol.273.Et se ita aliàs practicasse refert August.ad Ange.de malef.in verbo, Et ibi caput,post n.43.& ego etiam aliquando vidi seruari.Ego in huiusmodi casibus enormibus,stante hac varietate opinionum,crederẽ hoc relinquẽdum esse arbitrio ipsius iudicis ecclesiastici degradantis,qui secundũ qualitatem facti,& personarũ decerneret,an esset tradẽdus curiæ seculari,vel nõ. In dubio tamen dicerẽ nõ esse faciendam traditionẽ clerici delinquentis, qui nõ esset incorrigibilis, nisi natura rei,& circũstantiæ criminis aliud suaderent.Et hanc sententiã tãquã cõmunẽ, & regulis iuris consentaneã amplecti videtur Dida. in loco præalle.vers.Hinc sanè.

41 Nunquid autem episcopus,aut clericus committens crimen læsæ Maiesta.in Principem secularem, sit illi tradendus? Dixi suprà vers.Quæro nunquid.

42 Sed an iudex secularis,cui traditus est clericus degradatus per iudicẽ ecclesiasticũ,poterit illũ punire corporaliter? Resp.Si cõsiderentur verba tex. in d.c.cũ ab homine,videtur dicẽdũ,q̃ non,cũ ibi expresè dicat summus pontifex,q̃ nõ debet puniri ad mortem,sed tantũ pœna exilij, vel alia legitima pœna.& verbũ Alia,videtur intelligendum de simili,iuxta ea quæ dixi infrà,lib.7.§. alius. Sed in hoc non est insistendum,nam de facto contrarium seruatur,quia scilicet iudices seculares illos puniũt pœna mortis,& ita vbique seruari attestatur Chassan.super consue.Burgun.fol.51.post nume.66.

43 Sæpenumero contingit,quòd delinquentes post cõmissa scelera faciũt se clericos:Quæro,nunquid clericus, qui post commissum delictum assumpsit clericatum,aut factus est religiosus, possit puniri à iudice seculari?Resp.Aliqui dicunt simpliciter,q̃ non,& ita fuisse aliàs iudicatum in curia Aquensi, refert Oldr.consil.4.in fin.Tu verò dic, q̃ aut talis delinquens suscepit absq; fraude ordinem ecclesiasticum,& tunc liberatur, & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici, & relinqui debet iudici suo ecclesiastico puniendus.Et hæc conclusio est frequentiori doctorum calculo recepta,vt attestatur Placa lib.1.delict.c.35.nu.1.Aut verò assumpsit ordinem ecclesiasticum in fraudem, vt scilicet se eximeret à iurisdictione seculari,& tunc non liberatur,sed potest per iudicem laicum contra eum procedi.Et est cõmunis opi.vt ait Imola, cons.19. nu.1.Dida.pract.q.32.post nu.4.vers.Secunda cõclusio Placa in loco præallegato,post nu. 1. Benè verũ est,q̃ hoc casu nõ poterit puniri corporaliter à iudice laico,sed tantum in confiscatione bonorum,aut pecuniaria, & sic remanet subditus rationẽ causæ,& bonorum,non autem respectu personæ.Et ita communiter tenetur,vt dicit Aufre.in d.Clem.1.in 1.regula,n.19.de offi.ord.quẽ refert Dida.in d.q.32.post n.4.vers.Tertia conclusio.& Nunius de los corrigidores,fol.137.col.1.vers.Imò fortius , & Viuius in libr. communium opi. fol.22.in verbo,Ordo ecclesiasticus. Hanc etiam dicit esse communem opin.Placa in d.c.35,nu. 3.Bosius in titu.de pœnis.num.38.Pract.Conradi,fol.247.vers. Vndecimò fallit.Deberet tamen iudex ecclesiasticus talem clericum,qui ecclesiasticũ ordinẽ ita fraudem suscepit degradare,& tradere iudici seculari etiam

dem suscepit degradare,& tradere iudici seculari etiam corporaliter puniendum. Hanc autem conclusionem iudices seculares non obseruant,vt dicit Bart.in d.l.1.nu.3.in fi.ff.de pœnis,quẽ refert Igneus in l.fideicõmissum,post nu.266.ff.ad Sylle.Nam(vt ait Bart.ibi) ex quo iudices ecclesiastici plerũque solent in hoc se præstare difficiles,solent iudices seculares,absque hac solennitate degradationis,nihilominus eos ad mortem condemnare,& propriã sententiam exequi,licet secundum eũ malè faciãt.

44 Sed in hoc proposito quæro, quando præsumatur delinquentem suscepisse clericatum,aut ingressum fuisse religionẽ in fraudẽ,vel non ? Resp.quòd si prius fuerat de ipso delicto delatus,vel etiam diffamatus præsumitur in fraudem feciſſe, & ita censet maior pars interpretum, vt attestatur Placa in d.c.35.nu.1.circa fin.& aliàs Senatus in causa cuiusdã Oldradi Curticæ iudicauit beneficiũ in fraudẽ susceptũ fuisse,quoniã post cõmissum delictũ illud adeptus fuerat 19.Nouemb.1552. P. N. Hoc autem multo magis locum haberet in eo, qui iam fuisset condemnatus. Et ideò reiecta fuit per Senatũ hæc exceptio in facti contingẽria in quodã Bart. Trotto,qui dum esset vxoratus,condemnatus fuerat in pœnam pecuniariam, eo quia non præsentauerat quẽdã reũ pro quo fideiusserat, deinde fecit se clericum,& Senatus non obstante clericatu iussit cõtra eũ procedi per iudicẽ laicũ,9.Septẽb. 1559.P.N.

45 Sed nunquid si delinquens ingrediatur religionem,monasterium tenebitur pro delicto ipsius ingressi,prout etiam dixi in hærede, infrà quæst.51. vers.Sed hic quæro ? Resp. q̃ tenebitur ipsum monasterium, quatenus ad eum peruenit. Et hæc est communis opin.vt dicit Alberi.in Authen.ingressi, nu.2.circa fin.C.de sacrosan.eccles.

46 Euenit plerunque, quòd in eodem crimine cõmittendo interueniũt simul clerici & laici,& iudex ecclesiasticus procedit contra clericos, iudex verò secularis procedit contra laicos: Quæro, nunquid causa sit etiam quo ad laicos remittenda iudici ecclesiastico,& hoc,ne cõtinentia causæ dimidatur,& ne fortè etiam diuersæ sententiæ sequantur ? Resp. de iure,q̃ sic,Ita dicit Anto.de Prato veteri in l.1.in fi.quæ sent.sine app.rescind. Nam (vt ipse ait) magis dignum trahit ad se minus dignum, c.quanto, de ind.prout est communis regula,teste Gomes. in c.1.nu.47.in fi.de rescrip.in 6.Et hanc opi.dicit esse cõem Bos.in tit.de foro comp.nu.116.in fin.Et ita se quandoque vidisse in practica obtineri, attestatur Soc.in l.cum senatus,in fin.ff. de rebus dubiis. quẽ refert Boss.in titu.de foro compet.nu.147.& Folle. pract.cri.fol.75.nu.79.Ita etiam se in facti cõtingentia obtinuisse attestatur Ioan.Arnol. soliloquio 57. Non est negligendũ.Sed certè,quidquid sit de iure hæc opi.non seruatur in practica,vt dicit Igneus in l.1.§.si quis in villa,nu.27.ff.ad Sylle. Et ita in hoc ducatu semper vidi seruari,q̃ iudex laicus cognoscit quò ad laicos,& ecclesiasticus quo ad clericos, & ita etiã reperio in facti contingentia seruasse cõs. Neapol.vt refert Capic. decis. 173. & licet Chassan. super consue.Burgun.fol.51.post nu. 69. dicat se vidisse in hoc Ducatu obseruari prædictã decis. Ant. de Prato veteri, hoc fortè potuit esse suis tẽporib. hodie certè seruatur totum contrarium,prout etiã se vidisse contra eam sæpius iudicari, attestatur Igneus in l.Senatus cõsulto,n.14.ff.ad Sylle. Et ego pluries ita vidi iudicari, & in specie in causa quorundam de Castelliono,23.Martij 1553.R. Et hanc opi.contra Anto.in practica seruari,attestatur etiã Rebuff.in repet.auth.habita,priuilegio 106.& Ant. Gomes.c.10.delictorũ,nu.6.in fi.& alij plures, quos refert Dida.in pract.q.34.nu.1.in fi. Et ideò ab hac communi obseruantia non recedas in practica.

47 Quæro,quid si per laicum illata sit iniuria clerico,nunquid cognitio spectet iudici ecclesiastico? Resp.gl.in Auth.Item nulla communitas,in verbo, ab ecclesia.C.de epis.& cle.tenuit,quòd sic:alij verò dicunt,q̃ quando laicus offendit clericum, potest vterq; iudex de ipso delicto cognoscere, & inter ipsos est locus præuentioni.Et ideo si iudex ecclesiasticus prius ꝓcedere cœperit,ipse ꝓferetur, & econuersò.Et ita seruari attestatur Guido Papæ decis.562.vtrũ officialis,nu. 3.& ita iudicatũ fuisse in parlamento Gratiano.refert Pap.li.4.ti.4.Arresto 6.Mihi magis placet,q̃ vterq: iudex ꝓcedat, & vterq; condẽnet,prout se in facti cõtingẽtia obseruasse attestatur Amed.de synd.num.171.vbi dicit, q̃ episcopus ciuitatis procedebat contra percutientem clericũ ad pœnas spirituales,& ipse procedebat ad pœnas fisco applicandas,vterque enim iudex videtur offensus, meritò vterq; ad pœnã sui fori procedere debet,cũ pœna spiritualis nõ tollat temporalẽ,nec ecõtra,vt dixi j.q.57.vers.sed quęro.

48 Quæro, quomodo fiat remissio clericorũ à iudicib.laicis ad ecclesiasticos? Resp.in aliquib.prouinciis consuetudo est,q̃ fiãt tales remissiones cũ irrisione maxima ipsorum clericorũ,& plerunque etiam cum mitra in capite,vel tubis sonantibus, q̃ seruatum quandoque fuisse in ciuitate Perusij, refert Ange.in l.lege Iulia.circa fin.ff.ad l.Iul.de vi pub. Solent etiam aliqui iudices eos mittere ligatos in maxima populi frequentia,& alij faciunt eis radi caput,ne videatur corona clericalis,& ipsos tanquam laicos remittũt iudici ecclesiastico, vt refert Paris.Put.de synd.fol.220.post nu.5. In hac autem prouincia tales remissiones fiunt sine aliquo ipsorũ clericorum dedecore,aut ignominia. Et hæc consuetudo tãquam iustior & honestior seruanda est, & refert Paris.Put.de synd.fol.391.in verbo.Remissio, quòd quidã regens, qui remisit clericum cũ catena in collo ad Episcopũ, fuit priuatus officio, quẽ refert Carauita super ritu magnæ curiæ 235. num.7.& seq.vbi dicit hoc intelligendum esse, nisi catena illi appositа fuisset causa custodiæ potius q̃ causa ignominiæ.

49 Vltimò quęro,[a] nũquid quando iudex secularis
a remittit

ADDITIO.

a Vltimò quæro. Vltra hic dicta adde q̃ si clericus fuerit in contumaciã à iudice laico bãnitus &postea captus,debet remitti ad suũ forũ,teste Paul.de Ca.in l.statuimus.C.de epis.& cler.Laicus tñ pòt pecuniariter punire clericũ turbãtẽ eius iurisdictionẽ & impedientẽ,Paul. de Cast. in l.addictos.C.de epis.aud.Itẽ licet instãtia causæ criminalis duret biennio,per l.properãdũ in prin.C.de iudic.tñ qñ causa est cũ clerico non durat nisi 2.mẽsib.secundũ Ang.in auth.vt clerici apud prop.epis.Itẽ nota q̃ laicus qui se fecit clericũ in fraudẽ, vt euitaret iudiciũ seculare,hoc nõ debet sibi prodesse,quo minus possit conueniri corã iudice,& præsumitur in fraudẽ feciſſe quoad pœnã pecuniariam,nõ quoad personalẽ, seu corporis afflictiuã, vel vt possit distringi persona,faciẽdo ipsũ detineri, vel incarcerari:vt est cõis opi.p Imol. 2ſ.118.& 2ſ.119.

remittit clericum ad iudicem ecclesiasticum, teneatur ipse iudex ecclesiasticus stare processui facto à iudice seculari remittente? Resp. ℣ non, & est cõis opi. vt attestatur Dec. in c. at si clerici, de iud. prout illũ refert Gram. cons. crim. 42. nu. 1. & Viuius lib. communiũ opin. in verbo, Iudex laicus, seu. Sunt enim acta facta coram iudice incompetente. Quid autem in confessione dixi ś. q. 21. vers. Hãc tamen. Vide in hoc proposito ea quæ dixi infrà q. 96. vers. Quæro etiam.

QAESTIO XXXVII.

1 *Delicta communis fori quæ sint?*
2 *Et an crimen vsurarum sit communis fori?*
3 *Et an crimen adulterij?*
4 *Et an crimen concubinatus?*
5 *Et an crimen Sodomiæ?*
6 *Et an crimen sacrilegij?*
7 *Et an crimen fortilegij?*
8 *Episcopus an possit capi facere laicos ob crimina communis fori?*
9 *Reus absolutus, vel punitus in vno foro, an possit etiam in alio puniri?*

1 IN hac exceptione incompetentiæ iudicis sæpenumero dubitari contingit ratione causæ ipsius seu criminis, de quo agitur, an scilicet eius cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum, an ad iudicem laicum, an etiam ad vtrunque. Et in hoc proposito scire debes, quòd delictorum quædam sunt merè ecclesiastica, siue ad cognitionem ecclesiastici iudicis pertinentia, quædam merè secularia, siue ad cognitionem iudicis laici pertinentia, quædam mixta, scilicet communis fori, in quibus potest & iudex ecclesiasticus, & laicus cognoscere.

2 Quæro igitur, nunquid crimen vsurarũ a sit com-
2 munis fori? Resp. videtur dicendum quòd non, sed quòd pertineat solummodo eius cognitio ad iudicem ecclesiasticum, nam istud crimen est merè ecclesiasticum secundum communem opi. de qua attestatur Didac. lib. 3. resolutionum. c. 3. in primis verbis, dicens, quòd omniũ iuris vtriusque professorũ consensu in hanc itum est sententiam. Et quòd causa restitutionis vsurarum, etiam si agatur inter laicos, spectat ad iudicem ecclesiasticum, neque in ea laicus sit iudex competens, voluit gl. in Clem. 2. in verbo, vsuris, de iud. secundum quam dicit esse communem opin. Alber. in Rub. C. de vsuris, num. 5. Ita etiam communiter seruari, & practicari attestatur Lapus de Castel. allegatio. 56. Reuerende domine, quem refert Imola in c. cùm sit generale, nume. 6. de foro compe. Adeo quòd (secundum aliquos) non potest iudex secularis, neque etiam incidenter cognoscere super vsura. Et hanc opi. dicit esse communem Alex. in l. quoties, post num. 4. versic. Extra glos. C. de iudic. Quinimò (secundum alios) parte excipiente contractum esse vsurarium, non potest iudex secularis, neque etiam statuere terminũ, intra quem debeat coram iudice ecclesiastico probare exceptionem vsurariæ prauitatis, iuxta doctrinam Bart. in l. præses, post nu. 4. C. de appell. quem omnes sequuntur, vt dicit Ripa in l. qui pro tribunali, nume. 7. ff. de re iudic. Tu verò breuiter dic, quòd aut loquimur, quando pro crimine vsurarum agitur criminaliter, & tũc nulla est difficultas, quin vterque iudex, scilicet tam ecclesiasticus, quam laicus, possit pro ipso crimine criminaliter contrà vsurariũ procedere, vt dixi sup. hoc eo. li. §. Vsura, vers. Et ex hoc infertur. Et ita praxis obseruat, vt attestatur Didac. in d. c. 3. post n. 1. vers. Quartò nõ est, Aut loquimur, quando inter partes agitur ciuiliter, & tunc, aut vertitur quæstio iuris super vsura, scilicet nunquid contractus sit vsurarius, vel nõ, & tunc cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticũ, neque potest iudex secularis in ea vllo modo se intromittere. Et ita concludunt omnes Docto. tam Legistæ, quàm Canonistæ, vt dicit Ias. cons. 153. nu. 3. lib. 4. vbi etiam refert Bal. in l. filiũ eum diffinimus. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, dicẽtem, ℣ ita seruatur de consuetudine. Dec. cons. 170. nu. 3. vbi dicit, ℣ Doctores omnes ita concludunt, Roland. cons. 95. nu. 44. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit esse cõmunem Socin. cons. 88. nu. 23. lib. 4. Alciat. in ca. 1. nu. 77. de offic. ord. Et ita etiam communiter practicari, saltem quando iudex ecclesiasticus facit inhibitionem, attestatur Marian. in d. cap. cùm sit generale, n. 22. de foro compe. Aut verò vertitur quæstio facti super vsura, puta, quia non refricatur in dubium, an contractus sit vsurarius, vel ne, sed solummodo repetuntur vsuræ, & tunc vtique laicus est iudex competens. Ita dicit Bald. in d. l. quoties, circa fin. C. de iudic. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Blanc. de compromissis, fol. 94. post nu. 9. Ita etiam communiter receptam esse attestatur Didac. in d. c. 3. circa princ. & in epitom. super 4. li. decretal. fol. 197. nu. 5. Hanc etiam dicit esse communem opi. Abb. in d. c. cum sit generale, n. 17. quem refert Afflict. super prima parte constitutionum Regni, Rub. 6. c. statuimus, nu. 1. & Berous in Rub. de vsuris, post n. 85. Alex in d. l. quoties, prout illum refert Tur Zan. lib. commun. opi. c. 90. Alciat. in d. c. 1. num. 77. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, vt procedant, quando principaliter in iudicio deducitur quæstio vsurarum, cæterũ quando incidenter opponitur per modum exceptionis cõ tractum esse vsurarium, tunc bene potest iudex laicus cognoscere, etiam super quæstione iuris, & cõtractum ipsum tãquam vsurarium annullare, & rescindere, & est communis opin. tam Legistarum quàm Canonistarum, vt dicit Guido Papæ consil. 180. nu. 2. Et ita quandoque vidi seruari.

3 Quæro, nũquid causa adulterij sit communis fori, ita ℣ in ea possit procedere, tã iudex ecclesiasticus, quã secularis? Resp. ℣ sic, & ideo ex causa adulterij poterit Episcop⁹ punire ẽt laicos, vt dicit Ab. in c. intelleximus, nu. 1. de adult. & est communis opi. vt attestatur Alciat. in d. c. 1. n. 18. de offi. ord. & ipsos excõmunicare, & detrudere in monasteriũ, & est communis opi. vt ait Didac. in d. epitom. super quarto decretal. c. 7. §. 7. nu. 20. quẽ refert Villalob. in sua collecta cõmu. opi. in litera L. verb. laici possunt. Cũ. n. hoc delictũ sit violatio sacramẽti matrimonialis, meritò eius vindicta nõ minus pertinet ad iudicem ecclesiasticũ, quã ad laicũ. Scias tamen,

ADDITIO.

a Vsurarum. Adde ℣ vsuriorũ iudicium si disputatur de iure, est ecclesiasticũ: si aũt de facto, potest iudex secularis se intromittere: vt per Alci. in c. pernicioſam. nu. 77. vbi cõem dicit. de offi. ordin. Si tamen vsurarij per iudicẽ ecclesiasticũ puniũtur: possunt nihilominus puniri per iudicem secularem secundum Alciat. in d. c. pernicioſam, nu. 8. vbi communem dicit.

tamen, ℣ quãdo agitur ad separationẽ thori propter adulterium faciendam, tunc de ea solus iudex ecclesiasticus cognoscit. Et hæc est communis opi. vt ait Dec. cons. 212. post nu. 2. Dida. in epito. super 4. decretal. fol. 137. nu. 8.

4 Quæro etiam, pro crimine concubinatus quis sit iudex cõpetens? Resp. Aliqui dicunt, ℣ de hoc crimine iudex ecclesiasticus cognoscit, cùm sit merè ecclesiasticũ, & ita tenuit Gofred. quẽ refert Abb. in d. c. cum sit generale, nu. 25. & hanc dicit esse cõmunem opin. Bermon. de concub. fol. 304. nu. 2. Et hæc quidem opin. absque difficultate procedit, tenendo ℣ concubinatus de iure ciuili non sit delictum, de quo dixi suprà, hoc eo. lib. §. fornicatio, vers. Et in primis. sed tenendo, ℣ etiam de iure ciuili concubinatus sit prohibitus, necessariò fatendum esset, quòd etiam iudex secularis possit super eo procedere, & punire. Quod certè sensisse videntur illi, qui asserunt, quòd etiã concubinã sacerdotis, si est notoria, potest puniri per iudicem secularẽ, licet si sit occulta, non possit puniri, nisi per Episcopũ, quam opi. dicit esse cõem, idem Bermond. in loco præallega. fol. 305. post nu. 6. & reperio in facti contingentia cõsuluisse Euerar. cons. 202. Sed quidquid sit de iure, nos videmus, quòd iudices laici de concubinatus crimine puniendo parum se intromittunt, & hodie pauci etiam ex ecclesiasticis, fortè ne in aliis puniant id, in quo ipsimet delinquunt.

5 Item quæro nunquid pro nefando crimine sodomiæ possit etiam iudex ecclesiasticus contra laicũ procedere? Resp. quòd sic, ita colligi videtur ex tex. in cap. clerici, de excess. prælato. & est communis opin. vt attestatur Bermond. in d. tractatu. de concub. fol. 128. nu. 43.

6 Vlterius quæro, nunquid crimen sacrilegij sit ecclesiasticum? Resp. aliqui dicunt, quòd de iure eius criminis cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticũ, & videtur text. in c. cum sit generale, & in cap. conquestus, de foro compet. Alij dicunt quòd est crimẽ mixtum, quod potest ab vtroque iudice tam laico quam ecclesiastico puniri, & quòd inter eos est locus præuentioni. Et dicit Mantua. cons. 266. nu. 85. quòd ita omnes concludunt. Sed apud nos de consuetudine iudices laici cognoscunt de sacrilegio, non autem ecclesiastici, prout etiam seruari in regno Franciæ attestatur pract. Millei, fol. 74. nu. 17. vbi refert se fecisse suspendi quendam qui abstulerat ab ecclesia vas sacræ Eucharistiæ. Faciunt quæ dixi infrà q. proxima, vers. Vidi etiam.

7 Præterea quæro, an sacrilegij crimen sit communis fori? Dixi ś. hoc eo. lib. §. Hæresis, vers. succesiuè quæro.

8 Vnum tamen volo vt scias in hac materia, quòd Episcopus in criminali b. communis fori, in quibus potest procedere contra laicos, non potest illos personaliter capi aut carcerari facere, aut punire, sed tantummodo potest contra eos procedere per censuras. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. And. in add. Spec. prout illũ refert Foller. in pract. crim. cano. fo. 97. nu. 52. & seq. Aufre. in tract. de potesta. eccle. super laicis, nu. 1. quẽ refert Dida. pract. q. 10. nu. 2. licet ipsi videantur sentire contrarium, & dicant se aliquando contrarium obseruasse. Hãc etiam dicit esse communẽ opi. Menchiaca lib. 3. de testa. §. 22. post nu. 17. licet subdat, ℣ ferè tantus est numerus eorũ, qui tenent contrariũ. Sed quidquid sit, apud nos cõis opi. in practica obseruatur, neq; ab illa esset vllo pacto recedendum, & secundum illam in facti contingentia iudicatum fuisse per Parlamentum Paris. refert Papo lib. 1. tit. 5. Arresto 26. Benè verum est, quòd si prælatus legitimè præscripsisset hanc facultatẽ exequendi contra laicos, vtiq; posset illos capere, & carcerari facere. Et hoc ab vtriusque partis fautoribus receptũ esse attestatur Menchiaca in loco præallegato, nu. 12. in fi. Quò ad clericos aũt nulla est difficultas, quin possit Episcopus eos capere, & in carcerem mittere, etiam sine auxilio brachij secularis, & est communis omniũ opin. vt attestatur Dida. in d. q. 10. post num. 2. vers. Quartò non est, & ita quotidie videmus obseruari.

9 Vltimò quæro, si pro huiusmodi criminib. communis fori reus fuerit in foro ecclesiastico absolutus, vel punitus, an possit deinde etiam per iudicẽ laicum inquiri, & puniri? Dixi infrà, q. 57. vers. Sed hic occurrit, & vers. Sed quæro.

QVÆSTIO XXXVIII.

1 *Iudex loci delicti an possit contra delinquentem aliàs sibi non subditum procedere?*
2 *Et an possit reum punire, etiam secundum statuta ipsius loci delicti?*
3 *Si sint duo domini eiusdem castri, an si vnus delinquat, possit ab alio puniri?*
4 *Et quid si aliquis delinquat in exercitu vnius prætoris, posito in alio territorio?*
5 *Et an in foro pœnitentiali quis sortiatur forum ratione delicti?*
6 *Et an mandans fieri delictum sit puniendus in loco mandati, vel in loco delicti?*
7 *Et an ratificans delictum sit puniendus in loco ratificationis, vel in loco delicti?*
8 *Et an ratione tractatus quis puniri possit?*
9 *Emittens sagittam in vno territorio, & vulnerans in alio, in quo sit puniendus?*
10 *Delinquens in vna ciuitate, an possit puniri in alia illi fœderata?*
11 *Et quid si delictum sit commissum in confinibus duorum territoriorum, quis iudex procedat?*
12 *Et quid facere debeat iudex, si reus alleget delictum in alieno territorio commissum fuisse?*
13 *Iudex, coram quo testis falsum deponit, an possit illum punire?*
14 *Et quid si clericus deponat falsum coram iudice laico?*
15 *Et quid si laicus deponat falsum coram ecclesiastico?*
16 *Et an furans rem in vno territorio, & contrectans in alio possit in loco contrectationis puniri?*
17 *Furta commissa in alienis territoriis an computentur?*
18 *Si laicus committat delictum in ecclesia, ad quem iudicem cognitio spectet?*
19 *Remissio an fieri debeat ad locum delicti?*
20 *Et quid de consuetudine?*
21 *Et quid si loca sint sub eodem præside prouinciæ?*
22 *Et quid si iudex, à quo petitur remissio, non habeat iurisdictionem procedendi ex eo delicto?*
23 *Et an in leuibus delictis sit locus remissioni?*
24 *Et quid si agatur pro crimine ciuiliter?*
25 *Et an in curia Romana locum habeat remissio?*
26 *Et an si agatur de pluribus delictis ab eodem commissis?*
27 *Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem ecclesiasticum.*
28 *Inter duos iudices loci delicti pro eodem crimine procedentes, quis sit præferendus?*

1 DIctum est de iudicis competentia ratione personarum, & causarum, nunc de loco deli-

Universidad de Sevilla Biblioteca

ſti videamus.In hoc autē indubitata eſt iuris concluſio,quòd iudex loci,[a] in quo commiſſum eſt delictum poteſt contra delinquentem procedere etiam quòd ille aliàs non ſit iuriſdictioni ſuæ ſuppoſitus,eumque condemnare,& punire. † Et hoc receptum eſſe affirmat Dida.pract.q.111.nu.3.& dixi infrà q.84.in prin.vbi etiam dixi, an poſsit illū punire ſolummodo ſecundum diſpoſitionem iuris communis,an autem etiam ſecundum ſtatuta ipſius loci delicti.

3 Quæro,pone quòd ſint duo domini vnius caſtri, qui diuidant adminiſtrationem inter ſe,& vnus eorum delinquat in iuriſdictione alterius, nunquid poterit ab alio puniri?Reſp.q̃ nō.ita tenet Bar. in l.inter tutores,poſt nu.6.ff.de admi. tutorū, & eſt communis opi.vt dicit Gaſpar Valaſ.in repet.l.imperium,poſt numerum 186.verſ.Ex ſupradictis infertur ff.de iuriſd.omn.iud.Hoc etiam eſſe commune dictum atteſtatur Feli.in c.prudentiam,nu.4.de offi.delegat.Nam (vt communiter dicitur) par in parem non habet imperium.

4 Quæro etiam, pone quòd aliquis delinquat in exercitu Mutinenſiū tunc poſito in territorio Bononienſi,nunquid poterit puniri à Prætore Mutinenſis exercitus?Reſp.q̃ ſic,ita tenuit Mar. Sili.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& eſt commune dictum,vt ait Corſe.in repertor. Abbatis,in verbo,Iudicis incōpetentia,in 33.limi.Ita etiā tenere DD.atteſtatur Bald.in l.3.nu.3.ff.de offi.præſid. & in d.l.cunctos populos,n.24.in fi.dicēs, q̃ ita eſt de generali cōſuetudine.& ante eum ita etiam ſeruari de conſuetudine dixit Bart.in ea.l.cunctos populos,n.46.Idem atteſtatur Grammat.ſuper conſt. Regni,fol.64.nume.6.& 7.Poteſt enim vniuerſitas prorogare iuriſdictionem,& exercitus in hoc habetur loco vniuerſitatis.Et in hoc propoſito non eſt omittenda mirabilis deciſio facta per ſenatum contra quendam Ioan.Raffam,militem cataphractum,qui dum eſſet hoſpitatus cum eius comitiua in ciuitate Papæ,commiſit homicidium ſuper territorio Placentino,& concluſum fuit, q̃ licet ipſe non eſſet ſubditus Ducatui Mediolani, neq; ratione originis,neq; ratione domicilij,neq; ratione delicti,nihilominus poterit tanquam ſubditus ratione militię puniri,iuxta ea quæ tradit Bar.in l.1.nu.13.ff.ad mun.Et ita perfecto proceſſu fuit damnatus ad triremes perpetuò.11.Maij.1570.P.N. Vide quæ dixiſuprà q.35.verſ.Quæro modo.

5 Quæro,nunquid in foro pœnitentiali quis ſortiatur forum ratione delicti? Reſpon,q̃ non,& ita tenent cōmuniter Doctores,vt dicit Abb.in c.1.nu.1. de raptorib.quem refert Rochus de conſuetud.relatus per Didac.pract.q.11.n.4.& Duennas reg.378. in 1.limitatione.Et ideo licet quis delinquat extra locum, in quo habet domicilium, tenetur tamen peccata ſua confiteri ſacerdoti,in cuius parochia tenet habitationem.

6 Item quæro,nunquid mandans fieri aliquod delictum,ſit puniendus in loco,in quo fuit datum mādatum,an autem in loco , vbi ſecutū eſt delictum. Reſp.q̃ debet puniri in loco,in quo delictum fuit conſummatum,non autem in loco,vbi mandauit. Et hæc eſt communis opi.vt dicit Abb.in d.c.fi.n. 27.de foro compe.quem refert Probus in c.Inquiſitores nu.5.in fi.de hæret.in 6.in Pract. Conradi, fol.251.in prin.Marian.in d.c.poſtulaſti, n.5.de foro compet.& in c.1.nu.15.de raptor.Lancel. Dec. in l. hæres abſens,§.apud Labeonem.ff.de iudic.quem refert Duennas in d.reg.378.in tertia amplia.& Placa lib.1.delictorum,c.15.nu.17.Remig.de immun.eccleſiarum fol.116.in 5.fallentia,poſt nu. 3 Et ratio eſt,quia mandans non tenetur ex mandato,ſed ex delicto propter mandatum ſecuto,vt dixi infrà,q. 89.verſ.Scias autem.Dicit tamen Bal.in l. nō ideo minus,in fi.C.de accuſ.q̃ ſi mandans,& mandatarius conueniantur coram diuerſis iudicibus , non poſſunt petere ſe remitti ad eundem iudicem,ſubdens,in facti contingentia ita fuiſſe iudicatū.quod nota,quia apud nos fortè contrariū ſeruaretur in practica,ſi vterq; iudex eſſet ſubdit' huic ducatui.

7 Sed pone,quòd aliquis cōmiſerit homicidiū Florentiæ,vt redderet ſecurū aliquem Senenſem , qui Senenſis poſtea Senis ratificauit dictum homicidiū,nunquid talis Senenſis ratificans erit puniendus Florētiæ,& ſic in loco commiſſi homicidij,an autem Senis,& ſic in loco,in quo ſecuta eſt ratificatio?Reſp.q̃ debet puniri Florētiæ,vbi commiſſum fuit homicidium,& eſt communis opin.vt atteſtatur Marian.in d.c.poſtulaſti,nu.5.verſ.Circa tertiā. Faciunt quæ dixi ſup.verſ.Item quæro.

8 Vidi aliquando dubitari,nunquid ille,qui nō eſt ſubditus ratione originis, neque domicilij, poſsit puniri occaſione tractatus facti de cōmittendo alio maleficio extra territoriū.& poſt multa tandē deciſum fuit per ſenatum,quòd ſic, in cauſa cuiuſdam Catalli,20,Decembris 1552.Et hoc licet maleficium fuit commiſſum extra ducatū,neq; ipſe eſ ſet iuriſdictioni noſtræ ſuppoſit'. Quod nota,quia cum ſit deciſio Senatus,ſeruanda eſſet pro lege in hac prouincia.Reperio tamen , quòd idem Senatus cuiuſdam Guidonis Bombaſij,qui moleſtabatur occaſione tractatus facti in dominio de committendo homicidium, quod commiſerat poſtea extra dominium,viſus eſt inclinare in ſententiam, q̃ ex quo ipſemet deinde commiſit homicidium, quod tractatum fuerat,non poterat pro tractatu in hoc dominio puniri,30.Aug.1560.licet ego contrarium de iure ſentiam , per ea quæ in terminis conſulendo dixit Bolognin.conſ,8.in 2.dubitatione,vbi valde eleganter loquitur.

9 Item pone,quòd aliquis exiſtens in vno territorio emittat ſagittam,cum qua percutiat, vel exonerat archibuſium , cum quo interficiat aliquem exiſtentem in alio territorio,Quis erit iudex huiuſmodi delicti? Reſp.quòd poterit puniri in vtroque territorio,& inter ipſos iudices vtriuſque ter-

ADDITIO. ritorij

a Iudex loci.Et eſt ratio,quia locus delicti de iure eſt locus ptincipalis in quo punitio fieri dēt, ad eū enim iudex domicilij remiſsionē facere debet,dato q̃ in cognitione præueniſſet. auth. ſi verò criminis,& in corpore vnde ſumitur.C. de adulter.Nec pōt iudex originis cognoſcere aut inquirere de delicto cōmiſſo per ſubditum extra territoriū,ſecundū Oldr.in l.cunctos populos.C.de ſum.trinit.Iacob.de Beluiſ. in l.fi.ff. de iuriſd.om.iudi.Io.And.in addit.Spec.in ti.de cōpet.iud.addit.incip. antequā extraneus.Bal, in l.1.C.de ædili.act. & eſt magis cōis opi.vt per Soci.in l.à diuo Pio.§.ſententiā.nu.16. ff. de re iudic.Grammat.deciſ.26.nu.9. & 11. & ſi iudex originis habet reū in carceribus ſuis, tenetur remittere eundē ad iudicē loci cōmiſſi delicti. vt ſentit gl.in c.paſtoralis.de re iud. & not. ſcribētes in auth. qua in prouincia.C. vbi de crim. agi oportet.

ritorij erit locus præuentioni,& ita cōmuniter cōcluditur, vt dicit Abb.in d.c.fi.nu.25.de foro compet.quem refert Pract.Conradi, folio 250.in fine. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Albericus in quarta parte ſtatutorū,quæſtione,79.quem refert Nellus de bānitis in 2.parte primi tēporis q.8.

10 Succeſsiuè quæro,nūq̃d ſi delinquēs in vna ciui-

a tate[a] poſsit puniri in alia ei cōfœderata? Ref.Bar. videtur in aliquibus locis ſenſiſſe,q̃ ſic,ſed Bal.in l. excuſatorem,nu.32.C. de exec.rei iud.tenuit totū oppoſitū,dicēs q̃ in hoc Bar. errauit,nec ſeruatur dictū ſuū de conſuetudine,quia ſapientibus non placet,& ideo illud conſuetudo abhorret,& illū refert Ias.in l.à diuo Pio,§.ſententiā Romę, poſt nu.10.ff. de re iud.Et ab hac opi.contra Bar.non recedas in practica,niſi aliter ex capitulis fœderum expreſsè cautum eſſet.Faciunt quæ dixi infrà quæſt.71.verſ. Quæro modo.

11 Præterea quæro,pone q̃ aliquis committat delictum in confinibus duorū territoriorum,ita q̃ neſcitur ſuper quo territorio poſsit dici commiſſum fuiſſe , quis iudex procederet? Reſp.Aliqui dicunt quòd vterque iudex pōt procedere,ſi tamen vnus præueniat,ille ſolus cognoſcere debet. Et hanc dicit eſſe communem opi.Iacob.Beluiſ.Iun. in repe. §.contrahentes,poſt numer. 18.Sed quidquid ſit de iure,vſus obtinuit , quòd vterque iudex procedit,& punit in ſuo territorio.Et ita communiter ſeruari atteſtatur Iacob. de Beluiſ. in loco prælega,poſt numer. 14. Marian.in d.cap.propoſuiſti, prout illum refert Boſſ.in tit.de foro cōpet.nu.60.

12 Vlterius quæro,pone q̃ quis accuſauerit Titium de aliquo delicto , Titius comparet,& non negat delictum,ſed dicit illud commiſiſſe in alieno territorio,quid debet iudex hoc caſu facere? Ref.q̃ ante omnia poteſt,ac debet cognoſcere,an ille locus in quo delictum cōmiſſum fuiſſe dicitur , ſit de ſua iuriſdictione. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Marianus in c.poſtulaſti, quod eſt ca.fina.poſt numerum 9.verſiculo,Circa XIIII. de foro cōpet.

13 Sed quæro nūquid iudex,coram quo teſtis falſum deponit,poſsit illū punire de falſo,etiam ſi reſpectu pœnæ nō ſit illi iudex competēs? Reſp. Aut eſt iudex ordinarius,& poteſt illū punire pœna extraordinaria,ſecundum Bar.in l.nullum,nu.8.C.de teſtibus,& eſt communis opi. vt dicit Boſſ.in ti.de falſis,nu. 103. Et ſcias,quòd licet iſte iudex puniat illum teſtem tali pœna extraordinaria, poteſt nihilominus iudex competens ipſius teſtis procedere cōtra eum de falſo ad pœnā ordinariam. Et ita volunt cōmuniter Doctores,vt ait Bōſ.in ti.præalleg.nu.104.Aut eſt iudex delegatus,& tunc eſt diſtinguendum,nam aut loquimur in delegato principis,& poteſt eum punire , aut loquimur in delegato ab inferiore à principe,& non poteſt. Ita dicit Io.And.in addit.Spec.in tit.de teſte,§.2.ſub nu. 44.Et hæc diſtinctio eſt frequentiori ſuffragio iuris vtriuſque interpretum recepta, vt ait Didacus in pract.q.18.nume.8.Sciastamen, quòd non poteſt delegatus huiuſmodi teſtem punire pœna ordinaria,ſed tantum extraordinaria. Et hæc eſt cōmunis reſolutio,vt atteſtatur Sapia in l.fin.num.8. de offic.eius.

14 Sed hic quæro,quid ſi clericus deponat falſū teſtimonium coram iudice laico,nunquid poterit ab eo puniri de falſo?Reſp.In hoc art.tres fuerunt opi. Prima fuit gloſſæ in d.l.nullum,in gloſſella 1. C. de teſtib.quæ videtur ſenſiſſe, quòd iudex laicus poſſit illum punire de falſo.Sed illa gloſ. communiter reprobatur,vt dicit Card.Alex.in c.de accuſatione col.32.verſ.ſed quid ſi clericus,2.quæſt.8. Secunda fuit opi.Federici de Senis conſ.93. Factum tale , q̃ ſcilicet iudex ſecularis nō ad accuſationem partis ſed ex officio poteſt punire clericū de teſtimonio falſo coram eo perhibito , in pœna pecuniaria. Et hanc opin.dicit in Francia ſeruari Guliel.Bened.in 1.parte repe.c.Rayn.in verb.& vxorē nomine Adelaſiam,n.142.quem refert Chaſſan. ſuper conſuet. Burgun.fol.52.num. 87. Idem atteſtatur Aufrer.in clem.1.de offic.ord.in 2.fall.1.reg.Tertia fuit opin. Hoſt.quòd iudex laicus non poſsit illum punire neque corporaliter , neque pecuniariter. Et hanc opi.tenēt cōiter canon.vt dicit Affli.deciſ.230.quā etiam dicit eſſe communē Felin.in c.verum, de foro com,prout illum refert Capic.deci.2.n.13.& Rol. conſ.12.nu.48.li.2.Maranta in ſuo Speculo,fol.130. nu.4.Vantius de nullitatib. fol.111. nu.50.Diaz in pract.cri.can.87.in fi.quē refert Pract. Conradi fol. 247.in prin.& Nunius de los corregidores,fol.232. col.2.verſ.Quod intellige Dida in pract. q.18.poſt nu.8.quē refert Con.An.de Padilla in l. tranſigere. n.112.C.de trāſact.Boſſ.in ti.de falſis,n.110.Et hæc opi.apud nos ſeruatur in practica. Bene poteſt iudex laicus in ipſa cauſa ciuili cognoſcere ſuper falſitate,quā clericus depoſuit,non quidē ad effectū puniendi ipſum clericum,ſed ad effectū expediēdi ipſam cauſam corā eo vertētem. Et hoc omnes fatentur,vt ait Dida.in d.q.18.in vltimis verbis.

15 Quæro nūc,quid econuersò,ſi laicus deponat falſum teſtimonium coram iudice eccleſiaſtico,nunquid poterit eum punire?Reſpon.q̃ ſic,& eo caſu vterque iudex,ſcilicet eccleſiaſticus,& ſecularis poteſt procedere contra huiuſmodi teſtem , & inter ipſos iudices erit locus præuentioni. Et ita in facti cōtingentia deciſum fuit per conſiliū Neap. vt per A[m]ic.deciſ.219.

16 Tu ſcis,q̃ furtū eſt cōtrectatio rei alienæ inuito domino.Modò aliquis cōmiſit furtū in ciuitate Aſtenſi,poſtea trāſtulit ſe cum re furtiua ad ciuitatē Alexandriæ,nūquid prætor Alexādriæ,poterit ratione cōtrectationis eū punire de furto?Reſp.Bar. in l.ſi dominiū,nu.2.ff.de furtis,tenuit q̃ ſic,& dicit Ang.in d.l.ſi abducta,in lectu.Peruſina,C.de furtis. quòd ſæpius vidit practicari opi. Bar. & multos ad furcas duci,& in lectura Patauina dicit,quòd aſſeſſores ſeruant opi.Bart.tanquam vtilem reip.quem refert Mart.Laud.conſ.61.nu.5.inter conſ. crim.diuerſorū lib.1.& Flor.in d.l.ſi abducta , dicit q̃ aſſeſſores tenent op.Bar.pro Euangelio Hanc ēt opin. Bar.ſeruari de conſuetudine atteſtatur Bal.in d.l.ſi dominiū,in quadā lectura,quā pauci habent,vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verbo,& veſtē cœleſtē, nu.16.Dicit ēt Paul.de Caſt.in l.ſiue manifeſtus, §.1. nu.13.ff.de cond.fur.q̃.opi.Bar. practicatur per totum mundū,& aſſeſſores.& iudices habēt eam pro Euangelio,quē refert Marſ.in l.ſi.poſt nu. 210. ff. de iuriſd.omn.iud.Dicit etiam Nell.de ban.in 2.par.1. tempo.a 5.quòd iſtam partem vt plurimū ſequuntur aſſeſſores,dicentes hanc op.ſanctam, licet in fine ſubdat,quòd in hoc aſſeſſores non rectè ſe fundant de iure:poſſunt nihilominus defendi ex varietate opi.& fortè ex cōſuetudine. Dicit ēt Marian. in c.1.nu.15.in fi.de rapt.q̃ hæc opi.Bar.fecit ſuſpē-

ADDITIO. di

a Adde ad propoſitū quæ ſcribit Guid. Papæ q. 177. nu.2.& Nicol.Boer,deciſ.29.nu.2.

di centũ millia hominum.Et dicit Boer.deci.13.nu. 47.q opi. Bar.communiter seruatur in praxi,quã refert Dida.li.2.resol.cap.20.nu.15.in fi. & pract.q. 11.nu.9.& Benincasius de pauperta.fol.104.n.17.& Viuius in lib communium opi.in verbo,Iudex domicilij,in fi.tanquam attestantem q opi. Bar.sit cõmunis,licet ego non reperiam in libro meo,Boer. in loco præal.id attestantem. bene inueni Affli.in §.iniuria,in 3.not.nu.7.de pace iura.firm. attestantem q opi.Bar.est communis.Et dicit Capic.decis. 164.in causa D.Comitis,q cons.Neap. habet illam opin.Bar.pro vera,saltem in practica,quam etiam se communiter seruari vidisse attestatur Iac.de Beluisio iunior in repet.§.contrahentes, post nu.120. Sed certè ego non credo,q in hoc Affli.verum dicat, quinimò opinio.cõtra Bar.esse communem, attestatur Cæpolla consil.crimin. 59. circa fin.vbi dicit,q hæc opinio cõtra Bar.est verior,& æquior de iure,& hodie etiam magis communis.quem refert,& sequitur Bosi.in titu.de furtis, numer.18.Et Ang.in d.l.si dominium,num.1.expresè dicit,q illa opinio Bartoli de rigore iuris communiter reprobatur,licet subdat,quòd illam vidit obseruari per plures assessores,& q talis obseruantia est vtilis reip.& Ang.refert Alex.in Apostil. ad Bartol. in eadem l.si dominium,& Riminal.cons. 7.nu.12. & Iacob.de S.Georgio in d.l. si abducta,nu.4.C.de furtis,& Ang. de Vbald. inter consilia criminalia diuersorum consil,71.nume.18.in fin.libr.2.Et dicit Abb.in d.c.1.nu.11.de rapto,q vsque ad tempora Bart.contraria opi.fuit communis,quem refert,& deridet Ana.in c.ex literis,post nu.6.de furtis,licet idẽ etiam dicat Marian.in eod.ca.1.nu.15. in fin.Et dicit Pract.Papie.in forma inquisitionis, in verbo, Contrectando,nu.3.q illa opi.Bart. non est communis,neque approbata per Moder.de iuris subtilitate,quem refert Pract.Conradi,fol.368.num.22. Quinimo Bal.cons.154. li.1.& cons.471.li.3.dicit,q illa opi.Bar.de facto nũquam vel raro obseruatur, & contra illam se in facti contingentia iudicasse attestatur Cæpolla.in l.Marcellus.num.23.ff.de verb. signifi.Illam etiam esse cõmuniter reprobatã attestatur Hippol.Rim.inter consilia criminalia diuersorum cons.105.n.11.li.1.& ita teneas. Certè in hoc Ducatu non seruatur opi. Bar.vt.ſ fur repertus cũ re per eum furata in alieno territorio,puniatur criminaliter.Et ita cõtra illam opi.Bar.vidi in senatu sæpissime iudicari,& in specie 20.Nouembr.1558.in quodã fure Cremense.Solet tamen quãdoque senatus tales fures eiicere à Ducatu sub aliqua pœna, prout seruatũ fuit cũ quodã peregrino, 10.Martij 1551 P.N.Et secundum hãc opi.malè potuisset defendi cons.Barb.33.in primo dubio, libro 4.in quo consuluit,q fur,qui cũ re furata aufugit ad ecclesiam,dicitur ibi ex noua contrectatione nouum furtum committere & ideo potest ab ea impunè extrahi,quod non credo verum per prædicta.

17 An autem furta commissa in alienis territoriis cõputentur,& faciant numerum ad effectum,vt quis possit pro pluribus furtis suspendi,dixi suprà hoc eo.lib.§.Furtum,vers.Sed pone.

18 Vidi etiam quandoque dubitari,an si laicus cõmittat aliquod delictum in ecclesia, eius criminis cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticũ,an ad secularem,& reperio quod Cyn.in l.præsenti,vers.Se cũdò quæro,C.de his qui ad eccle.cõf.tenuit,quòd eius cognitio,& punitio spectet ad ecclesiasticum. Cõtrariam autẽ opinio quòd ſ.cognosci, & puniri debeat per iudicẽ secularem,tenuit Bar.in l.si cui, §.cum sacrilegium,nu.3.ff.de accusat.Et hanc dicit esse magis communem opi.Roland.cons.24.n. 5.& 6.lib.2.& ita reperio in facti contingentia eleganter consuluisse Bertrand. cons.9. & 10. libro 7. licet enim locus ecclesiæ sit sacer,non tamen propter hoc desinit esse de territorio principis secularis. Et ita indistinctè apud nos obseruatur. Faciunt,quæ dixi suprà quæstio.proxima, versic.Vlterius quæro.

19 Est autem tantæ potentiæ locus delicti cõmissi, vt de iure communi teneãtur alij iudices, puta originis,vel domicilij,ipsum delinquentem remittere ad iudicẽ loci delicti, si fuerint ab eo requisiti,& hoc ad effectum,vt ibi contra eũ procedatur,& puniatur.Et hæc est communis opi.vt dicit Cæpolla cons.crim.59.vers.Primum est an de iure. Curt.Iunior in l.hæres absens,§.1.nu.5.ff.de iudiciis,Sapia d.l.hæres absens,numero decimo.Et quòd iudex domicilij, si nondum cœpit cognoscere, omnino teneatur remittere, si remissio peratur, dicit esse communem Marian.in dicto c. postulasti,post numerum 14.versi.Si verò iudex, de foro competen. Hanc etiam dicit esse communem opinionem in atrocibus delictis Pract.Conradi,fol.249. numero 12.Si verò petita non fuerit remissio, non tenetur iudex remittere.Et hæc est communis opinio, vt attestatur Didac.pract.quæstio. 11.numero 6.Et quod vbicunque delictum remaneret impunitum si remissio non fieret,debeat de necessitate remissio fieri,dicit esse communem opi.Anan.in cap.ex his,post nume.9.versi.Et primò arguit.de furtis.Et licet aliqui voluerint,quòd iudex de remissione requisitus, debeat prius ipse cognoscere, an ille sit culpabilis de delicto,pro quo imputatur, & dicat Cæpol.in d.cons.54.versiculo,Et in hoc bene consideret.ita fuisse aliquando iudicatum, tamen illã opi.praxis non admisit.vt attestatur Didacus in d. q.11.num.8.& contrarium tenent Doctores communiter,vt dicit Imola in l.interdum, §. Idem autem,vers.Nota argumentum,ff,de pub.& ita semper vidi in practica obseruari.

20 Sed certè quidquid sit de iure,hodie de consuetudine communiter non fit remissio vt attestatur Cyn.in auth.apud eloquentissimum in 3.not.C.de fide inſt.Bar.in l.sepulchri, n.3.ff.de sep. vio. quem refert Abb.cons.24.num.1.lib.1.& Gramm. consil. 28.in fin.& Publ.super consuet.Aluern. fo. 18.art.1. nume.3.Gand.de malefi.in Rubr. de citat. faciend. nu.8.Bald.cons.393.lib.1.& cons.229.in fin. lib.2.& cons.238.lib.4.& in l.1.nu.2.in fi.C.vbi de crim.agi opor.quem refert Affli.super secunda parte cõst. Regni, Rub.3.numer. 68. Vital.de malef.in Rub. quid sit accusatio,numero 53.Iac.de Beluis.in §.si quis verò comprehensorum,in auth.vt nulli iudicum,quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo, Et ibi caput,nu.27.Abbas cons.24.nu.1.& seq.lib. 1.Ias.in l.à diuo Pio.§.1.nu.2.ff.de re iud. quem refert Pract.Conradi,fol.249.in octaua limita.Rimi. consil.7.nu.7.Mars.in pract.crim.§. opportunè.nu. 35.&cons.32.nu.9.& cons.99.nu.21.quem refert Roland.cons.60,nu.22.li.2.Idem Marsil.in repet.l.vnicæ,nu.143.in fi.C.de raptu virg. Gramm.decis.26. nu.3.Berous in ca.de his,num.29.de accus.Et dicit Ang.in l.solet.n.3.ff.de custod.reo.quòd hodie non vtimur istis remissionibus,quia vnaquęque ciuitas sibi ipsi præses est,nec subsunt ciuitates eidem dominio,merito vnus præses alteri obedire non tenetur

netur. Et ideò in Italia in qualibet ciuitate habente iurisdictionem separatã,quilibet delinquens est securus.Et ita seruari de consuetudine attestatur Fulgo.cons.149.nu.2.Soc.Iun.cons.76.nu.7.li.3.Ita etiam obseruare praxim Gallię,vt scilicet nõ fiat huiusmodi remissio,attestatur Igneus in l.fideicõmissum,nu.232.ff.ad Syllei. Dicit etiam pract.Millei,fol.37.nu.64.& 69.& fol.63.nu.2.q de consuetudine Regni Franciæ non sit remissio ad iudicẽ loci delicti,sed ad iudicem ordinarium delinquentis,respectu originis,vel domicilij,prout etiam attestatur Pontan.super consuet.Blesen.fol.168.col.1. circa med.

21 Hoc tamen,q non fiat remissio,intelligendum est,vt procedat inter illos iudices,qui non sunt subditi eiusdẽ principis. & hæc est cõmunis sententia vtriusque censuræ, vt dicit Probus in Apostil. ad Ioannem monac.in cap.inquisitores, sub nu. 8.de hæret.in sexto,Dicit etiam Chassan. super consue. Burgund.fol.365.nu.14.q hæc est communis sententia omnium,tam iuris ciuilis, quàm canonici,quã quotidie videmus obseruari.Et ait Dida. pract.q. 11.nu.10. q hæc sententia communi totius orbis Christiani vsu,& praxi recepta est. Et ita etiam hodie seruari attestatur Bald.in l.executorem, nu.30. in fi.C.de execut.rei iudi.& in l.requirẽdi. post nu. 2.C.de ser.fugi.quẽ refert Marcus decis.400.nume. 9.Paulus de Castro consil.309. libr.2.Iacob.de Beluis.Iunior in repetit.§.contrahentes, numer.71.& 111.& aliis seq.vbi etiam attestatur , quòd hæc est communis opin.Doctorum vtriusq; iuris,Anan.in ca.1.post nume.8.de raptor.Martin.Laud. consi.61. nu.2.inter consilia criminalia diuersorum,lib.1.Berous decis.29.nu.5. Aufre.super decis. Tholos.319. Et dicit Ang.in auth.Si verò.C.de adul,quòd hodie ista remissio nõ fit nisi in locis subditis vni præsidi.Idẽ dicit Cæpol.in d.cons.59.vers. Et prædicta procedunt.Paris.Put.de synd.fol.190.ca.4. post nu. 1.Et ideo secũdũ Ang.in d.l.solet,post n.3. si plures ciuitates subessent vni dominio, tũc deberet fieri remissio de vno præside ad aliũ, subdens,quòd ita vidit practicari,& obseruari pluries,& bene.Cæterũ inter diuersa dominia de generali cõsuetudine non solet fieri remissio .Benè verũ est,q de facto quãdoq; vidi (nõ obstante tali cõsuetudine) fieri remissiones delinquentiũ captorũ in hoc Ducatu principibus finitimis in delictis atrocibus, & ecõuersò.quod tamen ego nunquã laudaui, quia credo q ſtãte cõsuetudine ipsi debeant esse securi,tamẽ ad punitionẽ malefactorũ Deus aliquãdo ita fieri permittit.Caueãt ergo huiusmodi delinquentes,& ne hoc eis cõtingat,,pcurẽt habere à principe,sub quo morantur, fidantiã seu saluũ cõductũ, quo habito tutè poterũt ibi permanere. Sunt etiã quædã prouinciæ quæ aliquando inierãt capitula cũ Ducibus Mediolani de tradẽdis inuicem delinquẽtibus,sed talia capitula nõ solent obseruari nisi ad libitũ,& cum semel fuisset dictum in Senatu de reuocandis hniusmodi capitulis cum dominio Venetorum fuit allegatum, id quod dicit in hoc proposito Chassan.super consuet.Burgund.fol.365 post nu.14.quem omnino vide.

22 Sed quid si iudex,à quo petitur remissio, nõ habeat iurisdictionẽ procedẽdi pro illo delicto,& cõsequenter nec ipsum reũ capiendi, nũquid habere poterit locũ hoc casu remissio?Resp. Cald. tenuit, q sic,dicens,quòd attendi debet solummodo iurisdictio iudicis,id petentis,non autem eius, à quo petitur remissio,Contrariam tamen sententiam, quòd ſ.non habeat locũ remissio,nisi iudex,à quo petitur,habeat iurisdictionem capiẽdi ipsum reũ, & procedendi pro illo delicto, dicit esse communem Bos.in tit.de foro compe.nu.25.& seq.Ego sem per vidi de facto cõtrarium seruari,nam siue remissio petatur à iudice,qui sit sub eodem principe,seu præside prouincię,siue petatur ab eo , qui sit sub alio principe,nõ attẽditur an possit ab eo capi de iure,vel ne,sed solũ an ille,qui petit,habeat iurisdictionẽ procedẽdi cõtra eũ. Et hoc casu si remissio petitur à iudice,qui sit in hoc dominio , potest iudex requisitus à se ipso talem remissionem facere; si verò petitur à iudice,qui sit extra dominium,nõ fit remissio,nisi principe ita iubẽte,nam in hoc Ducatu prætores,neq; iudices inferiores, neque etiã senatus facit huiusmodi remissiones iudicibus extra dominium existentibus,sed solus Princeps,seu Locum tenens generalis.

23 Scias tamẽ,q vbi agitur de leuibus delictis , non debet fieri remissio,& ita communiter tenetur,vt dicit Abb.in d.c.fi.nu.15. quem refert Duennas in d.reg.278.in 3.limitatione,& Dida.pract.q.11.post nu.7.vers.Octauò remissioni.

24 Item scias, quòd quando agitur ciuiliter pro crimine,non habet locũ remissio,neq; etiam de iure, & hoc,siue crimen sit leue,siue etiã grauissimũ.Et dicit Abb.in d.c.fi.nu.15.de foro compe. quòd ita communiter tenetur.Et ita fuit in facti contingentia iudicatum per curiam Tholosanam , vt refert Aufrer.decis.319.Quidam de Narbona.Nam quãdo agitur ciuiliter pro crimine,non potest procedi ad reũ puniendum,vt dixi suprà,q.19. meritò nõ habet locum remissio.

25 Scias etiam,quòd curia Romana nunquã in aliquo casu remittit delinquẽtes ad aliam ciuitatẽ, seu prouinciam.Et hæc semper fuit ibi cõsuetudo, vt attestatur Oldra.cons.124.in fin.vbi dicit,q iste casus iam sæpe,& sæpius acciderat.& ratio est. quia Roma est communis patria,&c.

26 Hæc autẽ omnia,quæ de remissione dicta sunt, intelligi debent vt procedant,quãdo agitur de eodem delicto:sed si agatur de pluribus delictis per eundem reũ commissis,super quibus duo iudices procedant,vtique finito processu per vnum,fit remissio rei ad alium,vt & ipse suum processum finire possit.Et ita quotidie seruatur,vt dicit Bos.in tit.de foro comp.nu.58.quod verum est, quando ambo iudices sunt sub eodem præside prouinciæ: sed si sunt sub diuersis dominiis,non solet fieri remissio,vt suprà dictum est.

27 Item intelligenda sunt,vt procedant in ea remissione,quæ inter ipsos iudices laicos fieri petitur. Cæterùm si iudex ecclesiasticus petat ad se remitti clericum delinquentem,tenetur & debet iudex laicus illum remittere.& ita sentiũt omnes , vt dicit Ioan.Campeg.inter cons.Alexand.de Neuo, cons. 56.nu.3.Et ita in facti contingentia consuluit Iason cons.121.in primo dubio,lib.1.Quod tamen intellige secundum ea,quæ dixi suprà,quæst.36.

28 Frequenter etiam dubitari contingit inter duos iudices loci delicti,qui pro eodem crimine procedunt,quis eorum sit præferendus?Et hoc sæpe contingit Mediolani,vbi est Capitaneꝰ iustitiæ,& Prætor,& duo eius iudices , qui omnes habẽt iurisdictionem in criminalibus.Nos autem super hoc habemus decretũ in nouis constitutionibus , in ti.de accusa.§.si in eadẽ,per quod declaratur,quòd ille censeatur

censeatur præueniſſe,qui prius inquiſitionem trãſmiſit,niſi eodem die,quo fuerit per vnũ iudicem tranſmiſſa inquiſitio,alter reum capi fecerit, nam eo caſu præferẽdus eſt iudex capturæ,vultque decretum in omnem caſum præferri iudicem,qui de grauiori delicto inquirit.Et ita in facti contingentia declarauit Senatus, 8.Iunij 1558. quòd ille,qui prẽuenit per capturam,& procedit de grauiori delicto præferatur.Quib.autem modis de iure communi dicatur præuenta iuriſdictio,dixi infrà lib.7. §.iuriſdictio.

QVÆSTIO XXXIX.

1 *Delinquens an poſsit puniri in loco originis?*
2 *Et quid ſi ibi non inueniatur?*
3 *Et an quis ſortiatur forum in delictis ratione domicilij?*
4 *Et an iudex originis,vel domicilij,poſſit ex officio inquirere,& ſi per inquiſitionem procedere contra ſubditum, qui extra territorium ſuum deliquit?*
5 *Et an his caſibus debeat reus,ſecundum ius commune,an verò ſecundum ſtatutum loci originis ,domicilij, vel delicti?*
6 *Et an poſsit delinquens puniri in loco in quo aſsiduè conuerſatur?*
7 *Et an vagabundus poſsit vbique puniri?*
8 *Et quis dicatur vagabundus?*
9 *Et an banniti dicantur vagabundi?*
10 *Et an delicta commiſſa extra territorium noceant ad aggrauandum?*

1 DIximus delinquentem poſſe puniri in loco commiſsi delicti,Quæro nũc, an poſsit puniri in loco originis?Reſpond.ꝙ ſic,& licet aliqui teneant,ꝙ hæc concluſio procedat tantũmodo vbi
2 delinquens inueniatur in ipſo loco originis,† aliàs verò non poſsit ibi puniri pro delictis commiſsis extra illud territorium,& hanc dicat eſſe communẽ opi.Boſſ.in tit.de foro cõpet.nu.73. hoc tamen verum non eſt in delictis,ſed tantum in cauſis ciuilibus.Et ita loquitur Alex. in Apoſtil.ad Bar.in l.aſſumptio.§.filius,ſub nu.2.ff.ad municip. & in l. cum quædam puella,nu.5.ff.de iuriſd.omnium iudicum,quem refert Boſſ.in titu.de citatio. nu. 30. & ita videmus quotidie obſeruari. Faciunt ea quæ dixi infrà,verſ.Sortitur etiam.

3 Sortitur etiam quis forum in delictis ratione domicilij,poſſunt enim delinquentes puniri à iudice loci,in quo reperiuntur habere domicilĩ tempore commiſsi delicti,quæ opi. cõmuniter approbatur,vt dicit Sal.in l.1.nume.3.C.vbi de cri.agi opor. quẽ refert Gram.conſ.27.nu.6.in fi.Et dicit Aſſlict. ſuper tertia parte conſtitutionum Regni, Rub.55. nu.18.ꝙ iſta eſt cõmunis concluſio omnium Doctorum nemine diſcrepante,& hoc non ſolum ſi delinquens reperiatur in loco domicilij,ſed etiam ſi ſit abſens,adhuc enim poterit iudex loci domicilij illum citare,& ſi ſit contumax,condemnare.Et hanc opi.dicit eſſe communem Abb.in c. fi. nu.41. de foro compe.nam vbicunq; ſit,remanet ſemper ſubiectus ipſi iudici, ſub quo domicilium contraxit,meritò poteſt ab eo citari,& condemnari.Faciunt ea quæ dixi ſuprà,in princ.quæſtionis.

4 Sed quæro,nũquid iudex originis aut domicilij
a poſsit inquirere,& procedere contra a ſubditũ delinquentẽ extra territorium?Reſp.Si præcedat accuſatio ſeu querela partis offenſæ , nullus dubitat quin poſsit procedere & punire.Pũctus eſt, quãdo pars nõ querelat,an poſsit ipſe ex officio inquirere,& contra delinquentem procedere. Et in hoc magna eſt cõtrouerſia inter Doctores,nã aliqui tenuerunt,ꝙ non poſsit inquirere, nec procedere, etiam ſi extaret ſtatutum in loco ipſo originis vel domicilij,diſponẽs ꝙ de omni maleficio poſſet iudex inquirere.Et hæc fuit opi.Odofr. quam dicit tenere communiter Doctores Alber.in 3.parte ſtatutorum,q.36,nu.6.Hanc etiam dicit eſſe cõmunẽ opi.Alex.conſ.111.lib.1.prout illũ referr Pariſ. cõſ. 159.nu.6.lib.4.licet reuera Alex.id non atteſtetur, loquitur enim Alexander,an poſsit imponi pœna ſtatuti loci originis,ſubdito delinquenti extra territoriũ ab ipſo iudice loci originis,de qua quæſtione ego dixi infrà,quæſt.85.verſ.Tertius eſt caſus.Et ideo aduerte ne æquiuoces,quia multum intereſt quærere,an iudex originis poſsit inquirere,an autem inquirendo,ſeu procedendo poſsit imponere pœnam ſtatuti.Hanc tamen opi. ꝙ iudex loci originis,vel domicilij non poſsit inquirere contra ſubditum delinquentem extra territoriũ, dicit videri magis communem Marſil,in pract.crim.§.conſtante,nu.90.quem refert Gramma.deciſ.26.n. 9.& nu. 11.& Apoſtil.ad Riminal.conſ.32.ſub nu. 20.& cõſ. 484.ſub num.1.licet corruptè alleget , & Viuius in lib.communium opin. in verbo , Iudex domicilij. Sed hic etiam aduerte,nam Marſil.ibi dicit ſe credere,quòd ſi cœptum ſit procedi per iudicem loci delicti,non poteſt iudex loci originis inquirere, ne de eodem delicto eiuſdem hominis ſæpius quæratur.Et ideo hæc opi.Marſ.nihil facit ad quæſtionem noſtram,ſed magis pertinet ad illum articulum,an ſi per vnum iudicem cœptum ſit procedi, poſsit alius iudex pro eodem crimine procedere, de quo dixi ſupra,q.16.verſ. An autem.& verſicu. Vnum tamen.vel ad aliũ articulũ,an ſcilicet quando iudex delicti contra aliquẽ procedit,poſsit reus ab aliis etiam iudicibus,ſcilicet originis, aut domicilij inquiri,& condemnari,an autem ſit remittendus ad iudicem loci delicti,de quo dixi ſup.q.proxi.verſ.Eſt autem.Nos autẽ loquimur ſimpliciter, an iudex domicilij,vel originis poſsit pro delicto extra territorium commiſſo inquirere,præſuppoſito,ꝙ nõ appareat,ꝙ in aliquo alio loco pro eodẽ crimine procedatur.Hanc eandem opinio. Marſilij videtur ſenſiſſe Alciat.in c.1.nu.131. de off. ord. vbi dicit,ꝙ ſi delinquens nõ puniatur in loco delicti,poterit puniri per iudicem loci originis,ſecundũ ſtatuta loci,in quo deliquit,& ſubdit, ꝙ iſta eſt communis ſententia.Et illum in hoc propoſito refert Dida.in pract.cri.canõ.c.9.Ex quo expreſsè in nuere videtur,ꝙ ſi procederetur in loco delicti,nõ poſſet iudex originis,vel domicilij pro eo crimine inquirere,nec condẽnare.Cæterum Bologni. conſ. 8.col.2.verſ.Capio igitur,ſimpliciter loquẽdo dicit, quòd ſecũdũ magis cõmunes Doctorũ ſentẽtias, etiam ſi ſubditus ratione originis delinquat in alieno territorio , non poteſt iudex originis inquirere,nec procedere contra talem delinquentem, & illum

ADDITIO.

a Extra territorium. Quòd iudex domicilij ſeu originis non poſſit cognoſcere nec inquirere de delicto per ſubditũ commiſſo extra territorium,not.Iacob.de Beluiſ.in l.fi. ff. de iuriſdict. om.iudic.& ibi Guliel.de Cun.Io.And.in addit. Specul.in tit.de compet.iudic.adit.§.1.in addit. antequam extraneus.Salic.in l.ſeruos.C.ad leg. Iul.de vi.

illum refert Pariſ.in d.conſ.159.n 7.Idẽ atteſtatur Io.de Amicis,cõſ.60.n.10.Rolan.conſ.19. nu. 20.li. 2.Dicit etiã Bal.in l.fi.nu,17.C.ſi à non compe.iudic.fue.iud. quòd conſuetudo quaſi generalis eſt, quòd nõ poſsit inquiri de maleficio,quod quis cõmittit extra territoriũ.Et illũ refert Rimi. in d.cõſ. 32.nu.20.& conſ.471.nu.10.& in d.conſ.484.n.1.Nõ enim videtur (ſecundum eos) offenſa reſp.in cuius territorio delictum non eſt commiſſum,merito non debet poſſe procedi per inquiſitionẽ,quę principaliter tendere videtur ad publicam vindictam. Contrariam autem ſentẽtiam,ꝙ ſcilicet iudex originis poſsit contraſubditum ſuum,qui extra territorium deliquit,ex officio inquirere,& procedere, dicit eſſe cõmunem Bologni.ſibi contrarius conſ. 57.ver.Sed plus dicunt,Aug.ad Angel. de malef.in verbo,Hæc eſt quædam inquiſitio,poſt n.83. quem refert Alciat.in c.1.nu.67.de offic.ordi.relatus per Villalob.in ſua collecta commun.opi. in litera D. nu.57.& Pract.Conradi,fol.251.nu.19. & ſeq. Didacus Pract.q.11.poſt nu.6.verſ.Sexto in hoc.Prac.Caſoni,fol.114.nu.20.Idem atteſtatur Chaſſan. ſuper conſuet.Burgun.fol.40.nu.11.Boſſ.in tit.de foro cõpet.nu.182,vbi etiam ſubdit,ꝙ hanc opin. vſus approbauit.Syluan.conſ,103.Marcus deciſ.989.Quę ritur ſuper caſu,nu.6.vbi dicit,quòd ita tenent cõmuniter omnes.Bombi.conſil.8.nu.11. Dicit etiam Cagnol.in l.fi.nume.153.ff.de iuriſdict.omnium iud. ꝙ hæc opi.de conſuetudine obſeruatur,ſubdens,ꝙ qui vidit,teſtimonium perhibet.Prout etiam de facto ſeruatum fuiſſe dicit Ange.in repetit.l.ſi vacantia.C.de bon.vacanti. quem refert Anan.in c.qualiter &quando,§.ad corrigendos,nu.30.in fi.de accuſa.Certè negari non poteſt,quin magnæ,& multæ ſint auctoritates hinc inde,nihilominus cùm hanc opin.affirmatiuam generalis conſuetudo videatur approbaſſe,ab ea nõ recedas in practica, præſertim in hoc Ducatu,in quo ſine controuerſia ita ſemper fuit iudicatũ,& ſeruatum. Licet enim ex delicto patrato in alieno territorio nõ videatur principaliter offenſus locus originis , vel domicilij,negari tamen non poteſt,quin publicè intereſſe,vt hi,qui origine , vel habitatione ſunt ſubditi, rectè viuãt,& vbicũq; delinquãt,ab ipſo etiã præſide ſuo puniantur,argu.l.congruit,cum ibi no.ff.de offi.præſi.Et certè ſi ſecus fieret,magna daretur occaſio delinquẽdi.Quilibet.n.ſceleſtus ad delinquẽdum in alienas prouincias properaret,ſi ſciret ſe in loco,vbi habitat,puniri nõ poſſe.Benè verũ eſt, ꝙ ſi in aliqua prouincia contraria opi.obſeruaretur,crederem illã eſſe ſequẽdã,nã in omnibus cauſis,præſertim verò in criminalib.nunquam eſt à cõmuni practica , & vſu recedendum. Statim igitur commiſſo delicto omnes tres iudices,ſcilicet delicti,originis,& domicilij poſſunt contra delinquẽtẽ procedere,ſiue ad inſtantiam partis, ſiue etiã ex officio,vt ſup.dictũ eſt,ſeruatis tamen ſeruãdis,& habitis legitimis indiciis,neq; vnus proceſſus aliũ impedit.Et ſi ipſi iudices procedentes ſint ſub diuerſis præſidibus prouinciæ,non eſt locus præuentioni,neq; remiſsioni:ſed ſi ſunt ſub eodem præſide,ſolet ſemper reus remitti ad iudicẽ loci delicti, niſi aliud ex cauſa ipſi præſidi videatur, debentq; ipſi omnes iudices alterũ adiuuare,& indicia,quę habent,ad alium tranſmittere,vt melius iuſtitiæ locus eſſe poſsit. Si tamẽ reus ſit in aliquo loco carceratus,ſolẽt alij iudices ſuſpedere dũmodo id per colluſionẽ factũ nõ fuerit,& ſi in eo loco , in quo detẽtus eſt,fuerit punitus,vel abſolutus, facta fide de huiuſmodi punitiõe,vel abſolutione, nõ poteſt amplius per alios iudices moleſtari.Quę omnia intellige,ſemper fraude ceſſante,iuxta ea quæ dixi in aliis locis huius §.de quib. ſuprà mentionẽ feci.

5 Sed nũquid poterit iudex originis,vel domicilij punire huiuſmodi delinquentes ſecundum ius cõmune,vel iuxta ſtatuta loci delicti, an originis,an verò ipſius loci domicilij?Dixi infrà q.85.verſ.Tertius eſt caſus.

6 Quæro,nunquid poſsit delinquẽs puniri in loco, in quo aſsiduè conuerſatur? Reſp. quòd (ſecundũ aliquos) vbi talis conuerſatio continuauerit per decẽ annos, poteſt in eo loco puniri.Et ita Boſſ.in tit.de foro comp.nu. 72.quòd ita communiter tenetur.Ego nunquam vidi apud nos aliquem non ſubditum puniri propter delicta extra ducatum commiſſa,etiam ſi conuerſatus eſſet per decenniũ in ducatu.Fortè ſi vltra aſsiduam conuerſationem concurreret,ꝙ haberet familiam,& maiorem partem fortunarum,poſſet puniri: nam eo caſu videretur in eo loco conſtituiſſe domicilium , in quo quidem nullus diſcrepat,vt dicit Bertrand. conſil. 103.poſt nu.23.lib.2.ſecunda parte.

7 Cæterum ſi reus ſit vagabundus , poterit de delicto cõmiſso puniri in quolibet loco,in quo inueniatur.nã,vt dicit gl.hoc tenẽs in l.1.in gl. fi. C.vbi de crim.agi oportet,vbi te inuenero,ibi te iudicabo,quã Doctores frequẽtiſsimo cõſenſu ſequũtur, vt ait Didac.pract.q.11.n.7.& per illã gl.ait Bar.in l. hæres abſens.§.proinde.ff. de iud.ꝙ multi ribaldi ſuſpenſi ſunt,& quotidie ſuſpenduntur. Et in hac quidem concluſione,quòd vagabundus poſsit vbique puniri,omnes concordant, vt dicit Alber.in d.§.proinde,poſt n.2.Hanc etiam opi.dicit eſſe cõmunem Bellamera conſ.11.col.1.quem refert Probus in Apoſt.ad Io.Monach.in c. inquiſitiones,nu. 5.de hæret.in 6.Et ita ſenatus iuſsit quẽdã Brixienſem,qui dicebatur eſſe vagabundus,pro furto extra ducatũ commiſſo fuſtigari,7.Octob. 1557. P.N.

8 Sed hic quæro , quis dicatur vagabũdus? Reſp.ꝙ vagabundus dicitur ille,qui per mundum vagatur, ita dicit Bart.in l.4.§.prætor ait,nu.24. ff.de damno infect.& eſt communis opi.vt dicit Maria.in c.fi. nu.57.de for.cõp.quem refert Boſ.in ti.de foro cõpe.n.60.Supple,neque habet alicubi certum domicilium,in quo habitet,& dixi in quo habitet,nam in hoc propoſito non conſideratur,an habeat certum domicilium originis,vel ne,quia (eo non attento) dummodo non habeat certum domiciliũ habitationis,poteſt vbicunque conueniri,& puniri.Et ita communiter tenetur, vt dicit Imola in c. dilectus,nu.10.de reſcrip.& in c.fi.nu.15. de eo qui mitti.in poſſ.rei ſeruandæ cauſa.Et licet aliqui dixerint,quò ad hoc,vt quis dicatur vagabũdus , requiritur quòd nõ habeat neq; etiã domiciliũ originis,tamen illa opinio communiter reprobatur, vt atteſtaturMaria.in loco præalle.ea enim retenta ſequeretur,quòd neceſſe eſſet ciuitatẽ,in qua ille natus eſſet,funditus eſſe euerſam,& deſtructam, quod eſſet ridiculum.

9 Fui interrogatus quãdoque nunquid banniti dicãtur vagabũdi?Reſp.quòd nõ,& allegaui Alber. in 4.parte ſtatutorum,q.80.Item quæro , dicentẽ, quòd ita tenent communiter Doct. quem etiam refert,& ſequitur Cæpoll. conſ. crim.59. verſ. Sed dubium eſt. Quod tamẽ intelligendũ,eſt vt procedat,quando bannitus habet in aliquo loquo certam

tam habitationem seu domicilium, aliàs enim si sine certa habitatione per mundum vagaretur, vtique habendus esset pro vagabundo, prout & alij ita vagãtes, ne propter bannum efficeretur in hoc melioris conditionis, quàm cæteri non banniti.

10 Pro complemento huius materiæ volo vt scias, quòd ex maleficiis, de quib. propter diuersitatem loci, vel incompetentiam iudicis, cognosci non potest, possunt iudices aliqua maleficia, de quib. cognoscere possunt, aggrauare, & in maiori pœna punire. Et ita cõmuniter dicitur, vt attestatur Nel. de bannitis, in 2. parte primi temporis. q. 6. subdens, q ita communiter seruatur per assessores, licet secundum eum malefaciant, & in animarum suarum perniciem. Vide quæ dixi suprà hoc eo. lib. §. Furtum. vers. Sed pone, & infrà q. 51. vers. Vnum tamen.

QVÆSTIO XLI.

1 *Vicarius prætoris an possit cognoscere de causis criminalibus?*
2 *Et an possit imponere vltimum supplicium, aut mutilationem membri?*
3 *Vicarius episcopi an possit de causis criminalibus cognoscere?*

1 DIctum est qui sint iudices competentes in causis criminalibus, nunc de eorum Vicariis videamus. Et in primis quæro, nunquid Vicarius prętoris possit cognoscere de causis criminalibus? Respon. q sic, potest enim de omnibus iis cognoscere & ea omnia facere, de quibus poterat cognoscere, & quæ poterat facere ille, in cuius locũ est cõstitutus, quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi suprà, lib. 2. §. Vicarius.

2 Sed nunquid poterit talis Vicarius imponere reo vltimum supplicium, vel mutilationem mẽbri? Resp.
a quòd non, ita tenuit glos. a in l. 2. in gl. fin. loquendo per verbum, Forte, C. de offic. eius qui vices alter. gerit, quam dicit cõmuniter approbari Alber. in l. placet, post nu. 8. C. de peda. iud. Hanc etiam opin. dicit esse cõem August. ad Ang. de malef. in verbo, Hæc est quædã sentẽtia, circa fi. Tu verò dic, q aut loquimur in Vicario prætoris, qui cõmuniter esse solet in omnib. ciuitatibus, & deputatur quandoq; à principe, quãdoq; etiã ab ipsomet prætore: & de hoc iudicatur tanquã de iudice ordinario, & eius iurisdictio regulariter secundũ statuta, & cõsuetudinẽ ciuitatis, in qua est Vicarius, nam in multis ciuitatib. tales vicarij non habẽt iurisdictionẽ criminalẽ, in aliquibus verò habent, sed limitatã, in aliis habẽt absolutã, prout ipsemet prætor. Et ideò in hoc standũ est dispositioni statutorũ, vel cõsuetudini. Aut verò loquimur in vicario, qui sit deputatus locũtenens ipsius prætoris, puta, ex causa absentiæ, & tunc pariter est distinguendũ: nã aut est deputatus ab ipsomet prætore sine auctoritate principis, & nõ potest imponere vltimũ supplicium, quia causæ meri imperij non possunt alteri delegari, vt dixi infrà, q. proxima: Aut est deputatus à principe in locũ prętoris mortui, vel absentis, & potest, quicquid dicat gl. prælleg. Et ita videmus quotidie fieri & obseruari, vt attestatur Boss. in tit. de sententiis, nu 22. Et hanc etiam opi. dicit esse communem Marãta in suo Specul. fol. 33. nu. 20. & seq. Et idẽ etiam dicerem, vbi esset deputatus ab ipsomet prætore cũ auctoritate principis. In hoc tamen Ducatu neque delegati, neque vicarij, neque ordinarij possunt imponere pœnam vltimi supplicij, neque mutilationis membri, nisi facta prius relatione in Senatu, ita ddisponentibus decretis.

3 Itẽ quæro, nunquid Vicarius episcopi possit causas criminales cognoscere? Respon. quòd ex speciali commissione Episcopi, vel capituli potest de criminib. accusatorum cognoscere, & etiam diffinire. Et ita communiter seruatur, vt ait Spec. quem refert Paul. de offic. & pote. capi. sede vacante in 10. q. 2. partis principalis, nu. 35.

ADDITIO.

a Glos. Similem glo. habemus in l. aliquando. ff. de offic. proconsl. & leg. quam ibi sequuntur Alber. & Bald. & in l. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

QVÆSTIO XLI.

1 *Causæ criminales an possint delegari?*
2 *Delegatus an possit causas criminales alteri subdelegare?*
3 *Et quid si sit delegatus à principe?*
4 *Delegatus an possit procedere vsque ad vltimũ supplicium?*
5 *Episcopus an possit delegare laicis causas criminales clericorum?*
6 *Et an laico simul cum clerico?*
7 *Et an clerico coniugato?*
8 *Et quid in summo pontifice?*
9 *Clericus an possit esse delegatus principis laici in causis criminalibus.*

1 HActenus de iudicibus ordinariis dictum est, sequitur nunc vt de iudicibus delegatis in causis criminalibus aliquid subiiciamus. & in primis videndum est, nunquid causę criminales possint delegari. Et quidem in causis, quæ non sunt meri vel mixti imperj, omnes conueniunt, quòd possint delegari, & in hoc nulla est difficultas, in his autem, quę sunt meri vel mixti imperij, est distinguendum. nam aut loquimur in principe, & pariter omnes conueniunt, quòd possit omnes causas criminales, cuiuscunque generis sint, delegare: Aut loquimur in inferiore à principe, & pariter est distinguendum. Nam si quidem est iudex ordinarius, dicendũ est, quòd regulariter non potest tales causas meri, aut mixti imperij alteri delegare, & hanc esse communem opi. attestantur scribentes in l. 1. ff. de offic. eius, & in specie Dec. nu. 28. & Curt. Iu. nu. 21. Et ratio est, quia cum huiusmodi causæ specialiter concessæ sunt maiorib. magistratibus, censetur electa industria personę eorum, meritò delegari non possunt. Et hanc esse communem rationem attestatur Claud. in d. l. j. in prin. num. 2. Hanc autem conclusionem ego plurib. qnæstionib. ampliaui infrà, lib. 7. §. Iurisdictio, quas hoc loco transcribere operæprecium non existimaui, tum quia hæc materia est multum trita in locis ordinariis, tum etiam, quia est parum fructuosa, attento, quòd quidquid sit de iure, hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri, & mixti imperij delegantur, etiam quò ad pœnam vltimi supplicij, vt attestatur Cagnol. in l. nemo potest gladij, in fi. verbis, ff. d reg. iur. & in suo exercitatorio libel. fol. 68. c. 11. Ideò ad ibi diffusè dicta te remitto.

2 Si verò est iudex delegatus, tunc etiam est distinguendum inter delegatum principis, & delegatum ab inferiore, nã si quidem est delegatus ab inferiore, nullo modo põt causas criminales subdelegare. Et licet aliqui dicant, q talis delegatus inferioris à princi-

principe potest post litem contestatam subdelegare, etiam in criminalibus, & hanc opi. dicat esse cõmunem Nunius de los corrigidores, foli. 10. col. 4. prout illũ refert Villalob. in sua collecta commun. opin. in litera D. n. 34. ego tamen credo id verum non esse, sed neque etiam in lib. meo Nunius in loco præall. id dicit neq; aliud loquit' in hoc ppósito.

3 In delegato autem à principe magna fuit aliquãdo controuersia inter Doctor. nam gl. in l. vnica, in verbo, Iudicandus. C. qui pro sua iurisdictione, tenuit, quòd potest causam criminalem sibi commissam alteri delegare. Et illam dicit esse magis communem opi. Pau. de Cast. in d. l. vnica, n. 9. quem refert & sequitur Vantius de nullita. fol. 169. n. 29. Idẽ dicit Iason in d. l. 1. n. 74. Alciat. in c. quod sedem, n. 81. de offic. ord. quem refert Villalob. in d. litera D. nu. 37. & Boer. decis. sexta, nu. 8. & 9. Et dicit Guido Papæ decis. 624. clarum est, num. 1. quòd secundum hãc partem vidit vti, & seruari in illa curia Delph. Contrariam autem sententiam, scilicet, q imò etiam delegatus principis non possit causam criminalem meri, vel mixti imperij alteri subdelegare, tenuit Iac. de Arena, & hanc partem tanquam tutiorem tenuit Alber. in d. l. 1. in prin. n. 21. dicens, quòd illa opin. gl. in d. l. vnica, communiter per Doctor. reprobatur. Et dicit Iaf. ibi, post n. 64. vers. Contrariam, q credit Alberic. verum dixisse, scilicet quod hæc opinio esset magis communis ante aduentum Barto. quidquid sit de iure, in hoc Ducatu seruatur hæc opin. Iacobi de Are. & videretur apud nos res valdè absurda, si delegatus à principe in causa criminali, illam alteri subdelegaret. Nam vt rerum experientia docet, nunquam huiusmodi causæ delegantur à principe, nisi personæ industria specialiter electa. Et ita etiam hanc opin. in Francia seruari attestatur Boer. in d. decis. 6. in fi.

4 Sed nunquid in casibus, in quibus merum imperiũ potest delegari, poterit delegatus procedere vsq; ad vltimũ supplicium? Resp. Aliqui dixerunt simpliciter, q sic, & hanc esse communem opin. attestatur Alci. in d. c. quod sedem, nu. 83. de of. ord. Quam tamẽ ego intelligo, vt procedat, si ex tenore ipsius delegationis colligeretur, aliàs tutius arbitrarer facturum delegatum, si prius, quàm pœnam mortis imponeret, principi referret. Certè quando esset periculum in mora, vt in insigni latrone, vtique posset delegatus pœnam mortis imponere. Et hæc est cõis opi. vt ait Cur. Iun. in d. l. 1. n. 65. ff. de offi. eius.

5 Quæro, nunquid Episcopus possit delegare laico causas criminales clericorum? Resp. quòd non, & est communis opin. vt attestatur Ripa in c. decernimus, nu. 34. de iudic. Et hęc quidem conclusio de plano procedit in laico, qui solus in huiusmodi cau
6 sis delegetur. † Sed quid si velit eas laico simul cũ alio clerico delegare? Resp. quòd pariter nõ potest, & est communis opin. vt attestatur Decius in d. c. decernimus, nu. 5. in fin. quem refert Rolan. cons. 4. num. 4. lib. 1.

7 Sed an poterit Episcopus tales causas delegare clerico coniugato? Respõ. q non, & est communis opi. vt ait Ripa in d. c. decernimus, nu. 64. talis enim clericus reputatur tanquam merus laicus, præterquam in duobus casibus, vt ibi.

8 Sed quid dicendum de summo Pontifice? Respõ. quòd Papa potest etiam mero laico committere causas criminales laicorum. Ita dicit gl. in ca. bene quidem, in verbo, Præter 96. distin. quam totus mũdus sequitur, vt attestatur Berous q. 7. nu. 1. Habet enim Papa in omnibus causis ecclesiasticis absolutam plenitudinem potestatis. Non tamen posset Papa conferre iurisdictionem ordinariam principib. laicis in clericos. Et hæc est communis opin. vt attestatur Menchia. lib. 3. de testa. §. 22. post n. 60. Quod intellige, vt procedat iuxta ea, quæ dixi 5. q. 36. vers. Sed ea retenta.

9 Quæro, quid econuerso, nunquid possit clericus esse delegatus principis laici in causis criminalib. Resp. quòd sic, in vna causa tantum, & est communis opi. vt dicit Ripa in d. c. decernimus, num. 46. & sequen. quem refert Didacus in repetit. clemen, si furiosus. fol. 315. in fine. de homicid. Quæ tamen conclusio multas recipit restrictiones, vt ibi.

QVÆSTIO XLII.

1 *Iurisdictio an possit prorogari in causis criminalibus?*
2 *Et quid si ille, in quem fit prorogatio, aliàs non haberet iurisdictionem in criminalibus?*
3 *Et an quando proceditur per inquisitionem, sit locus prorogationi iurisdictionis?*

1 QVæro, nunquid in causis criminalibus possit iurisdictio prorogari? Resp. q sic, & est communis opi. vt dicunt scribentes in l. 1. ff. de iud. & in specie Pau. de Cast. nu. 2 . & Sapia nu. 39. & Cur. Iu. n 37. & Cagnol. nu. 46. Et quòd etiam in criminalibus possit expressè, & tacitè prorogari iurisdictio dicit esse communem Doctorum sententiam Aret. in c. ad petitionem, nu. 15. de accusation. Quod intelige quo ad præiudicium partis, vel partium, quæ prorogationi ipsi consentiunt, non autem in præiudicium reipublicæ vel iudicum, ad quos pertinet perpetrati criminis cognitio, & punitio, aliàs possent mille fraudes quotidie committi.

2 Est etiam hæc conclusio intelligenda vt procedat dũmodo ille iudex, in quem fit prorogatio, aliàs etiam haberet iurisdictionem in simil ib. causis criminalib. aliàs secus. & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in c. si diligenti, nu. 14. de foro comp. Hãc etiam opi. dicit esse communem Imola in c. P. & G. n. 48. de offi. deleg. vbi enim iudex non haberet in talibus causis iurisdictionem, non esset locus prorogationi eius, quòd non esset, sed potius esset iurisdictionis noua collatio, quæ partium consensu in causis criminalibus tribui non potest. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi j. lib. 7. §. Iuris.

3 Scias autem, quòd vbi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio. Ita tenuit Bal. in l. 1. in fin. C. vbi de cri. agi opor. Et hanc dicit esse communem opin. Socin. consi. 108. num. 21. lib. 4. Petrus Calefatus inter consilia criminalia diuersorum cons. 102. nu. 4. lib. 1. & cons. 93. nu. 25. lib. 2. Cum enim in hoc iudicio instituendo non interueniat aliqua partium, sed tantummodo iudex & diffamatio, quæ loco accusatoris fungitur, certè absurdum esset dicere, q ipse iudex posset à seipso iurisdictionem suam prorogare, nec minus absurdum videretur, quòd fama quę est res inanimata, possit in iudicem non competentem consentire, illique iurisdictionem tribuere. Quidquid tamen sit de iure, cũ hodie iudex inquirens sit quodammodo loco accusatoris, credo, q si reus cõsentiret in ipsum, vix posset euadere, ne censeretur facta prorogatio in ipsius quidem rei præiudicium, non autem in præiudicium iudicis competentis, vel alterius accusare volentis.

Universidad de Deusto Biblioteca

QVÆSTIO XLIII.

1 *Iudex an possit in causis criminalibus vt suspectus recusari?*
2 *Et quibus ex causis?*
3 *Et an contra iudicem opponi possit exceptio, quòd sit criminosus?*
4 *Et an iudex possit cognoscere super exceptionib. quæ contra eius personam opponuntur?*

1 QVæro, nunquid in causis criminalibus iudex possit tanquam suspectus recusari? Respond. q̃ sic, ita tenet gl. in c. qualiter, & quando, in glo magna, in vers. Item si ille, de accus. quam dicit esse cõmuniter approbatã Card. Alex. in c. de accusatione col. 41. vers. Venio ad septimum, 2. q. 8. Item etiam tenere communiter Doctores attestatur Marian. in d. c. qualiter, & quando, nu. 78. Si enim in causis ciuilib. in quibus solũmodo agitur de re pecuniaria, admittitur recusatio iudicis suspecti, vt dixi ff. lib. proximo, multò magis admittenda est in criminalibus, vbi agitur de vita.

2 Ex quibus autem causis possit iudex tanquam suspectus recusari, & reliqua, quæ ad ipsius recusationis materiam pertinẽt, dixi in loco præallegato.

3 Item quæro, nunquid contra iudicem opponi possit, quòd sit criminosus? Resp. glo. in d. c. qualiter, & quando, in glos. 1. tenuit, quòd sic, sed certè illa gl. communiter non tenetur, neque in ordinario, neque in delegato, vt dicit Card. Alex. in d. c. de accusatione. col. 42. vers. Item excipitur. Et q̃ iudex non repellatur exceptione criminis, dicit esse communem opi. Marian. in d. c. qualiter, & quando post n. 72. Et si hæc exceptio admittitur, pauci possent iudicare, cum nemo sine crimine viuat. Vide quæ dixi ff. q. 14. vers. Dixi quoque & seq.

4 Vnum tamen scias in hoc proposito, quòd licet alias regulariter iudex possit cognoscere super exceptionibus, quæ contra eius iurisdictionem proponuntur, si tamẽ opponatur aliqua exceptio, suggillãs eius personã, puta, q̃ est infamis, vel excommunicatus, vel huiusmodi, non potest ipse super tali exceptione cognoscere. Et hæc est cõmunis opi. vt dicunt scribentes in l. quidam consulebant, ff. de re iudic. & in specie Imola n. 15. Alex. n. 15. nam quo ad hunc articulũ diceretur esse iudex in causa propria, & patet ad sensum quòd nullus iudex esset qui se pronunciaret infamem, vel excommunicatum. Et ideò super tali exceptione superior debet ipse cognoscere, vel alium iudicem dare.

QVÆSTIO XLIIII.

1 *Quibus modis contra absentes contumaces procedatur?*
2 *Absens de iure communi non potest diffinitiuè condemnari. sed fit annotatio bonorum.*
3 *Et quid de consuetudine?*
4 *Et an possit etiam ad mortem condemnari?*
5 *Et an si reus intra annum compareat, & satisfaciat de parendo iuri, recuperet statim bona annotata?*
6 *Et an eo casu teneatur ipse probare innocentiam suam?*
7 *Et an quando reus est contumax, debeat eius contumacia accusari?*
8 *Et an requiratur declaratio iudicis super ipsa cõtumacia?*
9 *Et an sit citandus reus ad allegandum?*
10 *Et an vltra contumaciam requiratur etiam quòd sit per probationes conuictus?*
11 *Et an contra huiusmodi fictam confessionem inducta à statuto admittatur probatio innocentiæ?*
12 *Et an possit iudex pro reo absente aliquas probationes inducere?*
13 *Reus contumax an sit citandus ad sententiam?*
14 *Et an possit statim lapso termino peremptorio condemnari?*
15 *Et quæ sit forma sententiæ, quæ contra absentem & contumacem profertur?*

1 VIsum est de exceptionibus, quæ contra personam iudicis, eiusq́ue iurisdictionem proponi possunt (nam ad eas proponendas plerunque etiã absentes, seu contumaces solent per procuratorem admitti) de reliquis autem, quæ merita causæ concernunt, infrà in eorum defensionibus dictum est. Videamus nunc, quomodo contra contumaces
2 procedatur. † Et in primis sciendum est, quòd de iure communi non potest contra absentem deueniri ad sententiam diffinitiuam, siue condemnationem occasione delicti, de quo ipse reus absens imputatur. Et ita tenent cõmuniter DD. vt dicit Anto. Gomes. super l. 71. Tauri num. 1. Certum est enim, quòd de iure communi contumax non potest à iudice haberi pro confesso, & cõuicto, & licèt Iac. de Arena, tenuerit, quòd quando crimen est liquidatum inter præsentes, potest eo casu fieri sententia cõtra absentem, tamen contra eum est communis opin. Doct. vt dicit Bald. in l. quamuis, la 1. nume. 1. C. de adulter. & Boss. in tit. de requir. reis, nu. 1. in fi. Et quod etiam de iure canonico non posset contra absentem, lite non contestata, deueniri ad condemnationem, neq; etiam ad testium receptionẽ, dicit esse communem opin. Abb. in c. veritatis, post num. 20. & post nume. 27. de dolo, & contumacia. Et hoc adeo verum est, vt quamuis in causis ciuilibus si testes sint senes, vel valetudinarij, vel in longinquas partes recessuri, possint examinari etiã parte absente ad perpetuam rei memoriam vt dixi ff. lib. 2. §. testis, nihilominus in causis criminalib. absente parte non possunt huiusmodi testes recipi ad perpetuã rei memoriã. Et ita tenent cõiter Doc. vt attestatur Ant. Gomes. in d. l. 76. nu. 4. Hanc tamen cõclusionem intellige vt procedat, quando pro crimine, de quo agitur, venit imponenda pœna corporis afflictiua: sed vbi venit tantũmodo imponenda pœna relegationis, vel relegatione minor, eo casu vtique absens potest etiam de iure communi condẽnari. Et hæc est communis opin. vt dicit Bal. in l. absentem, in fin. C. de accus. Salyc. in d. l. absentem, nu. 14. quem refert Pract. Cõradi, fol. 441. post n. 7. vers. Quartò excipio. Boss. in d. tit. de req. reis, post nu. 1. In illis igitur casib. in quib. absens non potest diffinitiuè condemnari, legitimè intimata reo citatione iuxta formam, de qua dixi suprà q. 31. si reus in termino sibi ad cõparendũ assignato non comparuerit, tunc iudex facit eius bona annotari, & dein de facit ipsum iterũ vocari, & citari per edicta, vt veniat ad se excusandũ, illi etiam notificando qualiter eius bona sunt annotata. Et hoc casu siquidẽ reus infra annũ compareat, & se defendat ab imputatione ipsius criminis, absoluitur, & in pace dimittitur, & etiam restituũtur illi omnia bona sua annotata: si verò post annũ etiam quandoque compareat, adhuc semper audiri debet, & si se defenderit, absoluitur, sed bona illi non restituuntur, sed fisco remanent in pœnam suæ contumaciæ. Et hæc omnia procedunt secundum dispositionem iuris communis, vt habetur in l. 1. ff. de req. reis.

Sed

Sed hodie (vt inquit) Gand. de malef. in Rub. quid sit agendum reo absente, nume. 3. de consuetudine generali non seruatur contra contumaces illud, quod dictũ est de annotatione bonorũ, neq; quòd accusatus expectetur per annum, imò cùm fuerit citatus solenniter, ponitur in bãno communis, & protestatis, & postea super illa accusatione, & banno condemnatur, & ita secundũ eum obseruatur per totam Italiam, quem refert Pract. Conradi, fol. 441. post n. 8. Pariter etiam Iacob. de Beluis. in tit. de pace tenenda, in princ. vers. Et nota hic dicit, quòd hodie non fit annotatio nisi bonorum mobilium, & ita illum refert Bald. ibi, post nu. 14. & Aug. ad Ang. de malef. in verbo, qui dominus iudex videns, nu. 8. & Capic. decis. 131. nu. 4. licet attestetur repertum fuisse, q̃ in regno Siciliæ etiam feuda, & castra apprehendi solent, & administrari per commissarios regios. Dicit etiam Bal. in d. l. absentem. nu. 2. C. de accus. quòd Docto. dicunt, quòd ista annotatio hodie non est in vsu, sed eius loco hodie successit bannum, quod fit reis absentibus. idem dicit Blanc. in pract. crim. fol. 9. n. 8. In hoc aũt Ducatu, statim post assumpta indicia seu informationes contra reum, quæ sufficiant ad capturam, si crimen est tale, pro quo ingeratur confiscatio bonorũ, statim transmittitur notarius. qui describat omnia bona, tam mobilia, quàm immobilia ipsius delinquentis, iuxta formam traditam in l. si quis intra prouinciã. C. de bon. proscr. & illa sic descripta consignat consulib. & syndicis locorũ, in quib. bona sita sunt, & mobilia reponit etiam penes ipsos, vel aliquem aliũ idoneũ depositariũ. Et generaliter etiam ita seruari attestatur Carauita super 21. ritu magnæ curiæ, circa fin. Ita etiam dicit quotidie fieri, & practicari Ant. Gomes. c. 9. delictorum, nu. 2. Et si periculum est, ne bona propter moram fiant deteriora, vel pereant, solent vendi & precium eorum deponi. Et ita de cõsuetudine obseruari attestatur Pract. Millei, fol. 45. num. 21. Hanc etiam bonorum annotationem fieri per commissionem criminalem executoris, simul atque assumptæ sunt informationes contra aliquẽ inolito receptóque stylo, & vsu, & consuetudine attestatur Pract. Iod. fo. 41. nu. 7.

Facta autem huiusmodi descriptione & consignatione proceditur contra reũ, & si est contumax seruatis seruandis bannitur & condemnatur diffinitiuè. Et si deinde post condemnationem infra annũ compareat, solet plerũque per senatum admitti ad se de nouo defendendũ. Et si se defenderit, absoluitur ab ipsa condemnatione, & recuperat bona, non obstante prædicta annotatione seu descriptione, vel etiam quacũnque alia apprehensione facta per fiscum, & etiam quibuscunque sententiis superinde secutis. Si verò comparet post annũ, non recuperat bona, sed tantũ si defenderit absoluitur à condemnatione corporali, & bona remanent fisco in pœnam eius contumaciæ. Et hæc practica, si bene consideretur, est in multis valde conformis dispositioni iuris communis, de qua supra. Et hæc dixi obseruari, quando crimen est tale, pro quo imponitur bonorũ confiscatio, quia in aliis criminib. in quib. non venit imponenda publicatio bonorũ, nõ sunt ponenda bona ad manus curiæ, etiã q̃ reus sit cõtumax. Et propterea neq; etiã in istis casib. fit aliqua bonorũ descriptio ita disponente decreto in nouis constitutionib. in ti. de accus. c. rei carcerib. §. pari modo. Et licet Chass. super consue. Burgun. fo. 87. nu. 11. dicat, quòd iudices nostri temporis aliter faciunt, & pro contumacia faciũt subhastari bona, apud nos tamen seruatur, vt non fiat, nisi in casib. in quib. bona confiscantur.

4 Licet autem de iure communi (vt suprà dixi) nõ possit absens diffinitiuè condemnari, tamen ex generali consuetudine totius Italiæ, proculdubio in quantumcunque graui crimine proceditur contra absentes, & habentur pro confessis ex contumacia & banniũtur, & condemnantur etiam ad mortem, vt attestatur Gand. in loco præallegato. Alberic. in l. seruũ quoq; §. publicè, n. 23. in fin. ff. de procu. & in l. pen. § ad crimen, n. 23. in fi. de publ. iud. & in 4. parte statutorũ, q. 1. num. 3. Vitalis. de malef. in Rub. de comparitione accusati, num. 70. & seq. & alij omnes criminalistæ, & est omnibus notissimũ. Pariter etiã in Gallia constito de delicto proceditur cõtra absentem etiam ad sententiam diffinitiuam, quatuor tamen præcedentibus contumaciis, vt dicit Ioan. Fab. in l. cunctos populos, de summa Trin. Pra. Masuer. in tit. de dilat. num. 25. & in tit. de contumac. n. 12, quem refert Boer. decis. 63. nu. 8. & super consuet. Bituricẽ. fol. 25. col. 1. & contumax habetur pro confesso, & conuicto, & virtute huiusmodi confessionis condemnatur etiam ad mortem. Et ita seruari, & quotidie tractari in curiis Franciæ attestatur Gul. de Bened. in 2. parte, repe. c. Raynutius in verb. mortuo itaq; testatore. j. n. 158. Igneus in l. lege Cornelia, nu. 32. ff. ad Sylle. Pract. Millei, fol. 9. nu. 90. & fol. 62. n. 21. & fol. 139. n. 12. & n. 18. Idem etiam in Hispania obseruari attestatur Ant. Gomes. super l. 76. Tauri, n. 8. Et hæc omnia obseruantur non modo in foro ciuili, sed etiam in foro cano. nam hodie si citatus est contumax, excommunicatur, vt dicit Foller. in pract. crim. can. fol. 148. nu. 12. in fi. & si perseuerauerit in excommunicatione per annũ, habetur pro cofesso, & conuicto de crimine, de quo imputatur. Et est cõis cõclusio, vt dicit Ri. in c. 1. n. 77. de iu.

5 Dixi quòd de iure communi, si reus compareat intra annũ, & se defendat, recuperat bona iam annotata. Pone q̃ reus compareat infra annũ, & satisfaciat coram præside de parendo iuri iuxta formã d. l. 1. ff. de requir. reis, nũquid statim recuperabit bona, an autem remanebunt in sequestro, donec super ipso crimine fuerit diffinitiuè pronũciatũ? Respon. Gl. in l. fi. in verbo, Purgauerint. ff. de requir. reis, videtur sentire, quòd statim illa recuperet, & ita dicit se vidisse communiter obseruari Albe. in d. l. 1. num. 4. Et hoc est satis rationabile, quia talis annotatio fit tantũ ratione contumaciæ, non autem ratione delicti, meritò omnis eius effectus tolli debet statim purgata contumacia per ipsius rei cõparitionẽ: Sed si quis admitteretur ad nouas defensiones post condemnationem, & bonorum confiscationẽ, tunc in hoc Ducatu seruatur, q̃ bona descripta remanent penes fiscum, neq; relaxãtur reo, nisi purgato crimine, & condemnatione p̃ contrariã sententiã sublata, talis enim descriptio fit ratione delicti, nõ aũt ratione cõtumaciæ, & cõfirmatur secuta cõfiscatione, merito eius effectus nõ tollitur, nisi secuta absolutione. Quinimò si reus ad nouas defensiones admissus se constituat in carceribus, vt fieri solet, & superueniẽte infirmitate decedat, firma remanet eius bonorũ cõfiscatio, nulla habita ratione, p̃bationũ p̃ eũ factarũ, neq; earũ quas eius hæredes facere vellẽt ad demonstrandã eius innocentiã. Et ita iudicauit Senatus in causa cuiusdam Panigarolæ. Vix tamen credo, quòd possit princeps talia bona retinere in foro conscientiæ, vbi de innocen-

tia rei appareret, prout etiam in fortiorib. terminis videtur sensisse Boss.in tit.de remed.instit. circa fin.Sed cū sit sententia Senatus, non est vlterius quærendū.Quid autem sit,quando decedit pendēte appellatione,dixi infrà q.94.vers.Sed pone.Hæc autem quæ dicta sunt de admissis ad nouas defensiones,locū habent,quando condemnatus fuit admissus ad ipsas defensiones intra annū,eo enim casu,vt dixi 5.versic.Facta autem, si fuerit absolutus, recuperat etiā bona,sed post annū,etiam si sit absolutus,non recuperat bona,ita disponentib. decretis huius Ducatus, prout etiam seruari attestatur Boss.in tit.de literis principis,&c.in principio.

6 Quero,quando reus,cuius bona sunt annotata, comparet infrà annū ad se defendendū,nūquid teneatur ipse probare innocentiam suam, an autem accusator ipse adhuc teneatur probare delictum? Respon,glo.in l.1.in verbo.Purgauerit.C.de requir. reis,tenet quòd vtriq; eorū.s.tam accusatori,quàm accusato incumbat onus probandi:tamen ꝙ accusatore non probante,reus absoluitur,& dicit Alb. in l.1.num. 5.ff.de requir.reis.quòd ita communiter seruatur,& approbatur.Mihi videtur, quòd hoc sit in effectu dicere, ꝙ accusatori tantū incūbit onus probandi,ex quo eo non probante, reus etiam si nihil probet,est absoluendus.Sed quidquid sit de iure in his,quorū bona sunt annotata, contrariū seruatur in hoc Ducatu in admissis ad nouas defensiones post condemnationem, nam nisi probent ipsi eorū innocentiam,vel saltē elidant indicia, quæ contra eos sunt in processu, solet exequi condemnatio, vel saltem torquentur, aut puniūtur aliqua pœna extraordinaria arbitrio Senatus.Ratio autē differentiæ est,quia admissus ad nouas defensiones habet sententiam super delicto contra se, quæ faciat ius,ille autem,cuius bona tantū sunt annotata non habet nisi simplicem annotationem bonorū quæ fit ex causa contumaciæ,vt sup.dixi. Et cū hoc cōtigisset de facto in quodam Vayrano, qui fuerat in contumaciam condemnatus in pœnam ignis pro sodomia, & deinde captus,& admissus ad nouas defensiones,nolebat aliquid probare, allegando quòd nihil erat contra eū in processu,quod vrgeret, Senatus rescripsit prætori Cremonæ in hæc verba,Non dicat Vayranus sibi non opus esse defensionib.eo ꝙ nulla eū premāt indicia.Satis enim grauatur sententia condemnatoria,quæ contra eū viget. Quare illi tēpus ad se defendendū statuetis, & si quas fecerit defensiones, perscribetis. Si verò nihil egerit,sententiam contra eū latam exequimini. 8.Nouemb.1548.P.N.

7 Dictū est,ꝙ ex generali consuetudine Italiæ proceditur contra absentē,et ad sententiā diffinitiuā:& ratio est,quia cōmuniter per Italiā extant statuta disponentia, ꝙ contumax habeatur pro confesso & cōuicto,& ideo virtute huius fictę cōfessionis oō demnatur etiam ad mortem.Quæro, nūquid ſtāte hoc statuto debet rei contumacia accusari a parte? Resp.quòd sic,aliàs non noceret ipsi contumaci, & ita de generali consuetudine obseruari attestatur Afflict.super 2.parte constit.Regni, Rub.3.nume.8. quem refert Foller.in pract.crim.fol.337.num.20. In hoc tamen Ducatu contrariū seruatur. nunquam enim pars accusat contumaciam rei,nam hodie in criminalibus iudex supplet defectū partis,& ita etiā de facto obseruari attestatur Imola in l.inter accusatorem,num.3.ff.de publ.iudic.Boss.in tit.de bann. nullit.n.7.Dicit etiam Carauita super ritu 198.magnæ curiæ n.3. quòd quando proceditur ad instantiam fisci, licet actor non cōpareat,procurator fiscalis accusat contumaciam rei,& fit condemnatio, subdens,quòd ita seruatur.Sed certè super his solet dari forma in qualibet prouincia ex statutis, vel consuetudine,quæ omnino seruanda est.

8 Sed nūquid debet super huiusmodi contumacia fieri declaratio per iudicē priusquam ad vlteriora procedatur?Resp.De iure fortè posset dici ꝙ sic,& ita etiam requiri ex consuetudine, & stylo curiarū Franciæ attestatur Boer.in allegata deci.63. in vltimis verbis.in Italia autē practica seruat,quòd eodē contextu iudex declarat, & pronunciat ipsum reū contumacem, & illū tanquam contumacem condemnat,vt attestatur Affli.in loco prælegato, nu. 9.& ita etiam apud nos obseruatur.Et ideò tu,qui facis processum,sequere cōsuetudinē,quæ in eo loco obseruari solet: & ita faciendo non errabis,ita enim communiter obseruari attestatur Nellus de bann.in 3.parte primi temp.q.1.

9 Vnum tamen scias, ꝙ priusquam proferatur aliqua sententia,seu mulcta contra contumacem, debet etiam de nouo citari ad allegandū, quare mulctari non debeat,statuto ei termino sex, aut octo dierū secm consuetudinē prouinciæ. Ita dicit Bar. in l.2.in prin.n.17.ff.si quis in ius voc.non ierit,& ita tenent communiter Doctores,vt dicit Boss.in ti. de mulctis.n.6. Hanc ēt attestatur esse communem sententiam,Nicel.in concordā.gl.c.325.quem refert Rolan.cons.47.n.6.li.2.& dixi ꝑ.lib.prox.

10 Quæro, nūquid ad hoc vt possit contumax cōdemnari,& banniri, requiratur quòd vltra contumaciam sit etiā per legitimas probationes de ipso delicto conuictus: Resp.De iure fortè posset dici,ꝙ sic, sed quidquid sit de iure, contrarium de facto seruatur,vt attestatur Guido de Suz. quem refert Marsi.in repet.l.vnicæ,n.129.C.de raptu virg.& cō. 82.n.40.vbi tamen subdit non esse credendum Guidoni hoc dicenti.Sed certè vniuersalis practica docet,Guid.verum dixisse,nam dummodo subsint indicia ad transmittendam inquisitionem sufficientia,de quib.dixi 5.q.20.versicul.Ad inquirendum,si reus sit contumax,semper condemnatur,absque aliis probationib.& in hoc non videtur aliquo modo hæsitandum.

11 Quæro nunc,an contra huiusmodi fictam confessionem inductam à statuto,vel consuetudine admittatur probatio innocentiæ?Resp.Aliqui dicunt, ꝙ talis confessio non potest reuocari,etiam probato errore,& ita communiter seruari ait Bāl.in l. seruū quoque,§.publicè,numero septimo,in fi.ff.de procur. quem refert Aretin.consilio 146. numero tertio, Foller.in pract.crimin.folio.336. numero 18. & Menchiaca libro tertio,de testam.§.23.nume.28.Tu verò dic, quòd aut reus, qui vult probare contra hanc fictam confessionem,comparet antequā contra eum proferatur sententia diffinitiua condemnationis & omnino debet audiri,neque hoc casu tenetur ipse probare errorem huiusmodi confessionis,sed sufficit ipsa comparitio.ex illa enim purgatur contumacia,propter quam statutum inducit illam fictam confessionem:Aut verò comparet post condemnationem,& non auditur,nisi sit à principe,vel senatu admissus ad nouas defensiones. Et ita in hoc Ducatu seruatur,prout etiam ita expressè declarat Aret.consi.146.n.5.& 6.vbi attestatur communem opinionē esse, quòd etiam per excusatorem (absq; eo quod principalis personaliter cōpareat) posit

posit hæc probatio fieri,super quo videda sunt ea quæ dixi 5.q.33.vers. Sed quod plus est,& Villalpā. in rep.l.22.c.18.nu.7.

12 Quæro etiā nūquid iudex in huiusmodi processu qui fit contra absentem,possit aliquas probationes ex officio inducere?Resp.Si vtraq; pars, scilicet tā accusator quam reus sit præsens, potest iudex pro vtraq; parte veritatem inquirendo nouas probationes ex officio inducere,reo autem absente, non potest nisi in casib.in quib.contra absentem proce di potest.s.in delictis, quæ sunt à relegatione infrà. Si verò accusator se absentē fecerit,& reus sit præsens,tunc non potest contra reum ex officio proba tiones inducere, sed debet nomen rei aboleri. Et hæc est distinctio Bar.in l.4.§.hoc aūt iudiciū,nu.8. ff.de dam.infe. quam dicit esse communem Alexā. in eo.§.hoc aūt iudiciū,nu.29. Sed certè quidquid sit de iure,in practica seruatur totū contrariū. nam iudices ex officio recipiūt testes contra absentes, nō autem pro ipsis,& iudex, qui produceret testes ex officio pro reo contumace,posset tanquam imperitus,& fatuus ab officio remoueri.Tu vide quæ latius dixi ꝑ.q.61.vers.Sed quæro,& seq.

13 Item quæro, nunquid reus contumax sit citandus ad sententiam?Resp.de iure dicendū est, ꝙ sic, vt colligi videtur ex text. in l.accusatorē.ff.de publ. iud.sed de consuetudine non citantur,vt dicit Ang. de malef.in verbo,Qui iudex commisit L.præconi, nu.2.& 3.& Card.Alex.in c.de accusat.col.41.versi. Et prædicta 2.quæst.8.qui etiam attestatur, quòd consuetudo est, quòd per Præconem bannniantur ad consiliū generale,vel campanam,vel cornu, vel tubam,secūdū statuta locorū,& dicit Pract. Millei, fol. 8.numero 76. quòd de consuetudine citantur contumaces vnica citatione pro tribus, & subdit, quòd de consuetudine Franciæ regulariter citantur ad sonū tubæ,prout etiam seruatur in hac prouincia.vide quæ dixi 5.q.31.versi. Quæro nunquid. Et in regno Neapol. citantur non modo reus ipse ad domum,sed etiam eius consanguinei, amici, & vicini ad allegandum causas, &c. prout ab immemorabili tempore introductū esse de more, & stylo magnæ curiæ attestatur Gramma. super constit. Regni,fol.52.nu.12. Ego verò puto ab omnibus iudicibus seruandum esse illud quod seruari consueuit in locis,in quibus proceditur.

14 Vidi quandoq; dubitari, nunquid statim lapso termino peremptoriè statuto ad comparendū,possit reus condemnari?Resp.quòd de iure fortè posset dici,ꝙ sic,sed de generali consuetudine,& æquitate expectatur triduū,postquam accusata est contumacia,& deinde sequēti die fit condemnatio. Et de hac consuetudine attestatur Afflict.super secunda parte constitutionū Regni,Rubric.12.post num. 6.vers.Quid autem,quem refert Carauita super ritu 198.magnæ curiæ,circa fin.subdens,quòd ita practicatur. In hoc tamen Ducatu hoc non seruatur, quia neque accusatur contumacia,vt 5.dixi, neq; expectatur per triduū,nisi ita iudici ex æquitate videatur,sed plerūque in ipso termino peremptorij fiunt condemnationes.

15 Videamus,quæ,sit forma proferendæ sententiæ contra huiusmodi reos contumaces?Resp.Et quia nobis,& officio nostro constat ipsum esse culpabilem dicti maleficij, præsertim ex eius confessione resultante ex contumacia iuxta formam statutorū &c.ideo ipsum condemnamus in amputatione capitis,& eius bona fisco regio confiscamus.Ita quod si aliquo tempore venerit ad manus iustitiæ,quòd ducatur, & duci debeat ad locū iustitiæ consuetū, & ibi eius caput amputetur,ita ꝙ moriatur. Et interea ipsum à toto dominio bannimus,&c. Et ita practicatur vt dicit Angelus de maleficiis, in verbo,Qui dominus iudex videns,nu.45. Hanc etiam formam seruari de stylo curiarū Frāciæ attestatur Boer.decisione 278.num.12.Vide quæ dixi ꝑ.quæst. 93.vers.Fuit aliquando.

QVÆSTIO XLV.

1 *Qualiter reo personaliter comparente procedatur?*
2 *In causis criminalibus an sit necessaria litis contestatio?*
3 *Et an cum instigatore?*
4 *Et an in criminalibus fiant positiones?*
5 *Reus comparens an sit examinandus?*
6 *Et quid si nolit respondere iudici interroganti?*
7 *Et quid si priusquam respondeat,petat dilationem ad deliberandum?*
8 *Et quid si petat copiam inquisitionis,& indiciorum?*
9 *Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda?*
10 *Et an si falsum dicat, poterit tanquam periurus puniri?*
11 *Et quomodo iudex in examine se gerere debeat?*
12 *Et an debeant esse præsentes examini patroni ipsorum reorum?*
13 *Facto examine,si reus neget, testes sunt repetendi,e citato,seu præsente?*
14 *Et quid si non sit reus citatus, sed testes cum eo confrontati perseuerent?*
15 *Iudex debet petere licentiam à reo,procedendi ipso vlterius non citato?*

1 HActenus de his,quæ fiunt reo absente,vel contumace dictum est,nūc videamus de his quæ contingunt reo in iudicio personaliter comparente,siue quia captus fuerit, siue quia sponte comparuerit.

2 Et in primis quæro,nūquid in causis criminalib. necessaria sit litis contestatio.Respond. Aliqui dicūt, ꝙ sic,& hanc opin.attestatur esse communem Marian.in d.cap.qualiter.& quando,numer.222.Alij verò dicūt, quòd quando proceditur ad instantiam partis, necessaria est litis contestatio, secus autem si procedatur ex mero officio.Et hanc dicit esse communem opin.Abb.in ca.cūdilectus.n.3. de purg.canon.Blanc.autem in pract crim.fol.6.n.36. in fin.dicit,ꝙ hodie de consuetudine in criminalibus non contestatur.Tu verò dic,quòd aut reus est contumax,& tūc cùm ex dispositione statutorum habeatur pro confesso, non est necessaria alia litis contestatio,quàm illa,quæ fit per talem confessionem fictam à statuto,& sic contra ipsum proceditur(vt dixi) etiam vsq; ad condemnationem. Aut verò reus comparet in iudicio, & examinatur super delicto,& tūc responsio,quam ipse facit respōdendo accusationi vel inquisitioni ad interrogationem iudicis,inducit litis contestationem, etiam absque eo ꝙ pars aduersa sit præsens: & hoc etiam si procedatur ad instātiam partis.Et ita seruatur in practica,vt attestatur Bar.in l.is qui reus,n.4.ff.de publ.iud.quem refert Aret.cons.58.n.7. & Aposti. ad Angel.de malef.in verbo, Hæc est quædam inquisitio, sub numero sexagesimoseptimo, nam in criminalibus etiam absente accusatore, potest iudex ex officio procedere & interrogare, vt dicit Bald.in lege 1.numero 34. C. qui accus.non poss.

vbi subdit, quòd ita seruat practica.

3 An autem sit lis contestanda cum instigatore siue promotore inquisitionis, dixi suprà q.10. versic. Quæro nunquid.

4 Sed hic incidenter quæro, nunquid in causis criminalibus possint fieri positiones ab vtraque parte prout fiunt in ciuilibus? Respond. Respectu accusatoris, vel fisci, satis videtur dici posse, quod admittantur positiones, ex quo eorum querelæ vel inquisitioni cogitur reus cum iuramento respondere, vt infrà statim dixi. Sed quid dicendum in ipso reo accusato, nũquid poterit dare accusatori positiones, puta, quod ipse tale delictum non commisit, vel ꝙ illud commisit ad sui defensionem, vel huiusmodi? Respond. quod non, & ita se habet vsus iudiciorum vt attestatur Iac. de Are. in tracta. positionum. §. 7. num. 1. hoc enim modo possent de facili (secundũ eũ) accusator & reus inter se colludere, & delicta impunita remanerent. Quæ tamen ratio parum facit, ex quo secũdũ cõsuetudinẽ huius temporis, ẽt parte desistente, aut concordata, iudices procedũt ad expeditionem processuũ, vt dixi ℣. q. 58. circa prin. Verum tamen est, quod consuetudo ita obseruat, vt non possint per accusatũ dari positiones, à qua nullo modo est recedendum.

5 Scias autem, quod reo capto vel sponte comparente, solent iudices illũ statim adhibito notario super ipso delicto interrogare, eiúsque examẽ (quod vulgò Constitutũ appellant) in acta redigi facere. Cæterùm secũdũ dispositionem iuris communis, si reus compareat & neget, nõ est vlterius examinãdus, sed recipiuntur testes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem processus. Et hæc est communis opin. Doctorũ, vt dicit Marian. in d. cap. qualiter & quando, post nume. 217. q. 75. in fin. Hodie tamen seruatur contrarium de consuetudine. nam si facta inquisitione reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & examinatur super ea. Et ita communiter in practica seruari attestatur idẽ Maria. in loco prælallegato, & in hoc non est difficultas. Et licet aliqui dixerint, quod quãdo nulla præcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus respondere, prout etiam ita concludere communiter Doctor. attestatur Card. Alex. in c. de accusatione, col. 37. post med. 2. q. 8. nihilominus indistinctè seruatur (vt dixi) quod teneatur reus super ipso crimine iudici respondere.

6 Sed pone, quòd reus constitutus coram iudice nolit respondere interrogationibus sibi per eum factis, præcisè affirmando vel negando, sed vel omninò nihil respondeat, vel per verba dubia, puta, non scio, non recordor. Respon. quod hoc casu potest, & debet iudex illum ponere ad torturam, & cogere, vt respondeat affirmatiuè, vel negatiuè. Ita dicit Bald. in l. accusationem, post num. 11. versicu. Super hoc melius. C. qui accu. nõ poss. Et talis tortura (vt dicit Bald. ibi) non datur reo ad eruendam veritatem, nam ad hoc necesse esset, vt præcederẽt indicia ad torturam sufficientia, vt dixi infrà q. 64. versic. Dixi etiam, sed datur ad extorquendam responsionem. Et hanc opin. Bald. in contingentia facti approbauit cõsilium Neapol. teste Capicio Decis. 145. prout illum refert Foller. in pract. crim. fol. 308. nu. 4. Et est iudicio meo bona practica, & eam sæpe vidi obseruari non modo quando reus non vult respondere super facto principali, scilicet an commiserit homicidium, vel non, sed etiam super circunstantiis substantialibus pertinentibus ad ipsum delictum, quidquid dicat Foller. in loco præalleg, modo sint tales de quib. verisimile sit ipsum recordari, puta, quia interrogetur de facto proprio de modico tempore, & de rebus de quibus alij solent communiter recordari, prout ipse iudex considerata facti, & personarum qualitate poterit arbitrari, & ita serues. Et recordor, quod semel quidam Moncinus, qui dum interrogaretur super quadam rixa, in qua ipse interuenerat, nolebat respondere, neque iurare, fuit iussu senatus affectus trib. ictibus funis publicè, deinde reductus ad carceres iurauit, & respondit ad interrogata 18. Octob. 1554. A. C. Aduerte tamen, vt omnino aliqua subsint indicia cõtra reũ, alias enim non tenetur respõdere, quinimo aliqui dicunt, ꝙ si non præcedat diffamatio, non tenetur reus respondere. Et dicit Cardin. Alexand. in d. cap. de accusatione, colum. 37. circa fin. 2. quæst. 8. quòd ita Doctores communiter concludunt. Idem dicit Are. in cap. qualiter & quando, el 2. §. debet col. 4. versic. In foro autem, de accusatio. quem refert Don Anton. de Padilla, in l. transigere, nume. 5. C. de transactio. Quod tu intellige, nisi præcedat diffamatio, vel tale quid, quod sit loco diffamationis, iuxta ea quæ dixi ℣. quæstio. 6. circa principium.

7 Sed hîc quæro, quid si reus vtique velit respondere, sed petat dilationem ad respondendum, an velit cedere vel contendere, nunquid erit illi concedenda prout etiam conceditur in causis ciuilib. vt dixi infrà lib. proximo? Respond. Aliqui tenent, quod sic, & dicit Alexand. in l. 1. in princip. nume. 6. ff. de edendo, quòd ita concludunt magis communiter Doctor. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imò super facto proprio non debeat dari reo terminus ad deliberandum, tenuit Bald. in l. cum falsum, numer. 2. ff. de acquiren. hære. Et hanc opin. dicit esse communem Augustt. ad Ang. de malef. in verb. Comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum, nume. 6. prout illum refert Pract. Cõradi, fol. 280. nume. 2. Et hæc opin. seruatur de consuetudine, nam reus statim cogitur respondere. Et quod (secundum practicam mundi) non sit dandũ in criminalibus tempus reo ad deliberandum, attestatur Salyc. in authen. offeratur, nu. 6. C. de litis cõtest. Paul. de Cast. in ea. authen. offeratur, nume. 5 & 11. quem refert pract. Conradi, fol. 32. post num. 5. Amed. de synd. nu. 184.

8 Sed quid si reus priusquam examinetur, petat copiam inquisitionis, & indiciorum contra eum existentium, nũquid debet iudex illam ei dari facere. Respond. De iure fortè dici posset quod sic ex prædictis apparet, & ita tenet Practicus Papien. in forma inquisitionis, in verb. Fama publica, nume. 3. vbi tamen dicit, quod malè seruatur in practica per istos latrunculatores auaritiæ deditos in animarũ suarũ maximũ præiudiciũ & detrimẽtum, & subdit quod pessimè faciunt. Quidquid igitur sit de iure, consuetudo seruat totum oppositum, quod scilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defensiones, & copiam indiciorũ. Et ita quotidie practicari dicit Foller. in Pract. crim. canon. fol. 165. num. 9. Pract. Conradi, fol. 255. in 6. limitat. Hunc etiam dicit esse receptum stylum, vsum & consuetudinem Pract. Iod. fol. 24. nu. 18. Et stante hac generali consuetudine, malè faceret iudex, qui aliter obseruaret in practica.

9 Sed quæro, nunquid in huiusmodi examine faciendo debeat iudex deferre iuramentum reo de veritate

veritate dicenda? Respon. Videtur dicendum quod non. nemo enim cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem, l. alias. ff. de iureiur. prout est communis regula, teste Deci. in l. fin. post nume. 6. C. de edendo. Et sic satis esse diceret simplex interpositio fidei, prout est de consuetudine in regno Franciæ, teste Marco Decis. 674. Quæritur an in causa, in prin. In contrarium tamen est magis communis opin. quod scilicet sit deferendum reo iuramentum de veritate dicenda. ita tenuit Barto. in l. inter omnes, §. rectè, in fi. ff. de furtis, qui in hoc cõmuniter ab omnibus, approbatur, vt dicit Augustt. ad Ang. de maleficiis, in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum, post num. 13. Bertran. consi. 321. nume. 3. in fin. lib. 3. in 1. parte. Hanc etiam dicit esse communem opin. Marsil. in l. quæstionis habendæ, nume. 72. ff. de quæstio. quem refert Pract. Conradi, fol. 280. in princ. & Gomes. cap. 1. delictorum, nume. 65. Et ita hodie secundum communem stylum Italiæ, tã in inquisitione, quam in accusatione, reus comparens iurat de veritate dicenda, prout de huiusmodi stylo attestatur Maria. in d. cap. qualiter & quando, post num. 227. q. 84. in fi. Ita etiam obseruare communem stylum Italiæ attestatur Bartol. in l. 1. post nume. 6. C. de iura. calum. vbi etiam Bald. nu. 8. dicit, quod ita seruat consuetudo. Mihi certè hæc practica nũquam placuit, est enim manifesta occasio periurij. Nam rei propter metum illius iuramẽti nunquam solent fateri delictum, vt quotidie experientia docet, & tamen communis est conclusio, quod vbi subest probabilis suspicio periurij, nũquã est deferendum iuramentum, vt dixi infrà lib. 7. §. Iuramentum. Tamen (quidquid sit) non auderem in practica recedere à communi obseruantia. Et ideo in locis, in quibus seruatur, vt reo deferatur huiusmodi iuramentum, iudex debet illud deferre, nã minimè sunt mutanda, &c.

10 Quid ergo si reus in ipso examine falsum dicat, nunquid poterit ex eo tanquam periurus puniri? Respond. quòd in foro contentioso puniri non potest, sed solum Deum habet vltorem. Ita dicit Alex. in Apost. ad Bart. in l. 1. sub nu. 1. ff. de bonis eorum. cui nemo contradicit, vt ait Berous q. 134. nume. 3. Et dicit Bos. in ti. de periuris, nu. 3. quòd ita practicatur. Hoc etiam vigere in practica attestatur Nunius de los corregidores, fol. 237. post nu. 17. versic. quę dicta sunt. Bene verũ est, quod si reus in examine dicat aliquod mendacium, de quo deinde conuincatur, erit tale mendacium contra eũ sufficiens indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi suprà q. 21. versic. Mendacium.

11 Debet autem iudex in huiusmodi examinib. faciendis recto tramite procedere ad finem veritatis indagandæ, non autem vt reum inuoluat, & inducat ad confitendum delictum. Item secundum aliquos non debet reum specialiter super ipso delicto de quo agitur interrogare, cùm id suggerentis potius, quam interrogantis esse videatur. De consuetudine tamen contrarium obseruatur, vt ait Pract. Casoni, fo. 84. num. 3. quando reus interrogatur de facto proprio, secus tamen esset, si interrogaretur vti testis contra alium, vt dixi suprà, q. 21. vers. Retẽta igitur, circa fin. Præterea non debet interrogationibus suis procurare, vt auferat reo suas defensiones, puta, si reus confiteatur aliquem percussisse aut vulnerasse, non debet eum interrogare, an ille ex tali percussione, aut vulnere decesserit, neque ab eo extorquere huiusmodi confessionem, nam ista est diabolica pract. vt dicit Signor. consil. 163. nume. 5. subdens, quòd super hoc multoties reprehendit iudices maleficiorum ciuitatis Mediolani, & quòd istud est plusquam diabolicum, nam fiscus satis habet intentionem fundatam, ex quo ille vulneratus, seu percussus mortuus est. Et hoc iudici sufficere debet absque eo, quòd velit per eiusmodi confessionem tollere reo facultatem probandi, quòd non decesserit ex percussione seu vulnere, quæ esset magna ipsius defensio, vt dixi ℣. hoc eo. li. §. Homicidium. vers. Plerunque etiam.

12 Quæro etiam, nunquid quando fit examen rei, debeant esse præsentes patroni causarum? Respon. quòd de iure videtur dici posse, quòd sic, per text. in l. custodias. ff. de publ. iud. sed certè vsus, & curiarum stylus hoc non obseruat, vt attestatur Igneus in l. 1. §. quæstionem, nu. 19. in fi. ff. ad Syl. & est omnibus notissimum. Faciunt quæ dixi ℣. quæstio. 64. versi. Quæro nunc.

13 Cæterum si reus in examine confiteatur delictũ, poterit puniri ex tali confessione, vt dixi infrà, q. 65. in princip. Si verò neget, debent parte citata examinari testes super veritate ipsius delicti, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Card. Alexand. in loco prælallegato. Et ideo dicit Saly. in l. fin. in fi. C. de quæst. quòd cauti iudices ante inquisitionem recipiunt informationem testium, & in scriptis redigunt, ne postea dicant contrarium, & habita informatione formant inquisitionem, & si pœna sit corporalis, faciunt citari reum re, non verbo, ne fugiat, & postea faciunt illum respondere inquisitioni, & si neget, iteratò examinant testes, eo citato ad videndum eos iurare, &c. Et illud dictum Salyc. refert Gramma. cons. crimi. 15. nume. 1. & 2. de quo etiam aliquid dixi supra q. 28. versic. Scias tamen. Et valde grauiter erraret iudex qui omissa tali repetitione testium procederet ad torturam, vel cõdemnationem. nam testes recepti ante litis cõtestationem, nullam fidem faciunt contra reum, cùm sint examinati ipso non citato, vt dixi suprà. q. 11. versi. Item quæro & infrà q. 50. versi. Item quia. Et aduerte, quia hæc repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi isti testes repetendi nunquam fuissent examinati, & ideo debent de nouo iurare, alias nullam prorsus fidem facerent. Item si sunt tales testes quorum dictis de iure non sit adhibenda fides nisi cum tortura, puta quia esset socius criminis, nõ sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quòd de nouo iuraret, sed opus etiam esset, vt de nouo post iuramentum poneretur in tormentis, & perseueraret in illo dicto. Nam illa tortura & omne id, quod fuit agitatum ante litis contestationem, non habetur (vt dixi) in consideratione, quò ad præiudicium ipsius rei comparentis. Quod nota, quia ad hoc aliqui iudices non aduertunt, & scias, quod licet receptio testium non soleat committi, seu delegari alteri, vt dixi suprà q. 26. tamen repetitio testium qui examinati sunt in processu informatiuo, potest delegari, & ita seruatur de consuetudine, vt attesta tur Carauita super ritu 157. magnæ curiæ, nume. 11. quod tamen intellige secundum ea quæ dixi in loco præalleg. In hoc autem proposito volo vt scias, ꝙ quando reus permittit se in contumaciam condemnari, deinde petit se admitti ad nouas defensiones & admissus comparet, iudex non debet repetere testes examinatos contra eum in processu informatiuo, licet enim examinati fuerint ipso reo

non citato iuxta consuetudinem, de qua dixi suprâ q. 11. versi. Item quæro, ex quo tamen ipse reus citatus non comparuit, habentur illi testes pro legitimè examinatis in odium eius contumaciæ, neq; vlterior eorũ repetitio requiritur. Et memini, quòd propter hoc fuit grauiter reprehẽsus à Senatu Prætor Valentiæ, qui in causa Petri Nouati admissi ad nouas defensiones, citauit testes ad repetendum, & quia non comparuerunt, eos condemnauit, cuius condemnationis Senatus censuit nullam rationem haberi debere 7. Nouemb. 1556. P. N.

14 Sed in proposito quæro, pone, quòd reus non fuerit citatus ad videndum iurare, & repeti testes, sed quòd iudex eos repetat, & cõfrontet cum ipso reo, & testes confirment in præsentia ipsius rei ea, quæ prius dixerant, nunquid isti testes dicentur recepti parte citata, ita vt probent contra ipsum reum? Respond. quòd sic, & ita practicatur, vt dicit Afflic. super 2. parte constitutionum Regni, Rub. 10. nume. 20. Hæc autem confrontatio fieri solet, quando testes deponunt tale quid, quod de directo cõtrariatur ei, quod reus dixit in suo examine, & licet de iure non sit necessaria, tamen in practica obseruatur, ad hoc, vt in ipsa confrontatione veritas melius eluceſcat. Ego certè non credo, quod sit de substantia, & ideò licet esset omissa, regulariter processus non corrueret. Senatus tamen vult omninò eam fieri, quando est testis, qui contra reũ deponit de visu. Et ita rescripsit Prætori Cremonæ in cau a cuiusdam Augustini Botti 20. Mart. 1543. Vel etiam quando testes sunt inter se contrarij, & ita rescripsit Capitaneo Vicomercati 29. Martij 1533. C. C. Præterea quando depositio testis non potest certificari nisi mediante inspectione ipsius rei, puta, quando testis dicit illum non cognoscere de nomine, sed tantum de visu: Vel quando eum describit per signa, nam eo casu reus est illi exhibendus, vt eũ recognoscat, & ita rescripsit senatus Prætori Alexandriæ, in causa cuiusdam Ascanij Granarij, qui non fuerat exhibitus cuidam testi, vt illũ recognosceret, 14. August. 1556. P. N. Debet tamen hoc casu reus exhiberi testibus, non solus, quia esset timor subornationis, sed positus inter alios tres aut quatuor, & illi similes quantum eo tempore fieri potest, vestibus, statura, & etiam facie. Et ita seruatur in hac prouincia, prout ẽt seruari in curia Neap. attestatur Foller. in pract. cri. fo. 23. n. 34. in fi.

15 Facta autem repetitione, & confrontatione testium, consueuerunt iudices prius quàm reum carceribus tradant, vel fideiussori relaxent, facere q reus inquisitus eis det licentiam procedendi vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, singulis diebus & horis, etiam eo absente, & non citato. Et est practica, quam tradit Bartol. in l. is qui reus, nume. 4. ff. de public. iudic. quam ex communi consuetudine hodie obseruari attestatur Maria. in ca. qualiter & quando, post nume. 235. versic. XC. quæro. Ita etiam quotidie fieri dicit Bald. in l. diem proferre, in versicu. Si quis litigator. ff. de arbi. & in l. si quando. nume. 5. C. de testib. dicit, quòd ita practicatur, & in l. vt perfectius, nume. 15. C. de annali exceptio. dicit, quòd ita obseruant assessores quem refert Angel. de malef. in verbo, Et ad querelam. nume. 61. & August. ad Angel. de malef. in verb. Qui iudex fecit sibi dari licentiam, post nume. 2. Et succesiuè iudices faciunt ipsis reis monitionem generalem, vt singulis diebus & horis, adesse debeant processui faciendo per ipsos iudices, tam circa receptiones testium, quàm quæcunque alia vsque ad sententiam inclusiuè, &c. Et hæc monitio (præcedente tamen licentia, vt dicit Maria. in loco prællegato) operatur, quòd non requiritur vlterior citatio, sed si non præcederet licentia, tunc posset reus ab huiusmodi monitione appellare & dicere, q imò vult ad omnes actus citari, & monitio ipsa hoc modo per appellationem rescinderetur, & nullius esset effectus. Et hæc est communis opi. vt dicit Boss. in tit. de senten. nume. 13. Et quod dictum est de reo, pariter locum habet in ipso accusatore. Solent enim cauti assessores scribi facere in actis, qualiter accusator dat eis licentiam expediendi processum, etiam ipsis absentibus, & ita omnia expediunt, & etiam ipsam sententiam proferunt eo non citato, vt dicit Bald. in l. si accusatoribus, nume. 4. C. de accus. subdens, quòd ita tenent omnes Doctores. Iudicio tamen meo hæc cautela, quò ad accusatorem est superflua etiam, & quæst. 31. versi. Vlterius quæro. Poterit itaque iudex stante prædicta licentia testes recipere & examinare absque alia partis citatione, & hanc esse hodiernam practicam, quam iudices obseruant, attestatur Alexand. in Apostil. ad Bart. in d. l. is qui reus, sub nume. 4. Et ideo miror, quòd Blanc. in pract. crim. fol. 11. nume. 25. simpliciter dicat, quòd ista practica tradita per Bartol. non obseruatur de stylo, neque de consuetudine. Nam licet quò ad accusatorem, seu querelantem bene loquatur, vt dixi in locis prællegatis, certè in reo quotidie in hoc Ducatu, & alibi obseruatur, nec aliquis solet facto examine carcerari, quin notarius in actis scribat. Quo facto fuit consignatus, & ei facta in faciem monitio generalis, vel huiusmodi. Et credo, quòd si de ipsa monitione non appareat in actis, omnia acta postea facta reo legitimè non citato corruerent.

QVÆSTIO XLVI.

1 *Rei, perfecto examine, debent carcerib. commendari.*
2 *Et quid si à carceratione appellent?*
3 *Carceris fabricatio ad quem pertineat?*
4 *Custos carceris tenetur singulo mense carceratorum nomina iudici deferre?*
5 *Quid facere debeat custos carceris, si aliquis ex carceratis moriatur?*
6 *Reus quando sit fideiussoribus relaxandus?*
7 *Et quid si non ingeratur pœna corporalis?*
8 *Et quid in seruis?*
9 *Et quid in festis paschalibus?*
10 *Et quid si appareat de innocentia rei?*
11 *Et quid in dubio?*
12 *Et quid si fideiussores non sint idonei?*
13 *Et quid si detentus in vna ciuitate velit dare fideiussorem in alia?*
14 *Et quid si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem?*
15 *Et quomodo id probari possit?*
16 *Et an viri illustres dimittendi sint iuratori & cautioni?*
17 *Et quæ debeat esse forma promissionis huiusmodi fideiussoris?*
18 *Et an possit aliquis se obligare pro alio ad pœnam corporalem?*
19 *Et quid si pro delicto imponatur pœna pecuniaria?*
20 *Cautela recipiendi fideiussoris?*
21 *Si statutum imponat pro vulnere pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & aliquis simpliciter fideiusserit pro imputato de vulnere, sub qua pœna teneatur*

tur illum consignare?
22 *Et quid si ille, qui præstitit fideiussorem, sit deinde ex alia causa bannitus?*
23 *Quantum tempus concedatur fideiussori ad reum præsentandum?*
24 *Si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pœna promissa?*

1 His peractis, debet iudex deliberare, an reus sit carceri, seu custodiæ tradendus, an autem fideiussori relaxandus, Vt plurimum autem perfecto reorum examine factisque debitis confrontationibus testium solent iudices ipsos reos ad carceres duci facere, prout communiter fieri consueuisse attestatur Bened. de Plumb. in repet. l. pen. §. ad crimen, post num. 69. ff. de publ. iud. Debent autem rei poni in carcere custodiendi, non autem in vinculis, & ita in hac prouincia obseruatur, prout etiã in Curia Parisiensi obseruari attestatur Igneus in l. necessarios. §. non aliàs in lectura, nume. 74. ff. ad Sylle. dicens, quòd ibi nullum reum in vinculis tenent, sed tantum custodiunt, tametsi (vt ipse ait) in aliis curiis cum carcere, & diligentiori custodia seruentur. Certè vbi qualitas personæ, & delicti hoc exposceret, posset iudex reum in arctos carceres coniicere, & prohibere, ne cum aliquo loquatur. Et ita practicari per iudices peritos, & expertos, attestatur Ant. Gomes. c. 9. delict. n. 6. in fi. Aliàs autem laudabilius est reos, qui de graui crimine delati nó sunt, vinculorum asperitate non vexare.

2 Sed quid si reus, qui videt se ad carceres conduci, appellet, nunquid stante appellatione adhuc erit carcerandus? Respõ. de iure fortè dici posset, quòd non, nihil enim innouandum videtur appellatione pendente. Sed certè contrarium seruatur de consuetudine præsertim in hoc Ducatu, in quo in causis criminalibus non admittitur appellatio, & ita etiam seruari de stylo, & consuetudine patriæ Delphin. attestatur Guido Papæ decis. 235. quem refert Marcus decis. 915. Quæro an pendente, num. 4. nec dicitur iudex qui delinquentem carcerari iubet, aliquid contra eum innouare, sed potius videtur ius publicum, & suum tueri, ne illa fuga pœnam delicti euadat. Et certè si carcerandi appellantes relaxandi essent, frustratorium esset carceres ædificare, quia omnes appellarent, & sic omnia iudicia criminalia eluderentur.

3 Et quoniam hoc loco incidit mentio carceris, bonum est vt scias, q Fabricatio domus ad vsum carceris pertinet ad ciuitates, seu loca, in quibus de carcere est prouidendum, custodia autem carceratorum pertinet ad Regem; seu dominum cuius est iurisdictio & eius officiales. Et ita de iure probari demonstrat, & consuetudine etiam interpretatum esse attestatur Nunius de los corregidores, fol. 131. nu. 4. quod nota, quia sæpius vidi super hoc in facto dubitari, & in multis etiam locis vidi contrarium obseruari.

4 Scias etiam, quòd de iure commentarien sis, siue custos carcerum tenetur singulo mense numerum ipsorum carceratorum iudici significare vnà cum titulis delictorũ, propter quæ detinentur, eorúmq; qualitate & ætate, sub pœna viginti librarum auri, & iudex si in hoc etiam fuerit negligens, punitur in 10. lib. auri, &c. vt est tex. in l. fin. C. de Custo. reorũ. & licet pract. Iod. cap. 17. nume. 11. dicat, quòd illa practicæ vsus non recipit, in hac tamen ciuitate Mediolani hoc optimè seruatur Quinimò solet singulo mense vnus ex senatoribus accedere ad carceres, & omnia prædicta diligenter exquirere, & in causis leuibus plerunque relaxari facere detentos sub fideiusione: in grauib. autem senatui referre, cui maxima est cura, ne carcerati in vinculis macerentur, quod & in Hispania diligenter obseruari attestatur Ant. Gomes. c. 9. delict. n. 7. in fin.

5 Sed in hoc proposito quæro, si aliquis ex carceratis in carcere moriatur, quomodo succursum erit custodi carcerũ, vt non teneatur illũ exhibere? Resp. Poterit probare mortem illius per testes, & ea probata, non erit vlterius molestandus. l. fin. ff. de cust. reor. Dicit tamen Angel. in d. l. fin. num. 6. quòd hodie custodes carcerũ vtũtur hac cautela, quia scilicet quando carceratus infirmatur, ducũt medicũ, & de ægritudine faciũt extrahi publicũ instrumentũ, & deinde postquam ille mortuus est, illũ extrahũt de carcere inuolutũ in quodam sacco in signũ mortalitatis. Sed certè hæc cautela apud nos non admitteretur, non enim sufficit facere fidem de ægritudine, nisi etiam fiat fides de morte, nam omnes, qui infirmantur non moriũtur, & si hoc admitteretur, esset cuilibet de facili aperta via fugiendi. propterea in hoc Ducatu seruatur, quod quando aliquis ex carceratis infirmatur, custos monet iudicem de illius ægritudine, & deinde si moriatur, facit vocari notariũ processus, qui coram testib. visitat cadauer, & illud recognoscit pro eo, qui dicitur mortuus, & illam visitationem redigit in actis. Et hoc modo præclusa est via fraudib.

6 Plerũq; verò aut ipse reus, aut eius procuratores petũt eũ à carcere dimitti, ac fideiussori relaxari. videdũ est, igitur quando reus sit fideiussori relaxãdus. Et scias, q ille, qui intercedit pro reo, & petit eũ relaxari fideiussori, debet facere hanc petitionẽ poni in actis cũ oblatione idonei fideiussoris, nam si non reperiatur in actis, iudex ẽ eũ non relaxet, non tenetur in syndicatu. Et ita in facti contingentia iudicatũ fuisse attestatur Afflict. super 2. parte constitutionũ Regni, Rub. 10. nume. 3. Scias etiam, quòd licet de iure regulariter cõtractus facti à carcerato non valeant, prout tenent communiter Doctor. teste Marsilio in pract. crim. §. attingam. nume. 2. tamen de consuetudine carcerati solent procuratores constituere, & satisdare, & alios contractus facere. Et ita continuè in practica seruari attestatur Alber. in l. qui in carcerẽ, ff. quod metus causa.

7 In hac autem materia facienda est conclusio, q regulariter vbicũq; pro crimine imponitur pœna corporalis, reus non est fideiussoribus relaxandus. Et hæc est communis opi. vt ait Xuares in suo vol. allegationum, fol. 693. circa fin. in qua allegatione valde eleganter loquitur in hac materia. Et huic opinioni applaudit consuetudo, vt dicit Car. Alex. in cap. quisquis, 2. quæst. 8. Vbi verò non ingeritur pœna corporis afflictiua, non debet reus carcerib. mancipari. Et ita tenent communiter DD. vt ait Ant. Gomes. c. 9. delict. nu. 8. & nos de hoc habemus decretum, in nouis constit. in tit. de accusat. cap. rei carceribus, Quod intellige vt procedat, modo offerat præstare fideiussorem, aliàs si non haberet fideiussorem, vtique deberet in carceribus detineri, & ita seruatur.

8 Et hæc quidem conclusio maxime locum habet in seruis, nam illi non relaxantur fideiussori, vt est tex. in l. 2. ff. de custo reorũ, & in l. lex Corn. §. præterea, ff. ad Sylle, & dicit Aflict. in d. Rub. 10. in fin. q ita vidit fuisse iudicatum.

9 Solent etiam plerunque iudices in festis Paschatis,& Natalis Domini reos in carceribus detentos relaxari facere, & ad hunc effectum solent illis tēporibus quatuor Senatores ad visitandos carceres accedere,& alios fideiussorib.dimittere, alios carceratos relinquere,& vbi negocium est grauis momenti senatui referre,& his relationibus solent etiā interesse in Senatū principes nostri,vel eis absentibus,eorum in hoc Ducatu locum tenentes.De hoc autem habemus tex.expressum in l.nemo, quæ est lex tertia,C.de episc.aud.vbi excipiūtur etiam delicta, quorum rei non sunt eo tempore relaxandi. Dicit tamen ibi Barto. quòd consuetudo interpretata est contrarium, & illum refert Marcus decis. 409.nu.1.& Pract.Conradi fol.276.num.14.Sed certè si crimen non sit enormè, & reus non sit confessus,vel conuictus, vtique debet in festis Paschalib. & Natalitiis relaxari,saltem data domo,vel ciuitate pro carcere.Et ita de cōsuetudine apud nos obseruatur,de qua etiam attestatur Boss.in tit. de carcer.fid.com.n. 27.

10 Pariter etiam, vbicunque etiam pendente processu,apparet reum non esse culpabilem delicti, de quo imputatur,debet relaxari,vt est tex.in l.1.C.de exhib.reis.Et ita Florentiæ practicatur,vt dicit Apostil.ad Bald.in l.nullus, sub nume.2. C. de exhib. reis,quem refert Chassan.super consuet Burgun.fo. 50.nume.170.& Boer.super consuet.Bituri. fol.123. col.1.& Gramma.super constit.Regni,folio 60.post nume.42. & Carauita super 40.ritu magnæ curiæ, circa princip & super ritu 41.nume.5. & licet text. in d.l.1.non videatur requirere fideiussores,sed simpliciter dicat illum debere relaxari, nihilominus practica obseruat,quod præstetur fideiusio, & ita seruari videmus,vt dicit Boss.in tit.de senten.num. 61.subdit tamen Carauita in loco prælleg.quòd in Regno Neapol.hodierna practica communiter, & generaliter se habet,quòd facta publicatione processus,etiam ꝙ appareat de innocentia rei, nō relaxatur fideiussori, quod ego non laudo, nisi crimen sit valde enorme,vel speret iudex habere noua indicia. Hæc autem relaxatio operatur, ꝙ non potest reus iterum in carceres coniici ex ea causa, nisi superuenientibus nouis indiciis. Et ita seruari attestatur Boss.in loco prælleg.quod tamen(vt videmus)non ita distinctè obseruatur,sed iudicis arbitrio relinquitur.Præterea scias, ꝙ in omnem casum tempore,quo fit relatio diffinitiua causæ in Senatu,semper solet reus ad carceres reuocari,ne, si sequatur condemnatio corporalis,possit illam fugiendo eludere.

11 In dubio autem debet iudex semper inclinare in mitiorem partē,vt. s. reū sub fideiusione relaxet,& hoc vt subditos minus quam fieri potest, grauet impensis, licet iudices seueritatis gloriam affectantes de consuetudine seruent contrariū,ipsi enim in dubiis semper consueuerunt retinere reos in carceribus mancipatos,vt dicit Benedict.de Plumb.in repet.l.pen.§.ad crimen,post nu.67.ff.de pub.iud.Potest tamen iudex reū consignare militib. vt illū custodiant in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussorib.qui promittant eū in aliquo loco tenere vel statuere palatiū,vel ciuitatē pro carcere sub fideiusione,quando personæ qualitas hoc requirit, & iudex credit pro certo illū non fore culpabilem, prout se vidisse infinitis vicib. obseruari attestatur Ange.in l.nullus,nume.3.C.de exhib.reis,quem refert Xuares, in suo vol. allegationum,fol.688.nume.11.& Nunius de los corregidores,fol.155.col.2. in prin.Subdit tamen ibi Angel.Consulo tibi assessori,vt nunquam eum relaxes fideiussori,quia magna pericula posses incurrere. Sed in hoc iudicio meo malè loquitur,& contra æquitatem, & communem practicam.

12 Cæterum debet iudex diligenter aduertere,quādo facit reos sub fideiusione relaxari, vt denturidonei fideiussores, aliàs ipse teneretur in syndicatu,quinimò refert Boss.in ti.de carcerato fidei.commit. n.7.quòd ipse vidit in contingētia facti, quēdā magnum virum compelli etiam ante syndicatū ad soluendam pœnam , quam promiserat fideiussor. Propterea bonum est , quòd iudex vbi fideiussor non sit notoriè plusquam soluendo, faciat ei dari approbatorem,seu collaudatorem qui illū collaudet & approbet pro idoneo,nam ipse collaudator tenebitur vbi repertum fuerit fideiussorem non esse soluendo.Et hæc est bona cautela, vt dicit Maria.in d.c.qualiter & quādo,post num. 236.vbi subdit,quod ita etiam seruat consuetudo.Dicit etiam Ang.de malef.in verbo,Pro quib.& quolibet eorū, num.13.quòd ita est consuetudo per Italiam,quem refert Boss.in loco prælleg.Sed certè in hoc Ducatu seruatur,quòd notarij rerum criminalium recipiunt ipsi fideiussores,& tenentur in subsidium,vbi illi non sint idonei. Quod fuit optima ratione introductum, quia vt plurimum iudices sunt forenses,notarij verò municipes , & ideo habent magis notas personas,& facultates eorum,qui faciūt pro reis fideiusiones, propter ea ipsi bene aduertant. Dicitur aūt fideiussor idoneus non modo qui possidet bona immobilia,sed etiam qui licet nulla possideat immobilia,habet tamen tot bona mobilia, quæ de facili asportari non possunt, puta, si haberet magnam apothecam, vel multa nomina debitorū.arg.eius ꝙ dicit Bar.in l.sciendū,num.5.ff.qui satisd.cog.Et ita seruatur,vt attestatur Carauita super titu 160.magnæ curiæ,nu.7.in fi.qui multa ponit in hoc proposito,de quib. ego dixi s.libro 2. §. Fideiussor.

13 Pone,quòd Papiensis sit detentus Mediolani,vel econtrà,& offerat dare fideiussores in ciuitate Papiæ,quia dicit eos non reperire in ciuitate Mediolani,quia sit forensis,nunquid erit admittendus vt fideiubeat in ciuitate Papiæ?Respon.quòd non,sed semper dari debet fideiussor in loco iudicij , & ita seruatur, prout etiam se vidisse obseruari attestatur Afflict.super 2.parte constitutionum Regni, Rub.10.nu.6.

14 Sed quid agendum,si reus propter paupertatē non inueniat fideiussorem, nunquid erit relaxandus præstita per ipsum iuratoria cautione? Resp. De iure fortè esset dicendum,ꝙ sic, & est communis opi.vt ait Marsi.in repe.Rubricæ de fideiussoribus,n.166.& seq.De consuetudine tamen seruatur contrarium, & in specie de mulierib.quòd non relaxentur cum iuratoria cautione , dicit Apostil. ad Bald. in authent. hodiè , C.de custod.reorum, quòd ita obseruat consuetudo.Ita etiam iudicatū fuisse in curia Burdegalen. attestatur Boer. decis. 349.col.fin.versic.Tamen sunt, & in fin. illius decisionis dicit,quod idē etiam seruatur in viris,prout etiam in hoc Ducatu seruatur indistinctè. Solent tamen quandoq; relaxari delinquentes multū grauati in processu cū iuratoria cautione, & præcepto in faciem,cū comminatione pœnæ iudicis arbitrio prius tamen consulto Senatu, vel etiam si agatur de

de leui crimine,senatu non cōsulto.Et iudicio meo est optima consuetudo,ne rei,qui alias essent relaxandi,vbi fideiussorem non inuenirent,propter eorum paupertatem,in carceribus marcescant.

51 Sed quomodo probabitur, ꝙ reus non posit inuenire fideiussorem?Resp. Eo ipso, quòd reus cum iuramento affirmet,quòd non putat inuenire posse fideiussores,satis censetur probasse difficultatem præstandi fideiussorem:secūdum gl. in l.1.in verbo, Fideiussoribus,ff.qui satisd.cog.quam dicit esse cōmuniter approbatam Soc.cons.79.col.2.vers. Tertio confirmatur,lib.2. prout illum refert Cotta in memorab.versi.Iuramentum probat. circa princip. In practica tamen apud nos seruatur , ꝙ iudex ex officio summariè & sine scriptis cum interuentu fisci se informat de facultatibus ipsius rei aliter,quā per eius iuramentum,& deinde fit ordinatio,quòd relaxetur cum iuratoria cautione , cum participatione, & interuentu fisci, & subscribitur à fiscali, & iudex est postea tutus in syndicatu.

16 Scias autem,quòd de iure loquendo , viri illustres non possunt cogi ad fideiusionem præstandā in causa criminali,sed dimitti debent iuratoriæ cautioni,vt est text. in l.quoties. C.de dign.lib.12. Sed quidquid sit de iure,contrarium seruat consuetudo vt s.non modo cogantur fideiubere , sed etiam in carcerem detrudantur.Et ita dicit Fab. in pra. alb. fol.458.n.12.quòd dispositio d.l.quoties.recesit ab aula,& in practica non seruatur.

17 Quæro,quæ debeat esse forma promissionis fideiussoris in causa criminali? Respond.Quidam dicunt sufficere,quòd promittat simpliciter consignare reum ad omnem requisitionem ipsius iudicis, quo casu si id non obseruauerit, tenebitur ad interesse.Et hoc videtur tenuisse gl.in l.fi.in verbo commodius,ff.de præto.stip.Alij verò dicunt, quòd nō sufficit illa simplex promissio,sed debet promittere de eum consignando sub certa, & determinata pœna. Ita tenuit gloss. in l.sed, & si quis §. final. in verbo,plusquam statutum est, ff. si quis caut.& ita communiter seruatur , vt dicit Alberic. in l. si quis reum,numero primo,ff.de custod.reorum. Carauita super 44. ritu magnæ curiæ , numero octauo in fine.

18 Sed nunquid poterit aliquis se obligare ad pœnam corporalem ex sua conuentione propter delictum alterius? Respond.quòd non,ita tenet glo. in capitulo,cum homo,in verbo,Supplicium , 23. qnæstione quinta,quam dicit esse frequentissimo omnium consensu recepta Didacus libro secundo, resolutionum,cap.8.numero octauo, & ita communiter seruatur,vt dicit Alberic.in prima parte statutorum,quæst.51.quem refert Marsil.in Rubric.ff. de fideiuss.nu.208.& in l.infans.n.16.ff.ad legem Corn. de sicar.Et ideo apud nos non admitteretur in practica,illud,quod dicit Xuares in suo volum.allegat fo.700.numero vigesimooctauo.in fi.quòd scilicet aliquis recipiat custodiam carcerati , & se obliget tanquam fideiussor carcerarius.

19 Vbi verò tantummodo imponitur pro delicto pœna pecuniaria,solet reus dimitti cum fideiusione de iudicato soluendo,& secuta sententia condēnatoria contra reum, fit executio contra ipsum fideiussorem,etiam absque alio nouo processu,vt dixi j.q.95.circa prin.

20 Sis tamen cautus tu,qui recipis fideiussorem, vt facias apponi clausulam , quòd promittit stare, & soluere quamcunque condemnationem,quę fiet cōtra eius principalem,etiam in causis appellationis , nam regulariter talis fideiusio expirat lata sententia , & ideo fideiussor non tenetur in causis appellationis.Et hæc est communis opin. vt dicit Boer.decis.315.numero primo.Paris.consi.centesimoseptuagesimoprimo, numero trigesimo, libro quarto,vbi dicit , quòd ita communiter concluditur.Et hanc cautelam tradit Angel.Aretin.in §. sed hodie,numero primo. Instit.de satisdatio. Quæ tamen apud nos non practicatur,ex quo (vt sæpe dixi) in causis criminalibus non admittitur appellatio.

21 Sed quæro, pone quòd statutum pro vulnere imponat pœnam centum, & pro homicidio pœnā mille,& quod aliquis simpliciter fideiusserit pro alio imputato de vulnere,de eum consignando , & quod deinde vulneratus decesserit,nunquid fideiussor,si illum non consignet, erit puniendus in centum,an autem in mille?Respond. Aut vulnus erat à principio mortale , & fideiussor debet condemnari in mille:aut non erat mortale,& debet condēnari solummodo in centum.Et ita communiter determinatur,vt dicit Gand.de malef. in Rubric. de multis quæstionibus. numero primo. Hæc tamen quæstio hodie cessat in practica, cum fideiusiones accipiantur pro certa,& determinata summa,vt dixi s.vers.Quæro quæ debet.

22 Quęro,pone quod aliquis præstitit fideiussorem in causa criminali , deinde fuit imputatus de alio crimine bannitus, nunquid fideiussor datus in prima causa tenebitur adhuc sub pœna contenta in fideiusione illum consignare?Resp.ꝙ non, imo secuta condemnatione contra illum , remanet prorsus liberatus,nec tenetur illum amplius præsentare, & ita communiter tenetur, vt dicit Alberic.in quarta parte statut.quęstione sexagesimaquarta,vbi etiam subdit, quòd ita vidit communiter seruari.Et dicit Boss.in tit.de carcer.fideiuss.relaxan. numero quadragesimoprimo.quod ita tenent communiter Doctor.Propterea iudex debet esse cautus , vt priusquam condemnet reum ex secunda causa,citet fideiussorem ad illum præsentandum ex prima causa,& vbi non consignet, eum condemnet in pœna contenta in fideiusione : deinde procedat contra principalem,ex primo & secundo delicto.Dicit autem Boss.in loco prælegato , quod si iudex condemnat reum ex prima causa , fideiussor non liberatur,& fuit opin.Bartol.in l.si quis reum , numero secundo.ff.de cust.reorum.Sed contrarium tenuit Bald.post Dyn.in l.qui crimen,numero decimosecundo. C.qui accus.non poss.& hæc opin. Bald.apud nos de facto seruatur, solet enim primo citari fideiussor ad consignandum reum,& vbi non cōsignet, condemnari, deinde citatur reus, & si non comparet,condemnatur.Et ita faciunt cauti iudices,vbi dicit Alberic.quem refert Nellus de bannitis,in secunda parte,tertij tempo.quæstione sexta & Boss.in loco prælega.numero quinquagesimoprimo in fin.Idem dicit Spec.in ti.de dolo,& cont. numero vigesimotertio, versiculo.Sed pone,quem refert Carauita super ritu magnæ curiæ 158. numero tertio,in fin.vbi etiam subdit, quod ita practicatur in omnibus curiis Regni,& ideo si iudex primo citaret reum,& eo non comparente illum banniret non vocato fideiussore,si post bannum vocaretur fideiussor,vt illum sisteret,esset excusatus, ex facto enim iudicis videtur impeditus,ne illū consignet.Et quamuis interuenerit etiam factum,& cul-

pa

pa ipsius rei principalis, non propterea debet fideiussor teneri, cum tempore debito monitus non fuit vt illum consignaret.

23 Sed hic quæro, quantum tempus habeat fideiussor ad præsentandum reum? Respond. quòd de iure communi videtur habere dilationem sex mensium, vt est text. in lege sancimus, quæ est lex antepenult. C. de fideiuss. Et ideo dicit Angel. in lege si quis reum, post numerũ sextũ. ff. de custo. reorum, quòd debet iudex facere, quòd fideiussor renunciet beneficio d. legis, & subdit, quòd assessores ita practicant. Sed certè apud nos non est in vsu dispositio illius legis, & consequenter neque etiam practica illius renunciationis, omnes enim fideiussores expressè recipiuntur de consignando ad omnem requisitionem, & toties quoties, &c. & propterea cessant omnes difficultates, quia sumus extra casum illius legis.

24 Successiuè quæro, si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pœna promissa? Respond. quòd applicatur fisco, & ita obseruat consuetudo, vt attestatur Bartol. in d. l. si quis reum, numero 4. ff. de custod. reorum, vbi etiam Ang. nume. 7. dicit, quòd ita practicatur.

QVÆSTIO XLVII.

1 *De cautione de non offendendo.*
2 *Et nunquid à parte regulariter peti possit?*
3 *Et an possit iudex ex officio cogere partes ad illam præstandam?*
4 *Et quid si pars illam petens dederit causam inimicitiæ?*
5 *Et an hæc cautio præstanda sit cum fideiussoribus?*
6 *Et quanto tempore duret?*
7 *Et quid si durante promissione de non offendendo inter aliquos, vnus offendat alium, an possit deinde alius illum impune offendere?*
8 *Et quid in induciis?*
9 *Et quid si ex noua causa secuta sit offensio?*
10 *Et quid si eodem tempore vnus alterum offendat?*
11 *Et an si quis offendat fratrem alterius, dicatur incidisse in pœnam?*
12 *Et quid si adulterauit eius vxorem?*
13 *Et quomodo hæc pœna, & pro quibus portionibus transmittatur ad hæredes?*

1 FRequenter contingit, quòd postquam iudex mandat inquisitum è carceribus sub fideiussione relaxari, comparet accusator, seu pars offensa, quæ petit illum prius, quàm relaxetur, cogi ad præstandam fideiussionem de eum non offendendo: Nunc ergo aliquid de ipsa cautione videamus.

2 Et in primis quidem facienda est generalis conclusio, quòd potest pars petere ab eo, à quo timet offendi, sibi præstari cautionem de non offendendo, & tenetur iudex illum cogere ad eam præstandam, lege illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsidis. Et hæc est receptissima omnium traditio, vt ait Placa libro primo delictorum. ca. 7. numero 1.

3 Sed nunquid potest iudex ex suo mero, & absoluto arbitrio, non præcedente aliqua causæ cognitione, cogere aliquem ad præstandam hanc cautionem? Respond. quod non, sed solummodo si petatur à parte, & cum iusta causa. & hæc est communis opin. vt dicit Paris. consilio centesimo sexagesimo octauo, numero decimo, libro quarto, quẽ refert Placa in d. cap. septimo, numero primo, in fi. Ego tamen plerunque vidi contrarium obseruari, quando subest timor scandalorum, solent enim iudices, & debent cogere partes ad inuicem fideiubendum de se non offendendo, omni appellatione & exceptione remota, & vbi recusant fideiubere, eiiciuntur a ciuitate, sub comminatione graui pœnarum. Et hæc practica mihi semper placuit, debẽt enim omni studio iudices curare, vt in ciuitate omnia sint pacata, & tranquilla. Quinimò in multis locis vbi quis minatur alteri, solet ille dari in custodiã aduersario suo sub pœna vitæ. & hãc custodiã appellamus Saluaguardiam, quã senatus ex causa quãdoque solet cõcedere, præsertim quãdo aduersarij sunt potẽtiores, & manu prõptiores. Et hoc etiã seruari de consuetudine Frãciæ attestatur Aufrer. ad decis. Tholos. 489. & Marcus decis. 125. nu. 2.

4 Sed pone, quod pars, quæ petit sibi caueri de non offendendo, fuerit illa, quæ dederit causam inimicitiæ, nunquid poterit eius aduersarius ei hoc obiicere, & recusare illam præstare? Respond. quod non: sed eo non obstante, adhuc cogendus est vt eam præstet. Ita tenet Bartol. in lege qui bona fide, §. si quis iuxta, numero primo, ff. de damno infect. & est communis opin. vt dicit Ripa in Rub. de iud. post numerũ decimoquartũ, versic. Prẽmissa etiam Ant. Gomes. c. 12. delictorum, post nu. 14. vers. Quod etiam extende.

5 Sed quæro, quomodo præstanda sit hæc cautio? Respond. quod debet præstari cum fideiussoribus, & ita seruatur de consuetudine, vt dicit Alber. in l. non est verisimile, in princip. versic. Sed vidi dubitari. ff. quòd metus causa. Et ita semper vidi seruari, etiam, quòd pars multa bona possideat. Benè verum est, quod si ille, à quo petitur hæc cautio, sit pauper ità vt verisimiliter non possit inuenire fideiussorem tunc admittitur ad præstandum loco fideiussionis iuratoriam cautionem. Et hoc dummodo sit bonæ vocis, & famæ, aliàs enim non esset de eo confidendum. Sed debet iudex illum potius cogere, vt exulet, neque excusatio paupertatis esset hoc casu admittenda. nam homines malæ vitæ, & conditionis quanto sunt pauperiores, tanto etiam promptiores sunt ad delinquendum, cùm non timeant confiscationem bonorum, quę non habẽt.

6 Item quæro, quanto tempore duret hæc cautio, & promissio de non offendendo? Respond. Aliqui dixerunt, quòd tantum durat 30. Diebus. Et hanc dicit esse communem opin. Alberic. in d. §. ne potentiores, post nu. quartũ. versiculo. Item quæro quanto. Sed certè hoc non seruatur in practica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspicionis, tunc iudex potest ac debet cogere partes per aliquod tempus antequam expiret, ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicum super hac renouatione facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opin. quod tempus, quo habet durare hęc cautio, relinquatur iudicis arbitrio, dicit esse communem Ripa in Rubric. ff. de damno infect. nu. 23. quem refert Placa in dicto c. 7. n. 4. & ab ea (præsertim stante consuetudine) nullo modo est in practica recedendum.

7 Sed quoniam plerunque secuta aliqua offensione post datam fideiussionem solet de variis quæstionib. dubitari, non impertinẽs existimaui de eis etiam aliquid subiicere. Quæro itaque in primis, facta

facta per aliquos promissione de non offendendo, prout fit quando cõtrahitur pax vel præstatur hæc cautio, nunquid si vnus ipsorũ offendat alterũ, & sic frangat pacẽ, possit alter impunè illũ offendere? Resp. q̃ sic, ita sentit Bar. l. cum pater. §. libertis, in fi. ff. de lega. 2. & ita communiter concluditur, vt attestatur Alex. in l. cum proponas, nu. 6. C. de pactis. Hanc etiam esse communem opinionem, dicit Alex. cons. 115. nu. 7. lib. 4. Dec. cons. 380. num 2. Paris. cons. 164. nu. 23. lib. 4. Claud. in d. l. cum proponas, nu. 6. Cephalus cons. 35. nu. 27. lib. 1. & dicit Corn. cons. 42. in litera F. lib. 2. q̃ in hoc omnes concordant. Et hoc etiam si in contractu apposita esset clausula, q̃ Pœna toties committatur, quoties contra factum fuerit, adhuc enim iste, qui posteriore loco offendit, nõ dicitur in pœnam incidisse. Et hanc opinionem tanquam communem, sequitur Alexand. in allegato cons. 115. nu. 8. & seq. Pet. Bel. de re militari, fol. 136. nu. 52.

8 Sed hic incidenter quæro. pone, q̃ sint factæ induciæ, vel (vt nostri Doctores appellant) treuga, inter aliquas partes, nunquid si vna pars frangat inducias, poterit altera pars eis contrauenire? Resp. Aliqui dixerunt, q̃ non, sed quòd tenetur eas nihilominus obseruare, & fuit dictum originale Vincent. in c. inter verba, 11. quæst. 3. Et hanc opin. dicit esse communem Deci, in cã. constitutus, el 1. post num. 2. vers. Ad prædicta, de appella. Gratus consil. 105. nume. 1. & sequen. lib. 1. Et dicit Imola in d. l. qui seruum, nu. 2. quòd ita obseruatur de consuetudine prout illum refert Socin. cons. 262. in fin. lib. 2. quod est duplicatum consil. 90. lib. 3. Sed certè Imol. ibi hoc non dicit, sed tantummodo refert Vincent. dicentem ita seruari in Hispania. & subdit, quòd illud videtur potius de consuetudine, quàm de iure. Et Vincentium ita attestantem refert etiam Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de treuga & pace, super Rub. & Alexan. in d. l. cum proponas, num. 3. & Ias. in d. l. qui seruum, nu. 3. & Gomes. Arias super lege 36. Tauri, nu. 12. Ego credo contrarium de iure verius esse, scilicet quòd pars nullo modo teneatur obseruare treugam, quam eius aduersarius fregerit. & ita etiam semper vidi vbique obseruari. Et dicit Corn. in d. cons. 42. in litera F. se putare quòd illa opin. nullibi seruetur in practica. Claud. in d. l. cum proponas, nu. 4. attestatur, quòd vbique contrarium seruatur, præterquam in Hispania.

9 Quæro nunc, pone, quòd existẽte inter aliquos rixa seu inimicitia, facta fuerit inter ipsos promissio de nõ offẽdẽdo sub aliqua pœna, q̃ & deinde ex noua causa siue rixa superueniente vnus eorũ alterũ offendat, nũquid dicetur cõmissa pœna? Resp. Barto in l. aut facta. §. causa, n. 1. ff. de pœn. tenuit, quòd non. & ita communiter teneri attestatur Cor. in d. cons. 42. in litera B. Hanc etiam dicit esse communem opi. Alex. in l. qui insulam, n. 4. ff. de verb. obl. prout illum refert Paris. in d. cons. 165. nu. 26. li. 4. licet in libro meo Alexan. id non dicat, refert etiam Taeg. in pract. cri. c. 13. num. 6. in fin. Soc. Iun. consil. 103. nu. 7. li. 3. Et dicit Bal. in c. 1. in princ. nu. 2. de pace tenenda, quòd ita tenent communiter Doct. & ita in facti contingentia consuluit Rom. cons. 258. Mantua cons. 169. lib. 1. Hoc tamẽ intellige vt procedat, quando apparet de noua causa verisimili, aliàs secus, prout in facti contingẽtia cõsuluit Cephal. cons. 35. lib. 1. in 1. dubio. Item intellige vt procedat, quando ille, qui offendit, non dedit causam vel occasionem secundæ rixæ, vel illam aliquo modo procurauit seu affectauit, aliàs enim vidi pluries iudicari, quòd diceretur cõmissa pœna, & hoc ad euitãdas fraudes, quæ de facili possent hoc modo committi. Quilibet enim posset facere oriri nouam causam, & ita impunè alium offendere, nõn obstante promissione, quod esset maximè inconueniens.

10 Sed hic quæro, pone, quòd duo promiserũt se inuicẽ nõ offendere sub pœna, Modo cõtingit, quòd ambo se inuicem offenderunt eodem tempore, ita vt non appareat, quis primò offenderit, nũquid alius ipsorum dicetur incidisse in pœnã? Respon. quòd nemo eorũ tenetur, sed offensa inuicem cõpensatur, Ita tenet Bart. in l. cum pater. §. libertis. nume. 7. ff. de legat. 2. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. si seruum. §. sequitur, num. 9. ff. de verbor. oblig. quem refert Boer. decis. 237. post num. 2. Gratus cons. 114. nu. 14. libr. 2. Ias. in d. §. sequitur, nu. 12. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando agitur solummodo de pœna applicanda parti, sed si in promissione fuisset appositа aliqua pœna, quæ esset applicanda fisco, fortè ambo essent condẽnandi. licet enim ratione incertitudinis regulariter omnes debeãt absolui, tamen illud habet locum, quando agitur de pœna corporali, secus autem quando agitur de pœna pecuniaria, nam omnes puniuntur, ne delictum remaneat impunitum, vt dixi infrà q. 60. vers. Vidi ego.

11 Quæro etiam, si duo promiserunt se inuicem nõ offendere sub pœna, nunquid si vnus eorum offendat fratrem alterius, dicatur incidisse in pœnam? Resp. quòd non. ita tenet Bart. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, nu. 10. ff. de verbo. oblig. & ita dicunt communiter Doct. vt ait Bald. in c. 1. §. similiter si dominum, nu. 4 quib. mod. feud. amit. Pet. Bel lus de re milit. fol. 136. post nu. 53. Hanc etiam dicit esse communem opi. Alex. in d. §. Chrysogonus, n. 20. & seq. Ad hoc enim vt dicatur pax rupta, requiritur quòd persona offensa sit talis, quòd propter eius offensam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine. Quod tamen intellige, vt p̃cedat, nisi manifestè appareret, quòd offendisset eius fratrẽ, vt ipsũ principalẽ offenderet, puta, quia nullam aliã causam inimicitiæ haberet cũ ipso fratre. nam eo casu grauius etiam esset puniendus.

12 Sed quid si vnus ex illis, qui promisit aliũ non offendere sub pœna, adulterauerit vxorẽ alterius, nunquid incidit in pœnam? Resp. quòd non, quia præsumitur potius id fecisse causa libidinis, quàm animo iniuriandi. Ita tenet Bart. in l. verum, nu. 4. de furtis. Et hoc dictum Bart. communiter à consulentib. approbatur, vt dicit Lud. Catus inter cons. criminalia diuersorum cons. 99. num. 13. lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Aug. ad Ang. de malef. in verbo, *Che hai adulterato*. post n. 60. Et ideo si mulier illa esset adeo deformis seu vetula, vt verisimile esset, quod potius animo iniuriandi, quàm ex causa libidinis id fecisset, fortè posset dici quòd incidisset in pœnam.

13 Quæro, quomodo hæc pœna, in quam incidit contrafaciens promissioni de non offendendo, & pro quibus portionibus transmittatur ad hæredes? dixi suprà, li. proximo. §. stipulatio.

QVÆSTIO XLVIII.

1 *De dilationibus.*
2 *Quot dilationes dari debeant in causis criminalibus?*
3 *Et an in causa adulterij concedendæ sint dilationes, prout in aliis causis?*

4 *Dilationes in causis criminalibus an sint vtrique parti communes?*

1 PErfecto processu informatiuo ex parte iudicis,reoq; examinato, factisque debitis repetitionibus,& confrontationibus testium, solet pars offensa citari ad submini strandũ,si quid habet contra ipsum reum,præsertim vbi adest querela,& etiã eodẽ contextu citatur ad vidẽdã fieri publicationem processus.Et scias ꝙ licet in causis ciui.publicatio processus non sit de substantia iudicij,sed ea omissa processus nihilominus valet,vt dixi infrà li. prox.tamẽ in criminalib.si omitteretur, processus esset ipso iure nullus,quia tolleretur reo facultas se defendendi,nam secundum communem practicam,eodem cõtextu solent iudices publicare processum offensiuum,& eius copiam parti decernere,vnà cũ termino ad faciendum suas defensiones.

Sed pone,ꝙ accusator cõpareat,& petat sibi statui dilationem ad probandum? Resp. ꝙ iudex debet illam concedere & supersedere à publicatione processus,Et ita vbique indistinctè obseruatur.

2 Quero quot dilationes dãdæ sunt,in iudiciis criminalibus?Resp.ꝙ de iure dandę sunt accusatori duæ
2 dilationes, tres reo,[a] vt dicit tex.in l.fi.ff.de feriis, & licet ille tex.videatur loqui in causis capitalibus tantùm, nihilominus intelligi debet, vt procedat etiam in aliis causis criminalibus quibuscunque. Et ita illam legẽ intellexit gl.magna ibi,cuius opi. dicit esse communem Bal.in ead.l.fin in vltimis verbis,& illam de consuetudine obseruari attestantur Scribentes ibi,& in specie Ang.post num.1.& Paul. de Cast.post nu.3 & Alex.nu,22.& Ias.n. 50.Maranta in suo Specul.fol.118.post nu.2.In hac prouincia seruatur,ꝙ materia dilationum in causis criminalib.est arbitraria iudicibus,secundum opin. Inno. in c.ad petitionem,nu.4.de accus.quam etiam tenent communiter cano.vt dicit Alex.in l. 2. n.8.ff. de re iud.& ideo solent iudices de facili concedere plures etiã dilationes reis,præsertim quando sunt in carceribus,nam eo casu cessat præsumptio calũniæ.Accusatoribus autem non ita de facili concedunt,ne rei grauentur impensis.Et nota,ꝙ si iudex suspicetur partem petere dilationem per calumniam,potest illi comminari mulctam,in casum,in quo deficiat in probatione,vel etiam illam cogere ad promittendum fisco aliquam pœnam pecuniariam,si non probauerit illud,ad quod probandum petit ipsam dilationem.& ita sæpe vidisse fieri,& obseruari attestatur Cagno.in Rubr. si quis iudici. non obtemp.n.4.Quod tamen ego nunquã vidi seruari,bene vidi quandoque accusatorem petentem tertiam dilationem ad probãdum, reo existente in carcerib.cogi ad fideiubendum de omnibus expensis versus partem,vbi non probet.Et hæc practica mihi magis placet.

3 Sed nunquid in crimine adulterij dandæ sunt dilationes,sicut in aliis causis criminalibus? Resp.ꝙ de iure non est danda dilatio,nisi ex iusta causa,vt videtur esse tex.in l.crimine.ff.de adulter. Sed certè quidquid sit de iure,contrarium seruatur de consuetudine,ita enim dantur dilationes in causa adulterij,vt in aliis delictis.Et ita practicamus in palatio,vt dicit Bal.in d.l.fin.nu.14.

4 Cætera autem,quæ pertinent ad materiam dilationũ,posui infrà li.proximo,& nota,ꝙ sicut in causis ciuilibus dilationes concessæ vni parti,sunt etiã alteri communes,vt ibi dixi,ita etiam in causis criminalibus,quidquid in contrarium consuluerit Signorol.cons.160. contra quem tenẽt communiter Doctores,vt attestatur Apostillator ibi in summario ipsius consilij,& ita semper vidi seruari.

ADDITIO.

a Reo.Adde ꝙ in criminalibus iudex de iure nõ potest statuere reo vnam dilationem,& peremptoriam pro tribus,secundum Bal.in l. nõ sunt liberi.ff.de statu homin.& Cyn.in l.j. C. de requirend.reis.

QVAESTIO XLIX.

1 *De publicatione processus, eiusque copia parti decernenda.*
2 *Et quid si procedatur per viam inquisitionis?*
3 *Et quid in crimine hæresis?*
4 *Et quid si pars illam non petat?*
5 *Et an pars petens copiam processus, teneatur exprimere causam?*
6 *Et quid si reus sit contumax?*
7 *Et quid si ex pluribus reis aliqui sint præsentes, & alii qui contumaces?*
8 *Et an prius fieri debeat repetitio testium?*
9 *Et an sit danda reo copia allegationum?*
10 *Et an etiam accusatori danda sit copia processus?*
11 *Et quid in processu,qui sit super inquisitione generali?*
12 *Et an facta publicatione processus possint adhuc testes recipi?*
13 *Neminem condemnari debere, nisi dato termino defensionis.*
14 *Et an princeps possit huiusmodi terminum defensionis tollere in causa criminali?*
15 *Et si reus captus sit in flagranti crimine?*
16 *Et an possit reus huic termino renunciare?*
17 *Et an reus petens veniam delicti censeatur illud fateri?*

1 VBI accusator aliam dilationẽ ad probãdum nõ petat,fit publicatio processus,decernitur que ei copia cum termino defensionis.Et quòd dã da sit reo copia indiciorum,dicit esse communem opi.Ripa in l.2.nume.8.C. de edendo,quem refert Villalob.in sua collecta communium opi.in litera I.verb. indiciorum copia.

2 Et hæc quidem conclusio nullam habet difficultatem,si reus eam petat sibi dari,nam regulariter etiam si contra aliquem procedatur per viam inquisitionis,danda sunt inquisito nomina testium contra eum productorum, nec non & dicta ipsorũ testium (eo petente) publicanda sunt, ad effectũ vt possit seipsum defendere, & suas exceptiones proponere, aduersus eorum dicta, & personas,vt colligitur ex textu in c.qualiter & quando,el 2.§. debet igitur,de accusat. Et ita firmant scribentes omnes,vt dicit Paris.cons.2.nu.155.li.4.Ita etiam tenere communiter Docto.attestatur Cæpol. consil. crim.65.circa fin.& cons.66.vers.Quintò probatur.

3 Habẽtque locũ hæc conclusio etiam in crimine hæresis,nam etiã in causa hæresis,danda est reo copia indiciorũ,non tamen edenda sunt nomina testium,vbi adsit suspicio periculi,fortè propter potẽtiam ipsius inquisiti, vt dicit gl.in c. fi.in verbo, Indiciis, de hæret.in 6. & ita firmant communiter omnes Scribentes,vt dicit Paris.in d. cons.2.n.164. & idem etiam eo casu seruandum esset in aliis causis.Et ideo dicit Blancus in pract.crimin.fol.38.nu. 80.quòd inoleuit practica, quòd dentur nomina testium confusa,& separata à dictis testium ob potentiam reorum,ne possint scire,quid ab vnoquoque eorum dictum fuerit. Et proximis mensibus ita obseruauit Senatus in causa homicidij commissi

cõmissi in personam Iacobi Philippi Frascariæ,in qua propter potẽtiã aduersariorũ permissum fuit iudicibus in ipsa causa delegatis,vt nõ ederẽt nomina testiũ,nisi prout sibi videretur,25.Aug .1564. A.C.quod tamen nunquã alias vidi per Senatum concedi.Benè verum est,ꝙ in causis hæresis, cùm semper graue periculũ credatur imminere,si non testibus, saltem causis fidei Catholicæ,quia pauci liberè testimonium perhiberent,si nominum publicatio fieret,ideo consuetudine receptum est,vt nunquam nomina testium publicentur, vt attestatur Simancas,de hæret.c.62,num.9.

4 Sed nunquid tenetur iudex dare copiam indiciorum reo non petenti?Resp. Aliqui tenuerũt,ꝙ nõ, & dicit Blanc. in pract. cri.fol. 39. nu.102.quòd ita quotidie seruatur,ꝙ scilicet iudices dant aduocatos carceratis,& cũ proceditur in causa,qu vult in dicia,illa petit,& subdit,ꝙ ita vidit seruari. Tu verò dic,ꝙ aut loquimur an sit danda reo copia indiciorum antequam subiiciatur torturæ, & tunc nõ est danda,nisi petatur,& est communis opi.vt attestatur Bos.in ti.de indi.nu.79.vbi etiam subdit,ꝙ ita practicatur: Si verò petatur, omninò dari debet,& est communis opi.vt dicit Nouel.in tract.ad defensam,fol.89.in primis verbis,Alex. de Neuo, cons.86.nu.4.dixi infrà q. 64. vers. Sed quid si ille, aut loquimur,an sit danda ante cõdemnationem, & dic ꝙ debet omninò dari, etiamsi non petatur. Et hoc siue sit conuictus,siue etiam confessus,vt dixi infrà ver.Est igitur.& ita seruatur in hac prouincia,non tamen intellige,ꝙ sit danda reo cum effectu ipsa copia processus expensis officij,vel partis querelantis,sed fit tantummodo decretum copiæ, ita vt pars (si velit) possit illam habere , suis tamen expensis.

5 Sed quæro,nunquid reus petens copiã processus, teneatur exprimere causam,propter quam illã petat?Respõ.Fortè de iure posset dici,ꝙ sic, & ita videtur tenere Alexan.cons.65.col. penult.libr.1.Sed contrarium ex communi vsu seruatur,vt dicit Blancus in pract.crimin.fol.38 num.76. & sequen.& sic satis est,quòd pars dicat,Peto copiam indiciorum mihi decerni, hæc enim assertio inclusam habet causam,quia scilicet volo me defendere, & elidere indicia aliter quàm per torturam.

6 Scias tamẽ,quòd hæc publicatio processus fieri non solet,nisi quando proceditur contra reum absentem,& contumacem,tũc nulla facta publicatione processus, neque data copia parti deuenitur contra eum ad condemnationem etiam capitalem,vt quotidie videmus.

7 Sed pone,ꝙ plures sint rei de vno delicto accusati,quorum vnus sit præsens,alij verò contumaces? Resp.ꝙ licet secundum aliquos non debeat differri processus rei præsentis,donec illi,qui sunt contumaces,condemnẽtur,& hanc dicat esse communẽ opi.Boss.in ti.de sentent.nu.85.in hac tamẽ prouincia seruatur totũ contrariũ,quia scilicet nunquam publicatur præsenti processus offensiuus,nisi prius contumacib. condemnatis,vt etiam fatetur Boss. in loco prælleg.& in titu.de delicto,numer.46.Et ita omnino seruandum esse, in facti contingentia senatus expresè rescripsit prætorib.Fontanellæ,& Romanenghi,11.Augusti.1558.Et est(iudicio meo) optima practica,ne (si publicetur processus) possint contumaces instrui de indiciis contra eos existentibus,& subornare testes, & deinde cõparere. Ipsis autẽ contumacibus condemnatis,fit publicatio processus quò ad præsentes,daturq; eis copia, deletis tamen prius,quantum commodè fieri potest,nominibus contumacium, atq; his omnibus, quæ ad eos pertinẽt,quatenus tamen quò ad præsentes per huiusmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defensionis.

8 Item scias,quòd nũquam publicatur processus, neque datur copia parti,nisi prius factis debitis testium repetitionibus,iuxta ea quæ dixi suprà,q.45. non enim datur reo copia indiciorum, quæ iudex sumpsit super processu informatiuo,nisi postquam sunt eo citatb legitimè repetita. Et ita practicatur,vt dicit Maranta in suo Specul.fol.80.n.8.in fi.

9 Quæro nunquid sit danda reo copia allegationum? dixi infrà lib.proximo.

10 Danda est autem processus copia nõ tantũ reo, sed etiam accusatori,si illam petat,quod intellige, quando processus publicatur etiã reo,sed ante publicationem processus nõ debet dari copia accusatori,etiam si illam petat pro interesse fisci,vt possit alia indicia subministrare.Est enim hoc casu omnino repellẽdus,& ita seruatur,vt dicit Bos. in tit. de iud.nu.82. Vidi tamen quãdoq; ostẽdi à iudicibus examina reorum accusatorib. vt melius sciat fisci partes tueri,quod tamẽ ego nõ nisi ex magna causa,& in atrocioribus delictis,& in quib. difficilè esset habere indicia,faciendum esse consulerem.

11 Hæc autem omnia,quæ de publicatione processus dicta sunt,intelligi debẽt,vt locum habeant in processu,qui specialiter fit contra aliquem,contra quem tanquã culpabilẽ iudex inquirit.Secus autẽ dicẽdum est de processu,qui fit super inquisitione generali ad inuestigandum,quis fuerit delinquẽs, cùm enim in ea non sit adhuc aliquis reus certus, non est alicui danda copia indiciorum,& ita obseruat consuetudo,vt attestatur Anto. de Canar. de quæst.in 2.membro, nu.52.in fin.Quod nota, quia plerunque solent fieri quædam comparitiones præuentoriæ,petendo copiam indiciorum,&c.cum tamen adhuc non sit formatus processus informatiuus,siue inquisitio specialis,vt eludant iudices imperitos.debet igitur iudex prius formare ipsam inquisitionẽ specialem,siue processum offensiuum, & deinde seruatis seruãdis (iuxta dicta in quæstionibus præcedẽtibus) poterit dari copia inquisito.

12 An autem facta publicatione processus , possint adhuc recipi testes , dixi infrà , quæst. 61.versicul. Sed quæro.

13 Est igitur certa iuris cõclusio, ꝙ in criminalibus nemo debet condemnari,nisi prius dato termino ad faciendũ suas defensiones,etiã si fuerit delictum ipsum sponte confessus. Et hanc practicam seruat totus mundus,vt dicit Salycet.in l.2.post n.7.C.de custod.reorum.Ang.de malef.in verbo, Qui iudex dictis inquisitis.in primis verbis,quẽ refert Pract. Conradi,fol.307.nume.3.Ita etiam seruari ex communi obseruantia attestatur Maria.in repet.c.qualiter & quando,post n.232.de accusat.Paris.Put.de synd.fol.459.c.6,in fi.Pract.Carer.fol.538.n.45.Bos, in tit.de senten.nu.1.potest enim reus contra propriam confessionem multa deducere , de quibus dixi infrà q. 55. vt in facti contingentia consuluit Gram.cons.16.Vide quæ dixi infrà q.65.in princ.Et aduerte , quia talis terminus defensionis dandus est reo etiam non petenti,vt supra dixi,& hoc non modo quando tantum est conuictus , vt aliqui faciunt,& dicit videri communem mentem Doctorum Bos.in ti.de confessis,nu.10.sed etiã quando

est sponte confessus,vt dixi in loco prælle.

14 Et hoc adeo verum est,vt nec etiam princeps pos sit etiam de plenitudine potestatis tollere in crimi nalibus suas defensiones reo,secundum Bald.in l.3. §.is pro quo,vers.In ead. glos. ibi non obstante. ff. quod quisque iuris.Et hanc doctrinam omnes Do ctores tenẽt,vt dicit Soc.cons.266.post nu.46. vers. Tertius casus,lib.2.quem refert Marsil.in pract.cri. §.expedita,n.76.& in §.opportunè,n.61. & cons.81 quod cons.Soci.ego retuli suprà quæst.31.vers. Ad nu.78.de quòd hæc.

15 Vlterius quæro, nunquid reo capto in flagranti crimine dandus est terminus defensionis? dixi su prà quæst.8.versi. Sed nunquid.

16 Quæro nunc an possit reus per pactum renunciare termino sibi statuto ad faciendum suas defen siones?Resp.quòd in causis criminalib. potest reus renunciare suis defensionibus, quando agitur de imponenda pœna corporis afflictiua. Ita sentit gl. in l.pactum inter hæredes,in verbo Liceat,ff.de pa ctis,quæ communiter approbatur à Doctoribus,vt ait Duennas regula 190. in quarta limitatione. Il lam etiam dicit esse ab omnibus receptam Dida cus in epitom.super 4.decretal.fol.202.nu. 16. Hãc etiam attestatur esse cõmunem opi.Ant. Gomes.c. 1.delictorum, post nu. 66. Benè verum est, quòd si reus fuisset sponte confessus delictum , & iudex illi statuisset terminum ad faciendum suas defensio nes,posset hoc casu reus illi termino renunciare,& posset iudex statim illum morti tradere, & ita pra cticatur,vt dicit Bal.in l. si accusatoribus , nu.11.C. de accusa.hoc etiam in practica satis receptum esse testatur Didac.in loco prælegato. Solétque iu dices huiusmodi renũciationi apponi facere clau sulam,quia scilicet scit nullã se habere defensionẽ, iuxta dictum Bald.in l.raptores.nu.4.C. de episc.& cler.quod se dicit semper practicasse Ang. de ma lef.in verbo,Qui iudex dictis inquisitis,&c.nu.8 Et dicit Angel.in l.sed si quis.§. quæsitum , post nu.3. ff.si quis cautio. quòd hac practica hodie vtuntur assessores.quem refert August.ad Ang. in d.verbo, Qui iudex,nu.14.Consulo tamen iudicibus,vt nul lo modo curent inducere reos ad renunciandum suis defensionibus,ne super eos,& eorum filios cõ uertat,si iniq; fecerint,vt dicit Ang.in d.§. quæsitũ.

17 Sed hic incidenter quæro, nunquid reus implo
a rans clementiam iudicis,& petens veniam a delicti, censeatur fateri delictum?Resp.Si quidem petat ve niam delicti solenniter coram iudice,videtur fate ri delictũ: si verò petat veniam extraiudicialiter, illud fateri non videtur.Et hæc distinctio est de mẽ te doctorũ , vt dicit Gigas de crimi.læsæ Maiesta. fol.112.quæst.23.nu.3. Faciunt quæ in hoc propo sito dixi ẽ.q.21.versic. Sed hic cadit.

ADDITIO.

a Veniã.Adde Corset.in repertor. Abbat.in verb absolutio vel venia.Blanc.in l.fi.num. 308.ff.de quæstion.Alciat.cõs.108.nu.10. & seq.lib.5.Nota tamen q; qui gratiæ & clementiæ Principis se submittit,iuri suo renunciare nõ videtur,Franc isc.Marc.decis.389.nu.2.in 2.part.

QVÆSTIO L.

1 *De nullitatibus processus.*
2 *Processus formatus contra minorem 25.annis , non dato ei curatore,est ipso iure nullus.*
3 *Quadragesimali tempore an possit procedi in causis criminalibus?*
4 *Processus factus super generali inquisitione an valeat, ita quòd possit reus condemnari?*
5 *Et quid in causis syndicatus officialium?*
6 *Stante statuto quòd alicui denegetur actio,an possit iudex ex officio inquirere?*

1 NVnc de reorũ defensionib. videamus, & Pri ma quidem est defensio,quę oritur ex illis ex ceptionibus,quæ concernunt nullitatẽ processus, quarum multas colligere potes ex his , quæ super iùs dicta,& inferiùs dicenda sunt in discursu ma
2 teriæ , & potest etiam poni exemplum , † puta, si processus fuerit formatus contra minorem 25. annis,nulló prius illi dato curatore,nam eo casu processus est ipso iure nullus.l.clarum. C. de auth. præstan.& est cõmunis opi.vt dicit Bos. in tit.si aduersus rem iud.nu.22.Roland.cons.31.nu.1.li.1.& dicit Placa lib.1.delictor.c.32.num.12.in fi.quòd ita in regnis Hispaniarum vsu receptum est, & praxis id obseruat.Sed certè iudices nostri hoc malè seruãt, vt dicit Pract.Pap.in forma inquisitionis,in verbo, Contra,& aduersus,nu.2.& ita in hoc Ducatu hæc exceptio in practica non admittitur , nam in deli ctis minor 25. ann. dũmodo sit maior 14. habetur in omnibus , & per omnia pro maiore , maximè quando confitetur delictum,vt dixi infrà q.55.vers. Vlterius etiam.Et dicit Bos.in tit.de confessis, nu. 69.quòd ita vidit quotidie obseruari , contra d.l. Clarum , & dicta doctorum,de quibus suprà tam in confessione,quàm in aliis actis factis per mino rem in iudicio criminali,nullo dato curatore.For tè posset ei prodesse talis defensio ad effectum mi nuendi pœnam. iuxta ea quæ dixi infrà q. 60.circa princip.

3 Pariter etiam opponi posset, q; processum fuerit tẽpore quadragesimæ ,nam illis dieb. inhibita est cognitio causarum criminalium,vt est tex.in l.qua draginta.C.de feriis.Sed certè hæc exceptio parũ prodesset,quia illa lex quadraginta de consuetudi ne non seruatur,vt attestatur gl.fi.ibi,quam refert Marcus.decis. 409.Quæritur in festis,post nu.1.An autẽ diebus feriatis possit inferri tortura reo,& an exequi condemnatio capitalis,dixi inf. q. 64.vers. Quæro an tortura,& q.97.versi.Quæro etiam.

4 Item quia processum fuisset per inquisitionẽ ge neralem nulla facta speciali inquisitione,quo casu non videtur sequi posse condemnatio,nam inqui sitio generalis fit ad inuestigandum,non autem ad puniendum , &; sic vt præparetur via inquisitioni speciali,secundum Innocent.in c.bonæ, el 1.nu.5.de elect.vbi attestatur,quòd ita practicat totus mun dus,& illũd dictũ Innocẽ.referunt scribentes in ca. inquisitionis,de accus.& in specie Anan.nu.4.& Fe lin.post nu.5.& Tiraquel.de pœnis , causa, 53.nu.3. Idem dicit Ang.in d.l.ea quidem, n.5.Tu verò (ne erres) aduerte,quia si ex inquisitione generali,id est,informationibus,quæ assumuntur per iudicem ad inuestigandum , quis delictum commiserit,ni hil emergat specialiter contra aliquem , nulli du bium est,q; super ea non potest sequi condẽnatio. Sed si resultent indicia specialiter contra aliquem, tũc ipse citatur super ipsa inquisitione generali ad se defendendũ,& contra eum proceditur , vt dicit Inno.in loco prælleg.quem ego fideliter retuli suprà q.5.vers.Poterit igitur.Et hoc casu, facta cita tione,& secuta litis contestatione , sequi potest ex ipsa generali inquisitione condemnatio , vt dicit Bal.

Bal.in l.edita.ibi per me allegatus.Et dicit Anton. Rondine.de synd.nu.119.ita communiter seruatur. Debent tamen hoc casu reo comparente repeti te stes,& alia fieri,de quib.suprà dictum est in discursu materiæ.Testes enim,qui recipiuntur super inqui sitione generali, recipiuntur parte non citata,meri tò non faciunt fidẽ cõtra reũ , postquã comparuit, nisi ipso citato,aut præsente repetantur,vt dixi ẽ.q. 11.vers. Item quæro,& q.45.ver.Cæterum si reus.

5 Scias etiam,quòd in causis syndicatus officialiũ proceditur super generali inquisitione, & super ea possunt officiales condemnari,etiam nulla speciali inquisitione præcedente, & ita obseruat consuetu do,vt dicit Ang.in d.l.ea quidem,post n.5. prout e tiam se pluries in practica seruasse dicit etiam Ang. in repe.l.fi vacantia,C.de bon.vacan.lib.x.quẽ ego retuli ẽ.q.5. vers. Hinc est. Ita etiam communiter practicari attestatur Card.Alexã.in cap.de accusa tione,col.56.circa med.2.q.8.Sed aduerte , quia in causa syndicatus officialium,licet posset agi crimi naliter pro barataria , tamen vt plurimum agitur tantũmodo ciuiliter,vt dicit Fran.Accur. de syndi catu,relatus per Amed.pariter in tracta.de synd. n. 27.affirmans,quòd ita est obtentum de longa con suetudine totius Italiæ,à qua non est recedendum. Sed si pars vellet agere criminaliter(secundum eũ) esset necessarius libellus,iuxta formã.l. libellorũ. ff. de accus. de qua dictũ est ẽ.q.12. Et si esset procedẽ dum ex officio,necessaria esset inquisitio specialis, quòd tamen ego non credo verum,sed puto,quòd in causis syndicatus posset sequi condemnatio su per inquisitione generali,illud tamen intelligendo iuxta ea quæ dixi suprà vers.Item quia, in d. quæst. 5.versic.Poterit igitur,scilicet, quòd ad hoc vt su per hac generali inquisitione possit sequi condem natio,requiratur,q; officiales sint citati,& lis con testata,& facta monitio super probationibus reci piendis,& data licentia procedendi vsque ad sentẽ tiam. Et hoc modo poterit sequi condemnatio, & ita seruari in practica attestatur Bal.in d.l.edita, in repet.Pataui.nume.30.quem refert idem Amed.de syn.n.15.& post nu.29. Et sic vides, q; nulla est diffe rentia inter inquisitionem generalẽ,quæ fit contra officiales,& illã,quæ fit in aliis casib.nisi q; ea , quæ fit contra officiales, fit ad inuestigandũ delicta per eos commissa,licet nulla adsint indicia,neque diffa matio,vt dixi suprà q.6.vers.Cæterum quando. Illa vero,quæ fit in aliis casibus,non fit nisi constito de delicto. Et scias,quòd licet glossa allegata per A med.in loco præal.nu.217.dixerit, quòd in syndica tibus hodie non seruatur ordo iuris,illud tamẽ in telligendum est vt procedat,quando officialis ipse à syndicatu aufugit,aliàs secus, vt declarat Amed. ibidem.

6 Posset etiam reus ad sui defensionem allegare sta tutum disponens,quòd illi,qui dicitur offensus de negetur actio,prout quandoq; fit in bannitis, & in illis,qui onera non soluerunt,& huiusmodi,quo ca su non modo non admittitur eorum accusatio, seu querela,sed neque etiã potest iudex ex officio in quirere.Ita tenuit.Bar.in l.non solum.§. quanquã. ff.de iniur.cuius op.dicit esse communem Claud. in repet.l.vt vim,nu.23.in fin.ff.de iust.& iure. Bene ve rum est, quòd in hoc articulo multi tenuerunt cõ trarium,adeo vt Alexand.in l.1.§.sublata,numero 4. ff.ad Trebellia.dixerit,quòd communiter tenetur contra Bartol.& illum refert Villalpand. in repet. l.22.cap.16.post nu.5.Sed mihi semper placuit opin. Bar.Si enim ille,qui est offensus,conqueri non po test,ergo nec respublica quæ illi prohibet, ne con queratur,& solet allegari pro regula, q; non com petit actio criminalis reipublicæ vbi non oritur parti actio ciuilis. Faciunt quæ dixi ĩ. q. proxima versi.Et hęc quidem,& ẽ.hoc eo.lib.§.Homicidium vers.Alia quoque.

QVÆSTIO LI.

1 *Accusatio criminalis tollitur spacio viginti annorum.*
2 *Et an eo temporis cursu tollatur etiam inquisitio?*
3 *Et si delictum sit reiterabile , quando incipiat illud tempus currere?*
4 *Et an crimen adulterij præscribatur quinquẽnio?*
5 *Si statutum præfigat iudici tempus ad inquirendum , an illud incipiat currere à die delicti an autẽ à die scientiæ?*
6 *Et an iudex,qui est sub syndicatu,possit se tueri exceptione lapsus termini statuti ad querelandum , in edictis syndicatorum?*
7 *Et an huiusmodi maleficia præscripta obsint ad aggrauãdum alia delicta,quib.procedi potest?*
8 *Peremptа instantia an reus sit absoluendus? Et quid de iure canonico?ibid.*
9 *Accusatore mortuo an extinctũ sit iudicium criminale?*
10 *Et an alius volens accusare sit admittendus?*
11 *Et an possit iudex ipse processum prosequi?*
12 *Delinquente mortuo an extinctum sit iudicium criminale?*
13 *Et quid in criminibus exceptis?*
14 *Et quid in casibus,in quibus ipso iure venit bonorum cozfiscatio?*
15 *Et quid si reus moriatur,postquã de crimine est cõuictus, vel confessus,an debeat eius cadauer suspendi?*
16 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti?*
17 *Et an vltra vires hæreditarias?*
18 *Et quid si delinquens reliquerit plures hæredes , quorum vnus tantum sit soluendo , an ille teneatur exonerare conscientiam defuncti?*
19 *Iudæus qui post delictum factus est Christianus, an possit pro eo delicto amplius puniri?*

1 POtest etiã reus se defendere exceptione præ scriptionis.quia.s.lapsum sit à die commissi cri minis tempus 20. annor. nam eo temporis spacio præscribitur omnis accusatio criminalis. l. querela m.C.de falsis.Et ita tenent communiter Doctor. vt dicit Abb.in d.c.cum haberet,nume.4.de eo qui duxit in matri.&c.Card.Alex.in d. c. de accusatione col.48.versic.Item opponi potest,2.q.8.Boer.de cis.26.nume.6.quem refert Villalob. in sua collecta communium opin.in litera D.nume. 55. licet liber sit corruptus.& Vivius in lib.communium opin.in verbo,Accusatio falsi.Ant.Gomes.super l.76.Tauri n.5.Marsi.cõs.117.n.40.Et ita in facti contingẽtia q dã Io.An.de Vaylate imputatus de homicidio sup. 25.annos commisso,de quo nisi tunc fuerat querela tus,iussus fuit in pace dimitti,26.Iu.1554,P.N.Idem etiam iudicatum fuit per parlamentum Burdega lens.in quadam incendiaria,vt refert Papo lib. 24. tit.2.Arresto 1.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in accusatione,vt scilicet non possit quis post 20. an nos à die cõmis.criminis de eo accusari. Sed quid in inquisitione,nũquid poterit iudex ex officio de ipso delicto procedere post huiusmodi tempus 20. ann.Resp.gl.in d.l.querelã,in gl.1. loquẽdo per ver bum fortè,tenuit quòd non præscribatur officium

iudicis inquirentis nisi spacio 30. annor. sed certè illa gl. communiter reprobatur vt ait Ias. in l.1. nu. 8. in fin. ff. de iuririsd. omn. iud. Balbus de præscript. in 4.q. quartæ quæstionis principalis, q. 2. nume. 3. quem refert Pract. Conradi, fol. 257. num. 36. Boss. in tit. quomodo procedatur per actionem nu. 17. Taëg. in pract. crim. c. 16. post num. 21. Hanc etiam opi. contra illam glossam dicit esse communem Iafred. decisio 486. quem refert Viuius in loco præallegato. Boss. in tit. de accus. num. 32. Et dicit Practi. Iodoc. fol. 25. nu. 25. quòd communiter Doctores ita fixo pede tenent. Et ratio est, quia cum inquisitio succedat loco accusationis, vt sæpius dixi, meritò sublato iure accusandi, cēsetur etiam sublatum ius inquirendi. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Ang. de Cast. inter consil. criminalia diuersorū cōsil. 94. nu. 16. lib. 1. Et ita etiam sentire videntur Doctores allegati in versic. præcedenti. Vide etiam in proposito ea, quę dixi suprà quæstione proxima versicu. Posset etiam. Vnum tamen scias, quòd licet criminalis actio, vel inquisitio præscribatur, vt dixi, spacio viginti annorum, nihilominus omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durāt vsque ad 30. annos. Et hæc est communis opi. vt dicit Igneus in l. in cognitione, post nu. 185. ff. ad Sylle. Dixi infrà lib. 7. §. Actio.

3 Sed hic quæro, quid si aliquis committat aliquod delictum reiterabile, puta, adulterium, stuprum, incestum, vel huiusmodi, nunquid hoc tempus erit computandum à die primi delicti commissi, an autem ab vltimo delicto? Resp. quòd est computandum à die vltimi delicti, ita dicit gl. in l. si mariti, §. sex mensium, in verbo, Commissi criminis. in fi. ff. de adul. & est magis comunis opi. vt attestatur Ange. de Cast. in d. cons. 94. nu. 10.

7 Potest autem hæc exceptio in aliquib. casibus oriri non solùm ex cursu 20. ann. sed etiam ex minori spacio temporis, puta, in adulterij crimine, cuius accusatio quinquennij spacio præscribitur, secundum iuris communis dispositionem, vt dixi suprà, hoc eo. lib. §. Adulterium, ver. Vnum tamen, vel etiā vbi ex dispositione statutorum præfixum esset breuius tempus ad procedendum in causis criminalibus, prout est in multis ciuitatibus.

5 Sed quæro, si statutum expressè præfigat terminum iudici ad formandam inquisitionem pro delictis, nunquid talis terminus præfixus iudici ad inquirendum currit à die commissi delicti, an autem à die scientiæ? Resp. Aug. ad Ang. de malefi. in verbo, inchoata facta, &c. dicit, quòd iste passus est val de dubius, cum nedum DD. sint varij, sed etiam illustres Doctor. ipsimet variant, qa in vno loco vnū dicunt, & ipsimet in alio dicunt contrariū. Solet tamen in hoc articulo allegari doctrina Bar. in l. eum qui, §. in popularibus. circa fi. ff. de iureiur. qui tenuit, q̄ non currat nisi à die scientiæ, de qua doctrina dicit Aug. in loco præall. quòd vidit doctissimos aduocatos multum magnificientes, & exclamantes in hac materia, hanc opin. dicit esse communē Natta cons. 225. num. 2. Sed certè contraria opi. est magis communis. s. quòd currat statim à die commissi delicti, vt attestatur Ale. in d. §. in popularib. nu. 12. quem refert Ruin. cons. 27. post nu. 6. vers. Secundo istud, lib. 4. Marsi. in pract. crim. §. constante. nu. 85. & seq. & cons. 87. nu. 15. Regulariter enim omnis præscriptio currit ignoranti, vt dixi infrà lib. 7. §. præscriptio.

6 Hac etiam præscriptionis exceptione tueri se potest iudex existens in syndicatu, nam lapso tempore, quòd prę figi solet in edictis syndicatorum ad querelandum, non potest vlterius molestari non modo in ipso loco officij, sed neq; etiā in eius propria patria. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ferrat. caut. 14. ver. Et circa istam. Hæc autem conclusio, quando iam secuta est absolutio, non videtur habere multum difficultatis, prout etiam se obtinuisse in facti cōtingentia attestatur Alex. in Apost. ad Bart. in l. 2. sub nu. 6. ff. ad l. Iul. repetund. prout illum refert Paris Put. de synd. fol. 137. nu. 1. in fi. Sed certè idem etiam dicēdum est, si non sit secuta absolutio, & ita vtroque casu hanc esse communem opin. attestatur Boss. in tit. de official. corrup. pec. nu. 32. Et refert idem Paris de synd. fol. 142. post nu. 7. quòd vidit multos officiales euasisse syndicatum & fuisse absolutos, quia querelæ non fuerunt porrectæ in tempore banni, & ita quotidie practicari attestatur Anton. Gomes. cap. primo delictorum, nu. 23. in fin.

7 Vnum tamen scias in hoc proposito, quòd ex maleficiis, de quibus obstante cursu temporis, non potest cognosci, potest iudex alia maleficia, de quib. cognoscere potest, aggrauare, & in maiori pœna punire. Et ita cōiter dicitur, vt attestatur Nellus de bannitis, in 2. parte primi temporis, q. 6. subdens quòd ita communiter seruatur per assessores, licet dicat quòd de iure id fieri nō potest, & quod rectores illud seruant in animarum suarū pernicię. Hāc etiam dicit esse communem opi. Ias. in l. si idem cū eodem, ff. de iurisd. omni. iud. quem refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 8. post nu. 4. Vide quæ dixi suprà q. 39. vers. Pro complemento.

8 Alia etiam est defensio, qua potest reus vti, excipiendo peremptam esse instantiam causæ, nam eo casu debet absolui. Et licet in ciuilib. perempta instantia actor adhuc audiatur refectis impensis, vt dixi infrà lib. proximo, tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est vlterius audiendus. Et ita cōiter dicitur, vt attestatur Salyc. in l. qui de crimine, post nu. 8. C. de accus. quem refert Capic. decis. 206. nu. 4. Et scias, quòd licet regulariter de iure canonico causæ nullam habeant instantiam, vt dixi infrà lib. proximo: Illud tamen intelligendum est, vt procedat in causis ciuilibus, nō autem in criminalibus, nam in istis tam de iure canonico, quam de iure ciuili perit instantia, & in hoc omnes concordant, vt dicit Anan. in d. c. qualiter & quando, el 2. §. licet autem, nu. 6. de accu. In hoc tamen Ducatu hęc defensio parum prodesset, quia in causis criminalibus nulla seruatur instantia, neque iuris cōmunis, neque constitutionum, neque statutorum, quinimò ex generali consuetudine etiam perempta instantia potest iudex prosequi processum, & ita seruatur practica, vt dicit Boss. in tit. de inquisitione, nu. 89. qui etiam in tit. de sentent. nume. 108. attestatur, quòd ordines huius ducatus disponentes super instantia causarum criminalium, in practica non seruantur, & est omnibus notissimum.

9 Pariter etiam posset allegare accusatorem esse mortuum, propterea q̄ue extinctū esse & abolitum ipsius accusationis iudiciū, neque hoc casu audiendi essent hęredes ipsius accusatoris, si vellēt vti hæredes accusationem ipsam prosequi, l. 1. & per totū titulum, C. si reus vel accus. mor. fue. & est omnium receptissima sententia, vt dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 38. num. 2. Sed certè hæc etiam defensio non multum

multum prodesset, licet: enim hoc casu secuta dicatur legitima accusationis abolitio, potest nihilominus iudex ipse ex officio accusationem ipsam prosequi, & processum perficere. & ita tenet Bar. in l. libellorum, §. fi. nu. 5. ff. de accus. & ita communiter tenetur, vt ait Corset. in repertor. Abb. in verbo, Abolitio, Anan. in c. crimina post nume. 5. ver. His autem præmissis. de colluss. deteg. licet dicat, q̄ contraria pars est mitior, humanior, & benignior. Et ita seruat practica, vt attestatur Boss. in tit. de inquisitione, nu 89. Quæ quidem conclusio hodiernis temporibus nullam habet difficultatem, cùm ex generali consuetudine in omni casu procedatur per inquisitionem, siue extet accusator, siue non, vt dixi suprà q. 3. vers. Sed certè. Vide quæ dixi inf. quæst. 58. verficulo, Et scias.

10 Quinimò si accusatore mortuo velit aliquis alius accusationem prosequi, potest illud facere, dummodo compareat ad illam prosequendam intra 30. dies, & etiam post 30. dies, si velit de nouo accusare principaliter, & per se, admittitur intra tempus à lege accusationi præfixum. Ita declarat Bar. in l. libellorum, §. fi. nu. 6 ff. de accus. Et est communis opi. vt dicit Ant. Gomes. libr. delictorum, cap. 1. numer. 36.

11 Sed quid si accusator desistat, nunquid poterit iudex procedere? Resp. quod ex quacunque causa accusator desistat, poterit iudex ipse prosequi processum, & finire. Ita sentit Bar. in l. libellorum, §. fi. nu. 5. ff. de accus. & est communis opi. vt dicit Gād. in tit. de transact. quem refert Pract. Carer. fol. 505. num. 379. in fi. Aret. in c. licet, num. 22 de accus. subdens, quòd seruaretur in practica. Vide quæ dixi suprà q. 3. vers. Superflua etiam, & infrà q. 58. circa prin. Sed hoc intellige, vt procedat in illis casibus, in quibus iudex ab initio potuisset ex officio procedere, aliàs secus.

12 Quæro nunc, quid si allegetur, & probetur delinquentem esse mortuum, nunquid adhuc debet iudex ad vlteriora procedere? Resp. q̄ non, nam crimen, & pœna per mortem extinguitur. l. defuncto, ff. de publ. iud. & est communis cōclusio, vt Cagnola in l. pupillum qui. §. in hæredes, post nu. 4. verfic. Et prædicta, ff. de reg. iuris, neque mortuo accusatore transit in hæredes accusatio, vt est tex. in l. 1. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. Et hanc dicit esse omnium receptissimam sententiam Placa lib. 1. delictorum, c. 38. nu. 2.

13 Sunt tamen aliqua crimina excepta, in quibus etiam post mortem delinquentis procedi potest, scilicet hæresis, & læsæ Maiest. repetundarum, peculatus, homicidij suiipsius ob conscientiam sceleris patrati, quos omnes casus recēset, & dicit à Doctoribus communiter teneri Ant. Gomes, ca. 1. delictorum, nu. 80. de quibus ego suis locis tractaui.

14 Scias etiam, quòd in omnibus casibus in quibus pœna amissionis bonorum est imposita à lege ipso iure, potest etiam mortuo delinquente tractari de eo crimine contra hæredes, ad effectum confiscationis bonorum. Ita dicit gl. in l. 3. §. quòd autem. in verbo, Etiam hæredi eius, ff. quod quisque iur. & est communis opin. vt dicit Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in verbo, Reuertantur, num. 241. C. de reuoc. donat. Ias. in d. §. quod autem, num. 2. vbi dicit quod omnes ita tenent, Didacus in epitom. super quarto decretal. fol. 82. post num. 6. Ant. Gomes. in loco præall. vers. Sextus casus, Menchiaca controuer. illustr. c. 96. nu. 22. & controuers. vsu frequentium, c. 6. nume. 15. Vide quæ dixi infra q. 94. versi. Sed pone. Et quid vbi agitur de pœna pecuniaria, possit etiam post mortem sequi condemnatio, modo prius esset conclusum in causa, consuluit in facti contingentia Alba consil. 90. Tenentur que eo casu hæredes, probato crimine, non modo bona ipsa fisco relaxare, sed etiam omnes fructus per ipsum delinquētem à die commissi criminis perceptos restituere. Et hæc est communis opinio, vt ait Diaz in practica criminali canon. c. 123. quem refert Didacus in loco præallegato, post nu. 7. Menchiaca in d. c. 7. nu. 16. Adde, quòd non requiritur, quòd ante mortem secuta sit declaratio criminis. Et hanc fatetur esse communem opinio Boss. in titul. de pœnis, nu. 34. in fi. licet in tit. de accusat. num. 34. dicat, quòd in hoc Ducatu non obstante Decreto, cuius virtute bona ipso iure confiscantur à die commissi criminis, seruatur nihilominus, vt requiratur, quòd facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipsius rei, quod ego etiam semper vidi obseruari, & in specie in bonis cuiusdā Petri Martyris de Monte scribæ, & rationatoris in negocio salis, qui confessus fuerat se libros suos vitiasse, & falsas relationes in fisci præiudicium fecisse. Cùm tamen mortuus esset ante condemnationem, re in Senatu discussa, iudicatum fuit eius bona fisco non competere, sed ad ipsius proximiores spectare, 11. Augusti. 1552. P. N. Credo tamen, quòd hoc de iure vix posset sustineri, præsertim in casibus, in quibus potest memoria defuncti damnari. In quibus quidem ego apud nos nunquam hoc vidi decisum in facti contingentia, & si casus contingeret, fortè non recederem à communi opinione, præsertim cùm in nouissimis constitutionibus, in titu. de accusatio. cau. Mortuorum, videatur hic articulus relictus dispositioni iuris communis. Scias autem, quòd in casibus, in quib. potest damnari memoria defuncti, vel bona post mortem confiscari, illud intelligendū est, vt procedat intra quinquennium à die mortis defuncti, non autem vltra. Ita tenet gl. in l. manichæos, in verbo, Subire, C. de hæret. & communiter Doct. teste Anto. Gomes. in loco præallegato, numer. 81.

15 Sed hic incidenter quæro, pone, quòd reus, qui est de crimine confessus, vel conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia sibi manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere? Resp. quo ad pœnam corporalem certè non debet vllo modo sæuire in eius cadauer, neque illud suspendi facere, & assessores, qui id faciunt, tenentur iniuriarum, & est pessima practica, vt dicit Par. Put. de synd. fol. 315. num. 1. Et hoc est commune dictum, vt ait Sapia in l. Imperium, post nu. 7. ff. de iurisdic. omnium iud. Hanc etiam opin. dicunt esse communem scribentes in d. l. Imperium, & in specie Curt. Iun. nume. 35. Igneus in l. 1. §. si sibi manus, post n. 46. & 54. ff. ad Sylle. Boss. in tit. de accusat. nu. 33. Nam crimen & pœna morte delinquentis extinguitur, vt dixi suprà, vers. Quæro nunc. Et hæc ratio assignatur per Doctores communiter, vt dicit Sapia in loco præallegato, num. 6. Sed certè quidquid sit de iure, contrarium praxis tenet, & obseruat, vt ait Igneus in loco præallegato, n. 21. & 42. vbi etiam subdit, quòd in parlamento Rothomagensi bis vidit iudicari contra hanc communem opin. Contrarium etiam de facto seruari attestatur Bal. in l. 2. nu. 2. C. qui te-

Universidad de Biblioteca

sta.fact.poss.quem refert Marcus decis.953.Quæritur de ratione,nu.7.Imola in c.Raynutius,nu 144. de testa.Cagnol.in l.pupillum qui.§.in hæredes, n. 2.ff.de reg.iur. & in famosis latronibus idem attestatur Imola in d.l.Imperium,prout illum refert Gigas de crim.læsæ Maiestat.fol.137.q.33.nu.4.Idem etiam dicit Imola in l.defuncto,numero 1.ff.de publicis iud.& in l.1.§.quoties.ff.de iniur.prout illum refert Bertach.in verbo,Cadauera,num.3. & Ang. de malef.in verbo,Qui iudex videns,nu. 43.& Marian. in rep.c.qualiter,& quando,nu.261.

Idem etiam practicari in regno Castellæ attestatur Anto.Gomes.c.1. delictorum,nu.79.referens se ita vidisse practicari in quodam forensi in ciuitate Salmaticēsi,qui dicebatur fugisse de religione & monasterio & tentasse habere accessum ad puerum,vt cum eo committeret peccatum contra naturam, & ex indiciis captus fuit,& in carcere se suspēdit:nā fuit statim publicè ductus per ciuitatē, & vias publicas,& igne concrematus. Ita etiam quandoque vidisse seruari in vilibus, & publicis latronibus,attestatur Boss.in loco præal.& in tit.de execu. sententiæ,nu.18.Et ego vidi aliquando delinquentes,qui in actu capturæ à satellitibus occisi fuerant suspendi ad aliorū terrorem,& hoc quando delictū erat notorium.Similiter vidi suspendi quēdam incognitum qui aggressus fuerat quendam,& contra eum sclopum exonerauerat, licet enim fuisset ille incognitus in illa rixa interfectus,iusit tamen senatus illum furcis suspendi.Sic etiam vidi alios qui pēdente processu seipsos interfecerant,furcis publicè suspendi. & in specie quendam Ludouicum Bergaminum,qui post confessionem delictorum seipsum in carcere strangulauerat,6. Nouemb.1555.P.N.Et licet Igneus in d. §. si sibi manus,nume.21.dicat,ꝙ communis praxis , & obseruantia iudicum est, ꝙ eos qui seipsos ex quacunque causa occidunt , suspendi faciūt , ex eo quod suiipsius homicidæ sunt, Hæc tamen practica apud nos non seruatur,nisi(vt dixi) id faciant pendente processu in carcere existentes , nam eo casu præsumuntur id fecisse conscientia proprij sceleris,vt dixi infrà,q.68.vers. Seipsum occidere.

16 Vlterius quæro,nunquid hæres teneatur ex delicto defuncti?Resp.quòd de iure ciuili non tenetur, nam regulariter pœnæ delictorū non transeunt ad hæredes,l.1.ff.de priuat.delict.De iure autem cano-
a nico a tenetur hæres pro delicto defuncti, etiam si nihil ad eum peruenit. Et ita tenent communiter canon.vt dicit Abb.in c.in literis,nu.3. de rapt. quē refert Anan.ibi,post nu.3.vers.In glo.hæredis.Ioan. Brun.post relectiones Didaci,fol.360.col.2. versic. Secundò adde. Hanc etiam dicit esse communem opin.Canon.Abb.in c.fi.post num.6.de sepul.quem refert Ant.Gomes.c.1.delictorum,n.85.Et illam cōmunem appellat Aret.in Rub.ff.de acq.hæred. col. 2.quem refert Ruin.cons.20.nume.1.lib.4. Burgos in c.1.colum.4.de empt. & vendit.Didacus libro 3. resolutionum,cap.3.post num.7.Et hoc etiam si cū defuncto lis contestata non fuerit.Et hanc dicit esse communem opin.legistarum , & canonistarum Duennas reg.13.nu.12.Xuares allegat 26.nu.4.Menchiaca controuer.illust.c.96.post nu.27.versiculo, Sexta limitatio.

17 Scias tamen , quòd hæres non tenetur ex delicto defuncti,nisi vsque ad vires hæreditarias,& hoc siue confecerit inuentarium siue non. Et est commu.opin.vt dicit Aret.in loco præallegato, quem refert,& sequitur Ruin.in d.cons.20.circa fin.Negusan.de Pigno.fol.50.nu.124.in fin.Anan.in d.c.in literis,n.7.de rap.Didac.in d.c.3.n.8.Boss.in tit.de pœnis.nu.34.

18 Sed pone,quòd delinquens reliquerit plures hæredes,& vnus eorum non sit soluendo,nunquid tenebitur alius exonerare conscientiam defuncti? Respond.quòd sic,ita tenet Hostien.in c.tua, de vsur.& est communis opinio,vt attestatur Alciat. in l.2.§.& harum,nu.31.in fin.ff.de verbor.oblig.

9 Vltimò quæro,nunquid Iudæus,qui post commissum delictum suscepit sacrum baptisma, possit pro eo delicto puniri?Respond. In hoc fuit aliquando controuersia inter Doctores,nam glo.in cap.quod autem.in verbo,Pœnitentis , 32.q.1.tenuit, quòd non, & dicit Ferrat.cautela 24.post nume.4.quòd hæc est communis opin.theologorum quem refert Viuius in lib.communium opin.in verbo , Accusari potest Iudæus.Alij verò multi tenuerunt contrariū,s.quod licet Baptismus tollat pœnam spiritualem criminum antea commissorum,non tamen liberat à pœna temporali,quæ pro eis est imponenda.Et hāc esse communem opi.attestatur Io. de Ana.in d.c.de his,post n:6.quem refert Ruin.con.13. nu.3.lib.5.vbi in facti contingentia ita consuluit,licet subdat,quòd erit in arbitrio iudicis eligere contrariam opi.tanquam mitiorem & æquiorem. Berous in eo.c.de his,nu.15.Apost.ad Ange.de malef. in verbo,Et ad querelam,post n.91.Dec.cons.130.n. 2.Ferd.Loazes.in §.his itaque,nu.28.Instit.de iustitia & iure,quem refert Placa lib.1.delictorum , cap. 34.nu.17.Marquar.de Iudæis,in tertia parte,c.5.n.1. Ego verò,si casus contingeret,libentius inclinarem in opin.glo.quæ proculdubio æquior est,& religioni nostræ magis fauet, magisque attrahit Iudæos ad conuersionem,vbi tamen non appareret, quòd sacrum baptisma in fraudem suscepissent.Benè verū est , quòd in omnem casum,licet talis Iudæus sit liberatus à pœna temporali,non tamē erit liberatus à restitutione, vel emendatione damni, ad quā tenebatur ante baptismum susceptum, & hoc dicit esse verisimum,& ab omnibus approbatum Ruin, in d.cons.13.nu.2.

ADDITIO.

a De iure canonic.Adde gl.in c.parrochiano.de sepult.& glo.j.q.4.§.item pacto.& gl.in d.ca. in literis.de raptor.& gl.14.q.2.c.sanè.& gl.in ca. si episcopus.ibi.q.2.

QVÆSTIO LII.

1 *Si probetur delictum,de quo reus imputatur , non fuisse commissum debet reus absolui.*
2 *Potestque id probari per rei euidentiam.*
3 *Item potest probari per testes.*
4 *Negatiua simplex & indeterminata est improbabilis, secus autem si sit coarctata loco,& tempore.*
5 *Potest etiam negatiua probari per dictum ipsius offensi.*
6 *Et an exculpatio facta per offensum eximat reum à tortura?*
7 *Vbi non constat de delicto,reus non potest puniri.*
8 *Si non appareat de nomine offensi,an possit reus puniri?*

1 TVetur etiam se quandoque reus probando
2 delictum ipsum non fuisse commissum, † idque probari potest imprimis per euidentiam rei, puta , si homo qui dicitur occisus , exhibeatur viuus , vel domus quæ dicitur combusta , reperiatur

riatur illæsa , & huiusmodi. Et dicit Bald. in l.si quis testibus in fin.C.de testib. quòd semel contigit de facto,quòd fuit exhumatum corpus illius, qui dicebatur vulneratus,& cum repertum fuisset, quòd ille non fuerat vulneratus,fuit reus absolutus,licet contra eum plenè probatum fuisset.Et illud dictum Bal.refert Ang.de malef.in verbo,Cōparent,& produxerunt instrumentum pacis,num. 33.& Pract.Carer.fol.558.nu.96.Vide quæ dixi infrà,q.98.versi. Sed nunquid.Idemq; si delictum,qđ commissum fuisse dicitur , sit per rerum naturam impossibile, prout contigit superioribus annis in quodam Ioan. Antonio Zanetto caupone,contra quem processum fuit per curiam Papiæ, tanquam quòd præpostera venere fregisset cuidam fœminæ rectum intestinum,ex qua parte ipsa postea perisset, de quo processu valde miratus est Senatus,& ipsum Zanettum tanquam de re incredibili accusatum absoluit,2.Decembris 1556.P.N.

3 Item potest probari per testes,probando negatiuam,scilicet quòd reus delictum ipsum non commiserit,neque committere potuerit.

4 Scias autem,ꝙ negatiua non entis est improbabilis,secundum omnes,vt dicit Igneus in repet.§. non aliàs,num.77.ff.ad Sylle.Præterea etiam negatiua simplex & indeterminata est improbabilis,vt dicit gl.in c.bonæ.el 1. in verbo , Per rerum naturam,de elect.quam dicit esse communiter approbatam Paris.in ca.quoniam contra, nu. 8.de proba.Hanc etiam opin.dicit esse communem Hercula.de prob.nega.nu. 272.Si tamen coarctetur loco,& tempore,tunc æquè probatur , vt affirmatiua,quando scilicet testes deponunt ipsam negatiuam,& redunt rationem,ꝙ non potuisset esse vel fieri,quin ipsi testes vidissent,vel sciuisset.Ita dixit gl.in §.si verò absunt,in verb.Et vidisse se,in auth. de hære.& falci.colla.1.& ait Felin.in c.in nostra,n. 8.in fin.de testi.quòd audiuit Aret.in voce dicentem , quòd opin.illius gl. obtineretur in practica. quia est communis,quem refert Ruin.cons.97.circa fin.libr.4. Hanc etiam esse veram & receptam sententiam attestatur Simancas,de hærer.c.26.nu. 4.Caueant tamen testes,quia eo ipso,quòd deponunt super negatiua dicuntur suspecti de falso, quod tamen intellige iuxta ea , quæ dixi sup. hoc eo.lib.§.Falsum.vers.Solet etiam.

5 Potest etiam hæc negatiua probari per confessionem,& dictum ipsiusmet offensi , licet enim assertio vulnerati contra aliquem non probet, neque faciat indicium ad torturam,tamen econuersò dictum defuncti exculpantis imputatum de homicidio,tollit omnia indicia , quæ sunt contra ipsum, ita,vt ex eis non possit torqueri. Ita dicit Bal. in l. 1.nu.33.C.communia de lega.& est communis opi. vt dicit Plottus inter cons.criminalia diuersorum,
6 consilio 110. numero. 1. libro 1. † Quam tamen intellige , vt procedat , quando res est dubia, sed si appareret de veritate , contrarium, vel essent contra reum indicia valde vrgentia, & proxima delicto,non esset standum huiusmodi assertioni,saltem ad euitādam torturā. Et ita practicatur teste Blanco in pract. crim.fol.28.nu. 101. plerunque enim videmus,quòd offensi , siue propter remissionem , quam fecerunt vulneranti , siue propter suasiones amicorum,faciunt huiusmodi protestationes, veritati contrarias , propterea in hoc maximè versabitur iudicis arbitrium,qui inspecta qualitate facti,considerabit,an talis exculpatio vi deatur verisimilis,vel ne,& an ei standum sit.

7 Præterea etiam potest reus se defendere, allegando,quòd non constat de delicto , & circa hoc videda sunt ea,quæ dixi suprà quæs.4.& infrà quæst. 55.vers.Potest etiam,& seq.

8 Vlterius etiam potest opponere , ꝙ non constat de nomine offensi vel occisi.Sed certè hæc defensio non esset admittenda,valet enim inquisitio , & accusatio super homicidio,licet ignoretur nomen occisi,secundum gl.quæ reputatur singularis in c. libellorum,in verbo,Caio Seio.2.q.8.quæ quidem indistinctè obseruatur in practica , prout etiam se vidisse sæpius ita practicari attestatur Angel.in l.1. §.interdum,nume.2.ff.si pars hæred. peta. & in l.si exceptione.§.in hac,numer.3.ff.quod metus causa, quem refert Augu.ad Ang.de malef. in verb. Hæc est quædam inquisitio,post num.90.Et hoc sciunt omnes,vt dicit Boss.in ti.de delicto,n.33. Vide quæ dixi suprà,q.4.vers.Quando verò.

QVÆSTIO LIII.

1 *De exceptionibus,quæ contra testes proponuntur.*
2 *Et an si opponantur eis crimina,opus sit specificare locum,& tempus commissi delicti?*
3 *Et an opus sit etiam probare,quòd communi opinione habentur pro talibus?*
4 *Et an opponens contra testes crimina,& ea non probās, teneatur actione in iuriarum?*
5 *De exceptionibus,quæ contra processum ipsarum attestationum proponuntur.*
6 *De exceptionibus,quæ contra dicta testium proponūtur*
7 *De exceptione falsi.*
8 *Et an testis falsus in vno,probet in aliis?*
9 *Et quid si testis falsum dixerit in non concernentibus substantiam rei,de qua agitur?*
10 *Et quid si ipsemet sibi contradicat,quia scilicet aliquando vnum,aliquando aliud dixerit,cui dicto stādum sit, primo an secundo?*
11 *Et quid si primò dixit vnum extra iudicium,deinde contrarium in iudicio?*
12 *Et quid econuerso?*
13 *Et quid si in vno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio?*
14 *Et quid si in primo dixit,nihil scire,in secundo verò deponit de veritate rei?*
15 *Et quid si in eadem instantia , & inter easdem personas contraria deponat?*
16 *Et quid si primò deposuit per verbum,Credo,secundò autem per verbum assertiuum veritatis?*
17 *Et quid si testis neget se ita deposuisse vt scriptum reperitur?*
18 *Testes singulares an probent?*
19 *Et quid si agatur de probando in genere aliquē esse adulterum,vel huiusmodi?*
20 *Et quid si Episcopus faciat statutum,quòd crimen vsurarum possit probari per testes singulares?*
21 *Et quid si princeps testificetur contra aliquem,an ei soli credatur?*
22 *Testis non reddens causam scientiæ,etiam non interrogatus,in causis criminalibus nihil probat.*

1 ESt etiam pars defensionis, exceptio , quæ fit contra testes,à quib.reus grauatur,potestque hęc exceptio ex triplici capite proponi,quorū primum respicit personam ipsorum testium,quia scilicet non essent in causa criminali examinandi,de quo dictum est suprà,quæst.24.puta,quia sint infames,periuri,& similia.

2 In hoc autem proposito scire debes,quòd quando

Universidad de Biblioteca

ro aliquis vult opponere contra personas testium, non sufficit opponere generaliter, quòd sunt periuri, infames, &c. sed opus est specificare locum, & tempus commissi delicti, & circūstantias. Et est communis opi. vt dicit Boer. decis. 321. num. 2.

3 Sed nunquid excipiens debet etiam probare, ꝙ ille testis, quem dicit esse infamem communi omnium opinione esset tentus, & reputatus pro tali? Resp. Bartol. in l. 1. nu. 4. C. de testa. tenuit, quòd sic, sed certè in contrarium est magis communis opin. quòd scilicet sufficiat probare, ꝙ est infamis ex tali causa, vel tali crimine, absque eo quòd dicatur, ꝙ pro tali reputabatur. Et ita attestatur Alex. consil. 152. nume. 16. libr. 5. quem refert Crottus de testib. nume. 4. in fin.

4 Caueant tamen illi, qui opponunt contra testes, & non habent in promptu probationes criminum oppositorum, quia si non probant ipsa crimina opposita, tenentur actione iniuriarum. Et est communis opi. vt dicit Bos. in ti. de iniur. nu. 21. Nā generaliter obiiciēs aliquod crimē in iudicio, siue agēdo siue excipiēdo, si illud probat, nō tenetur, & in hoc conueniunt omnes, vt dicit Boer. cons. 4. nu. 37. Si verò non probat, tenetur, etiam si excipiendo illud proposuerit, & est communis opi. vt dicit Boer. in d. cons. 4. nume. 37. in fi. Dicit tamen Boer. ibi post nu. 49. ꝙ de generali consuetudine regni Frāciæ, ille qui opponit excipiendo contra testes, non tenetur, etiam si non probet. Et ego etiam nunquam vidi in hoc Ducatu super hoc procedi. Semper autem aduocati in exceptionibus, quas faciūt contra ipsos testes, apponi faciunt protestationē, ꝙ citra animum iniuriandi, &c. prout etiam communiter fieri solere attestatur Boer. in consil. præallegato, nume. 23.

5 Secundum caput respicit processum ipsarum attestationum, quia scilicet testes ipsi minus legitimè recepti sint, puta, quia sine iuramento deposuerint, vel aliàs minus legitimè examinati fuerint, non seruatis his, de quibus dixi suprà, libr. 2. §. testis, vel quia fortè recepti fuerint super generali in quisitione, quo casu fidem non faciunt, nisi repetantur, vt dixi suprà q. 11. vers. Item quæro.

6 Tertium est caput respiciens dicta, seu depositiones ipsorū testium, puta, quia sint falsi, varij, cōtrarij, singulares, & quòd non concludenter deponant, vel huiusmodi.

7 Frequentissimè autem in iudiciis criminalib. vers atur exceptio falsi, quæ contra testes opponitur, nam his temporib. rarò fiunt processus in causis criminalibus, in quibus vel ad offensam, vel ad defensam non examinentur testes falsi, & pluries etiā vidi ex vtroque latere testes falsos examinatos fuisse, quod non aliunde procedit, nisi quod iudices hoc delictum nimis leuiter castigant. Et licet à constitutionibus huius Ducatus sit pro eo grauis pœna imposita, illa tamen non seruatur, prout seruari deberet, de quo ego multoties exclamaui in senatu, arbitror enim nullum crimen esse pernitiosius reipublicæ, quam crimen falsi, & ideo esset seueriſsimè castigandum. In hac autem materia facienda est conclusio, quòd testi, qui in sua depositione falsum dixisse conuincitur, tāquam periuro nulla est fides adhibenda. Et hæc est communis opi. vt dicit Alexan. consil. 152. nume. 10. lib. 7.

8 Sed quæro, pone, ꝙ testis in vno falsum a dicat, a nunquid eius depositio vitiabitur in totum, ita vt nullam prorsus fidem faciat? Resp. quòd sic, nam iuramentum est indiuisibile, meritò vbi testis est in vno suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum, & quando eius dictum in vno reprobatur, non creditur ei neque etiam in aliis. Et hæc est communis opi. vt dicit Alexan. in l. si ex falsis, nu. 13. C. de transac. & cons. 27. nu. 3. lib. 2. quē refert Dec. cons. 105. post nu. 5. vers. Similiter testis, & Gratus cons. 2. nu. 18. lib. 2. Idem etiam dicit Alex. cons. 133. nu. 7. lib. 1. & in d. cons. 162. num. 10. lib. 7. & cons. 183. post nu. 2. eo. vol. quem refert Cotta in verbo, Iuramentum est quid, Socin. cons. 136. nu. 9. li. 1. quod est duplicatum cons. 155. lib. 2. Marsil. sing. 76. communis conclusio. Alciat. l. 1. §. Sed & si mihi. nu. 43. ff. de verb. obli. Paris. cons. 88. nu. 82. li. 3. Apostil. ad Crottū de testib. post. nu. 388. quē refert Gratus cons. 152. nu. 13. li. 2. Et hæc conclusio locum habet, siue capitula, super quibus talis testis deposuit, sint separata, siue sint connexa, nam vtroque casu eius testimonium tanquam vnicum, & super vnico iuramento fundatum, nihil valet. Et dicit Alex. in d. l. si ex falsis, nu. 5. C. de transact. quòd in hac opi. sunt communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Alberi. de testibus, in tertia parte principali, nu. 25. & seq. & siue illud dictum falsum præcedat, siue sequantur alia dicta, ex quib. probat, & est communis opi. vt dicit Socin. Iun. cons. 41. nu. 13. & seq. lib. 2.

9 Scias tamen, quòd hæc conclusio est intelligenda, vt procedat, quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales, secus autem si circa alia extrinseca, nam eo casu nō dicitur falsus, neque vitiatur eius depositio, & ita concludunt omnes, vt dicit Imola in l. 1. §. si quis simpliciter. nu. 35. col. 3. vers. item inducitur per Bal. ff. de

ADDITIO.

a Falsum. Not. quòd si testis vnum dicat extra iudicium, & contrarium postea in iudicio, tanquā falsarius punitur, & neutri dicto statur, secundū Bart. in l. eos. vers. aut primò dixit extra iudicium. ff. de fals. decis. Tholos. 376. Corn. cons. 170. nu. 15. vers. & quando testes. vol. 2. Card. in c. per tuas. in prin. de probat. Notandum tamen quòd testis deponens falsum, cum existimet verum dicere, falsarius non dicatur, videtur facere: nā qui subit iuramentum calūniæ, & iurat id quod credit verum, licet sit falsum, nō dicitur periurus: secundum Hostien. in c. fin. & ibi Anto. de But. de iureiurand. Fel. in c. 1. vers. & ita intellige. de lit. contestat. Hippol. in rub. de probat. & in l. j. vers. & ideo dico. ff. ad l. Corn. de fals. Tiraquel. in tract. de retract. lignac. §. 2. in gl. 2. nu. 10. Non incōcinnè hic subnecti poterit ꝙ testis post depositionem iudicialē, si extra iudicium dicat se falsum testimonium deposuisse, non propterea præiudicabit parti pro qua deposuit, secundū Bart. in l. generaliter. in j. lect. circa fi. vers. & per hoc dicemus. C. de non nume. pecu. Ang. cons. 309. vers. hoc etiam probatur. Adde hoc verum, etiamsi in articulo mortis constitutus hoc dicat, secundum eundem Bart. in l. si quis in grauī. §. si quis moriens. vers. item facit ad quæstionem. ff. ad Sillan. Bal. in auth. si dicatur. vers. sed quid si testis. C. de testib. Salic. in l. nullū. cod. tit. Aret. in c. sicut in j. notab. eod. tit. Alexand. in l. sciendum. de verb. oblig. vers. Adde tamen.

ff. de verb. obl. & dicit Alex. cōs. 88. nu. 19. lib. 5. quòd ita communiter concluditur, sufficit enim, quòd testes in facto principali conueniant, & dummodo in eo sint concordes, non nocet, quòd sint varij, vel contrarij accessoriis. Et hoc est commune dictum maiorum nostrorum, vt ait Socin. Iun. cons. 102. nu. 6. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem regulam Dec. in d. cons. 105. post. nu. 2. versic. Venio ad secundum. & cons. 602. nu. 9. Hanc etiam esse communē opi. attestatur Alexan. cons. 47. nu. 5. lib. 2.

10 Prædicta autem omnia locum habent, quando vnus testis ab aliis de falso conuincitur, sed quando ipsemet testis aliquando vnum dixit, aliquando aliud totum contrarium, magna est altercatio inter scribentes, an ei sit credendum, & an standum sit primo, vel secundo dicto. Et in hac quidem quæstione aliqui faciunt simpliciter regulam, quòd primum dictum testis regulariter attendi debet, & dicit Dec. cons. 175. nu. 7. in fi. quòd ita tenent communiter Doc. quem refert Gram. voto 34. col. 2. Idem etiam dicit Dec. cons. 189. nu. 6. & post nu. 10. vers. Secundò principaliter. in quib. locis refert Corn. cons. 27. col. pe. lib. 3. ita dicentē, qui tamen hoc expresè dicere non videtur, licet obiter alleget communiter canon. in c. cum causam, de testib. ita tenētes. Eundem etiam Corn. tanquam attestantē hanc esse communem opin. refert Gratus cons. 42. nu. 29. lib. 1. Alij verò simpliciter faciunt regulam in contrarium, ꝙ scilicet quādo testis vario modo loquitur, secundum dictum attendi debeat. Et hanc dicit esse communem opi. Dec. sibi contrarius cons. 429. nu. 17. Tu verò pro resolutione huius quæst. quæ satis confusè tractatur à doctorib. distingue nonnullos casus.

11 Primus casus est, quando testis primò dixit vnum extra iudicium, deinde in iudicio deposuit contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat. Et hoc casu Bart. in l. eos, nu. 4. ff. de fals. tenuit, quòd sit standum primo dicto, & quòd pro secundo puniendus est tanquam falsarius, nihilominus magis communis opin. videtur esse contra Bart. scilicet quòd imò standum sit secundæ depositioni factæ in iudicio. Et ita dicit communiter teneri Ange. de malef. in verbo, Falsario, nu. 23. Corn. cons. 58. in litera I. lib. 1. vbi dicit, quòd in hoc omnes concordant. Hanc etiam opi. dicit esse communem Abb. in c. per tuas. num. 11. de probation. prout illum refert Ferret. cōs. 196. nu. 19. licet in libro meo id non dicat Alex. cōs. 74. nu. 8. lib. 1. & cons. 222. n. 13. li. 2. quē refert Crauet. cons. 6. nu. 7. Corn. cons. 297. circa fin. lib. 4. Tyndar. de testibus, lib. 2. cap. 1. nu. 7. Ange. de Vbald. inter consilia criminalia diuersorum cons. 73. nu. 1. lib. 2. Bertach. in verbo, Falsitas, nu. 103. Riminal. cons. 48. nu. 7. vbi Apostil. Thomas Ferrat, cautel. 13. Quæstio est. Et dicit Felin. in c. cum in tua, nu. 10. de testib. quòd hæc pars est communior & verior, quem refert Boer. decis. 108. nu. 2. & cons. 40. nume. 116. & Gram. cons. 65. nu. 6. & Apostil. ad Crot. de testibus, post nu. 345. in verbo, Non tollitur. Idem etiam dicit Aret. in d. c. per tuas, in vltimis verbis, Felin. in c. inquisitioni. §. 3. circa fin. de accusa. quem refert Didac. lib. 2. resolutionū, c. 13. nu. 7. Dec. in d. c. per tuas, nu. 41. de probat. Ruin. cons. 57. post nu. 8. lib. 1. Boss. in tit. de oppos. contra testes, nu. 3. Menchiaca controuers. vsu frequentium, c. 32. nu. 4. Illud etiam dictum Bart. cōmuniter reprobari ait Cæpolla cons. crimi. 61. vers. Tertiò quia, Publicus super consuet. Aluer. fol. 28. nu. 49. Et quod hoc casu præferendū sit secundum dictum iuratum, & in scriptis solenniter receptum, dicit esse communem Alexand. cons. 66. num. 20. libr. 6. Marsil. sing. 212. Communis omnium. Benè verum est, quòd debilitatur fides huiusmodi testis. & ita dicit fateri omnes Doct. Aret. cons. 71. col. 2. num. 1. in fin, quem refert Boss. in loco præallegato, & ideo poterit testis torqueri, vt dixi suprà q. 25. ver. Sed pone. Scias tamen, quòd si testis illud, quod dixit extraiudicialiter, dixisset cum iuramento, deinde contrarium etiam cum iuramento deposuisset iudicialiter, tunc fortè procederet opi. Bart. vt scilicet posset de periurio condēnari, ex quo reperitur positus inter duo iuramenta contraria. Et hanc dicit esse communem Doctorum opin. Camerar. in consil. suo matrimoniali post consilia Zabarel. numer. 5. quam etiā se vidisse in practica obseruari attestatur Bos. in loco præallegato.

12 Secundus est casus, quando testis deposuit vnum in iudicio cum iuramento, deinde extra iudicium illud dictum reuocauit: Et hoc casu standum est eius primo dicto iudiciali. Et hæc est communis opin. vt sentit Gratus cons. 59. nume. 26. lib. 2. Menchiaca in d. c. 32. post num. 3. vers. Tertio casu, & hoc etiam, si testis talem reuocationem faceret in articulo mortis constitutus. Et ita videtur tenere Bar. in l. si quis in graui. §. si quis moriens, in vltimis verbis. ff. ad Sylle. & in d. l. eos, numer. 4. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Alexand. in l. sciendum, nume. 33. in fin. ff. de verbo. oblig. quem refert Didac. in d. cap. 13. num. 7. in fin. Curt. Iun. in l. 1. nume. 36. ff. si certum petat. Marsil. in Rubrica de fideiussoribus, post nu. 39. Simancas de hæret. cap. 62. num. 28. Plot. in repet. l. si quando. post nu. 651.

13 Tertius est casus, quando testis in vno iudicio deponit contrarium eius, quod deposuerat in alio iudicio. Et hoc casu cum vtrunque dictum sit iuratum, certum est, quòd potest tanquam falsarius puniri. Et est communis opin. vt dicit Camerar. in d. cons. matrimoniali, nume. 3. & in hoc nulla videtur esse difficultas. Punctus est, quod dictum attendi debeat, scilicet primum an secundum. Et in hoc variæ sunt scribentium opiniones. Aliqui enim dicūt, quòd ex quo apparet, quòd in altero dicto est falsus, ei non creditur, neque in vna, neque in alia causa. Et hanc dicit esse communem opi. Ruin. consil. 75. post num. 8. lib. 1. Alij vero dicunt, quòd si testis reuocet primū dictum in alio iudicio, siue ciuili, siue criminali, statur primo dicto. Et hanc dicit esse communem Alciat. de præsump. in 2. regula. præsumpt. 29. nu. 7. quem refert Menchiaca in d. ca. 32. nu. 1. Et hæc opin. mihi magis placet. Cum enim iam ex primo dicto iudiciali, & iurato quæsitum sit ius parti, non debet illud ab ea sine eius culpa, vel facto auferri posse. Faciunt ea, quæ dixi suprà, vers. Secundus est. Debilitatur tamen primum dictum quò ad fidem probationis. Et hanc dicit esse communem Dec. in d. consil. 189. col. 3. prout illum refert Bos. in tit. de opp, contra testes, num. 6. Benè verum est, quòd si essemus in casibus, in quibus etiam liber homo non admittitur ad testificandū nisi cum tormentis, tunc standum esset illi dicto, in quo perseueraret in tormentis, licet in alio iudicio ciuili contrarium deposuisset. Si verò semel bene deposuisset in ciuili iudicio, licet deinde reuocaret in tormentis, staretur primo dicto, & hæc est communis opi. vt dicit Alcia. in d. præsump. 29. circa fin. Quod intellige vt procedat, quando primū dictum

dictum, non fuisset cum tortura confirmatum. nam hoc casu licet perseueraret in reuocatione in tormentis, adhuc crederem standum esse primo dicto. Scias etiam, quòd si prima depositio facta fuisset in iudicio nullo, & secunda in iudicio valido, tunc standum esset secundæ depositioni, nec noceret ℭ dixisset contrarium in iudicio nullo, secundum gl. in cap. cum causam, in glo. fin. de testibus, quam sequuntur omnes, vt dicit Felin. in d. cap. cum in tua, nu. 7. Arelaten. in Apostil. ad Alciat. in d. præsumptione 29. in fine.

14 Sed quid si testis in primo iudicio dixerit nihil scire, deinde in secundo deponat de veritate facti? Resp. ℭ nihil probat, & hæc est omnium conclusio, vt dicit Ang. de Vbal. in d. consil. crimin. diuersorũ cons. 73. num. 23. in fi. lib. 2. dicens, quòd ita tenent omnes nullo discordante.

15 Quartus est casus, quando testis in eadem instantia, & inter easdẽ personas contraria testimonia deposuit. Et in hoc pũcto est distinguẽdũ, nã aut testis est sibi ꝺrius in eadẽ depositione, aut in alia depositione ꝺdicit primæ suæ depositioni. Si est ꝺtrarius in eadem depositione, aliqui simpliciter dicunt, ℭ eo casu non statur alicui dicto, primo scilicet, nec secundo, imò in totum reiicitur tanquam falsus. Et hanc dicit esse communem opi. Alcia. de præsump. in d. præsumptio. 29. nu. 6. quem refert Pract. Conradi, fol. 120. post nu. 10. Menchiaca in d. c. 32. nu. 9. in fi. Tu verò dic, quòd aut testis in eodem examine contraria deponit sine iusta correctionis causa, & tunc illi prorsus non creditur. Et hoc omnes passim fatentur, vt ait Did ac. li. 2. resolut. in d. c. 13. post nu. 8. vers. Cæterum si testis, neque etiam reducitur ad concordiam, vt probet. Et hæc conclusio communiter approbatur, vt dicit Crot. de testib. nume. 328. & seq. Et hoc non solùm si sit manifesta contrarietas, & non de facili concordabilis, sed etiam aliquo modo compatibilis. Et hæc est communis opi. vt dicit Alex. cons. 20. nu. 3. lib. 4. quamuis illum in contrarium alleget Sigismund. consi. feudali 49. nu. 7. tenens, quòd quando contrarietas est facilè concordabilis, debet ad concordiam reduci etiam vt probet. Et ibi etiam refert Felin. in c. cum tu. de testib. attestantem ℭ hæc est communis opi. Ego tamen non reperio Fel. ibi nu. 1. vbi loquitur de hoc articulo id attestantem. & credo, ℭ contraria opinio sit (vt dixi) tutior, & magis communis. Aut verò deponit contraria in diuersis examinibus, & tũc aut deponit contrarium secundo loco, non dicendo in specie se erasse in prima depositione, sed simpliciter loquendo, & tunc, ꝺmodò secundum dictũ compatiatur cum primo, debet quantum fieri potest, ad concordiam reduci, secundum Imol. in l. qui bona. §. fi quis stipulatus, ver. No. ex tex. ff. de damno infecto. quem in hoc communiter sequuntur Doctor. vt dicit Sigismund. in d. cons. 49. nu. 6. in fin. Aut ipsemet testis dicit se velle primum dictum suum corrigere, & tunc, si quidem illud vult facere incontinenti, est admittendus, c. præterea, de testibus cogend. Et dicitur hoc casu incontinenti, antequam testis ipse alloquatur partem. Et ita communiter seruatur, vt dicit Fel. in d. c. præterea, nu. 9. quem refert Capic. decis. 142. nu. 9. Si verò velit illud corrigere ex interuallo, nõ auditur, sed tanquã periurus, & falsarius puniri debet. Et in hoc omnes conueniunt, vt ait Didac. in d. c. 13. post num. 8. versi. Cæterum ibi, tertium est, standum est tamen eius primæ depositioni. Et hæc est communis opi. vt attestatur Didac. in loco præalleg. secundum quam intelligendus est Corn. & Dec. in consiliis per me relatis supra, ver. Prædicta autem. In hoc tamen Ducatu hæc opin. non seruatur in causis criminalibus. nam si testis reuocet primam depositionẽ, quia dicat se erasse, vel falsum deposuisse, tunc ponitur in tormentis, & illa depositio, quam confirmat in tortura, solet attendi. Et ita seruandum esse rescripsit Senatꝰ cõmissario Aronę, 30. Ian. 1557. P. N. Benè verum est, quòd ex quo talis testis omninò est periurus, punitur de falso, vt suprà dixi, præterea quæ etiã eius primo dicto non adhibetur plena fides, tanquam dicto integri testis, sed multum de eius fide diminuitur, adeò quòd eius dictum sine aliis adminiculis non sufficeret ad torturam contra reum, sed solummodo ad inquirendum. Et hanc dicit esse cõmunem opin. Menchiaca in d. c. 32. nu. 9. Et aduerte, quia licet (secundum aliquos) ad hanc torturã, quæ fit ad confirmationem huius secundæ depositionis, deberet pars citari, ex quo agitur de eius magno præiudicio, scilicet de reuocatione primæ depositionis in eius fauorem factæ, nihilominus hoc ex consuetudine non seruatur, vt dicit Bos. in ti. de oppos. contra testes, post nu. 1. versi. Quo vero ad primã. Ego etiam puto in huiusmodi reuocationib. multum esse tribuendum arbitrio iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionib. contrariis, quæ videatur magis verisimilis, & cum qua concurrant plura adminicula, & illi adhærere, præsertim vbi subesset aliqua suspicio subornationis, vt quotidie cõtingere videmus in practica. Aut verò non ipsemet testis, sed aliqua partium petit ipsum testem iterum examinari. & tunc, si est illa pars contra quam testis deposuit, non debet audiri, subest enim magnus timor subornationis. Si verò est illa pars, in cuius fauorẽ testis deposuit, vtique auditur, & si testis deinde variet, & diuersa, seu contraria deponat, tunc standum est secundo dicto. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in l. fin. nu. 2. C. de testi. & sibi imputet pars, quæ petiit illũ iterum examinari. Ex hoc enim censetur eius primo dicto renunciasse. Cõsulo tamen iudicibus, præsertim in causis criminalibus, vt quantum fieri potest, caueant ab huiusmodi repetitionibus testium, quæ fiunt ad instantiam partium, nam sæpenumero processus inuoluunt, ac destruunt, magnámque prębẽt occasionẽ subornationib. & falsitatib. testiũ.

16 Vnũ etiam volo vt scias in hac materia, ℭ quando testis primo loco deposuit per verbum, Credo, in secundo deponit per verbum assertiuum veritatis, eo casu semper standum est secundo dicto. Ita videtur sentire glos. ordinaria in l. de tutela, in verbo Probata, C. de in integr. restitu. mino. dicens, quòd hodie possum credere vnũ, & cras aliud, quæ in hoc communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Socin. cons. 95. nu. 7. lib. 3. Crot. de testib. post nu. 343. Tyndar. de testi. lib. 1. c. 5. nu. 1. Foller. in pract. crim. fol. 25. nu. 44.

17 Quintus est casus, quando testis non contrariatur de directo suæ primæ depositioni, sed negat se ita deposuisse, vt à notario scriptum reperitur, & tunc est distinguendum, nam aut tractatur de puniendo teste de falso, & hoc casu tantum creditur testi, quantum notario, vt dixi suprà hoc eod. lib. §. Falsum, versi. Pone testis. Aut tractatur cui plus credendum sit an notario, qui dicit testem deposuisse vt scriptum est, an verò testi id neganti: & tunc plus creditur notario. Et hæc est cõis distinctio, vt ait Thomas Ferra. cau. 26. licet condecens. Foller. in pract. cri. fol. 244. nu. 15. Ad euitandas tamen oẽs controuersias bonum esset, ℭ iudices assisterent notariis recipientibus dicta testiũ, nam eo casu nõ auditur testis postea dicens se non ita deposuisse, vt scriptum est à notario præsente iudice, imò si contrarium postea deponat, potest etiam de falso puniri. Et hæc omnia bene nota, quia frequentissimè contingunt.

18 Dixi etiam cõtra testes opponi solere, quòd sunt
a singulares, a nã testes singulares non sufficiunt ad plenam probationem, vt dixi in d. §. testis, præsertim in causis criminalibus, prout tenere scribentes oẽs affirmat Marsil. cons. 1. nu. 25. & consequẽter neque ad condẽnationem, sed solũmodo faciunt indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi ẽ. q. 21. vers.

19 Vnus testis, † Et hæc conclusio de plano procedit quando agitur de probando aliquo delicto in specie, nam eo casu debent testes esse contestes, vt sufficiant ad condemnationem. Sed quid si agatur de probando delicto in genere, puta aliquem esse hæreticum, adulterum, vsurarium, blasphematorem, vel huiusmodi, nunquid testes singulares, qui deponant vnusquisque eorũ de diuersis actibus, sufficiẽt ad concludentem probationem? Resp. Aliqui dixerunt, quòd sic, & in proposito probandi aliquam mulierem esse inhonestæ vitæ, attestatur hanc esse cõmunem opi. Alex. cons. 13. n. 24. lib. 7. Idem in eodem proposito attestatur Abb. cons. 25. nu. 1. Idem (loquendo in proposito adulterij) attesta. Ferret. cons. 168. post nu. 14. & 15. allegans alios idem attestantes, quos ego cum aliis multis retuli in d. §. Testis post gl. in l. ob carmẽ, §. fi. in gl. fi. ff. de testibus. Alij verò dicũt totũ oppositum, ℭ scilicet etiã hoc casu testes singulares non sufficiant. Et hanc attestantur esse cõem opi. Menchiaca in 1. parte de testa. §. 4. nu. 45. & loquendo in proposito criminis adulterij Io. de Amicis, cons. 127. nu. 1. Ego aliquando cogitabam, quis esset sensus Doctorum ita loquentium de probãdo delicto in specie, vel de probando delicto in genere, Et credo, ℭ (secundũ eos) tunc dicatur agi de probando delicto in specie, qñ tractatur de puniẽdo aliquem criminaliter. Et hoc casu verior sit secunda opi. ℭ s. testes singulares nõ probent aliquem esse adulterum, vel hæreticum, vel vsurarium, & ita semper vidi seruari, prout etiã loquẽdo de hæresi, dicit Siman. de hær. c. 62. nu. 24. quòd hanc opi. vsus iudiciorum sanctæ Inquisitionis comprobauit. Quinimò ad probandã hæresim, neque etiam sufficerent testes singulares cum fama. Et hanc attestatur esse communem Lupus in allegatione de hæresi, §. 12. quem refert Siman. de hær. c. 50. nu. 1. Tunc verò agi dicatur de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna infligenda, sed ad aliũ finem, puta, excipiendo de adulterio ad priuationẽ dotis, vel de alio crimine ad diminuendã fidem testis. Et hoc casu fortè procedere posset prima opi. quã tamen ego puto restringendam esse iuxta ea, quæ dixi in d. §. Testis. Benè verum est, quòd isti testes singulares multũ faciunt ad aggrauandũ reum, contra quem deponunt, scilicet, quo ad hoc, vt acrius torqueatur vel vt seuerius puniatur.

20 Et quid si Episcopus faciat statutum, quòd crimen vsurarum possit probari per testes singulares, nunquid tale statutum valebit? Resp. quòd non, ita consuluit Feder. de Senis, cons. 17. quem communiter Doctores sequuntur, vt ait Foller. in pract. crim

canon. fol. 229. n. 17. Hanc etiam dicit esse commu. opi. Abb. in c. cum in diœcesi, circa fi. de vsuris, quẽ refert Iason. cons. 78. & col. 2. vers. Secundo principaliter, libr. 3. & Didacus libro tertio resolutionum, c. 3. post numerum 5.

21 Sed quid si aliquis princeps dicat testimonium contra reũ, nunquid ei soli credetur? Resp. Aut agitur de modico præiudicio, prout est inquirere, & procedere contra reum, & hoc casu creditur solius principis assertioni, vt dixi ẽ. q. 6. ver. Præterea scias, Aut verò agitur de magno præiudicio, & tunc aliqui dicunt, loquendo de summo Pontifice, ℭ nullo modo creditur eius assertioni in facto tertij. Et hãc dicit esse cõmunem opin. Soc. inter consilia Curtij Senio. cons. 20. post num. 12. Alij verò loquendo de summo Pontifice, dicunt ℭ imò stãdũ est eius assertioni, & hanc dicit esse communem opi. Aret. in c. cum ànobis, nu. 7. de test. nedum in his, in quibus Papa habet summam potestatem, sed etiam in omnibus causis profanis, etiam laicorum, prout illum refert Ruin. cons. 103. nu. 11. lib. 5. Ego pro nunc de summo Pontifice nihil determino: Quo verò ad reges, & principes seculares, sic distinguo, Aut princeps attestatur de eo, quod ipse vidit, & illi soli creditur etiã ad condemnationem, arg. clem. literis. de probatio. Aut princeps asserit aliquid, quod ipse intellexerit coram aliis fuisse gestum, & non est ei soli credendum, posset enim princeps malè ab aliis informatus fuisse. Et hoc casu duo concurrerent specialia. Primum, quòd crederetur ei soli. Secundum, quòd testi deponenti de auditu alieno adhiberetur fides, quorum vtrunque est contra communes regulas, vt dixi in d. §. Testis. Benè verum est, quòd si Imperator diceret aliquid sibi constare ex relatione principũ facta sibi & rem esse adeo notoriam, vt non indigeret probatione, & rescriberet ꝺprio motu, tunc esset credendũ eius assertioni, secundum ferè omnium opin. vt dicit Soci. cons. 87. post nu. 19. lib. 3. saltem quo ad hoc, vt transferretur onus probandi contrarium parti contrarium affirmanti, quod tamen ego in præsentia non affirmo.

22 Præterea dixi, quòd contra dicta testium opponi solet, quòd non concludant. Potest autẽ in primis allegari, quòd non reddant causam scientiæ, licet enim

ADDITIO.

a Sunt singulares. Regula est ℭ testes singulares non probant. c. tum literis. de testib. vbi glo. in verb. soli. in c. cum dilecti. de elect. c. licet causam. de probat. & ibi Abb. Feli. in c. licet ex quadam. de testib. Alex. cons. 3. vol. j. Ias. in repet. l. admonendi. de iureiur. limitatur tamen nisi ex dictis testium singularium iudex in credulitatẽ adduceretur, propter quam potest fidẽ adhibere testibus singularibus: quia quãtam fidem habere debeat iudex testibus, est sibi arbitrariũ. l. 3. §. tu magis. ff. de testib. not. Paul. de Cast. in d. l. admonendi. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Et per hanc rationem istã limitationem ponit Dec. cons. 163. in fi. Hippol. in pract. §. diligenter. & in l. si quis ne quæstio. ff. de quæstion. Item vbi ageretur de probatione actus connexi, vt si vnus testis probat de principio, alius de fine, tunc tales testes & si singulares, probant, vt per Bart. in l. ob carmen. in fi. ff. de testib. Angel. in disputat. Astensis miles Felin. in d. c. licet ex quadam. de testib.

enim regulariter testis non interrogatus super causa scientiæ,non teneatur illam reddere, vt dixi suprà,lib.2.§.Testis:est tamen speciale in causis criminalibus,vt teneantur testes etiam nõ interrogati reddere causam scientiæ,aliàs nõ probãt,neq; faciunt indicium.Ita dixit Inno.in c.cum causam,de test.quem omnes Doctor.sequuntur, teste Marsil. cons.50.nu.10.Et hæc est communis opi.vt ait Bal. cõs.182.nu.2.li.4.prout illũ refert Nouell.in pra.cri. fol.114.nu.15.& Viuius in lib.communium opi.fol. 171.vers.Testes in causis,quãuis in libro meo id nõ dicat.Apostil.ad Pelin.in d.ca.cum causam,sub nu. 2.de testi.secundum vltimam impressionem. Sed hoc intellige,vt procedat in testibus, qui ad offensam deponũt,sed testes qui deponũt ad defensam, vtique probant,etiam si causam scientiæ non exprimant.Et hanc opi.communem appellat Viuius in loco præallega.Possunt autem & alia multa circa hoc contra testes deduci,secundum facti contingentiam,prout latius dixi in allegato §.Testis.

QVÆSTIO LIIII.

1 *Delictum non potest probari per instrumentum.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili non faciũt fidẽ in criminali?*
3 *Et quid si illud iudicium ciuile erat super crimine?*
4 *Confessio procuratoris facta in iudicio ciuili,an præiudicet principali in iudicio criminali?*
5 *Confessio principalis facta in iudicio ciuili,an ipsi præiudicet in criminali?*
6 *Sententia lata in loco delicti,an sit mittenda executioni in loco originis?*

1 DIctum est de excusationibus, quæ personas, & dicta testium concernunt.Sed quid si accusator ad probandum delictum produxerit aliqua instrumenta?Resp.Potest dicere reus, quòd delicta nõ probantur per instrumenta.solet adhoc allegari tex.in c.cum in ecclesiis,de maior. & obed.& est doctrina Bar.in l.senatus,nu.2.ff. ad senatusc on. Turpil. quam dicit esse communiter approbatam Cur.Iun.in auth.si quis in aliquo,post nu. 34. vers. quartò aduertè,C.de edendo.Hanc etiam dicit esse cõmunem opi.Berous in ca.at si clerici, num.4. de iud.Et dicebat Dyn.q̃ hæc opin.tenetur,& seruatur pro euangelio.quem refert Gand.de malef. in tit.de pœnis,nu.15.Hoc tamen intellige vt procedat,quando crimen consistit in facto separato ab ipso instrumento,puta,homicidium,furtum,adulterium,&c.sed si crimen cõsisteret in animo prout est hæresis,vtique per instrumentũ,in quo aliquis assereret aliquid hæreticũ,posset crimẽ ipsum probari.Idem si quis ratificet per instrumentũ delictũ commissum ab alio, pariter talis ratificatio,quæ etiam ipsa est delictum vt dixi infrà q.87.vers.quęro nunquid,poterit per ipsum instrumentum probari.Idemq; si delictum consisteret in facto incorporato vel cõnexo ipsi instrumento,puta,si aliquis faciat instrumentum contractus vsurarij,certè poterit delictum vsuræ probari per illud instrumentum.Et illam conclusionem declarat practica,quæ est optima legum interpres.

2 Item si producantur aliqua acta,[a] potest reus dicere,q̃ acta facta in iudicio ciuili,nõ faciunt fidem in criminali.Et ita communiter concluditur,vt dicit Feli.in c.at si clerici,n.26.de iud. Ripa in l.2.nu. 40.C.de edendo,quem refert Pract.Conradi, fol. 283.nu.10.in fi.& Villalob.in sua collecta commun. opin.in litera A. post nu.47.Diaz.reg. 10. Sed hoc intelligevt procedat,quãtum ad hoc,vt plenè probent,sed bene faciunt indicium ad inquirẽdum,[b] vt dixi suprà quæstione 19.

3 Et hoc quidem de plano procedit, quãdo huiusmodi causa ciuilis fuisset agitata super aliqua re in cõtrouersiã deducta.Sed quid si fuerit intentata super crimine,prout sæpenumero cõtingit, iuxta ea quæ dixi in loco præallegato? Resp.q̃ adhuc talia acta,neq; etiam sententia super ipso crimine lata,non faciunt fidem in iudicio criminali.Et est cõmunis opin. vt dicit Abb.in ca.per inquisitionem, post nu.12.de electi. quem refert Berous in c. qualiter,& quado,num.87. de accusa. Apostil.ad Ang. de malefic.in verbo, Et ad querelam, colum.pen. versi.Et aduerte.

4 Sed quæro,nunquid cõfessio procuratoris facta in vno iudicio ciuili,præiudicet principali in alio iudicio criminali? Resp.quòd non,& ita tenent cõmuniter DD.vt dicit Berous in loc.præal.num.91.

5 Sed quid si exhibeatur confessio ipsiusmet principalis facta in alio iudicio ciuili?Resp.quòd (secundũ aliquos) plenè præiudicat confitenti.Et ita videtur tenuisse Spe.in ti.de actionib.§.super petitionibus,n.8.cuius opi.dicit esse cõmunem Aret.in c. causam quæ,n.17.& seq.de test.quem refert Bos.in tit.quomodo procedatur per exceptio,nu.4.& in tit.de plurib.viol.post nu.17.Idem dicit Public.super consuet.Alue fo.21.num. 11.Mihi verò semper placuit contraria opin.quòd s. huiusmodi confessio facta in iudicio ciuili,non faciat in iudicio criminali plenam probationem,sed tantummodo semiplenam,& sic indicium ad torturam.Cum enim sit facta coram alio iudice,& ad aliũ finem, potius debet dici extraiudicialis respectu secundi iudicij, quàm iudicialis, meritò non debet sufficere ad condemnationem.& si casus contingeret,fortè ita seruarem, nisi vnà cum ipsa confessione concurrerent alia indicia.

6 Sed pone,q̃ exhibeatur sententia,& condemnatio lata contra aliquem in loco delicti, nũquid illa faciet fidem in loco originis,vel domicilij, ita vt sit executioni mittenda? Respon.q̃ nõ,quando est lata per iudicem alterius territorij prorsus separati,s.q̃ sit sub alio principe, vel sub alio præside prouinciæ,vt dixi infrà q.96.vers.Item quæro, sed tantummodo facit cõtra eum indicium,ita q̃ etiã aliter non constito de delicto poterit contra eum procedi.Et superioribus annis ita decisum fuit in senatu,& iussus detineri quidã Io.Ambrosius Plenus,subditus huius ducatus ratione originis, qui fuerat Perusij condemnatus ad furcas pro vulneribus Illatis cuidam 4.Septembris 1560.A.C.Cæterum sine causæ cognitione non solent tales sententiæ executioni demandari.Et ita rescripsit senatus prætori Cremonæ,2.Augusti 1554.P.N.

ADDITIONES.

a Acta.Adde Bened.de foro Sempronij in repertor.Felin.in verb. acta. vbi ponit fallent. Felin.
b Ad inquirendum.Adde l. quod cuitandi.C.de condict.ob caus.

QVÆSTIO LV.

1 *De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem proponi possunt.*
2 *Confessio extraiudicialis non sufficit ad probationem delicti.*
3 *Confessio facta coram iudice incompetenti non valet,nisi vt extraiudicialis.*

4 *Et*

4 *Et quid si facta fuerit parte præsente,& acceptante?*
5 *Et quid si facta sit corã iudice non sedente pro tribunali?*
6 *Et quid si talis confessio emanauit extra causam de qua agitur?*
7 *Et quid si fuit extorta à iudice sub spe impunitatis?*
8 *Et an iudex possit huiusmodi impunitatẽ reo promittere?*
9 *Et an reus confessus sub spe talis promissionis, possit ex ipsa confessione ad mortem condemnari?*
10 *Et quid si non constet de delicto, an possit reus ex propria confessione condemnari?*
11 *Et quomodo dicatur constare de delicto?*
12 *Confessio facta à minore sine auctoritate curatoris,an illi noceat?*
13 *Confessio facta super processu formato iuris, ordine non seruato,an noceat confitenti?*
14 *Et quid si facta sit in tormentis?*
15 *Confessio cum qualitate adiecta, an possit pro parte acceptari,& pro parte reiici?*
16 *Et an saltem reus sit mitius puniendus?*
17 *Cautela quomodo debeant hoc casu concipi verba confessionis.*
18 *Reus an possit confessionem à se sponte factam reuocare?*

1 VIsis defensionibus,quæ contra testes aut acta in iudicio exhibita proponi possunt,Quæro, quid si reus confessus sit delictum, nunquid adhuc non obstante confessione, poterit ad euitandam condemnationem aliquid ad defensionem suã adducere?Respon.quòd sic,& in primis potest dicere,
a quòd talis cõfessio fuit extraiudicialis [a], quæ quidem non sufficit ad probationem delicti.Et ita cõmuniter dicitur, vt ait Paris Put. de synd. fol. 439. c.3.in primis verbis.Ita etiam tenere communiter Doct.attestatur Alber.in l.quoniam,nu.1.ff.de infa-
2 mib.† Bene verum est,quòd talis confessio extraiudicialis sufficit ad torturam,vt dicit suprà, q.21. versic.Confessio extraiudicialis.

3 Præterea etiam,si confessus fuerit delictum in iudicio,poterit dicere,quòd iudex erat incompetẽs, talis enim confessio facta coram iudice incompetenti nõ valet in vim iudicialis confessionis,sed tãtummodo valet vt extraiudicialis.Et hæc est communis opi.vt dicit Aret.cons.26.circa.fi. Alex.in l. seruus, nu.3.ff.de iureiu.& in l.magistratibus.ff.de iurisd.omniũ iud.prout illũ refert Capic.decis.279. nu.1.in fi.Et ideo non sufficit ad probationem delicti,vt statim dixi,sed bene sufficit ad torturam,vt dixi in loco præalleg.

4 Vnum tamen scias in hoc proposito, quòd licet confessio criminis facta extraiudicialiter, vel corã iudice incompetenti regulariter non præiudicet ad plenam probationẽ,si tamen facta fuerit parte præsente, & acceptante, eo casu facit plenam fidẽ ꝯ cõfitentẽ. Ita videtur sentire Ab.in c.at si clerici, post nu.16.vers.Si verò cõfessio,de iud.qđ dictũ sequũtur cõiter DD.vt ait Berous in eo.c.at si clerici, nu.142.Benè verũ est, quòd hoc casu requiritur q̃ pars talẽ confessionẽ expressè acceptet,nec sufficeret tacita acceptatio,secundũ cõmunẽ opi. de qua attestatur Berous in loco prealle.nu.143.Sed certè, quicquid sit de iure,ego semper vidi in practica obseruari,q̃ tales cõfessiones nõ præiudicãt cõfitentibus ad plenã probationẽ,si deinde illã reuocant, sed tantũmodo torquẽtur,vt in ea perseuerent,nisi fortè cũ huiusmodi confessione concurrerent tot alia argumenta,ex quibus posset dici, q̃ omnibus simul iunctis de crimine plenè liqueret.

5 Item potest dicere,etiam quòd iudex esset competens, quòd talis confessio facta fuit coram ipso iudice non sedente pro tribunali, & sic tanquã coram priuato, talis enim confessio non dicitur iudicialis,ita vt reus possit ex illa condẽnari,sed tantummodo facit indicium ad torturam, vt dixi suprà,quæst.21.versic. Sed hic cadit.

6 Posset etiam dicere,quòd talis confessio emanauit extra ipsã causam, de qua principaliter agitur. Hæc tamen defensio non esset multum tuta, quia quando de delicto cõtingente causam, de qua agitur, constat per confessionem ipsius delinquentis, tunc potest ex ea puniri etiam pœna ordinaria, licet directò actũ non fuerit contra confitentẽ, & in hoc omnes consentiunt,vt dicit Abb. in c.cum super,nu.13.de confes.Hanc ẽt opi. dicit esse cõmun. Aret.in c.causam quæ,nu.17.de test.de quo mentionem feci suprà q.prox.vers.Sed quid si exhibeatur.

7 Allegare etiam posset, quòd talis confessio fuit sibi extorta à iudice cum promissione impunitatis,quo casu non videtur ex ea posse condemnari. Et ita reperio in facti contingentia,quòd quædam Catharina Candolia, quæ corã prætore Vogoniæ cõfessa fuerat se partũ necasse,cũ deindeassereret illã confessionẽ à se per ipsum prætorẽ blandis verbis,minisq; extortã fuisse,idq; probasse corã prætore Intri per Senatum ad id delegato, fuit tantummodo torturæ subiecta,& cum perstitisset in negatiua,fuit absoluta,27.Iul.1558.P. N. Sed in hoc proposito duo sunt videnda.Primum,an iudex,vt veritatem eliciat à reo, possit aut debeat huiusmodi promissiones facere. Secundum an facta per eum tali ꝓmissione,teneatur aut debeat illã obseruare.

8 Circa primũ, dicendum est, quòd potest iudex ad eruendam veritatem talem promissionem im-
b punitatis [b] reo facere.Et est communis opi.vt dicit Apost.ad Dec.in l.ea est natura,sub nu.7.ff.de reg. iuris,quem refert Placa lib.1.delictorũ,c.37.nu.2.vbi per totum illud capitulum satis bene loquitur in hac materia.Certum est enim,q̃ licet iudicibus indagandæ veritatis gratia aliquid simulare,vt colligitur ex Salomonis exẽplo, de quo in c.afferte,de præsump.& est crebrior recepta sententia, vt dicit Placa in d.c.37.num.1.in fi. Sed certè hæc opi.mihi nunquam placuit,hoc enim (iudicio meo) est illaqueare reum fraude, & mendacio, quod cuilibet bono viro, præsertim vero iudici, qui veritatis aman-

ADDITIONES.

a Extraiudicialis.Adde Feli.in c.at si clerici.de iudic.vbi dicit cõem esse opi. quòd confessio extraiudicialis nihil operetur. Et licet nõ probet, facit tamen indicium: vt per Alciat.in c.cũ nõ ab homine,nume.98.de iudic.M.Anto.Blanc.in tract.de indic.& tortur.nu.204.
b Promissionem impunitatis. Ad propositũ adde Anchar.in c.vtilẽ.22.q. 2. qui refert Alexandrũ eius nominis tertiũ,ita feciſſe cum quodã episcopo simoniaco.sequitur Felin. in c.afferte. de præsumpt.Contrariũ tamẽ tenet Imol.cõs. 119. visa inquisitione prædicta.vbi ex pluribus concludit q̃ virtute huiusmodi confessionis per dolũ extortæ reus condemnari non possit,per tex. in c.sanè de renũciat.& verior videtur hæc opi. quia fides data seruari debet vbi potest sine interitu salutis æternæ.l.j.l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pac.l.j.in prin.ff.de cõst.pecu.& in c.cũ dilect⁹.qđ met. caus. Adde Hippol.in l.j.§.quæstioni.ff.de q.in fin.g.201.& ĩ prac.§.postquã.n.15.

amātissimus esse debet,videtur summopere vitandū;neq; exemplum Salomonis quidquam facit, longe enim differt fictio,ac simulatio à mendacio ac deceptione.Finxit enim quandoque Saluator noster se longius ire,Lucæ 24.priusque finxerat se nollere ascendere ad diem festum,& tamen ascendit,Ioan.7.non tamen quenquam decepit, aut alicui mentitus est. Consulo itaque iudicibus, vt ab huiusmodi promissionibus,quantum fieri potest, abstineant,atque aliis iustioribus modis studeant veritatem delictorum inuenire,prout etiam dixit. Dyn.in trac.de quæst.quē refert Paris.Put.de synd fol.484.c.7.circa princip.

29 Circa secundum verò,an scilicet posset iudex nō obstante huiusmodi promissione reū ad mortem condemnare,variæ fuerunt scribentium opin.nam Imola cons.109.consului t,quòd reus virtute talis confessionis extortæ,vt ipse dicit,per dolū,& fraudem,non posset condemnari.Et,hanc esse communem op.dixit Cagnol.in d.l ea est natura,num.18. in fi.licet dicat aliquando Taurini seruatum fuisse contrarium.Idem attestatur Remig.de immun. eccles.fol.181.fallen.26.in fi.Contrariam verò sententiam,s.quòd imò posit,& debeat reus non obstante tali promissione condemnari, tenuit Cyn. in l.præsenti.C.de his qui ad eccles.cōfug.& in hāc sententiam frequentius itum esse dicit Alc. in l.natura,in fin.ff.de verb.sign.Hanc etiam dicit esse cōmunem opin.Apostil.ad Dec.in d. l. ea est natura, sub nume.præallegato,quem refert Viuius in lib. communium opin. in verbo, Iudex promittens. Placa in d.c.37.nu.7.Valet enim talis confessio eo modo extorta,non solū quando iudex dicit reo,vt narret veritatem,quia nihil mali sibi eueniet, sed etiam quando expresè ei promittit,quòd liberabitur,modò vlterius dolosè agendo non procedat,secundum opi.quam dicit esse magis communem Boss.in tit.de confessis per torturā,nu.12.Ego certè suspicor opi.Cyn.esse magis communem,nihilominus opin.Imolæ æquior videtur,præsertim vbi promittens impunitatem delicti poterat etiā de ipso delicto gratiam,seu indulgentiam concedere,puta,quia esset princeps,vel ab eo auctoritatem habens tales gratias delictorū cōcedendi,tūc enim omnino dicerem seruandam esse ab eo promissionem impunitatis,turpe enim est fidem fallere l.1.in prin.ff.de constit.pec.& dicit Boss.in tit.de confessis per torturam,ꝙ ita semper vidit seruari, & reuera apud nos ita semper obseruatū fuit, & quotidie obseruatur.Si verò sit promissa impunitas ab eo qui non potest illam concedere,tunc sibi imputet,qui credidit tali promissioni. Nunquā tamen huiusmodi reum condemnarem ex tali cōfessione ad pœnam ordinariam delicti, nisi esset aliis etiam indiciis grauatus.

30 Potest etiam cōtra confessionem allegari,ꝙ nō constat de delicto,nam vbi aliter non apparet de crimine,quàm per confessionem ipsius rei,non debet reus ex sola confessione sua condemnari.Et licet Io.And.in addit Spec.in tit.de accus.§.fin.vers. Sed pone A.fuit accusatus, dicat, quòd contrariū seruatur de facto,& referat Guidonem de Suzaria idem dixisse,vt per Boer.decis.259.n.3. quem tamē locum Ioan.And.ego in libro meo hactenus inuenire non potui, attamen in hoc Io.And. malè dixit,quia imò seruatur,ꝙ nisi aliter constet de delicto nunquam reus condemnatur ex sola confessiō,vt etiam sentire videtur Mars.in pract. crim. §. postquam,nu.48.Et ideo dicit Ponzinib. de Lamba.post no.72.ꝙ iudex debet inquirere de veritate confessionis, quia aliquando aliqui confessi sunt delictum,& postea reperti sunt non deliquisse.Et ait,quòd ita dicunt Doctores,& illum refert Gramma.cons.cri.16.post numerum 5.

31 Quomodo autē dicatur constare de delicto, ad effectum,vt super eo procedi possit,dixi suprà q.4. Sed ad effectū vt aliquis possit condemnari ex sola confessione,ego ita distinguerem: Aut delictū, quod reus cōfitetur,est tale,quod solo animo perfici possit,vt est hæresis,vel similia:Et tunc ex quo tale delictum vix aliter probari potest, quàm per propriam confessionem,crederem,ꝙ sola confessio,(modo esset verisimilis) sufficeret. Aut verò est delictum,quod etiam facto cōmittatur,& tunc si quidem reus confiteatur in genere aliqua delicta commisisse,puta,vnum aut etiam plura homicidia , vel multa furta , non exprimendo in specie quos homines interfecerit,aut cuius res furto subtraxerit,certè non debet ex tali confessione condemnari.Et hic casus nullam habet difficultatem apud DD.vt dicit Bos.in ti.de delicto,n.15.Si verò cōfiteatur in specie aliquod delictū,puta,se aliquē certum hominem interfecisse,aut alicui furto certa bona subtraxisse,tūc est distinguēdū: Nā aut est delictū facti trāseuntis,cuius.s.nulla solēt remanere vestigia,puta,adulteriū,furtum,& similia,& tūc vbi cum querela partis concurrat etiam confessio rei,vtiq; erit sufficiens ad condemnandum. & ita videmus quotidie obseruari, teste Bossio in loco præallegato,n.19.vbi etiam,nu.21.subdit,ꝙ in furto practica est,quòd sufficiat querela partis , vbi verò non adsit querela partis,aut aliqua alia informatio,sola confessio nō sufficeret.Et ideo iudices, quando fures confitentur coram eis maria,& mōtes,& plura furta se alibi commisisse,debent mittere nuncios ad habēdam informationem, aliàs sæpe innocentes condemnarentur , vt dicit Ang.de malef.in verbo,Et vestem cœlestem,nu.25.quem refert Brun.de ind.& tortura,fol.138.nu.10.ꝙ pluries tēporibus suis vidisse cotingere asserit Igneus in l. 1.§.item illud.post nume.6.ff.ad Sylle. Et ita seruari attestatur Boss.in loco præallegato , post nume. 15.versic.Sed quid si quando. Et ita seruari debere priusquam suspenderentur quidam fures, & latrones,qui plura delicta confessi fuerant,rescripsit senatus,12.April.1561.& 28.Nouem.1562. & aliàs sæpissimè.Et propter hoc fuit in magno periculo vitæ quidam Doctor,qui consuluit quendem furem, qui plura furta confessus fuerat,de quibus tamen aliter non constabat , furcis esse suspendendū,pro quo Doctore consuluit Alex.cōs.19.li.7. Aut est delictū facti permanētis,quod scilicet oculis subiici possit,& cuius remanere solent vestigia,vt est homicidiū,& incendium,& similia,& tunc nisi per inspectionem,seu visitationem factam, vel faciendā per curiā (iuxta ea,quę dixi in d.q.4.)appareat de lictū fuisse commissum,non poterit reus ex sola confessione condemnari.Et cauti iudices his casibus solent perquirifacere cadauera eorum.qui dicuntur occisi,& ea exhumari, & inspici,an extent vestigia vulnerum,vt sæpius se in contingentia facti seruari vidisse narrat Paris Put.de syndi.fo.207. nu.6.Et ideo malè posset de iure defendi sentētia Domini Nicolai Toreli de Prato,qui fecit suspēdi tres diffamatos pro assassinis,qui cōfessi fuerāt se occidisse tres incognitos,&eos in mare proiecisse, & tamen

& tamen eorum cadauera non fuerant reperta , vt refert Angel. in l.certum , nume. 2. ff. de confes.& Berous in loco præallegato,post nume. 11. & Aug. ad Angel.de malef.in loco præallegato,post num. 25.& Paris Put.de synd.in verbo,Confessio,c.1.post nume. 1.& Igneus in d.l.1.§.Item illud,nume.4.Benè verum est,ꝙ si confessio esset de aliquo homine certo'& haberentur informationes, quòd non reperiretur,& reus fateretur,illum interfecisse,& apparerent aliqua vestigia,licet nō reperiretur cadauer,fortè posset ex ipsa confessione condemnari, prout etiam refert Chassan.super consue.Burgund. fol.49.post nume.41. condemnatum fuisse à Senatu quendam Massarium , ipso existente vicario iustitiæ Mediolani , qui confessus fuerat se occidisse dominum suum,& proiecisse in lacum Comensem, nam licet cadauer ipsius domini repertum non fuerit , tamen reperto sanguine in loco designato ab ipsomet Massario , vbi dicebat se delictum perpetrasse,fuit ille vltimo supplicio affectus. Et ita puto intelligi debere ea, quæ dicit Boss. in loco præallega. post nume. 15. quòd scilicet etiam quando confessio est de homine vel re certa, debet iudex à se ipso mittere ad intelligendum,an delictum commissum fuerit,& eo non comperto , illum absoluere,aliàs condemnare , subdens, quòd ita seruatur, satis enim dici poterit compertum delictum in casu prædicto,etiam si cadauer repertum non fuerit.

32 Vlterius potest reus contra propriam confessionem allegare,quòd ipse esset minor,propterea̓que eius confessio facta sine auctoritate curatoris illi obesse non debet , de quo videnda sunt ea,quæ dixi suprà quæst. 50. circa princip,. Et dicit Alber. quòd semel obtinuit de facto , quòd confessio minoris facta in tormentis sine auctoritate curatoris ei non obesset , & ita illum refert Raph. Fulg. in l. Clarum,C.de auth. præstand. relatus per August. ad Ang.de malef.in verbo,Comparuerunt,& confitentur totum,post nu.13. & Gramma. qui in fact contingentia ita consuluit,cons.crim.16. Sed certè hæc defensio parum prodest stante consuetudine, de qua dixi in d.quæst.50.secundum quam in confessione minoris non requiritur curatoris auctoritas , prout etiam communiter seruari in practica attestatur Bald.in l.1.nume.59. C. de confess. quem refert Paris Put.de synd.fol.457.nume.7. Ange. de malef.in verbo,Comparuerunt, & confitentur totum , nume.8. subdens quòd esset quasi ridiculum dicere contrarium. Hoc idem seruari apud Venetos, & multa Italiæ loca attestatur practi. Casoni, fol.76.nume.2.Vide quæ dixi infrà q.60.circa prin. vbi etiam dixi,an saltem prosit minor ætas ad hoc, vt reus in mitiorem pœnam condemnetur.

33 Item posset allegare,quòd talis confessio facta fuisset super processu formato per iudicem iuris ordine non seruato.Scias tamen, quòd hæc defensio non ita absolutè procedit , sed est distinguendum,an confessio ipsa sponte emanauerit,an verò in tormentis.Nam si quidē cōfessio est à reo sponte facta,tunc etiam si facta sit super processu nullo, adhuc potest reus ex illa condemnari,& est doctrina Innocen.in c.qualiter & quando,el 2. de accusa. quam dicit esse communiter approbatam Alex. in l.inter stipulantem.§.1.circa fin.ff.de verb.oblig.vbi etiam Ias.nume.11.idem attestatur, & dicit Mars.in l.j.§.diuus,nume.10.ff.de quæst. & cons. 94.nu.7.& cons.130.nume.2.& in pract.crim.§ postquam, nu. 12.quòd omnes eum sequuntur.Idem dicit Alexan. cons.19.nume.3.lib.8.& Io.Arno.commentario 120. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Mars.sing.201.in confessum.Foller.in pract.crimin. fol.285.num.65. Hanc etiam dicit esse communem opin.legistarum & cano.Ant.Gomes.c.12.delict.nu. 8.Quod tamen intelligendum est,vt locum habeat quando nullitas non procedit ex defectu iurisdictionis, sed ex aliqua alia causa , & ita colligitur ex mente omnium Doct. vt attestatur Ant. Gomes.in loco præallega.Dicit tamen Ang.cons.178. circa.fi. quod est duplicatum in cons. 293. quòd quando confessio emanat super processu nullo , tutior est via,quòd reus absoluatur ab obseruatione iudicij, & de nouo procedatur,subdens , quòd si ipse consuleret,hanc partem eligeret,vt effugeret syndicatorum retia ,& quòd ipse ita obtinuit Perusij , in syndicatu cuiusdam D.Raynerij Lanfranchi,vt ibi per eum , quem refert Aug. ad Ange. de malef. in verbo,Comparuerunt,& confitentur totum , post nu.5.Et certè credo,ꝙ iudex , qui ita faceret , non erraret,nihilominus cùm hæc communis opi. iam sit canonizata in iudiciis,& in scholis,posset iudex iudicando illam intrepidè sequi , absque eo quòd timeret sibi inferri molestiam in syndicatu.

34 Si verò confessio facta sit in tormentis , tunc si legitima indicia non præcesserint , & seruata non fuerint seruanda,talis confessio est ipso iure nulla, nec potest confessus ex ea cōdemnari,etiam quòd in illa perseueret.Ita videtur sensisse gloss. vnica in l.quæstionis habendæ,ff.de quæst. quam sequuntur communiter Doct.vt ait Foller. in pract. crim. fol. 307.nume.1.& illam dicit esse ab omnibus celebratam Marsil.consil.95.nume.10. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex.in l.qui in aliena.§.Celsus,nume.12.ff.de acquir. hæred. quem refert Ias.in eod.§.Celsus,post nume.38.& consil.188. nume.2.lib.2.relatus per pract. Conradi , fol.285.in 21.limitatio.Brun.de ind.& tortura,fol.234.num.3. Bertran.consil.226.nume.5.lib. 2. in secunda parte. Marsil.in l.j.in princip.nume.24.ff.de quæstio. Ant. Gomes.ca.15. delictorum,nume.25.Et videtur text. expressus in l.pen.ff.de quæsti.secundum lecturam, quam Bar.& communiter omnes Doctores sequuntur,vt dicit Alexan. de Neuo consil. 86.nume.9.Et dicit August.ad Angel. de malef. in verbo , Fama publica,post nu. 36. ꝙ aliàs ita obtinuit in personā vnius,qui vocabatur suo nomine August.de Arim. Et licet Paris Put.de synd.fol.445.c.9. nu. 2. intelligat hanc conclusionem procedere in illa tacita perseuerantia,quæ inducitur non approbando, neque reuocando,secus autem (secūdum eum) si expressè ratificet confessionem ipsam ad bancum iuris, quia tunc (vt ipse ait) habetur tanquā si vsq; à principio spōte confessus fuisset, hoc tamen est contra cōem opi.Doct.vt dicit Hippol. Rimi. inter consil. criminalia diuersorū cons.105.post.nu. 16.vers.Obstat etiam,li.1.vbi ostendit contrariā opi.proculdubio esse magis cōmunem , à qua non puto esse recedendum.Quinimò etiā si post huiusmodi cōfessionem extortam vi tormentorū,indiciis legitimis non præcedentibus,deinde legitima superuenirēt indicia,non propterea talis confessio cōualidatur, vt dicit Bart.in l.maritus,nu.2.ff.de quæst.Dixi infrà q.64.vers.Dixi etiam.

35 Posset quoque reus contra propriam confessionem allegare, quòd talis confessio non esset absoluta,& pura,sed cū aliqua qualitate adiecta,quo casu nō posset,nec deberet ꝙ parte acceptari, & pro

Universidad de Navarra Biblioteca

parte sperni,iuxta doctrinam Bart.in l.Aurelius.§. idem quæsiit,nu.2.ff.de lib.lega.cuius opi.communiter per Doctores approbatur,vt demonstraui loquendo de causis ciuilib.infrà lib.proxim. Sed certè hęc defensio esset valde periculosa,nã vbicunque cõfitẽs habet præsumptionẽ ɔ se, eocasu põt eius cõfessio pro parte acceptari & ꝑ parte sperni,vt dicit Bart.in loco præalle.vbi refert,quòd homicida, qui confessus est hominem occidisse ad sui defensionem,habetur perinde ac si confessus fuisset simpliciter homicidium sine illa qualitate, nisi deinde illam probet,& potest ex tali confessione condemnari. Et hanc decis. Bar. dicit esse communiter approbatam Ias.in l.vt vim,num.13.ff. de iust. & iure, quem refert.Bos.in titu. de confessis, post nu. 19.& Menchiaca lib. 5. de test.§.23.nu.23. Thomas Ferrat.caut.5.col.1.& 2.& Petr.Calephatus inter consil.criminalia diuersorum,cons.88.nu.2.lib.2. Et dicit Prac.Carer.fol.413,nu.163.& seq. quòd ita communiter concluditur.Hanc etiam opin.dicit esse cõmunem Boer.decis.164.post nu.10.Alcia.in l. j. §.si quis simpliciter,nu.76.ff.de verb. oblig. Berous in c.atsi clerici,nu.73.& seq.de iud. Simanchas de hæret.c.63.nu.23.Blanc.in pract.crim.fol. 149. nu. 35.& seq.vbi dicit,quòd in hoc resident cõmuniter Doctores.Menchiaca controuers.illust.c.2.nu.8. Et dicit Angel. de malef. in verbo , Comparent dicti inquisiti , & partim negant, post princip. quòd vidit hãc opi.Bart.in practica seruari. Ex his vides,quòd Marsil.consil.136.num.31.& num.44.vbi dicit, quòd opin.contra Bart.est magis communis, valde fallitur,& ideò non recedas in pract. ab opinio. Barto. quæ proculdubio,& communi Doctorum consensu,& consuetudine est magis approbata.

16 Fortè posset hæc exceptio ipsi reo prodesse,quò ad hoc vt mitiori pœna afficeretur. multi enim tenuerunt,ꝑ licet reus posit ex tali confesione condemnari,non tamen poterit condẽnari ad pœnam
b mortis , & fuit dictũ originale Abb. b in c.auditis, nu.32.de præscrip.quod dicit esse commune Boss.in tit.de confes.nu.20. & seq. Et dicit Pract. Carer. in loco præalleg.nu.167. quòd ita cõmuniter concluditur.Dicit etiam Gram.cons.69.in fi.quòd ita semper fuit in practica obseruatum,prout etiam idem attestatur super const.Regni,fol.16.col. 1. Et ità reperio,ꝑ in facti contingentia Prorex Neap.cõdenauit ad triremes perpetuò quendam , qui confessus fuerat alium occidisse ad sui defensionem,& ita in tormẽtis sustinuerat,vt refert Gramma. voto 2. de quo etiam mentionẽ facit idem Grãma. super consti.Regni,fol.14.nu.30.Quam tamen practicã, vt scilicet ita confessus torqueatur,ego nõ laudo, neque apud nos vnquam vidi illam obseruari,prout etiam idem attestatur Boss.in loco præalleg. n. 27.&seq.Quod tamen intellige vt procedat,quãdo contra reum non esset aliquod aliud legitimum indicium,aliàs sequeretur,ꝑ de facili reus ita confitendo homicidium,posset euadere pœnam mortis,etiam quòd ex aliis probationibus esset de ipso homicidio conuictus,quod esset absurdum.Itẽ intellige vt prædicta conclusio procedat, quando eodem contextu verborum reus confessus est occidisse ad sui necessariam defensionem,tunc enim posset pœna mitigari, sed si prius confessus est explicitè occidisse , deinde (aliquo interiecto) addat,ꝑ illud fecit ad necessariam defensionem,tunc ex tali confessione potest absolutè condemnari ad mortem,si non probet qualitatem defensionis.Et ita concludunt,& declarant communiter Doct.vt dicit Boer.in d.decis.164.nu.11.in fi.& nu. 14.in fi. Quam quidem qualitatem vtique potest reus in suis defensionibus probare,etiam ꝑ prius simpliciter confessus fuerit se illum occidisse,vt dixi suprà hoc eo.li.§.Homicidium,vers.Sed hic occurrit.

17 Cautius igitur faciet reus,qui aliũ ad sui defensionem interfecit , si negauerit homicidiũ commisisse,subiiciendo.Et si id feci,feci ad mei defensionẽ, quæ quidem responsio admittitur,& pro pura negatiua habetur.Et hæc est communis opi.vt attestatur Boss.in d.tit.de confessis, nu.36.Et licet Grã. super constit.Regni,fol.13.num.9.dicat tutius esse, quòd confiteatur cum illa qualitate , quia euitabit torturam,credo quòd in hoc decipiatur,& ipsemet in locis præallegatis,præsertim voto secundo narrat,ꝑ ille Cosmus,qui ita confessus fuerat, fuit grauiter tortus.

18 Sed pone,ꝑ reus velit confessionem à se sponte factam reuocare,& probare contrarium, nunquid erit audiendus?Resp.ꝑ sic,si velit docere confessionem ipsam fuisse erroneam,& errorem probare.Et hæc est communis opi.vt dicit Aret.in c.cum dilecti,in vlt.verbis,de accus.quem refert Boss.in tit.de confessis,post num.60. & in tit.de defens. reorum, nu.4.Dixi infrà q.64.vers.Sin autem reus. Et dicit idem Boss.in tit.de confessis,nu.6.ꝑ ita volunt omnes,adeo ꝑ non sufficeret (vt ipse ait) velle probare per torturam.Bene potest reus se excusare,& aliquid deducere contra propriam confessionem, quod tamen posit simul stare cum ipsa confessione,non autem illam perimat , & prorsus eneruet, & ita dicunt omnes.vt ait Boss.in tit.præallegato, de confessis,nu.35. Reperio tamen quòd Sali.in l. fin.post nu.2.C.de probat.renuit,quòd indistinctè prosit reuocatio,& dicit Ange.de malef.in verbo, Comparent,& produxerunt instrumentum pacis, nu.1.quòd ita vidit practicari. Sed certè apud nos seruatur contrarium in confessione facta sponte, vel ratificata extra tormenta, nam illius nũquam admittitur reuocatio,nisi probato errore.

ADDITIONES.

a Iuxta doctrinam. Contrarium tenet Salic. in l. j.vers.quartò opponitur.C.de confess.Alex.cõs. 87.vol.1.Hippol.cons.136.vbi dicit opin. contra Bart.esse æquiorẽ,Bald.in l.nec codicillos. vers. etiam quæro.C.de codicil.Angel.in l.j.§.si quis simpliciter. de verb.oblig.

b Abb. Adde ibid. Felin. sequitur Alex. in l.non solum.§.sciendum.& ibi Claud. ff. de no. oper. nuntiat.Felin.in c.significasti. el 2. de homicid. in c.afferte.de præsumpt.& in c.cum venerabilis.de excep.Hippol.sing.185.Cravet.cõs.2.Guid. Pap.quæst.503. Alciat. in l.j.§. si quis simpliciter, nu.22.de verbor.obligat. Dec. in d.c.cum venerabilis.Contrarium tamen tenet Socin. in l. nõ vtique.ff.de exception.

QVÆSTIO LVI.

1 *Si reus probet licitè facere potuisse id,de quo imputatur,est absoluendus.*
2 *Puta,si de iure permissa est illi leuis castigatio.*
3 *Et quid si probet illud aliquo loco,& tempore,licitè fieri potuisse,an id sufficiat?*

1 Potest

1 POtest etiam reus,qui id , de quo imputatur, confessus est commisisse , allegare quòd illud licitè facere potuit,puta,quia fortè ille,quem occidisset,fuisset bannitus,vel fur,vel adulter , in furto,vel adulterio deprehensi,tales enim licet occidere,vt dixi suprà hoc eod.li.§.Homicidium, vers. Vltima est.& aliis seq.

Potest etiam poni exemplũ in his,quibus permissa est correctio & castigatio , puta, patris in filiũ, viri in vxorem,magistri in discipulũ,& dominæ in ancillam,vt in casu Alex.cons.75.lib.3. Et reperio, ꝑ in facti contingentia fuit absolutus per senatum quidam de Bonetis,qui filium suum interfecit illum corrigendo,7,Maij 1555.Marito quidem permittitur ex iusta causa verberare vxorem, leuiter tamen,Et ita tenent communiter omnes , vt dicit Alex.cons.155.nu.3.lib.5.Quo verò ad magistrum, dic quòd illi permissa est leuis castigatio in discipulum,non autem immoderata. Ita colligitur ex tex.in l.item quæritur.§.si tutor,aliàs est,§.si Iulianus,ff.locati,& ita communiter tenetur,vt attestatur Anan.in Rub.de magistris,nu.3.

3 Et in hoc proposito nota , quòd ad euitandam condemnationem,ita quòd pro delicto quis puniri non posit,sufficit probare tale quid,ex quo appareat illud ex aliqua causa potuisse licitè fieri,licet punctualiter non probetur,ꝑ factum fuerit iure licito,secundum doctrinam Bart. in l. non solũ. §.sed vt probari,nu.1.ff.de no.oper.nunc. cum qua Doctores videntur communiter sine additione trãsire,vt dicit Alex.in eo.§.sed vt probari, quem legit cum §.sciendum,nu.2.quem refert Gram.cons. 67.post numer. 8.Illam etiam doctrinam dicit esse communiter approbatam Ias.in d.§.sciẽdum, post nume.7.Aug.ad Ange.de malef. in verbo,De anno præsenti,post nu. 5.Et ait Dec.in c.in præsentia,nu. 52.de probat. quòd totus mundus illam sequitur, quem refert Neuizzan.in sylua nuptiali,fol.12.col. 2.versi.Vigesimus primus principalis.Rimin.cons. 44.post nu.4.Bertrand.cons.290.nu.4.li.3.in 1.parte.Tortus inter consilia Ant.de Butr. cons.vlti.nu. 7.Anto.Gomes.super l.80.Tauri,nu.57. Berous in c.in præsentia,num.133.de proba.Nam vbicunque aliquid est prohibitum,& punibile certo,& limitato loco,vel certo,& limitato tempore , oportet ꝑ accusator præcisè probet reum illud fecisse in illo tempore vel loco prohibito , aliàs præsumitur factum loco,& tempore licito,vt per Bart.& alios,in locis præallegatis.Et ex hoc infert Bart.ibi,quòd si accusator probet,quòd accusatus vulnerauit Titium de mense Nouembr.& accusatus probet,ꝑ de mense Nouembri Titius esset bannitus,etiam si non appareret,quòd Titius fuerit bannitus,antequam accusatus illum vulnerauit, nihilominus accusatus est absoluendus.Et hanc decis.Barto.dicit esse communem August.ad Angel.de malef.in verbo,De anno præsenti , post nume. 6.Parisius in dict.c.in præsentia , nu.31.& sequen.Bosius in titulo,de conuictis,nume.60.

QVÆSTIO LVII.

1 *Vbi reus aliàs de eodem crimine absolutus fuerit,aut cõdemnatus,non potest contra eum amplius procedi.*
2 *Et quid si sit absolutus,non quia crimen nõ commiserit, sed quia non fuerit probatum?*
3 *Et in dubio qua ex causa præsumatur absolutus?*
4 *Et an ille,qui primam accusationem ignorauit,possit,nõ obstante absolutione superinde secuta,iterum accusare?*
5 *Et quid si primus accusator præuaricatus fuit?*
6 *Et quid si fuit absolutus virtute transactionis initæ cũ accusatore?*
7 *Et quid si processum fuit per inquisitionem?*
8 *Et quid de iure canonico?*
9 *Et quid si sit secuta absolutio per viam dispensationis?*
10 *Et quid si quis fuerit absolutus in foro pœnitentiali?*
11 *Et quid si sit absolutus in foro ecclesiastico de crimine, pro quo possit etiam procedere iudex laicus?*
12 *Punitus de aliquo crimine,an possit iterum accusari?*
13 *Et quid si iudices sint sub diuersis præsidibus?*
14 *Et quid si quis fuerit punitus à iudice ecclesiastico,& crimen sit communis fori?*
15 *Et quid si crimen sit valde atrox?*

1 ALia est etiam defensio,quam reus in iudicio criminali proponere potest, quòd scilicet aliàs de eodem crimine absolutus fuerit,aut etiã condemnatus,nam eo casu non potest vlterius cõtra eum procedi.& ita tenent communiter Doctores,vt dicit Pract.Conradi,fol.227.nume.11.Pro intelligentia autem huius materiæ facienda est in primis conclusio,quòd de his criminibus,de quibus semel quis fuit absolutus,nõ potest accusatio replicari. text. est in cap. de his , de accusa.& in l. si cui , §.iisdem. ff. de accusat. & ita dicunt communiter omnes Doctores , vt attestatur Angel. de malefic.in verbo , Et ad querelam , nume. 90. nam de eiusdem hominis delicto sæpius quærendum non est & ita in facti contingentia consuluit Mantua cons.251.lib.1.& Ioan.de Amicis cons.37. in 1.regula.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit,quãdo quis est absolutus,eo quia non commisit crimen,nam eo casu proculdubio illi competit huiusmodi exceptio rei iudicatę.Et dicit Foller.in pract. cri.canon.fol.302.num.3.quòd hæc est vera conclusio ab omnibus approbata tam secundum Legistas , quàm secundum Cano. Et hoc non solum si primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, sed etiam si fuerit intẽtatum ciuiliter, adhuc enim si reus fuerit absolutus , eo quia crimen commissum non fuerit , non potest amplius criminaliter accusari.Ita dicit Cy.in l. vnica, in 3.q. C. quando ciuil.actio crimi.præiud.quem sequuntur communiter Doct.vt dicit Socin. in l.qui agnitis , post nu. 3.de excep.& est communis opin.vt ait Boss. in tit. de senten.nu.77.Sed si esset absolutus eo quia probatum non fuisset,tũc vtique posset iterũ accusari.

3 Sed hic quæro,an in dubio censeatur quis absolutus,eo quia crimen non commiserit , an autem, quia probatum nõ fuerit? Resp.quòd in dubio sententia absolutoria in causa criminali censetur lata ex eo,quòd non fuerit probatum,& ita communiter tenetur,vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et ad querelam,post n.88.vers. Au autem , vbi etiam Hiero.in Apostil.attestatur hanc esse communem opi.Villalpand.super l.22.c. 50.num.5.in fi. Scias tamen , quòd in hoc Ducatu hæc opin. non seruatur,nam vt dixi infrà q.62.vers. Forma autẽ, stylus est , quòd quando quis absoluitur , eo quia crimen non commisit , fertur sententia absolutoria simpliciter , & diffinitiuè:vbi verò absoluitur, quia non probatum,semper apponitur clausula, Stantibus rebus prout stant,& hoc secundo casu quandocunque superueniant noua indicia , semper proceditur,sed quando est simplex absoluto-

ria,non potest amplius procedi,vt ibi dixi.

4 Sed pone quòd aliquis primam accusationem ignorantię,nunquid ipse non obstante absolutione poterit accusare? Resp.ꝙ sic,si suam,vel suorum in iuriam prosequatur, text. est in d. §. iisdem, & ita tenet gl.vnica in d.c.de his,quam dicit esse communiter receptam Dida.lib.2.resol.c.10. post nu.1. vers. Tertio admittenda, Probaturq; hoc casu ignorantia per proprium iuramentum ipsius accusare volentis,vt dicit gl.in d.§.iisdem, in verbo, Deceatq; quam Doct. sequuntur, vt ait Didac.in loco prælleg.nisi aliter in contrarium de scientia appareret,Et ita hodie seruari attestatur Ant. Gomes.lib.1.delicto.c.1.nu.26.in fin.Debet etiam hoc casu esse & probabilis & verisimilis ignorantia;& etiã oportet,quòd subsit aliqua magna causa ad hoc vt amplius procedi possit,vt apertè dicit text.in d.§.iisdem. ibi,magna ex causa. Et ideo cũ semel hic casus de facto contigisset, ego dicebam non esse audiendos huiusmodi de nouo accusare volentes,nisi in criminib.magnis, & atrocioribus, & nisi præstita fideiusione de omnib. impensis,& damnis,in casu quo delictum non probarent,quia non videbatur posse dici subesse magna causa,vbi non esset grauis etiam qualitas ipsius criminis.

5 Vlterius quæro,si primus accusator prævaricatus fuisset, nunquid poterit alius accusare?Resp. quòd sic,ita dicit glos.prædicta in d.c. de his,& est communis opin.vt ait Did.in d.c.10.post nu.1.vers. Secundò tunc demum. Non enim debet obesse dolus primi accusatoris huic secundo accusare volenti,pro quo stat fauor publicus,ne delicta impunita remaneant

6 Successiuè quæro, quid si in primo iudicio reus fuerit absolutus virtute transactionis initæ cum accusatore, nunquid poterit ab alio accusari? Dixi infrà q.proxima,vers.Sed pone.

7 Procedunt etiam hæc omnia, quando in primo iudicio processum fuit ad instantiam accusatoris, nam eo casu secuta absolutione, non debet posse accusatio replicari. Sed quid si processum fuerit via inquisitionis? Resp. quòd adhuc locum habet conclusio,vt nõ possit de nouo accusari,& est communis opinio, vt dicit Berous in d. ca. de his, nu.20.Nam inquisitio habetur loco accusationis, vt suprà sępius dixi,meritò idẽ de ipsa iudicãdũ est.

8 Sed hæc quidem conclusio de plano procedit de iure ciuili,secundum cuius dispositionem ita imponitur pœna ordinaria,quando proceditur per viam inquisitionis,sicut quãdo proceditur per viã accusationis,vt dixi inf.q,60.vers. Potest etiam.Et ita hanc conclusionem attestatur esse communem Aret.in d.c.de his,num. 21.& sentit Berous in loco prælleg.a.Sed quid de iure canonico, secundum cuius dispositionem non solet imponi pœna ordinaria delicti,quando proceditur per viam inquisitionis,nunquid hoc casu poterit pars offensa accusare ad imponendam pœnam ordinariã? Resp. Aliqui dixerunt,ꝙ sic,& ita communiter esse receptum ait Dida.in d.c.10.num.5.quod scilicet absolutus in iudicio inquisitionis possit iterum accusari,quotiens non esset imponenda pœna ordinaria delicti.Quod tamen ego in pract. nunquam vidi seruari,neque seruarem,præsertim si pars offensa fuisset citata ad submini strandum, iuxta pract. quæ hic seruatur,vel aliter sciuisset,aut scire potuisset indicium ipsum inquisitionis fuisse intentatũ.

Idẽq; dicendum est,si reus absolutus fuerit in iudicio agitato super denũciatione, & ita dicunt Doctores,teste Cardi.Alex.in ca. de accusatione,col. 69.verfic.Quæro,an absolutoria,2.quæstio.8.Nam reuera iudicium,quod fit super denunciatione,nõ differt à iudicio inquisitionis,vt dixi suprà quæst. 7.circa princip.

9 Habet etiam locum hæc conclusio,ꝙ post absolutionem alia accusatio non permittitur, quando processum fuit ad absolutionẽ per viã meræ iustitiæ.Sed quid si secuta sit absolutio per viam dispensationis,nunquid erit accusator postea admittendus? Resp.ꝙ non,ita tenet gl.prælleg.ata in d.ca. de his,quam sequuntur communiter scribentes, vt ait Decius consil.137.circa princip.Quod intellige,modo dispensatio processerit ab eo,qui haberet potestatem dispensandi, vt dicit glos. ibi, subdens,quòd crimina semel dimissa,iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur. Scias tamen,quòd si aliquis ob idem delictum fuerit cõdemnatus in loco delicti,& etiam in loco originis in contumaciam,prout quotidie fieri videmus,si deinde habuerit gratiam à domino loci delicti,nõ prodest ei talis gratia in loco originis, & ita declarauit Senatus 9.Nouemb.1556.

10 Sed nunquid,si quis fuerit de aliquo crimine absolutus in foro pœnitentiali,poterit ylterius de ipso crimine accusari? Resp.quòd sic,secundũ prælegatam gl.in d.c.de his,quam omnes approbant, vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verb.Et ad querelam,nu.91. Et ait Dida.in d.c.10.nu.3.quòd illa gl. est communiter recepta.Idem dicit Card. Alex.in c.habet,col.fin.vers.Ideo etiam,2.q.5.Simancas de hæret.c.8.nu.4.aliàs enim quis de facili habita absolutione à confessore posset euadere pœnam delictorum,quod esset valde ridiculum.Idémq; dicẽdum est,si fuerit punitus in foro pœnitentiali pœna quantumcunque magna,adhuc enim non attẽta tali punitione poterit puniri in foro iudiciali. Ita tenet gl.in c.gaudemus in gl. fin.de diuort.quã omnes Doctores sequuntur,teste Ant. Gomes.c.1. delictorum,post nu.40.vers. Sit prima, vbi etiam subdit,se hoc vidisse de facto in quibusdam scelestis,qui in die carnis priuij quoddam spectaculum fecerunt in vilipẽdiũ Dei,& Catholicæ religionis.

11 Sed hic occurrit alia quæstio,Tu scis,quòd multa sunt crimina communis fori, scilicet pro quibus potest laicus puniri à iudice laico,& etiam ab ecclesiastico,vt dixi suprà q.37. pone, quòd aliquis fuerit de tali crimine accusatus coram iudice ecclesiastico,& ab eo causa cognita absolutus,nunquid poterit non obstante dicta absolutione iterũ coram iudice laico de ipso crimine accusari,& puniri? Resp.quòd sic,& ita omnium consensu receptũ esse attestatur Dida.in d.c.10.n.6.Nã iurisdictio ecclesiastica,& secularis sunt prorsus separatæ, & distinctæ,ideo absolutio lata in vna iurisdõne,non parit in alia exceptionẽ rei iudicatę. Et ita in facti cõtingẽtia cõsuluit Bal.consil.260 li.3.5 quẽdã impuratũ,ꝙ cognouerat quandã monialẽ,qui fuerat ab Episcopo absolutus.Faciunt ea,quæ dixi infrà vers.Scias etiam,& seq.& refert Papo lib.1.tit.5.Arresto 46.iudicatum fuisse per parlamentum Parisien.quòd clerici in casibus,in quibus ex priuilegio Gallicano possunt puniri etiam à iudicibus laicis,si prius fuerunt pro eisdem criminibus absoluti á suis iudicibus ecclesiasticis,possunt non attenta huiusmodi absolutione à laicis puniri.

Sed quid,si pro eo crimine fuerit punitus ab ecclesiastico

siastico? Dixi infrà,vers.Sed quæro.

12 Dictum est,non posse procedi contra eũ qui fuerit pro eo. crimine absolutus,sed quid si fuerit punitus? Resp.Si quidẽ fuit punitus ea pœna, quam requirebat qualitas delicti,nulla est difficultas,qđ non potest amplius procedi.Et ita in facti contingentia cõsuluit Bal.cons.31.li.4.& cons.292.eo.vol. & cons.124.li.5.& Paul.de Cast.cõs.118.li.1. Ita etiã declarauit Senatus in causa cuiusdã Andreæ Marzæ,qui fuerat punitus ex causa ludi prohibiti, & iterũ pro eodem delicto molestabatur,23. Nouẽb. 1555.Sed si fuit punitus minori pœna, quã criminis qualitas requireret, fortè posset dubitari. Adhuc tamẽ dicẽdũ est,qđ nõ põt iterũ puniri. Et ita quotidiè practicari videmus,vt dicit Bal. cõsilio 34.in fi.li.1.militat enim ẽt hoc casu generalis ratio,ꝙ de eodẽ delicto sæpius non est quærendũ.Quod tamen intellige vt procedat,nisi ex parte iudicis,qui minorẽ pœnã imposuit,interessisset aliqua fraus, vel collusio,imponendo pœnam leuiorem pro delicto valde graui,nam eo casu,non obstante huiusmodi punitione,posset reus iterũ accusari,& puniri.Et ita reperio iudicatũ fuisse in causa cuiusdam Gasparis Canonæ,qui pro homicidio animo deliberato patrato, fuerat punitus pœna pecuniaria per prætorem Domus Ossulæ.iussit enim Senatus eius Prætori successori, vt nulla habita ratione illius condemnationis,de nouo cõtra ipsum Canonam procederet,8.Octobris 1556. P. N. Et Paulus de Castro cons.548.libro.1.consuluit,ꝙ quidã qui fecerat compositionem pecuniariam cum vicario episcopi pro adulterio,poterat non obstante compositione iterum ab episcopo inquiri,& puniri.

13 Scias etiam,ꝙ licet prædicta cõclusio procedat de iure,tamen consuetudo illam non admittit,nisi quando isti duo iudices sunt lub eodem domino.Sed quando eorum territoria & iurisdictiones sunt penitus separatæ, & distinctæ,& sub diuersis præsidibus prouinciarũ,tunc si delictum commissum in vno loco,potest puniri à duobus iudicibus insolidum,condemnatio facta ab vno, & exactio pœnæ nõ tollit accusationẽ,neq; punitionẽ coram alio.Et ita de cõsuetudine obseruari attestat Bal. relatus per Aret.in d.c.de his,n.20.& in specie ita obseruari in Italia dicit Iac.de Beluis.cons.9.circa fi.inter consilia criminalia diuersorum,lib.1.

4 Sed quæro,quid si aliquis fuerit accusatus corã iudice ecclesiastico pro aliquo crimine ex his,pro quibus etiã iudex ecclesiasticus potest contra laicũ procedere,de quibus dixi in d.q.37.& quòd fuerit ab ipso iudice ecclesiastico punitus,nũquid poterit iudex laicus illum iterum pro eodem delicto grauius punire? Resp.ꝙ sic & est communis opi.vt dicit Felin.in d.c.de his,nume.10.prout illũ refert Alciat.in c.1.num.128.de offic.ordi.qui & ipse attestatur hanc esse communem opi.licet ego in libro meo non reperiam Feli.in eo loco id attestantem, Didac.in d.ca.10.post nu.6.Ant.Gomes.ca.1.delictorum,post nume. 40. in prima conclusione,sunt enim iurisdictiones distinctæ,& prorsus separatæ, vt dixi suprà vers. Sed hic occurrit. Subdit tamen Anto.Gomes in loco prælleg.circa fi.quòd aliud esset dicendum si prius fuisset punitus à iudice laico,nam (secundum eum) non posset deinde ab ecclesiastico molestari. Et dicit, quòd ita colligitur ex mente omnium doctorum : quod ego etiã sequor, dummodo pœna imposita per iudicem laicum non esset minor illa, quam pro eo crimine posset imponere iudex ecclesiasticus, loquendo de pœna corporali vel pecuniaria.Nam licet pœna excõmunicationis,quã iudices ecclesiastici passim imponũt,secnndũ quid sit grauior omni pœna tẽporali,cũ tamen tendat potius ad salutem animæ, & sic sit potius medicinalis,quã afflictiua,nõ est in hoc proposito cõnumeranda inter graues pœnas.

15 Vnũ tamen scias,ꝙ tanta posset esse criminis atrocitas, ꝙ nõ obstante punitione per vnũ iudicẽ illata,posset etiã per aliũ iudicem puniri.Et ita colligi videtur ex tex.in c. ad falsariorũ. de crim. falsi. & in hoc omnes DD.cõsentiũt,vt attestatur Pont. super consuet.Blesen.fol.182.col.1.in fi.vbi per tres columnas satis eleganter loquitur in hac materia.

QVÆSTIO LVIII.

1 *Pace habita ab offenso,an possit vlterius procedi?*
2 *Et an possit transigi super crimine prius, quàm sit instituta accusatio?*
3 *Et an facta pace posi cœptum iudicium, possit iudex illud prosequi?*
4 *Et an stante pace possit tertius accusare?*
5 *De quibus criminibus possit fieri pax?*
6 *Et an de criminibus priuatis?*
7 *Et an vbi ingeritur tantum pœna mutilationis membri?*
8 *Et an vbi pœna fustigationis?*
9 *Et quid si agatur de imponenda pœna perpetui carceris?*
10 *Et an vbi agitur de amittenda libertate?*
11 *Et an super crimine adulterij.*
12 *Et an super crimine raptus?*
13 *Et an super crimine incæstus?*
14 *Et an super stupro?*
15 *Et an super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis?*
16 *Et quid si agatur de crimine priuato?*
17 *Et quid si agatur de crimine,pro quo de iure sit imposita pœna mortis, & à statuto imposita sit pœna pecuniaria?*
18 *Et quid si agatur de crimine falsi?*
19 *Et an in casibus,in quibus est prohibita transactio,sit etiã prohibita gratuita pactio?*
20 *Et an si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto,censebitur etiam prohibitum fieri pacem cum eo, qui delictum ipsum fieri mandauit?*
21 *Ad quos spectet ius faciendæ pacis?*
22 *Pater an possit remittere iniuriam factam filio?*
23 *Prælatus an possit remittere iniuriam factam ecclesiæ?*
24 *Et quid in blasphemia?*
25 *Offenso monacho, an spectet ius faciendæ pacis monasterio,vel filio?*
26 *Filij spurij an possint pacem facere de morte parentum?*
27 *Tutor an possit facere pacem nomine pupilli?*
28 *Procurator cum libera an possit pacem facere?*
29 *Pax habita à vulnerato, qui deinde moritur, an prosit vulneranti?*
30 *Et an pax facta pro vulneribus prosit pro morte?*
31 *Marito,qui vxorem occidit, an prosit pax habita à filiis communibus?*
32 *Filius qui non vult esse hæres patris,an possit facere pacẽ pro morte patris?*
33 *Et an filius faciendo pacem censeatur adire patris hæreditatem?*
34 *Si offensus decedat,relictis pluribus hæredibus,an sit habenda pax ab omnibus?*
35 *Et an sit habenda pax à fœmina hærede?*
36 *Et quid si nullus adsit hæres,à quo possit haberi pax?*
37 *Pax an possit fieri absenti?*

38 *Pax facta pro iniuria an tollat etiam interesse respectu damnorum, & expensarum?*

39 *Remissione facta in foro conscientiæ, nunquid sublatum sit ius accusandi?*

40 *Restitutio rei ablatæ, vel satisfactio an habeat vim remissionis?*

41 *Iudex an possit cogere offensum ad faciendam pacem?*

1 SEquens est defensio quã reus contra processum prõponere potest, ꝙ scilicet habet pacem seu remissionẽ à parte offensa. Et hæc materia est valde vtilis, tũ propter statuta, quæ plerunq; habita partis remissione minuunt pœnas delictorũ, vel etiam aliquando disponunt delinquentes habita pace nõ posse molestari, quam etiam propter gratias, seu remissiones, quæ illis fiunt à principe, quæ in hoc Ducatu, & multis etiam in locis non fiunt, nisi præuia partis remissione. Hæc autem pax seu remissio partis offensæ, si habita esset antequã cœptum esset procedi, multum prodesse posset delinquenti attenta dispositione iuris communis, secundum quam non proceditur regulariter sine accusatore, vt dixi suprà. q. 3. ver. Debes autem, videmus enim, quòd vbi pars offensa non accusat, rarò solent alij accusare, vt experientia docet. Sed de consuetudine, secundum quam hodie iudices pro quocunq; crimine procedunt per inquisitionem, id est ex officio, vt dixi in d. q. 3. vers. Sed certè, parum prodesset partis remissio, quo ad impediendũ processum. quia iudex ea non obstante procederet ex officio. Et ita in facti contingentia rescripsit senatus prætori Comj, 16. Septem. 1546. P. N. Bene posset prodesse quo ad debilitãdũ re ipsa processum, nam vbi pars remittit, videmus vt plurimum, quòd cũ maxima difficultate possunt haberi per fiscum indicia vel probationes contra delinquentes.

2 Sed punctus est, nunquid possit transigi super crimine antequã sit super eo instituta accusatio, nã de iure loquẽdo videtur, quòd nõ, & quòd si facta sit trãsactio, nihil valet, quinimò illemet, qui remisit per pactum vel per transactionem, poterit non obstante tali pace vel transactione accusare. Et est communis opi. vt dicit Alex. in l. transigere, nu. 16. C. de transa. quem refert Paris. cons. 150. nu. 4. lib. 4. & Mantua in ea. l. trãsigere, n. 194. in fi. & fuit opi. gl. in l. iurisgentium, §. si paciscar, in verbo, Non liceat, vers. Sed an idem, ff. de pact. quam dicit esse cõmuniter approbatam Villalpand. in repet. l. 22. c. 4. nu. 1. Sed certè de consuetudine contrarium seruatur, nam quandocunque fiunt paces, & transactiones super criminibus, semper valent, & sunt obseruandæ. Et licet de iure communi transactio, seu pactum facta per proximiorem offensi, non impediat, quò minus alius sequens in gradu possit accusare, secundum cõmunẽ opi. de qua per Villalpan. super l. 22. c. 52. nu. 1. nihilominus de consuetudine seruatur, quòd vbi primus in gradu remittit, non possunt alij accusare, nisi prout posset quilibet extraneus, & ita in casu statuti, vel decreti, vel gratię particularis semper remissio proximioris tollit aliis facultatem accusandi. Et ita in practica indi-

3 stinctè semper vidi obseruari. Post † cœptũ aũt iudicium, siue per viã accusationis, siue per viã inquisitionis, credo quòd hæc defensio fundata super pace aut remissione partis, esset modici effect', nã nõ obstãte tali pace, seu trãsactione, quæ facta esset super crimine ẽt in casib. à iure permissis, deuenitur ad condemnationẽ cõtra delinquentẽ, perinde ac si nulla pax, aut remissio partis secuta esset. Et dicit Gand. de malef. in tit. de transact. nu. 13. ꝙ hæc est opi. omniũ doctorum communiter: & ꝙ ita de consuetudine seruatur, quem refert Villalpand. in repet. l. 22. ca. 6. nu. 5. Pract. Carer. fo. 105. nu. 3-9. relatus & ipse per Villalob. in sua collecta cõmunium opi. in litera T. nu. 121. vbi subdit, quod ita praxis obseruat. Dicit etiam Vital. de malef. in ti. de pace, nu. 4. ꝙ in hoc concordant communiter Doct. & ꝙ ita seruatur. Ita etiam seruari attestatur Ang. in d. l. transigere, post num. 10. quem refert Anan. in c. 1. post nu. 20. de colluſ. deteg. & Car. Ale. in c. si quendam, §. in omnibus, in gl. 1. 2. q. 3. & Villalpã. in repe. l. 22. c. 5. post nu. 2. Et dicit Alber. in 2. parte statutorũ, q. 127. ꝙ ita cõiter tenetur, & seruatur, qđ tamẽ intellige, modo delictũ sit tale, pro quo possit ex officio procedi. Et ita in facti cõtingentia senatus prætori Cremonæ 24. Iulij 1564. Vide quæ dixi 3. q. 51. vers. Sed quid si accusator. Verũ est ꝙ Bar. in d. l. trãsigere, n. 7. tenet, ꝙ facta trãsactione super crimine in casibus à iure permissis, nõ possit deueniri ad cõdẽnationẽ sanguinis cõtra reũ, Et Cur. Iun. in d. l. transigere, nu. 29. dicit hãc opin. esse cõmunẽ, quæ fortè etiã in pũcto iuris est verior, & in regno Castellæ passim & indistinctè obseruatur, vt attestatur Villalpand. in repe. l. 22. c. 6. nu. 1. & seq. & Ant. Gomes c. 3. delictorũ, n. 55. & seq. inhærendo literæ text. d. l. 22. licet idẽ Gomes. referat quãdoque cõtrariũ fuisse obseruatũ. Nihilominus veritas est, cõtrariã opi. esse magis cõmunẽ, & ita semper vidi seruari vbique locorũ, vbi nõ extẽt in aliquibus casibus statuta cõtrariũ disponẽtia. Cũ enim ex generali cõsuetudine totius Italiæ, & fortè ẽt totius orbis possint iudices ex officio ꝓceedere sup quibuscũq; delictis, vt 3. dixi, parũ curamus, an pars accuset vel remittat, & in hoc (maximè stante cõsuetudine) non est dubitandũ. Et ideo in casibus, in quibus nõ potest procedi nisi ad querelã partis, credere quòd remissio partis superueniẽs tolleret oẽm processum, & quòd accusatus esset omnino absoluẽdus, in cæteris autẽ tenẽda est cõis opi. vt s. remissio partis nihil operetur quò ad hoc vt processus impediri aut tolli possit. Et hoc apertè innuit decretũ in nouis const. in ti. de accus. c. in casibus, disponens, quòd vbi agitur de pœna pecuniaria, habita remissione ab offenso, vel eius hæredibus, non possit aliquo modo procedi, nisi sint casus, in quibus possit etiam ex officio procedi.

Et scias, quòd licet secuta abolitione per transactionẽ, vel mortẽ accusatoris, possit iudex accusationẽ ipsam prosequi, debet tamẽ nouũ processum & nouã instantiam inchoare, ex quo prima instantia per transactionẽ fuit extincta. Ita tenet Bar. in d. l. transigere, n. 8. cuius sentẽtiã dicit esse cõmunẽ Ant. Gomes. ca. 1. delictorũ, post nu. 30. vers. Ex quo apertè, licet ipse teneat contrariũ, & reuera cũ hodie (vt sæpius dixi) iudex inquirendo concurrat cũ accusatore, practica seruat, quòd per trãsactionem non dicatur perẽpta instantia, sed potest iudex illã quandocunque prosequi, secundũ Ang. in d. l. transigere, nu. 7. quem refert Don. Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 47. Et ita de consuetudine hodie obseruari attestatur An. Gomes. ī loco prælegato, n. 38. in fi. Vide quæ dixi suprà q. 51. vers. Pariter ẽt. Adde quòd accusator, qui trãsigit super crimine etiã in casibus à iure permissis, incidit in pœnam senatuscon. Turpill. & est communis opin. vt dicit Cur. Iun. in d. l. transigere, nu. 29. quem refert Don. Ant. de Padilla in ea. l. transigere, n. 46. Villalpand.

pand. in repet. l. 22. c. 71. n. 3. Et sic punitur nõ vt præuaricator, sed vt desistens, quam etiam opin. dicit esse cõmunem Alex. in ea. l. transigere, nu. 10. in fi. licet enim lex permittat accusato transigere, vt sanguinẽ suũ redimat, nõ tamẽ propterea permittit accusatori, vt se corrũpi patiatur. Sed certè quidquid sit de iure, hoc apud nos nõ seruatur in practica, vt accusator trãsigẽs in aliquo casu puniatur.

4 Sed pone, ꝙ pars offensa faciat remissionẽ delinquẽti, nũquid poterit aliquis tertius, nõ obstãte tali remissione, ipsum delinquentẽ de eo crimine accusare? Resp. ꝙ sic, & est cõmunis opi. vt dicit Fel. in c. de his, nu. 3. de accus. vbi dicit, ꝙ ita tenẽt oẽs DD. Curt. Iun. in d. l. trãsigere. n. 34. Naranta in suo Spec. fol. 84. nu. 61. Didac. lib. 2. resolut. c. 10. post n. 5. vers. Nonò idẽ, Don. Ant. de Padilla in l. trãsigere, n. 51. Quod intellige vt procedat in criminibus, in quibus illi tertio competit ius accusandi, vel quia crimen sit publicum, vel quia prosequatur suorum iniuriam, aliàs secus.

5 Succesiuè videamus, super quibus criminibus licitũ sit facere pacẽ seu transactionem? Resp. De hoc habemus tex. in d. l. transigere, vbi est locus ordinarius huius materię, ex quo colligitur prima regula, ꝙ de criminibus, pro quibus ingeritur pœna sanguinis, licita est trãsactio. Et dicit Placa li. 1. delictorũ, c. 39. nu. 3. ꝙ hęc est cõstitutissima cõclusio, & frequenti Doctorũ calculò recepta sentẽtia. Ratio autem huius conclusionis est, quia vuicuique licet sanguinem suũ redimere. Ita dicit gl. in d. l. trãsigere, in verbo, Prohibitũ, quæ quidẽ ratio ab omnibus approbatur, vt dicit Purpurat. in d. l. transigere, n. 17. & illam communem appellat Curt. Iun. in ea. l. transigere, n. 4. quem refert Don. Ant. de Padilla, ibid. nume. 2. Mantua in ead. l. transigere, num. 8.

6 Habetq; locũ hæc conclusio nõ modò in criminibus publicis, sed etiã in priuatis, nam si pro illis, puta, pro furto, vel huiusmodi imposita sit pœna sanguinis, vtique etiã in illis licita erit trãsactio. Et est communis opi. vt attestatur Villalpand. in l. 22. c. 1. nu. 11. Ant. Gomes. delictor. nu. 54. prout illũ refert Don. Ant. de Padil. in d. l. trãsigere, n. 7. Militat enim eadem ratio, quia s. vnicuique licitum esse debet sanguinem suum redimere.

7 Item locũ habet conclusio nõ solũ in criminibus, pro quibus ingeritur pœna mortis, sed etiã in illis pro quib. ingeritur pœna mutilationis membri. Et est communis opi. vt attestantur scribentes in d. l. transigere, & in specie Cur. Iun. nu. 23. & Purpur. n. 9. & Alcia. nu. 45. & Don. Ant. de Padilla, n. 8. Villalpand. in l. 22. capit. primo, numer. 4. Chassen. super consuetud. Burgund. folio 56. nu. 129. Talis enim dicitur etiam pœna sanguinis.

8 Sed quid si ingeratur solummodo pœna fustigationis? Resp. quòd etiam super illis licita est transactio, & est cõmunis opin. vt dicit Curt. Iun. in d. l. tranſigere, nu. 26. Chass. in loco præalle. Purpurat. in d. l. transigere, nu. 12. Don. Anto. de Padilla in ea. l. transigere, num. 12. Et hæc opi. mitior est, & mihi magis placet, quanuis contrariam opin. multi sequantur, quam etiam communem appellat Rom. in d. l. transigere, nu. 9.

9 Hinc infertur, quòd si agatur de crimine, pro quo veniat imponenda pœna perpetui carceris, nõ erit licita transactio. Et hæc est communis opi. vt attestatur Cur. Iun. in d. l. transigere, nu. 22. & Mantua post nu. 37. quidquid in contrarium dixerit Abb. in c. 1. col. fi. vers. Idem putarem. de colluſ. deteg. cuius opi. magis cõiter reprobari affirmat Don. Ant. de Padilla in d. l. transigere. nu. 15.

10 Itẽ quæro, quid si agatur tm̃ de amittenda libertate aut auctoritate, nunquid poterit trãsigi? Resp. ꝙ nõ, ita tenet gl. in d. l. transigere, in verbo, Capitali, quæ in hoc cõiter approbatur, vt dicit Curt. Iun. in ea. l. trãsigere, nu. 27. Nã eo casu non dicitur ꝓpriè agi de pœna capitali, vel sanguinis, meritò cessat legis ratio, & consequenter etiam dispositio.

11 Excipitur tm̃ ab hac regula crimen adulterij, licet enim pro eo de iure cõi imposita sit pœna mortis, vt dixi 3. hoc eo. li. §. Adulteriũ, vers. Sed quæro, nihilominus nõ est sup illo licita trãsactio, vt expresse dicit tex. in d. l. trãsigere, Et rõ est ꝓpter frequentiam, & immanitatem ipsius criminis, & ita dicunt cõiter Doct. vt dicit Alb. in d. l. trãsigere, post nu. 17. vers. Quæro quare, quẽ refert Don. Ant. de Padilla in ea. l. trãsigere, post n. 77. quã tm̃ rationẽ cõiter reprobatã esse ait Coras. li. 2. Misce. c. 1. nu. 2. Vel etiam ita inductũ fuit in fauorẽ matrimonij, cui leges multum fauent, ne fiat sanguinis turbatio, néue fortè sordidæ stirpis viri splẽdidis natalibus subrogẽtur, quã ẽt rationem cõiter teneri attestatur Mantua in ea. l. transigere. n. 65. & Alciat. n. 20. Hoc tm̃ intellige vt procedat antequã pœna pro ipso adulterio imposita sit, sed post impositã pœnã, vtiq; ẽt in adulterio licita est transactio. Ita tenet Bar. in d. l. transigere. nu. 13. & est cõis opi. vt attestatur Purpur. in ea. l. transigere, nu. 71. Ego tm̃ in contingentia facti nunquam vidi reiici remissiones factas à maritis pro adulterio, quinimò dicit Papo lib. 22. tit. 9. Arresto 12. ꝙ quãdocunq; maritus remittat ante sententiam, mulier non punitur, & quòd ita fuit iudicatum per Parlamentum Tholosanum.

12 In aliis aũt criminibus præter adulteriũ licet trãsigere, etiã si grauiora sint ipso crimine adulterij. Et ita cõiter concluditur, vt dicit Pract. Carer. fol. 628. post n. 127. Hinc infertur ꝙ licita est trãsactio super

a raptu. a ita tenet Bar. in d. l. trãsigere, nu. 12. quem sequuntur cõiter DD. vt dicit Curt. Iun. in ea. l. transigere, nu. 35. Hanc etiã opi. dicit esse cõem Alex. in ea. l. trãsigere, n. 31. & Purpur. n. 54. & seq. & alij, quos refert Don. Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 79. & Villalp. in repet. l. 22. c. 17. nu. 2. & c. 18. post nu. 5. Et si dicas, ꝙ imò parẽtes prohibẽtur sub pœna deportationis facere pacẽ pro raptu filiarũ, vt expresse dicit text. in l. vnica, C. de raptu virg. Resp. ꝙ ipse quidẽ pater transigẽdo incidit in pœnã dictæ legis, tm̃ remissio valet, nec suo nomine amplius agere potest. Et ita consueuerunt Doctores communiter dicere, vt ait Salyc. in d. l. vnica, nu. 31.

13 Secundò infertur, ꝙ licita ẽt est transactio super crimine incestus, & est communis opin. vt attestatur Boer. decis. 91. nu. 2. & 3.

14 Tertiò infertur, ꝙ licita ẽt est trãsactio super stupro, & est cõis opi. vt attestatur Coras. li. 2. Miscel. c. 1. nu. 5. Don. Anto. de Padilla in d. l. trãsigere, nu. 82.

15 Secunda regula, quæ colligitur ex tex. in d. l. transigere, est, quòd super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis, non potest fieri pax, siue transactio. Ratio autem est, ne delicta impunita remaneant. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Alex. in ea. l. transigere, post n. 5. vers. Quæ autẽ. Sed certè & contra hanc rationem, & multas decisiones Doctorum in hac materia multa dici possent, quæ tamen omitto, tum quia istæ disputationes

ADDITIO. parum

a Raptu. Adde Hieron. Gabriel. cons. 172. nu. 43.

parum vel nihil prosunt,tum etiam quia hodie ex generali consuetudine Italiæ licitum est facere pacem pro quocūq; crimine.Et sic ferè omnia prędicta raro,vel nunquam tractantur in practica.

16 Sed hic quæro,nunquid hæc conclusio locum habeat,non modo si agatur de criminib.publicis,sed etiā si agatur de criminibus priuatis, vt scilicet ēt in istis non sit licita transactio,si pœna sanguinis non ingeratur? Respondeo,Aliqui tenuerūt,quòd non habeat locum in criminibus priuatis, & consequenter quod in illis licitum sit transigere. & dicit Alb.in d.l.trāsigere,nu.22.q; ita tenent communiter DD.Contrariam autem sententiā, q; scilicet etiam in criminibus priuatis,vbi nō ingeratur pœna sanguinis, non liceat transigere, tenuit Bart.in l.transigere,nu.14.& seq.Et hanc dicunt esse communem scribentes ibi,& in specie Purpur. numer. 120.Don.Ant.de Padilla in ea.l.transigere,nu.104. Bosius in tit.de furtis,post nume.58.Militat enim etiam in illis ratio prædicta,n e scilicet,delicta impunita remaneant.

17 Pone modo,q; pro crimine,pro quo de iure communi imponitur pœna mortis,puta,homicidio,ex statuto imposita sit pœna pecuniaria, nunquid eo casu poterit super tali crimine transigi,vel paciſci? Resp.q; nō,& est communis opi.Doctorum, vt ait Alber.in 2.parte statutorū,q.124.Anan.in c. 1.post nu.22.ver.Quid autem si pœna,de colluſ. detegen. Gregor.quem refert Don.Ant.de Padilla,in d.l.trā sigere,post n. 66.Magis enim attenditur pœna statuti,quàm natura criminis,& ex quo recessum est à iure communi in impositione pœnæ,videtur etiā recessum ab omnibus,quæ veniunt ex genere pœnæ.Faciunt quæ dixi suprà quæst.32.vers. Dictum est.An autem valeat tale statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio,dixi sup.hoc eodem libro,§.Homicidium,vers.Sed nunquid.

18 Ab hac tamen regula excipitur crimen falsi.nam quanuis pro eo de iure communi,non imponatur pœna mortis,vt dixi,suprà hoc eo.li.§.Falsum,vers Sed quæro,licitum est tamen pro eo transigere, vt est text.in d.l.transigere. Et ratio est, quia nullum crimē est,quod maiorem infamiam irroget, quàm crimen falsi, & ideo eius pœna, quæ est honoris iactura tam grauis,pœnæ sanguinis æquiparatur. Et hanc rationem dicunt esse communem scribentes in d.l.transigere,& in specie Roman.nume.7.& Curt.Senior num.27.& alij quos refert Don. Ant. de Padilla,ibid.post nu.111.

19 Scias etiam,quòd in casibus,in quibus non est licitum transigere,neque etiam licet gratuitò paciſci.Et hæc est magis communis sententia,vt attestatur Don.Anto.de Padilla d.l.transigere,num.108. Villalpan.in repet.d.l.22.c.18.nu.3.

20 Vnum autem volo vt scias in hoc proposito,q; si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto,non poterit fieri pax neque cum principali delinquente,neque cum eo qui mandauit ipsum delictum committi.Et ita commu.obseruatur.vt dicit Gand.in tit.de transact.& pactis,in fin.quem refert Villalpand,in repet.l.22.c.66.nu.9.idem enim iudicandum videtur de mandante,quod de ipso principali delinquente, circa quod tamen videnda sunt ea,quæ dixi infrà,quæst.89.in princ.& versicu. Sed quæro.

21 Visum est de quibus criminibus licitū sit transigere,videam us nunc ad quas personas spectet ius faciendæ pacis seu remissionis.Et si quidē extat ille, qui offensus est,proculdubio ad eum pertinet offensam remittere,si verò ille mortuus est, tunc ad eius proximiores spectat pacem facere,eo scilicet ordine,vt qui præfertur in accusatione,pariter præferatur in remissione faciēda.Quis aūt præferatur in accusatione,dixi q.s.15.versi.Successiuè quæro.

22 Quæro,nunqd pater possit facere remissioné pro iniuria facta filio?Respo.quòd sic, ita tenet Bar.in l.sed si vnius,§.filiofam.nu.2.ff.de iniu. & est communis conclusio,vt dicit Boer.decis.120.n.1.& seq. quem refert Menchiaca controuers.illust.c.15.n.8. Villalpan.super l.22.c.26.nu.1.in fi.Placa li.1.delictorum,c.6.post nu.21.Arius in l.1.C.de bon. mater.folio 586.nam ex iniuria facta filio magis videtur offendi pater,quàm filius,& hoc etiā inuito filio.Et ita in facti contingentia iudicauit curia Tholos.teste Aufrer.decis.261.Hanc tamen conclusionem alii qui limitant,vt non procedat, quando iniuria facta esset à coniuncta persona,vt scilicet illam non possit pater inuito filio remittere.Et hanc dicit esse communem limitationem Arius in loco præalleg.fol.587.licet illam non sequatur.Et reuera quid quid sit de iure, Senatus non seruat hanc conclusionem,sed indistinctè vult,quòd in remissione iniuriæ interueniat consensus vtriusque, scilicet filij, qui iniuriam accepit,& eius patris.Benè verum est quòd quando non interueniunt cædes, neque vulnera,solet approbari remissio facta à patre sine filio,qui est offensus,& ita vidi seruari in gratia cuiusdā Bapt.Righetti 5.Augusti.1551.P.N.hęc autem omnia intellige,vt procedant in filio,qui sit in patris potestate constitutus,sed si esset emancipatus, sufficit ab eo remissionem habere, etiam sine patris interuentu.Et ita conclusum fuit per Senatum in approbatione gratiæ cuiusdam Franciſchini Basi 6.Octob.1557.P.N.

23 Præterea quæro,nūquid prælatus possit remittere iniuriam factam ecclesiæ? Resp.q; non, & ita tenet gl.in c.1.in verb.Punire,de pœn.in 6.& est communis opin.vt dicit Boer.decis.120.num.5.prout illum refert Placa in loco præallegato,nu.21.Hoc tamen intellige,vt scilicet nō possit Episcopus solus illam remittere,sed bene potest cum consensu capituli,& ita tenuit gl.in c.contingit, in gl. 1. de senten.excom. Et hanc esse communem opin.attestatur Fel.in eo.c.contingit,nu. 8. prout illum refert Foller.in pract.crim.canon.fol.52.nu.58.

24 Sed quid dicēdum in blasphemia [a], per quam diuina Maiestas offenditur,ad quē spectabit face remissionem? Resp.Doctores vidētur concludere,q; spectet ad Episcopū:sed quidquid sit de iure,apud nos seruatur,quod non requiratur remissio. Cum enim solus Deus sit offensus,ipse pœnitenti semper remittit.Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Mai 1551. P.N.Idem etiam seruat Senatus in casibus,in quib. solus princeps offenditur,prout in sfrosatione bladorū.Cùm enim princeps ipse indulgeat, non est alterius remissio requirenda.Idemque in his,qui deferunt sal in dominio.Benè verum est,quòd si princeps alicui locasset vectigal salis,eo casu requireretur remissio conducto-

ADDITIO.

a Blasphemia.Adde quòd blasphemiæ pœna de iure diuino est pœna mortis:De iure tamen canonico blasphemās cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores ecclesiæ faciendam, vt in c.2.de maledic.

conductorum ipsius vectigalis,de quorum interesse principaliter agi videtur,& ita in facti contingētia conclusum fuit in Senatu, in gratia cuiusdam Petrini Banchi sfrosatoris salis,vltimo Septembris 1557.P.N.

25 Vlterius quæro,pone quòd fuit interfectus monachus qui reliquit filium, quem ante monachatū legitimè susceperat,nunquid spectabit ius faciendæ remissionis Abbati monasterij,an autē filio ipsius monachi?Resp. In hoc fuerunt variæ Doctorū sententiæ,nam aliqui tenuerunt quòd filius præferatur monasterio,& ita consuluit Feder. de Senis consil. 174.Et hanc opin.dicit esse magis communē Boer. decis.121.præsertim,n.9.quem refert Placa in d.c.6. nu.18.& c.42.nu.16.& Carauita super 275. ritu magnæ curiæ,circa fin.Aliqui verò tenuerunt contrarium, scilicet, quòd remissio spectet ad monasteriū,& non ad filium.Et hanc dicit esse magis communem Alciat.in l.4.§.Cato,nu.175.ff.de verb.obl. quem refert Don Ant.de Padilla in d.l. transigere, nu.38.C.de transact.Ego verò in hac Doct. varietate aliquando sic dicebam,q;,aut apparet iniuriam factam fuisse monacho intuitu ecclesiæ, vel monasterij,& debet præferri monasterium:Aut apparet, q; facta fuit intuitu personæ ipsius monachi, & filius est præferendus:Aut sumus in dubio, & tūc ad vtrūq; spectat.Tutius est tamen(si potes)vt semper habeas remissionem ab vtroq;, & cessabit omnis difficultas,nam vt reperio in facti contingentia iudicatū fuisse per parlamentū Burdegalense, vterq; & filius,& abbas admittuntur ad accusandum pro suo interesse,meritò ab vtroq; debet haberi remissio.Et de illo arresto mentionem facit Papo li. 14. tit.2.Arresto 4.Scias tamen,quòd si ille,qui est offensus,non esset professus religionem, eo casu non spectaret ad monasteriū facere pacē pro iniuria ei illata.Et ita fuit declaratū per Senatū in approbatione gratiæ cuiusdā nobilis, qui vulnerauerat coquū monasterij Carmelitarum,quæ fuit admissa cū remissione ipsius tantum,& dictum non requiri cō sensum prioris,nec monasterij,comperto, q; non erat professus,12.Maij 1558.P.N.

26 Scias autem in hoc proposito,in quo incidit mētio de filiis monachorum, q; Senatus non admittit remissiones factas à filiis spuriis, & ita declarauit in causa cuiusdā Margaritæ Balasi de Creula,9.Decemb.1559.P.N.Et licet quibusdā,videretur, qd eo casu de iure fuissent admittendi, ex quo agebatur de homicidio cōmisso in personam eorum matris, cuius respectu habentur pro filiis, & eis competit ius accusandi,iuxta ea quæ dixi suprà q.14.versicu. Quæro an filij,& suprà lib.2.§.Filius. Nihilominus cùm (ni fallor)essent suscepti ex coitu damnato, & à lege punibili, non fuit eorum remissio per senatum admissa. Sed circunscripta obseruantia Senatus,fortè contrarium esset de iure dicendum, scilicet q; imò filij naturales,& spurij [a] possint pacem facere pro offensis factis eorum matribus & etiam patribus quando sunt certi.Et ita videntur concludere communiter Doctores,vt attestatur Petr.Bellus de re milita.fol.139.nu.64.

a

b 27 Quæro, an tutor possit facere pacem nomine pupilli pro offensa facta defuncto,vel etiam ipsi pupillo?Resp.Si pupillus sit maior infante, & in ipsa pace interueniat,nulla est difficultas.Nam certum est q; pupillus maior infante potest cum auctoritate tutoris pacem facere.Et in hoc omnes concordant,vt dicit Nellus de bannitis in 3. par. secundi temporis,q.32.Bru.in lib.de constit. in verbo, Pax, vers.Item quæritur.Si verò est infans, pariter videtur expeditum, q; neq; ipse solus,neq; cum tutore potest pacem facere.Et ita cōiter concluditur,vt dicit Carauita super 275.ritu magnæ curiæ,nu. 19. Et dicit Crott.in 1.repet.§.Cato.nu.167. quòd in hoc omnes concordant.Idem dicit Brun.in loco præalleg.Et hoc idē ante eos dixit Nellus in d.q.32.punctus est,an solus tutor pro eo pacē facere possit.Et in hoc aliqui dixerunt,quòd quando delictum nō est clarum,neq; notorium,puta,quia non sit certus homicida, potest tutor facere pacem pro pupillo. Si verò certus est homicida, & clarum delictū, eo casu non potest, & fuit opin.Guid.de Suzar.quam dicit esse cōmunem Brunus in loco præal. Sed certè hæc opi.communiter non tenetur,vt dicit Ioan. de Amicis,cons.88.post nu.4.Alij itaq; dixerunt,q; aut remissio est dānosa pupillo,puta,quia sit in dedecus ipsius pupilli, vel familiæ suæ,& non valet. Aut verò remissio est vtilis pupillo puta,quia fortè eius aduersarius est potēs & tunc valet.Et hāc dicit esse communem opin.Nellus in d.q.32.Alex.in l.pactum curatoris, nu.7. C.de pact.prout illum refert Villalpand.super l.22.c.29.nu.5.& Placa lib.1. delictorum,c.45.num.6.& seq.Cur.Iun.in ead.l.pactum curatoris,nu.17. Crottus in 1.repet.§.Cato.nu. 69. Et dicit Carauita in loco præallega.post num.19.q; ita communiter concluditur. Et ita in facti contingentia consuluit Abb.cons.108.lib. 2. vbi etiam nu. 3.attestatur communem opi.esse,quòd in huiusmodi pace per pupillum facienda non requiritur iudicis decretum.Et illum refert Don.Anto.de Padilla in d.l.trāsigere,n.64. In hoc Ducatu indistinctè admittitur pax facta à tutore,p pupillo,absq; alia causæ cognitione,vt etiā attestatur Bos.in ti.de pace,n. 14.Benè quādo pupillus est maior infante,requiritur q; & ipse in contractu pacis intercueniat. Et hoc sæpe declarauit senatus,& in specie 2.Septem.1557. in causa cuiusdam Io.Mariæ Mazzolarij P.N. Hæc tamē quæ de tutore dicta sunt, intellige vt procedant in tutore generali,qui fideiubeat,& inuentarium cōficiat,& cætera faciat,quę de iure requirūtur,non autem in tutore speciali. Et licet alias remissiones factæ per tutores speciales fuerint quandoque in Senatu habitæ pro legitimis, prout reperio in approbatione gratiæ cuiusdā Dominici Ferrarij seruatū fuisse 12.Iunij 1548: nouissimè tamen die 8.April.1559.P.N.conclusum fuit in causa cuiusdam Darij.Carenzoni,quòd non erāt admittēdæ, huiusmodi

ADDITIONES.

a Spurij.Filij tamen incestuosi & alij nati ex dānato coitu non possunt pacem facere pro offensis factis eorum parentibus. Quinimò possunt parentes in ius vocare sine venia,vt est gl. communiter approbata,de qua per Soc. in l.in ius vocari.§.prætor ait.numero quinto.ff. de in ius vocand.

b Tutor. Adde quod pacem simpliciter tutor, vel pupillus tutoris accedente authoritate facere potest,secundum magis communem opi. tamen pax facta sub obligatione ad pœnam, non valet.Bald.in l.pactum curatoris. nume.3. & ibi alij Doct.C.de pact.& est ratio,quia obligatio ad pœnam reputatur damnum ipsi pupillo. Iacob.Nouell.in tract.crimin.in vlt.par.vers.88. pax facta per tutorem.

huiusmodi remissiones factæ à tutoribus specialib. & ita postea (ni fallor) semper fuit obseruatum.

28 Sed an procurator habens ab offenso mãdatum cum libera, & generali administratione, poterit pacem facere cum offendente? Respond. quòd non, sed requiritur, quòd habeat speciale mandatum. ita tenuit Specula. in Rub. de treuga, & pace, nume. 4. & ita seruatur, vt attestatur Nellus de bannitis, in tertia parte secundi temporis, quæst. 37. quem refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 67. nu. 1. Nam in mãdato cum libera, nunquam veniunt ea, quæ verisimiliter constituens non concessisset, qualis est remissio debiti liquidi, quæ donationi æquiparatur.

29 Quæro, pone, quòd aliquis fuit lethaliter vulneratus, & ad instantiam amicorum, vel aliter fecit pacem cum ipso vulnerante, deinde mortuus est, nũquid hæc pax proderit delinquenti? Resp. Aut statutum simpliciter loquitur, puta, quòd habẽs pacem mitius puniatur, & tunc loquendo de iure potest quis habere pacem ab ipsomet vulnerato de eius morte, vbi sequatur, & talis remissio ei proderit secundum Bar. in l. damni. §. Sabini, nu. 1. in fin. de dãno infecto, quamuis illum in contrariũ referat Bos. in tit. de pace, num. 13. vbi etiam refert Roman. in §. Cato, attestantem, quòd opin. Bart. est communis qui tamen in lib. meo hoc nõ dicit, Sed certè quicquid sit de iure communi, consuetudo hoc non approbat, vt attestatur Alcia. cons. 477. n. 1. & ita quotidie videmus in senatu obseruari, quod scilicet tales remissiones habitæ ab occisis non attenduntur vt etiam attestatur Bos. in loco prælleg. Et id expressè declarauit senatus in causa cuiusdam Baptistæ Ildæ opilionis, 25. Febr. 1545. P. N. & idẽ rescripsit prætori Papiæ 3. Julij 1559. P. N. Aut verò statutum requirit, ꝙ pax habeatur ab hærede, & tunc proculdubio non prodest pax habita â defuncto, & ita tenet Bar. in d. §. Sabini. nu. 2. Et dicit Roma. in d. §. Sabini, nu. 2. in fi. quòd hanc opi. Bart. sequũtur communiter Doct. quẽ refert August. ad Ange. de malef. in verbo, Comparent dicti, & produxerũt instrumentum pacis, num. 6. in fi. & Crottus in 1. repet. §. Cato, nume. 161. Et hæc opin. proculdubio est tenenda, præsertim stante consuetudine, de qua statim dixi.

30 Vnũ tamen scias in hoc proposito, quòd etiam de iure loquendo, si quis aliquem vulnerauit, & ille ei pacem fecerit de illis vulneribus, si deinde mors sequatur, talis pax facta pro vulneribus, non prodest in causa mortis, & hæc est communis opi. vt attestatur Gand. in tit. de malef. nu. 5. quem refert Dõ. Anto. de Padilla in l. transigere, nu. 28. C. de transact. Villalpand. super l. 22. c. 56. nu. 4.

31 Contingit etiam aliquando, ꝙ maritus interficit vxorem, quæro, nunquid proderit illi pax habita à filiis communibus ipsius vxoricidæ, & vxoris occisæ? Respond. Bos. in tit. de pace, nume. 21. refert quòd hic casus de facto contigerat, & quòd senatus reddebat se valdè difficilem in approbatione huiusmodi pacis. Quinimò ego reperio, quòd in facti contingentia senatus expressè reiecit gratiam, quam obtinuerat quidam Georgius Barata vxoricida à filiis communibus, eorumque tutoribus specialibus, nisi haberet pacem à fratribus, & attinentibus ipsius vxoris occisæ, 5. Decemb. 1547. P. N. Reperio tamen, quòd econuerso fuit approbata gratia cuiusdam Dominæ de Cabianis, quæ maritum in rixa interfecerat, habita remissione tantummodo à filiis, 18. Iun. 1555. A. C. fortè quia non militat ratio metus reuerentialis in matre prout in patre.

32 Quæro nunc, pone quòd offensus reliquit filiũ, qui non vult esse hæres patris, nunquid si iste filius faciat pacem, valebit? Respõ. quod sic, ita dicit Bar. in l. si filius qui patri, num. 8. ff. de vulgar. & est communis opin. vt attestatur Ias. in d. l. si filius qui patri, num. 21. quem refert Villalpand. super l. 22. c. 41. post nu. 7. Boer. decis. 121. n. 4. in fi. quem refert Don. Ant. de Padilla in d. l. transigere, n. sexagesimo secũdo. C. de transact. Crottus in 1. repet. §. Cato. nume. 150. Hippol. Rimi. in l. qui se patris, num. 82. C. vnde lib. nam reuera ius faciendi pacem non est hæreditarium, vt dicit Bart. in d. §. Sabini, nu. 2. in fi. & communiter tenetur teste Ruino in repet. §. Cato, post num. 102. In hoc Ducatu plerunque fuit seruatum contrarium, vt scilicet non admitteretur remissio habita ab hærede sanguinis, nisi etiam habita esset pax ab hærede bonorum. Ego verò dicebam, ꝙ vbi appareret de alio hærede bonorum, vtiq; bonũ esset quod etiam ab eo pax haberetur, sed vbi non appareret, satis esse deberet remissio habita ab hærede sanguinis. Et ita de ann. 1561. 27. Septem. P. N. fuit cõclusum, quod probaretur gratia cuiusdã Iosephi Farinæ, qui habebat pacem ab hærede sanguinis, qui non dicebat se hæredẽ bonorũ, fuit tamen apposita cõditio, ꝙ si aliquando appareret hæres bonorũ, teneretur Farina ab eo legitimam remissionem termino duorum mensium obtinere, aliàs gratia esset nulla, &c.

33 Sed hic incidenter quæro, nũquid si filius faciat pacẽ pro offensa illata patri suo defuncto, videatur ex hoc adire eius hæreditatem? Respon. Aliqui dicunt, quòd si pro ipsa pace aliquid recipiat, videtur se facere hæredem, sed certè communis opin. est in contrarium, vt attestatur Nellus de bannitis 3. parte secundi temporis, q. 36. quem refert Don. Ant. de Padilla in d. l. transigere. nu. 63. Brunus in lib. suo de constit. &c. in verbo, Pax, vers. Item quæritur an ex tali, Ex quo enim iure sanguinis potest filius pacẽ facere, etiam si non sit hæres bonorum, debet eadem ratione pro ipsa pace aliquid posse recipere, absque eo ꝙ ex eo censeatur se facere hæredem, ni hilominus ad euitandas disputationes quotidie hę redes sanguinis impetrant dispensationes à senatu, vt possint facere remissiones citra ius & nomen hęredis, & senatus illas concedit.

34 Frequenter solet dubitari, nunquid si offensus decesserit relictis pluribus hæredibus, sit habenda pax ab omnib. hæredib. an autem sufficiat illam habere ab aliqua, vel saltem à maiori parte hęredum. Et in hoc quidem articulo variæ sunt opi. inter Doctores, nam Oldrad. tenuit, ꝙ sufficiat illam habere ab vno eorum, sed hæc opin. communiter non tenetur, vt dicit Alcia. in d. §. Cato, nu. 168. Et illam dicit esse communiter damnatam; Crot. in 2. repet. §. Cato, post nu. 81. Bart. autem in eod. §. Cato, nume. 33. tenet quòd sufficiat illam habere à maiore parte hæredũ, & dicit Boer. decis. 121. post num. 3. quòd opinionem Bartoli sequuntur communiter Doctores, & illum refert Viuius in lib. communium opinionum, versiculo. Statutum disponens, quod bannitus non possit. Idem dicit Bos. in tit. de pace, nu. 21. Dicit etiam Aretinus in l. pro hærede, §. fin. post nu. 11. ff. de acqui. hæred. quod communiter tenem⁹ sententiam Bar. in d. §. Cato, quem refert Vitigilla in d. §. Cato, nu. 175. & Bologni. in eod. §. Cato, nu. 199. & Alcia. cons. 477. nu. 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem, Crottus in 1. repet. d. §. Cato, n. 151.

vbi

vbienumerat auctoritates, & in 2. repet. num. 82. Iacob. Villalpand. in repet. l. 22. c. 52. num. 9. Placa lib. 1. delictorũ, ca. 46. nu. 7. Ioan. de Amicis, cons. 88. nu. 6. dicens, quòd hęc opin. tanquam magis communis & æquior tenenda est in iudicando. Multi autẽ tenuerũt contrariũ, scilicet, quòd imò habenda sit pax de necessitate ab omnibus hæredibus. Et dicit Felin. in ca. cum omnes, nu. 27. de const. quòd contra Barto. in hoc communiter tenetur, quem refert Ias. in d. §. Cato, n. 57. & Alciat. in eod. §. Cato, post nu. 172. & Socin. Iun. in eod. §. Cato, nu. 273. Ita etiã communiter teneri attestatur Ioan. Arno. dialogo 14. fuit interfectus. Hanc etiam dicit esse communem opi. Ripa in d. §. Cato, n. 103. quem refert Pet. Bellus de re militari, fol. 137. nu. 54. Alciat. in l. in vsu ff. de verb. sign. vbi dicit, quòd hoc frequentius receptum videtur, Didac. lib. 1. resolutionum, ca. 13. post nu. 8. versic. Quartò hinc, vbi ait, quòd ita aduersus Bart. frequentiore calculo receptum est, Menchiaca controuers. vsu frequentium, ca. 30. nu. 39. Et hæc opin. mihi semper magis placuit, nisi enim omnes remittant, non videtur sublatus rancor, & odium inter offendentem, & hæredes offensi, quod videtur statuentes principaliter cosideraſſe. Præterea cum quilibet hæredũ pro sua portione repræsentet personã defuncti, vtiq; ad hoc vt dicatur plena remissio, debent omnes in ea interuenire. Et ita in hoc Ducatu seruatur. Hæc autẽ cõclusio multo magis procederet, vbi statutũ requireret, ꝙ pax haberetur cõcorditer, siue vnanimiter ab hæredib. nam eo casu proculdubio requireretur, quòd omnes consentirent nemine discrepante. Et ita communiter concluditur, vt dicit Claud. in d. §. Cato, nu. 43.

35 Sed quid si inter hæredes relictos à defuncto reperiatur vna fœmina, nunquid etiam ab illa erit habenda pax? Resp. Ang. in d. §. Cato, post n. 18. videtur tenuisse ꝙ non, quia (vt ipse ait) fœmina non potest leuare faydam, id est, inimicitiam, & sic manualiter prosequi vindictam, ergo neq; debet posse pacẽ facere. Sed cõtrariũ cõmuniter tenetur, vt attestatur Ripa in eod. §. Cato, n. 105. Pet. Bellus de re mili. fol. 138. n. 58. nam mulieri permittitur accusare vbi suam vel suorũ iniuriam prosequitur, vt dixi su prà. q. 14. vers. Præterea dixi, meritò poterit etiam pacem facere, & ita apud nos indistinctè obseruatur, & senatus expressè reiecit gratiam cuiusdam Galeazij Docij, ex eo quòd non habebat remissionem à filiabus defuncti. 18. Ianu. 1547. P. N. Benè verũ est, quòd si filiæ essent exclusæ à succesione per statutũ, quia dotatæ, vel huiusmodi, non requiritur earũ remissio. Et ita dictũ fuit in approbatione gratiæ cuiusdã Bernardini Caprioli, 24. Febr. 1557. P. N. & in gratia cuiusdã Io. Cauagnæ, 28. Febr. 1556. P. N. Pariter etiã si filia fœmina nõ fuisset instituta hæres, sed tantummodo relictũ ei legatũ, & habita esset pax ab hæredib. testamentariis, qui etiam essent hæredes sanguinis, Senatus censuit in casu cuiusdã Bernardini Putei illam sufficere, 10. Ian. 1559.

36 Sed quid si nullus adsit hæres, à quo pax haberi possit? Resp. Solet hoc casu Senatus approbare literas gratiæ, apposita conditione, vt si aliquis hæres apparuerit, teneatur ille, cui conceditur gratia, ꝛ. aliquem terminũ, puta, vnius mensis, habere pacẽ ab ipso, aliàs &c. Et ita etiã fecit obseruari Senatus tempore decreti gratiosi conditi anno 1554. in causa cuiusdam Michaelis Mantuani 21. Nouemb. 1554. A. C. licet deinde concluſum fuerit per Senatũ 4. August. 1559. P. N. ꝙ illi, qui propter defectũ hę redũ admittũtur ad gratiam sine remissione partis debeant impetrare gratiam particularem, & non admittantur amplius ad beneficiũ decreti gratiosi, & est (iudicio meo) longè tutius, nam tempore decreti gratiosi declarationes fiunt per iudices inferiores, qui non ad omnia diligẽter aduertũt, prout facit Senatus, coram quo præsentantur gratiæ particulares. Pariter etiam si offensus sit forensis, & absens, ita ꝙ ignoretur vbi sit, solet approbari gratia cũ conditione, ꝙ si comparuerit in dominio, teneatur offendens in termino duorũ mensiũ habere ab eo pacem, aliàs &c. Et ita tempore eiusdem decreti gratiosi seruauit Senatus in causa cuiusdam Annibalis Boletti, 3. Decemb. 1554.

37 Dictum est ad quas personas pertineat ius faciendæ pacis. Quæro nunc, nunquid pax possit fieri absenti, ita vt cũ effectu valeat? Respõ. ꝙ non, nisi in ipsa pace interueniat aliquis, qui pro ipso absente recipiat. Ita tenet Bal. in l. 2. nu. 4. C. de liber. & eorũ liberis, & ita se habet magis communis opin. vt dicit Alex. cons. 131. nu. 9. lib. 4. Aret. in d. §. Cato. in vlti. verbis, quamuis illũ referat contrarium attestari Villalob. in sua collecta communiũ opin. in litera P. verb. pax prodest. Et hæc opin. iudicio meo est æquior, & etiam verior. Cæterũ in practica seruatur, quòd huiusmodi remissiones fiunt notario stipulanti nomine omniũ, quorũ interest. Et sic cessat omnis difficultas, valet enim pax ita contracta, & prodest cuicũque eius beneficio vti volenti, perinde ac si esset in ipso contractu specialiter nominatus. Et ita declarauit Senatus in causa Lucij Maynardi 19. Decemb. 1560. Hæc tamen intellige vt pro cedãt in pace, seu remissione solenni, quæ fit ad effectũ, vt prosit etiã in foro iudiciali, non autem de ea, quæ fit in foro pœnitentiali, nam illa secũdũ omnes potest fieri sacerdoti, vel etiam alteri cuilibet tertio, etiam si nemo sit, qui pro absente recipiat.

38 Quæro modo, si facta sit simpliciter pax pro iniuria, vulnere, vel morte, nũquid cẽsebitur ẽt facta remissio interesse pecuniarij respectu damnorum & expensarum? Resp. ꝙ non, ita tenet gl. in §. fin. in verbo, Non reuocauerunt. Insti. de iniur. quam ita intelligunt, & sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Ioan. de Amicis, cons. 88. nu. 14. Hanc etiam dicit esse communem opin. Did. ac. lib. 2. resolutionum, c. 10. post nume. 6. vers. Quartò eodem. Villalpand. super l. 22. c. 57. nu. 4. Placa lib. 1. delictorum, c. 6. nu. 40. In dubio enim censetur propter æternam salutem solum rancorem animi remisisse, non autẽ damna quorum refectionem licitè petere, & consequi potest.

39 Sed in proposito quæro, quid si facta sit remissio iniuriæ, siue offensæ in foro conscientiæ, nunquid propterea cẽsebitur sublatum ius accusandi? Resp. ꝙ non, & est cõmunis opi. vt dicit Alex. in l. si sibi decem. §. quædam, nu. 1. ff. de pact. quem refert Dida. lib. 2. resolut. c. 10. post nu. 6. vers. Tertiò, vt cõstat, & pract. Conradi, fol. 411. nu. 32. Aug. ad Ange. de malef. in verbo, Comparẽt, & produxerũt instrumentũ pacis, nu. 28. quem refert Pract. Conradi, fo. 411. nu. 33. Ias. in d. §. quædam, nu. 2. & seq. Igneus in l. Diuus, n. 25. & seq. ff. ad Sylle. Pet. Bellus de re mil. fol. 148. nu. 127. Placa in d. c. 6. post nu. 49. Et est ratio, quia (vt dixi) non tenetur quis ex præcepto Euangelico remittere nisi rancorem & odium.

40 Adde, ꝙ etiam, si quis ostẽdat, vel probet se restituisse rem ablatam, vel satisfecisse pro damnis, vel soluisse pœnam pecuniariam, in qua fuerat

codenatus versus partẽ,non propterea talis restitutio, solutio vel satisfactio prodest volẽti impetrare gratiam sine partis remissione,pro pœna corporali,vel exilio, in quo est condemnatus,sed opus est præcisè remissione partis. Et ita decisum fuit per Senatum in facti contingentia in quodam Nicolao Forbecano, qui fuerat pro homicidio cõdemnatus ad triremes per triennium,& in scutis 50.versus partem, nam cũ in approbatione gratiæ triremiũ produxisset instrumentũ solutionis scutorum 50.factæ patri ipsius interfecti,fuit reiecta gratia,& opus fuit illi habere ab eo plenam pacem, & remissionẽ,qua habita, fuit deinde gratia approbata 10. Decemb.1560.A.C.Quod nota, quia multi falluntur,credentes contrarium.

Et aduerte,quia non modo ipse principalis homicida non admittitur ad gratiam sine remissione partis,sed neque etiam ille, qui pro simplici auxilio ad homicidium,sit condemnatus in pœnam pecuniariam,si velit ab ipsa pœna gratiam reportare, prout sæpe fit tempore, quo publicantur decreta gratiosa. Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10.Maij 1559.P.N.

Scias etiam,quòd Senatus non solet admittere probationem pacis,nisi per publicum instrumẽtum,& vidi plerunque repulsam dari his, qui volebãt illã probare per testes,vel per fides subscriptas, etiam à personis fide dignis.Si tamen Senator & fiscalis attestarentur pacem coram se factam,& delictum non esset valde graue , fortè admitteretur, prout in facti contingentia admissa fuit gratia cuiusdam Ioan.Angeli Cardani,qui insolenter se gesserat cũ quodam Doctore,qui iniuriam verbo remiserat me præsente, & vno ex fiscalib. nam nobis id attestãtib.fuit gratia approbata.3.Octob.1559.P.N.

41 Pro complemento huius materiæ quæro, nunquid iudex,seu officialis regens prouinciam possit cogere offensum,vt iniuriã remittat,& pacẽ faciat, cum offendente? Respond.quòd non,ita tenet Bal. in l.1.§.quies,num.2.ff.de offic.præfect.vrbis, & est communis opin.vt attestatur Marsil.consi.98.num. 6.Æquitatis enim ratio nõ patitur,vt quis cogatur inuitus offensam remittere præterquam in foro pœnitentiali.Debet ergo iudex suadere,non cogere subditos,vt pacem faciant. Vide quæ dixi suprà lib.2.§.Iudex.

QVÆSTIO LIX.

1 *Vbi reus exhibet gratiam sibi à principe concessam,non est vlterius molestandus.*
2 *Princeps supremus potest pœnas delictorum remittere, tam corporales,quàm pecuniarias,etiam post sententias in iudicatum transactas.*
3 *Potest etiam pro bono pacis remittere iniurias,& damna singularium personarum,absque earum consensu.*
4 *Regulariter princeps non concedit gratiam delictorum, nisi præuia partis remissione.*
5 *Ille,cui princeps dicit,Facio tibi gratiam pro delicto an recuperet bona?*
6 *Et an recuperet etiam bona alienata?*
7 *Et an recuperet etiam fructus?*
8 *Et an hæreditatem alteri delatam?*
9 *In impetratione gratiæ exprimenda sunt ea omnia quæ principem ab ipsius gratiæ concessione retrahere potuissent.*
10 *Gratiæ à principe concessæ debent à Senatu approbari.*
11 *Decreta gratiosa an trahantur ad delicta futura?*
12 *Et an ad delicta commissa sub spe decreti?*
13 *Et an comprehendant condemnatos pro crimine falsi?*
14 *Et an prosint carceratis?*

1 ALia est defensio , cum reus proponit delictũ sibi à principe remissum fuisse. Sciendum est enim quòd potest supremus princeps pœnas delictorum delinquentib.remittere & indulgere,vt dicit gl.in l.2.in verbo,Concedi.C.de in ius vocãdo, quæ est communiter ab omnib.approbata, vt dicit Paris.cons.1.nu.1,lib.4.

2 Et hæc quidem conclusio generaliter intelligenda est , vt scilicet possit princeps omnes pœnas remittere tã corporales quàm pecuniarias , etiã per sententiam & condemnationem inflictas , etiam si talis sententia in rem iudicatam transierit , & ita firmant omnes indifferenter,vt dicit Paris.in d.cõs. 1 num.59.Et dixi ℣ potest princeps,quia ad ipsum solum spectat gratias facere delictorum,licet de facto vel de consuetudine barones seruent contrariũ vt dicit Iacob.de Belui.in pract.crim.in tit.de sentent.crim.num.10.in fin.Bald.in l.seruos, C.ad leg. Iul.de vi.pub.quem refert Boss.in tit. de remed. ex sola clemen. nu. 51.In hoc tamen Ducatu Barones vel feudatarij non possunt gratias delictorum concedere,nisi id eis specialiter cõcessum fuerit in eorum inuestitura, prout aliquib. criminib. exceptis concessum fuit Ducib.Farnesiis,quando fuit eis infeudata ciuitas Nouariæ,per Carolum V.Cæs.

3 Adde , quòd pro bono pacis potest etiam princeps remittere iniurias,& damna singularium personarum,nec eorum consensus requiritur,& est cõclusio cõis,à qua nullus discrepat,vt dicit Dec.cõs. 520.n.5.quem refert Pet.Bellus de re mil. folio 130. n.20.Menchiaca controuers.illust.cap.4.n.11.Quod intellige vt procedat,si id specialiter,& expressè dictum sit.† Cæterũ in dubio non censetur princeps velle iuri priuatorũ præiudicare, prout in facti contingentia consuluit Ruin.consil.60.lib.5. Quinimò in hoc Ducatu non solet concedi gratia , nisi iis, qui habent remissionem à parte offensa secũdũ cõmunem obseruantiam , & consuetudinem huius prouinciæ,vt etiã attestatur Boss.in ti.de pace , in primis verbis,& in ti.de remed.ex sola clem.n.24. vbi subdit,hoc locũ habere non modo in offensionib.factis in personam,vt est homicidiũ, vulnus, & similia,sed etiam in offensionib. factis in reb. vt est furtum,robaria,& huiusmodi. Et quòd hæc practica semper fuit obseruata in hoc Ducatu , neque admitteretur per senatum talis gratia, dato quòd princeps in ipsa expressè reseruaret ius ipsius partis offensæ,prout etiam obseruari in regno Neap. attestatur Gram.super const.Regni,fol.153.de concordia partis,post num.4.vbi dicit fuisse per consi. Neap.reuocatam quandam compositionem factã per quendam D. Moysem parte non concordata, & ℣ non fuit mirũ,quòd ille D. Moyses in hoc errauerit,quia(vt ipse dicit)erat senex centum annorũ.Reperio tamen,quòd hæc regula quandoq; etiã fuit alterata, nam semel fuit approbata per senatũ gratia concessa capit. Nicolao Sicio pro quatuor homicidiis non habita remissione partis,& postea de anno 1556.4.Februar.fuit etiam approbata gratia alterius Ioan.Antonij Louatelli , qui in eisdem homicidiis interuenerat,nulla pariter habita partis remissione.Verum est quod tales gratiæ fuerãt concessæ ab ipsomet Imperatore ex certa sciẽtia,& fortè aderat etiam secunda iussio , & homicidia (ni fallor] fuerant patrata in exteros. Reperio etiam,quòd cum quidam medicus fuisset priuatus dignitate doctoratus, & præterea iussus exulare à Ducatu arbitrio Principis, eo quia fuisset oblocutus de Barone Sysnech,fuit deinde receptus in gratiam ipso barone mortuo absq; remissione ipsius, neq; hæredũ,& gratia per senatũ approbata,18.Octo.1558.P.N. Et potuit fortè Princeps & senatus facilius ad id moueri,ex eo quòd ipsius hæredes in partib.valdè remotis habitarent,& delictũ non esset atrox:Cæterùm ego semper vidi seruari pro lege , ℣ gratiæ concessæ sine partis remissione non approbantur per senatũ,prout etiam seruari in Regno Neap.attestatur Gramm.voto 35.n.8.in fin.subdens,℣ princeps aliter faciẽs,mortaliter peccaret, & refert ibi fuisse vltimo supplicio affectũ quẽdam, qui se composuerat pro quibusdã homicidiis , pro quibus non habebat partium remissiones.Et contra eũ, qui obtinuerat gratiam non habita remissione partis, consuluit idem Grammat.cons. crim. 34.Reperio autem , quòd senatus aliquando eos, qui se constituerant pro approbatione literarũ gratiæ,& exhibebant remissiones minus legitimas,fecit è carcerib.dimitti , vt seruatum fuit in quodam Christophoro Pilono 17.Maij 1542.P.N. Aliquando etiam vidi de eis sumi vltimũ suppliciũ,prout factũ fuit de Antonio Lossa 3.Ianuarij 1558. A. C.Sed in casu Lossæ fuerat etiam probatũ , ℣ pax fuerat ab hæredibus occisi extorta per vim, & metũ,& erat etiam malæ vocis,& famæ. Sunt tamen aliqui casus,in quibus nõ requiritur remissio partis,quos declarauit senatus tempore,quo ego iussu illustrissimi Ducis Suessæ tũc Regij locum tenentis in hoc Ducatu compilaui decretum gratiosum conditum ob pacem initam inter sereniss imum Regem nostrum,& Christianissimum Regem Francorũ , qui sunt hi,qui sequuntur, Simplex insultus de quo etiam extant literæ vltimo Maij 1559.P. N. in causa Antonij Mariæ Mirabili,prima euaginatio,& prouocatio, & delatio armorum prohibitorum , nisi vulnus interuenerit,aut percussio animo deliberato illata,& de his etiam extãt literæ 30.Martij 1545. P.N.Et hoc dato etiam, ℣ cũ prima euaginatione interuenisset ictus,modo nõ esset secutũ vulnus. Et ita declarauit senatus in causa Baptistæ Negroli,1. Decem.1554.A.C.Sed hæc omnia intellige vt procedant , quando non interuenit animus deliberatus,nã vbicũq; animus deliberatus interuenit,semper est necessaria partis remissio,licet nihil mali secutũ fuerit.Et ita rescripsit senatus prætori domus Ossulæ 19.Iulij.1559.P.N.subdens,quòd illi,qui mandant homicidia patrari,quamuis patrata non fuerint,& illi,qui sclopũ cum animi deliberatione deposuerant, licet nõ vulnerassent,non erãt sine partis remissione ad gratiam generalem admittendi. Et hæc omnia nota , quia quotidie contingunt in practica.Si tamẽ quis dederit alapam alicui,requiritur remissio.Et ita declarauit Senatus in casu Nicolai Callerati 17.Nouemb.1554.

Scias autem,quod huiusmodi gratiæ solẽt à principib.duob.modis concedi.Primò quidem,quando princeps alicui facit pro delicto specialem remissionem siue indulgentiam delicti.Et hæ apud nos appellantur literæ gratiæ. Secundò quando princeps ex aliqua causa,puta , pacis initæ , aut ducendæ vxoris, aut natiuitate primogeniti , aut in ingressu possessionis alicuius regni,vel prouinciæ facit gratiam generalem.Et hoc apud nos appellatur decretum gratiosum.

5 Quæro,nunquid si princeps dicat alicui,Facio tibi gratiam pro delicto,dicatur ille plene restitutus? Respond. ℣ sic , & consequenter recuperat etiam bona,secundum Barto.in l.fin.n.11.C.de sentent.pas. & est communis opin.dicit Boss.in tit.de remed.ex sola clem.prin.nume.1.& seq.Et quòd restitutio cõprehendat etiam bona,quæ nondũ sunt in aliũ trãslata , dicit esse communem omnium sententiam Bellus de re milit. folio 123.num.21. & ideo in hoc Ducatu princeps quando facit gratiam , solet addere quò ad pœnam corporalem tantum. Crederem tamen,quòd ex quo in hoc Ducatu non solet princeps facere gratias quò ad bona , sed tantum quò ad personam,dici posset, quòd etiam hæc verba si apposita non fuissent,deberent censeri omissa per errorem,& haberi pro appositis,nisi in contrarium appareret de mente principis.Et ita superioribus diebus in facti contingentia conclusum fuit in hoc Magistratu.

6 Item quæro,nũquid restitutio,seu gratia in eo casu, in quo comprehendit etiam bona,trahatur nõ modo ad bona existentia penes fiscum , sed etiam ad bona iam per ipsum fiscũ alteri donata,seu vendita? Resp.quòd regulariter non veniũt bona alienata,& est communis opin.vt attestatur Felin.in c. inter quatuor,n.4.de maiori. & obed. quem refert Viuius in lib.communium opi.in verbo, Bannitus, seu deportatus.Nellus de bannitis in 1. parte tertij temporis,q.5.Ias.in l.Gallus,& §.quid si tantum, n. 70.& seq.quem refert Plottus in repet. l. si quando, nume.9.in fin. Boss.in tit.de remed.ex sola clemen. princip.post n.11.Et secũdũ hanc opin. in facti contingentia consuluit Christop.de Castel.consil. 8. & Natta consilio'quadragesimoseptuagesimoprimo, vbi numero primo,dicit, quod omnes illam sequũtur.In dubio enim non est præsumendũ,℣ velit princeps tollere ius tertij,nisi id expressè deposuerit,potest tamen princeps(si velit)ex causa restituere bãnitũ,etiam ad bona in alios alienata.Et hæc est cõmunis opin.vt attestatur Rubeus consil.154. nume. 6.Et ideo si princeps diceret,quòd bannitus plenissimè restitueretur,ita quod de banno nihil opponi posset,fortè talis restitutio traheretur etiam ad bona alienata,secũdũ opin.quam dicit esse communẽ Viuius in loco præalleg.quæ tamen mihi nũquam placuit, & apud nos vix posset obtineri,nisi in specie verba restitutionis comprehenderẽt etiã bona penes tertiũ existentia. Bene posset ita restitutus (secũdũ aliquos)recuperare à fisco preciũ ipsorum bonorũ venditorũ , & sic quatenus fiscus factus esset locupletior.Et hanc opini. tenuit Bartol. quem Doctores communiter sequũtur,vt attestatur Nellus in dict.1. parte tertij temporis,q.6.licet subdat, quòd apud eos non seruatur, prout neque etiam seruatur apud nos.

7 Quæro etiam,nũquid restitutus,in casibus, in quibus recuperat bona , recuperat etiam fructus? Respond. quòd non recuperat neq; fructus perceptos ex bonis iam alienatis,neq; perceptos ex nõ alienatis,& est communis opi.vt attestatur Boss. in tit.de rest.quæ fiũt à prin.&c.n.17.in d.tit. de reme. ex sola clementia,post nu.11. & Viuius in loco præallegato.

8 Sed quæro, pone ℣ tempore banni deuoluta sit hæreditas bannito,quæ eo reperto incapace,delata fuerit alteri proximiori in gradu iuxta iuris dispositionẽ,nũquid si bannitus fuerit restitutus,recuperabit illam hæreditatem alteri delatam, & acquisitam? Respond.quòd non,& est communis opinio,

vt atteſtatur Boſſ.in tit. de remediis ex ſola clem̃. nu. 43. Nam (vt ſuprà dixi)non cenſetur princeps velle auferre ius alterius.

9 Debes autem aduertere tu,qui vis impetrare gratiam delicti à principe,vt exprimas in ſupplicatione omnia ea,quæ potuiſſent veriſimiliter trahere animum Principis ab eius gratiæ conceſsione, ſi ea ſciuiſſet , ne tempore interinationis gratiæ ponas te in periculo,prout fecit ille, quem defendit Crauetta conſil.2.Præſertim verò exprimas ſi aliàs habuiſti gratiam de aliquo delicto, nã vt dicit Barb. in c.ſuper his,col.34.de reſcrip.quem refert Gul.de Bened.in 2.parte repetit.c.Raynutius,fol.88.nume. 112. quidam, qui impetrauerat gratiam de ſecũdo homicidio,& non fecerat mentionem de primo, fuit Bononiæ decapitatus.Idem etiam refert Ana. in c.ad abolendam,nu.7.de hære.& dicit,quòd ille appellabatur Formica,refert etiam Iaſ.in l. nec dãnoſa,nume.3.C.de precib.imp.offe.& Pract. Iodoci,c.147.nume.12.& Prac.Carer.fol.502.nume.375. & Villalpand.in repe.l.22.cap.8.nu.3. Et recordor, quòd quidam Bartholo. Claudus inſignis ſicarius qui obtinuerat literas impunitatis à principe, neq; expreſſerat , quòd tempore impetrationis erat in carceribus detentus,fuit laqueo ſuſpenſus 6. Maij 1558.P.N.

10 Et quia plerunque contigit dubitari , an in aliquibus caſibus requiratur,quòd gratiæ ſint per ſenatum approbatæ , ſcias quòd regulariter omnes gratiæ debent à ſenatu interinari,aliàs nihil valent, ita expreſſè diſponentibus conſtitutionibus huius dominij,quod etiam in Flandria ſeruari atteſtatur Pract.Iodoci,c.147.nume.13.Et aduerte, quia non modo gratiæ, quas princeps facit abſolutè remittendo delictum,ſed etiam illę, quas facit commutando pœnam,debent à ſenatu interinari, prout ſæpe fuit deciſum,& obſeruatum : & in ſpecie in illa quæ facta fuit Io.Hieronymo Ceruto 4.Iul.1547.P. N.in qua pœna furcarum commutabatur in pœnã triremium perpetuarum,in iſtis enim, prout in aliis requiritur partis remiſsio,ex quo commutatio vel diminutio pœnæ eſt gratia, licet ſenatus quandoque contrarium obſeruauerit in commutatione pœnæ vltimi ſupplicij ad triremes perpetuas facta cuidam Iacobo Marlatiæ, quæ approbata fuit abſque partis remiſsione,& dictum,quod in commutatione,quæ fit ad triremes perpetuas , fortè non requirebatur partis remiſsio,præſertim attenta illius temporis qualitate,26.Mar.1551.P.N.Quod nota,quia dum ego ſederem in ſenatu,nunquam vidi approbari aliquam commutationem pœnæ , niſi præuia partis remiſsione.Sunt tamen aliqui caſus, in quibus nõ requiritur approbatio ſenatus, prout eſt quando Princeps concedit gratiam exilij arbitrarij. Et ita declarauit ſenatus in cauſa cuiuſdam Georgij Scriuani 24.Maij 1546.P. N.Item quando conceditur gratia à pœna extraordinariè impoſita per edicta ipſiuſmet principis. Et ita iuſsit ſenatus per ſecretarium P.N.reſcribi prætori Cremonæ 26. Febr. 1559. Pariter etiam reſcripſit ſenatus eidem prætori 8.Ian.1546.ſuper gratia conceſſa Franciſco Mariæ Regio,vnum , de quo ego ſæpius miratus ſum,quòd ſcilicet quando non eſt facta gratia pro delicto capitali, nõ requiritur ſenatus approbatio, quod idem expreſſè dixit ſenatus in literis conceſsis in cauſa Scriuani,de quibus ſup.facta eſt mẽtio. Ego tamen toto tempore,quo in ſenatu ſedi, ſemper vidi omnes gratias etiam pro delictis non capitalibus,à principibus conceſſas, in ſenatu interinari,& ita puto ſeruandum eſſe.

11 Succeſsiuè quæro , nunquid ſtatura ſeu decreta concedentia liberationem, ſeu indulgentiam delictorum,vel diſponentia,quòd banniti cancellentur de banno trahantur ad banna vel delicta futura, ſcilicet committenda poſt publicationem ipſius decreti?Reſpon.q̃ non,& ita communiter tenetur vt dicit Imol.in c.fi.nu.11.de conſt.Et hoc, ne detur occaſio delinquendi.

12 Fortius dico,quòd ſi aliquis commiſerit aliquod delictum ante publicationem ipſius decreti , ſub ſpe tamen decreti,nullo modo eſt ei indulgendum. Et in hoc propoſito refert Guli.de Bened.in 2.parte repetit.c.Raynutius fol.88.nume.115.& in 3.parte fol. quadrageſimonono,numero trigeſimooctauo, quòd vidit Tholoſæ quendam decapitari, qui ſub ſpe, & confidentia habendi gratiam à Rege alium occiderat , & de hoc ante delictum ſe iactauerat, dicẽs,quod pro decem aureis deinde gratiam obtinuiſſet.Cùm autem in ſupplicatione hoc non expreſsiſſet, fuit iudicatum gratiam per eum obtentam fuiſſe ſubreptitiam, & ipſe fuit decapitatus.

13 In huiuſmodi autem generali abolitione delictorum non comprehenditur crimen falſi. Et ideò ſi fiat decretum vel ſtatutum,quod omnes carcerati, relaxentur ſoluta certa quantitate , tale ſtatutum non extenditur ad eos,qui ſunt carcerati pro crimine falſi.Et ita communiter tenetur, vt dicit Nellus de bannitis,in 3.parte ſecundi temporis,q.12.quem refert Apoſt.ad Ang.de malef.in verbo,Et ad querelam,poſt numerũ 80.Et hoc propter criminis enormitatem.Faciunt quæ dixi ſuprà,quæſt.58. verſ. Ab hac tamen.

14 Scias etiam,quod licet de iure communi iſtæ abolitiones non extinguant crimen, ſed tantũ ſuſſpendant proceſſum per triginta dies ſecũdum aliquos,item non proſint illis, quorum crimina ſunt iam liquidata,apud nos tamen ſeruatur totũ contrarium.nam liberantur,etiam ſi ſint in carceribus & iam condemnati.Et proximis annis, cum in ciuitate Laudæ eſſet repertus in carceribus, quidam Raynutius Veronenſis tempore decreti gratioſi publicati de anno 1544. qui iam per multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas , & fuiſſet dilatum eius ſupplicium dolo Collateralis , ſenatus cenſuit ipſum gaudere beneficio decreti , & liberari,15.Nouemb.1544.& condemnauit ad triremes per decenniũ ipſum Collateralem, qui corruptus ſuppliciũ diſtulerat.Vide quæ dixi ĩ.q.97.verſi.Regulariter autem.Quinimò virtute ipſius abolitionis generalis ſolent etiam liberari illi,qui ſunt in triremib.condemnati,modo ſint in caſu decreti. Et ita pluries declarauit ſenatus,& in ſpecie in cauſa cuiuſdam Ioannis de Zardinis condemnati ad triremes perpetuò ob falſũ teſtimoniũ,20.Decem. 1554.I.D.P.& alterius cuiuſdam Baptiſſtæ de Alexiis condemnati ob atroces blaſphemias ad triremes per decenniũ.23.Decemb.1554.I.D.P.

QVÆSTIO LX.

1 *Quæ in delictis prorſus excuſent , vel ſaltem proſint ad minuendam pœnam?*
2 *Ætas an excuſet?*
3 *Infans,pupillus,aut minor,an excuſentur in delictis?*
4 *Et an eis concedatur reſtitutio in integrum?*
5 *Minor delinquens in minori ætate,an poterit pro eo delicto*

delicto puniri,poſtquam factus eſt maior?
6 *Senectus an excuſet in delictis?*
7 *Furor an excuſet in delictis?*
8 *Et quid ſi poſt condemnationem effectus ſit furioſus?*
9 *Ira in delictis an excuſet?*
10 *Amor in delictis an excuſet?*
11 *Prodigus an in delictis excuſetur?*
12 *Ebrietas in delictis an excuſet?*
13 *Dormiens an in delictis excuſetur?*
14 *Ignorantia an in delictis excuſet?*
15 *Mandatum ſuperioris an in delictis excuſet?*
16 *Operarij,& fabri an excuſentur de eo,quod operantur de mandato alterius?ibid.*
Et quid in atrocibus an mandatum ſuperioris excuſet?
17 *Metus,aut vis an in delictis excuſet?*
18 *Prouocatio aduerſarij an delinquentem excuſet?*
19 *Et an iuſtus dolor in delictis excuſet?*
20 *Excuſatio,quòd delictum clàm commiſſum fuerit an proſit delinquenti?*
21 *Pœnitentia an in delictis excuſet?*
22 *Quælibet cauſa excuſat à pœna?* ✗
23 *Bonæ vocis,qualitatis,& famæ probatio an releuet delinquentem?*
24 *Nobilitatis,vel dignitatis probatio an proſit delinquẽti?*
25 *Probatio, quòd reus ſit egregius miles,& vtilis reip.an proſit?*
26 *Inſignis peritia,vel excellentia in aliquo artificio,an proſit delinquenti?*
27 *Meritorum probatio an proſit delinquenti?*
28 *Delictum ſine dolo , vel præter intentionem commiſſum fuiſſe an proſit?*
29 *Pater præſentans filium imputatum de delicto, an illum excuſet à pœna mortis?*
30 *Multitudo reorum an excuſet delinquentes?*
Vniuerſitas an poſſit excommunicari?ibid.
31 *Quando ignoratur,quis prius manum ad arma poſuerit, an omnes ſint à pœna primæ euaginationis liberandi?*
32 *Antiquitas delicti an proſit delinquenti?*
33 *Vbi proceditur per inquiſitionem , non ſolet delinquens puniri pœna ordinaria.*
34 *Reus delictum ſponte confeſſus an ſit mitius puniendus?*
35 *Iudex ratione amicitiæ an poſſit pœnam remittere?*
36 *Coniunctio ſanguinis inter delinquentes , an eos excuſet?*

1 DIctum eſt de defenſionibus, quæ reis competunt,vt ab accuſatione, vel inquiſitione contra eos formata abſoluantur: videamus nũc de his, quæ ad excuſandum delictum, vel ad minuendam pœnam proponũtur,& in primis quidem de ætate.

2 †Quæro igitur,nunquid ætas in delictis excuſet? Reſpond.Aut reus eſt infans,& proculdubio excuſatur, nã talis ætas quidquid videt,ignorat, & ideo infans non poteſt pro delicto criminaliter puniri, text.eſt in l.infans,ff.ad l.Cor.de ſicar.Et hæc concluſio eſt frequentiori Doctorum calculo probata, vt dicit Placa lib.1.delictorum , cap.32.num.1. Aut eſt maior infante,ſed pupillus , & tunc eſt diſtinguendum. Nam aut delictum conſiſtit in committendo,& poteſt puniri,aut conſiſtit in omittendo,& non punitur.Et hæc fuit diſtinctio Cyn.quam dicit ab omnibus approbatam Igneus in l.1.§.impubes,nume.5.ff.ad Syll. Scias tamen quod impubes ſi non eſt doli capax,nunquam punitur, ſi verò eſt doli capax,punitur:vt eſt text.in l.pupillum , ff. de reg.iur.& eſt omnium recepta ſententia, vt dicit Placa in d.cap.32.nume.6.Item ſcias,quòd nunquam punitur , niſi etiam ſit proximus pubertati, nam vtrunque requiritur,& ita dicit Aug. ad Ang. de malef.in verbo.Scienter & doloſè,poſt nume.6. ſe Ferrariæ euaſiſſe vnum puerum,qui occiderat ſuper ripa Padi vnum faſchinũ.Quando autem pupillus dicatur proximus eſſe pubertati,dixi ſuprà, lib. 2.§.Pupillus.Et ſic vides, quòd adhoc,vt impubes poſsit pro delicto puniri,tria requirũtur. Primum, q̃ ipſe ſit doli capax.Secũdum, quòd ſit proximus pubertati.Tertium,quòd deliquerit in committendo:† Sed in omnem caſum nunquam debet pupillus pœna capitali affici pro quocunque graui delicto, ſed eius pœna debet eſſe citra mortem , vel membri mutilationem. Et ita pluries vidi ſeruari, & in ſpecie in quibuſdam pueris , qui permiſerant ſe ab aliis carnaliter cognoſci,qui fuerunt tantum fuſtigati, non autem flammis combuſti. Quinimò (ſecundum aliquos)in delictis carnis pupillus nullo modo tenetur,ex quo dicit Anto.Gomeſ.cap.1.delict.num.60.in fin.ſe vidiſſe quendam minorem 11. ann.qui habuit acceſſum contra naturam ad vnum canem,& emiſit ſemen. Et licet probatũ eſſet delictũ,tandem obtinuit , licet cũ difficultate,& fuit liberatus.Et hoc ego ſemper ſequerer in iudicando, ſaltem quo ad pœnam ordinariam.Scias autem q̃ hæc defenſio proderit pupillo non modo ante ſententiam , ſed etiam poſt condemnationem contra eum in contumaciam ſecutam.Et ideo quidam Io. Dominicus Boneſcus condemnatus in contumaciam pro executione prohibita in tribus ictibus funis,vel in 20.aureis,ſumptis iuſſu ſenatus informationibus,& comperto q̃ tempore, quo fuit condẽnatus,erat tantũmodo annorum 8. fuit abſolutus 15.Apr.1564.A.C.Aut verò eſt maior 14.annis,ſed minor 25.& tunc non excuſatur,debet tamen propter ætatis imbecillitatem mitius puniri arbitrio iudicis.Ita colligitur ex tex.in l.auxiliũ,§.in delictis ff.de mino.& eſt communis opi.vt dicit Grammat. deciſ,23.nume.12.vbi etiam ita refert ſeruatũ fuiſſe per conſiliũ Neapo. Ita etiam tenere Doctores frequentiori calculo atteſtatur Placa in d.cap. 32. nume.11. Quinimò ſi delictũ fuit commiſſum ſine dolo,poſſet minor iuuari ope reſtitutionis in integrum,etiam ad hoc vt à tota pœna excuſaretur.Et ita ſuper hoc articulo diſtinguũt DD.vt dicit Ana. in cap.1.poſt nume.8.de delict.puer.† Quando autem minor reperitur deliquiſſe per dolũ , non reſtituitur,ſed ſi per culpam, tunc reſtituitur. Et ita communiter dicitur , vt atteſtatur Anan. in cap.2. nume.8.de apoſtat.Proderit etiam minor ætas(ſecũdũ aliquos)ad petendam,& obtinendam reſtitutionem in integrũ aduerſus confeſsionem delicti, factam per ipſum minorem, etiam cũ iuramento, quando contra eũ non adeſt alia probatio , quàm propria confeſsio,ſecũdũ Bald.in l.vnica,nume.60. C.de confeſsis , cuius opin. dicit eſſe communem Ant.Gomeſ.cap.1.delictorũ,numer. 66.referens ſe ita videſſe de facto in oppido Talabricæ,(vnde ſe dicit oriũdum)in quodam minore, qui fuit captus pro enormi delicto contra naturam præcedentib. indiciis,& ſponte confeſſus fuit delictum , nam petita per eius aduocatum reſtitutione , tandem dicit,habito conſilio,& deliberatione,illam fuiſſe cõceſſam per iudicem, & illum minorem fuiſſe abſolutũ.Certè apud nos non obtinuiſſet ille minor huiſmodi reſtitutionem præſertim in tam graui crimine, & ita ſubdit ipſemet Anto. q̃ & ipſe iudicaret contra illam communem opin. Et quod conſuluit theologos probatæ vitæ,& conſcientiæ qui fuerunt in eadem opin.contra communem , quam&

ego sequerer in iudicando,& ita apud nos semper vidi obseruari. Faciunt quæ dixi suprà, quæstione 55.versiculo.Vlterius etiam.

Sed nunquid minor delinquens in minori ætate poterit de tali delicto puniri postquam est effectus maior? Respond. quòd quando agitur de delicto, pro quo non poterat puniri durante minori ętate, neque etiam potest puniri,postquã peruenit ad maiorem ætatem. Et ita colligi videtur ex glos. in l. sciant cũcti,in verbo,Moritur,C.de leg. hæred. quã sequuntur Doctores vt dicit Marsil.in d.l.infans,n. 13.ff.ad l.Cornel.de sicar. & in l.de minore.in prin. nu.40.ff.de quæst.de qua tamen glo.ego latius dixi ſ.lib.2.§.Tutor.

6 Succesiuè quæro,nunquid in delictis senectus excusет?Respond.quòd non,vt scilicet omnino pœnam euadat,sed bene quo ad hoc vt mitius puniatur.Ita dicit glo.in l.fere in omnibus, in glo. vnica. circa prin.ff.de reg.iur.& hæc est frequentiori calculo recepta sententia, vt dicit Placa in d.cap.32. nume.13.in fin. quam tamen ego nunquam vidi in practica obseruari, nisi in leuibus delictis. Et ideo senatus iusit fustigari quendam furem senem appellatum Antonium de Cumis, 14. Ianuarij 1547. tanquam quòd ex longa ætate videretur in furtis inueteraſſe.

7 Item quæro , nunquid in delictis furor excusет? Respond. Aut delinquens tempore commisi criminis erat furiosus,& non potest propter illud puniri.text.est in d.l.infans.ff.ad l. Cornel. de sicar.& est frequentiori Doctorum calculo approbata sententia,vt dicit Placa lib.1.delict.capit.29.nume.1. Ignorat enim furiosus quidquid facit,prætereáque satis furore suo punitur , & ita seruauit senatus in Philippo Nicola,qui proprium filium,quem vnicũ habebat,interfecit, iusit enim illum absolui,9. Iul. 1543.Sic etiam quædam Iac.Ferraria, quæ puellam quandam trimam baculo interfecerat , comperto quòd laborabat atra bile , & quòd aliàs vti mente capta custodita fuerat in hospitali sancti Vincentij,fuit absoluta,& ad ipsum hospitale iterum transmissa 24.Feb.1454.A.C.Contrarium tamen refert Igneus in l.3.§.ignoscitur,nume.82.ff.ad Sylle.iudicatum fuisse Parisiis in quodam mente capto , qui in aula regalis palatij quendam Vngarum interfecerat,qui biduo antè illũ alapa percusserat , & fuit ad mortem condemnatus , quod ego non laudo. Refert etiam Ant.Gomes.capi.1.delictor.nume.72. quod sereniſsima regina Castellæ fecit puniri quẽdam furiosum,qui intulit vulnus sereniſsimo regi Ferdinando eius marito,quod quidem propter regalis personæ excellentiam potuit iustum videri. Aut verò tempore delicti erat sanæ mentis , & postea effectus est furiosus. Et neque etiam hoc casu potest puniri de his, quæ ante furorẽ perpetrauit. Ita tenet Bald.in l.furiosum circa fin.C.qui testam. facere poss.& est communis opin. vt attestatur Ias. in d.l.furiosum,nume.8.& in l.ex facto, post nume. 30.ff.de vulg.& in l.si seruum,nume.7.ff.si ex noxali causa agat.quem refert Gomes. Arias super l. 45. Tauri,nume.2.Ripa in d.l.ex facto,nume.73. & in l. fin.nume.229.C.de reuo.donat.quem refert Vivius in libro communium opin.in verbo,Furiosus occidens, Gomes. in §.item si quis in fraudem.post nu. 6.Inst.de actio.Marsil.in l.1.num.58.ff.ad l.Cornel.de sicar.Igneus in d.l.3.§.ignoscitur,post nume.74.Didacus in repet.clem.si furiosus.fol.316.num.2.Pract. Carer.fol.365.nume.14.Cagnol.in l.in negociis,nume.3.ff.de reg.iur. Menchiaca controuers.illust. ca. 96.nume.31.Duennas regula 259. Apostil.ad Decis. in d.l.in negotiis,sub nume.3.Placa in d.cap.29. nume.1.& nume.7.Apost.ad Rom.in d.l.furiosum , in fin.& ita se in facti cõtingentia iudicasse attestatur Gul.de Benedic.in 2.parte.cap.Raynutius.fol.45.n. 25.in fin.& ita seruatum fuit in quodam fure Andrea de Aurificibus,qui postquã fuerat ex ea causa detentus,videbatur insanire.Rescripsit enim senatus prætori Leuci , vt diligenter animaduerteret,ne insania esset procurata, quod si esset vera, illũ dimitteret, 21. Nouemb.1556.P.N.Hoc tamen intellige,vt procedat,quantũ ad hoc,vt puniri possit pœna ordinaria , sed bene debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis,secũdũ Bal. in loco prælleg.vbi dicit,quod patitur annotationem bonorũ,cuius opin.per Doct.communiter comprobatur,vt ait Nouel.in tract.ad defensam,fol.29.nume. 40.subdens,ita pluries fuisse iudicatũ.Et reperio ꝙ quidam Anto.Maria Sarzarius , qui in testimonio in causa criminali perhibito variauerat , fuit iussus fustigari,non obstante allegata insania.Mihi quidẽ placet opin.Bald. quò ad hoc,vt talis furiosus non puniatur pœna mortis,sed non placet , quod non puniatur pœna aliqua extraordinaria,neque pecuniaria,neque corporali,nisi furor superuenisset iam perfecto processu suarũ defensionum , aliàs autem diceretur indefensus condemnari , ex quo semper furiosus pro absente habetur. Et licet ex statutis Italiæ possit absens condemnari etiam ad mortem (vt suprà sæpius dixi)illud est, quia absens à statuto habetur non modo pro prẽsente,sed durante cõtumacia habetur etiam pro cõfitente, & conuicto, quod non potest cadere in furiosum, qui cũ sit extra mentem, non potest dici neque confessus , neque conuictus,etiam si esset præsens. Faciunt quæ dixi suprà libro tertio.§.Testamentum , quæst. 41. vers.Sed pone.

8 Sed quæro,quid si iste delinquens perseuerauerit sanæ mentis vsq; ad sententiam inclusiuè,& deinde post condemnationem effectus sit furiosus,nũquid poterit contra eũ fieri executio ipsius condemnationis?Resp.ꝙ non,& est cõis opi.vt dicit Menchiaca cõtrouer.illu.c.96.post n.9.Pla.in d.c.29.post n. 7.quæ mihi etiam placet,quò ad hoc , vt ei pœna corporalis non sit infligenda,sed quò ad condemnationem bonorum , crederem propter furorem superuenientem non debere impediri eius executionem.

9 Est etiam ira, brevis furor, quæro igitur nũquid in delictis excusет?Respon.Aliqui simpliciter dicũt, ꝙ factũ per calorem iracũdiæ non est punibile , & ait Iason.in l. si duo patroni,§.si quis iurauerit el 1. post nume.1.ff.de iureiur.quòd ita solet communiter dici,vel saltem (secũdũ omnes) mitius puniri debet.Et potest poni exemplũ in eo,qui calore iracũdiæ blasphemauit,est enim mitius puniendus secũdũ Abb.Antiquũ in cap.2.de maled.quem Doct. sequũtur,vt dicit Gramma.super constit.regni,fol. 113.nume.5.Tu verò dic,ꝙ aut ira prouenit ex iusta causa,& tũc nõ excusat in totũ,sed vt delinquẽs mitius puniatur , vt in viro occidente vxorem repertam in adulterio,dixi suprà hoc eod.lib. §. Homicidiũ,vers.Sed quid dicendũ,Aut verò non prouenit ex iusta causa,& tũc in nihilo excusat.Et hęc est communis opin.vt attestatur Menchia.controuer.illùstr.cap.18. numero vigesimonono.Reperio tamen quandoq;eos,qui etiam sine iusta causa calore iracundiæ in verbis excesserant,puta,cõtumelias alicui inferẽdo, fuisse mitius punitos. Et refert Affl.super 3.parte cõst.regni,Rub.54.n.5.ꝙ per cũriam Neap.fuit absolutus quidam rusticus, qui faciendo computa cum domino suo iratus dixit , ꝙ Deus non potuisset facere, quòd esset debitor tot operarum. Vide quæ dixi ſ.hoc eod.lib.§.Iniuria. vers.quæro quid.

10 Est & amor furoris species,teste Platone in Phędro,qua ratione mitius puniẽdùs videtur, qui propter amorẽ deliquerit,& dicit Chass.super cõsuet. Burgun.fol.39.nume.13. quòd in facti contingentia vidit quodammodo excusari propter amorẽ quandam mulierem,quæ receptauerat res furatas ab amasio suo.Fuit etiam in facti contingentia absolutus quidam,qui fecerat sortilegia propter amorem de quo dixi suprà hoc eod.lib.§. Hæresis, versiculo. Succesiuè quæro.Et secundùm hanc conclusionẽ fuit iudicatum per senatum in casu cuiusdam Baptistæ Gazani,qui libellum famosum publicauerat contra quandam puellam, cuius amore captus erat,fuit enim absolutus 3.Feb.1554.tanquam quòd ex nimia amoris vehementia non esset mentis suæ compos.Bene verum est,quòd habebat remissionẽ à parte offensa , aliàs fortè hæc excusatio illi non profuisset.Certè non profuit illis nobilibus Neapolitanis , qui posuerunt scalas ad domum amasiarũ suarum,qui iussu Viceregis fuerũt decapitati,vt per Grammat.decis.36,de quo dixi infrà q.68.ver.Ascẽdens cum scalis.

11 Vlterius quæro,an sicut furiosus, ita etiam prodigus in delictis excusetur?Respon. quòd non, sed punitur sicut quilibet alius.Ita tenet Bar.in l.is cui bonis,n.6.ff.de verb.oblig.& est communis opi. vt attestatur Cagn.in d.l.furiosi,nu.13.ff.de reg.iur.Placa in d.c.29.post nu.1.vers.quibus sic perpensis. Licet enim prodigus in administratione bonorum nõ reputetur integri sensus,& ideo contrahendo non obligetur,in cæteris tamen vtique habetur pro homine sanæ mentis,meritò delinquendo proculdubio obligatur. Et est communis opi.vt dicunt scribentes in d.l.is cui bonis,& in specie Ias.nu.17.& Ripa,nu.53.quidquid dixerit gl.in l.si quis in tantam, in gl.magna , vers.sextò de furioso, C.vnde vi.quæ ab omnibus Docto.reprobatur,vt dicit Ange.in d. l.is cui bonis,nu.7 & in l.Fulcinius. §.adeo autem, nu.3.ff.ex quib.causis in poss.eatur.quem refert August. ad Ang.d malef.in verbo,Scienter, & dolosè, post n.16.& Butigil.in d.l.is cui bonis,n.34.Et ideo tenẽdũ est,ꝙ prodigus delinquens punitur tam pœna pecuniaria , quàm corporali , & aliter dicere esset ridiculũ, ꝙ scilicet excusaretur à pecuniaria, quę est minor,& puniret corporali, quæ est maior. Hæc tamẽ oĩa intellige,vt procedãt in delictis,quę fiũt cõmittendo,nam in his,quæ fiunt omittendo, omnes ferè consentiunt, quòd prodigus excusetur.

12 Præterea quæro,nunquid committens delictum
a tempore,quo est ebrius,a debeat excusari prætextu ebrietatis?Respond.quòd excusatur à dolo , sed non à culpa, & ideo puniendus est non pœna ordinaria delicti,sed extraordinaria.Et ita tenent communi consensu Doctor.vt ait Placa lib.1.delictorũ, c.30.nume.1. Hanc etiam opin.communem appellat Menchiaca controuers.illust.c.96.post nu.31.Cæterum si sine culpa fuisset factus ebrius, puta, quia socij,ipso inscio,sal in vinum coniecissent,tunc crederem ipsum esse à culpa , & à dolo prorsus excusandum Vidi ego plerósque imputatos pro variis delictis nõ potuisse prætextu ebrietatis impunitos euadere , & in specie Christophorus de Prinis pro blasphemia fuit affectus vno ictu funis publicè, 5. Septemb.1556.P.N. & Ludouicus de Papia duob. 12.Aug.1556.P.N. & alij plerique. Semper tamen ille,qui ebrietatis calore blasphemauit , mitius est puniendus secũdũ Abb.Antiquum in c.2.de maled. quem sequuntur communiter Doctores,teste Grãma.super const.Regni,fol.113.nu.6.

13 Quæro etiam , pone, quòd aliquis dormiendo delinquat,puta,hominem interficiat,vel huiusmodi,nunquid erit excusandus?Respon.ꝙ sic,nõ enim erat tempore delicti compos mentis,ideo de eo tãquam de furioso videtur iudicandum.Hoc tamen intellige vt procedat, quando aliàs ei dormienti talia euenire non solent,sed si aliquando id ei contingere soleret,vt scilicet à lecto surgeret,& ensem euaginaret, vel similia faceret, vt de multis audiui, tunc si ipse non præcauisset claudendo ostium, diceretur esse in culpa,& ideo deberet pœna extraordinaria puniri.Ita tenet Bar.in l.pen.ff.ad legem Põpe.de parricid.& est communis opin.vt ait Dida.in repet.cle.si furiosus,fol.319.nume.6.Placa lib.1. delictorum,c.31.nu.3.

14 Quæro,nunquid ignorantia in delictis excusetꝰ Resp.Aliqui simpliciter dicũt,quòd quęlibet ignorantia etiam iuris excusat à dolo.Et hanc dicit esse communem regulam Cæpol.cons.ciuili18. num.5. Alij dicunt, quòd quando ignorantia constitutionis,vel decreti est absq; culpa, tũc proculdubiò excusat reum ad omnem pœnam euitandam. Et hãc dicit esse communem opi.Gratus cons.49.nume.35. lib.2.quem refert Plottus in repetit.l.si quando, nu. 858.Tu verò,dic,quòd quando delictũ, quod punitur ab ipsa cõstitutione,vel decreto, est etiam prohibitum de iure communi,eo casu ignorantia constitutionis vel statuti nõ excusat. Vide quæ dixi ſ. q.85.vers.Secundus est casus.Scias etiam,ꝙ in iudice qui tenetur leges scire , ignorantia iuris ciuilis, vel canonici,vel positiui,licet illum excusет à tanto,nunquam tamen excusat à toto.Et ita communiter dicitur,vt ait Paris.Put.de synd. fol. 300. nu.1. Vide in hoc proposito ea,quæ dixi ſ.q.31.versi.Sciẽter & dolosè.

15 Solet dubitari,nunquid mandatum superioris in delictis excusет, Tu dic quod regulariter excusat, modo illud, quod quis facit ex mandato alterius, non

ADDITIO.

a Ebrius. Adde quod ebrius etiam sua culpa factus non est pœna mortis naturalis puniendus text.in l.omne delictum.§.fi.ff.de re milit. dum ibi dicitur, per vinum & lasciuiam lapsis pœnã esse remittendam,& est cõmunis opin. secundum ea quæ voluit Barto.in l.respiciendum. §. delinquunt.numero tertio.ff.de pœn. cui adstipulatur Bald.in l.data opera.numero 6.C.de iis qui accus.non poss.Vide Tiraq.in tracta. de pœnis temperand. consilio sexto. Quinimo apud Brusón.Coursin. libro primo , capitulo decimosexto, legimus Pysistratum Athenienſium Tyrannum , cum in eius crudelitatem ebrius conuitia multa dixisset, stimulatum ab aulicis vt hominem tam impudentem occidi iuberet, dixisse , non magis se illi succensere quàm si quis obligatus oculis in se occurrisset.

nō sit de genere prohibitorū,& sic de sui natura nō
16 posit fieri citra delictum. † Et ideo operarij,& Fabri excusantur de eo,quod operātur in re alterius ex mandato conducentis, secundum gl.in l.in rem, §.dignum,in glo.fi.ff.de rei vēd.quæ in hoc cōmuniter approbatur,vt dicit Soc.consi.64.nume. 23.libro 4.Et dicit Ias.in l.de pupillo,§. nunciationem, nu.7.ff.de noui oper nun.quòd illa glo.approbatur per omnes,& tenetur in practica.Hanc etiam dicit esse communem opin.Boss.in ti.de mandato ad homicidium,nu.12.Taeg.in pract.crim.ca.10.num.36. Roland.cons.54.nu.6.lib.1.vbi in facti contingentia pro operariis,qui ligna inciderant,consuluit prout etiam pro huiusmodi operariis criminaliter accusatis consuluit Bald.consil.144.lib.primo, & consil. 314.eodem volumi.& consil.463.lib.3.& consi.436. lib.5.Scias tamen,quòd quando ipsis operariis, seu laboratoribus fuisset facta denunciatio siue protestatio vt ab ipso opere desisterent, eo casu non excusantur.Et ita videtur communis opin.vt ait Dec. in l.velle non creditur,post nu.3.ff.de reg.iur.quem refert Taëg.in loco prælegato,num.37.talis enim denunciatio illos in malafide constituit.Item si huiusmodi operarij de nocte accessissent ad laborandum,vel actum clandestinè fecissent,non essent excusandi. Et hæc est communis opin. vt attestatur Plottus in repet.l.si quando, nume.790. Ex quo enim clām agunt,videntur esse in dolo.Faciunt quæ dixi infra,vers.Sed an fortè. Ex hoc etiam infertur quòd si miles,vel collaterales prætoris de eius mādato aliquē decapitari fecerint iniustè, excusātur, prout alias iudicatum fuisse in facti contingentia refert Catald.de synd.q.120.Scias etiam,quòd hæc conclusio intelligenda est vt procedat in delictis leuibus,nam in delictis atrocibus mandatum superioris nunquam excusat.Et est communis opin. vt dicit Ias.cons.136.post med.lib.1. Quæ autem dicātur delicta atrocia,dixi suprà hoc eod.lib.§.1.vers. Sunt etiam,intellige quo ad hoc vt in totū non puniatur,sed benè excusat vt mitius puniatūr, etiam in atrociorib.Ita sentit gl.in l.2.in gl.1.C.de sepult. viol. quam Doctores communiter approbant , vt attestatur Dida.in epito.super 4.decret.fol.46. nu. 7.in fin.Hæc autem de plano procedunt in mandato superioris simpliciter loquendo , sed si esset vir potens,& seuerus erga eos, quibus mādare potest, fortè esset excusandus,qui de eius mādato aliquod delictum committeret, non quidem à tota pœna, sed mitius & citra mortem puniendus,prout reperio in facti contingentia seruasse curiam Neapol. quę condemnauit ad triremes quendam famulum, qui de mandato cuiusdā domini viri potentis opere & sermone,apposuit cuidā comitissæ fragmenta lapidis adamantini in quadā cratera, &c. vt refert Grāmat.voto 38.Sed quid in principe,vel domino, si mandet alicui vt alium occidat sub cōminatione quod nisi exequatur, ipsum occidi faciet, nunquid hoc casu mandatarius excusabitur?Respō.quòd de iure ciuili excusatur,& est communis opin.vt attestatur Corset.in verbo,Metus sing.incip. an operatur timor,quē refert Prac.Care.fo.422.n.174. Taeg. in pract.cri.can.10.nu.36.videtur enim hoc quodāmodo facere ad sui necessariam defensionem, ne s. ipse occidatur.Faciunt quæ dixi infrà vers. Quæro modo.Idémque si princeps mandat officiali,vt alique sine processu suspendi faciat, poterit officialis tale mandatum exequilicitè,& sine peccato.Et ad hoc allegatur decis.Cyni,quam dicit esse communiter à Doctorib.approbatam Cagnol.in d l.l.velle non creditur,nu.10.in fi.ff.de reg.iur.Reperio tamē quòd Pract.Carer.folio323.nu.110.dicit,quòd imò contrariū communiter cōcluditur, scilicet ꝙ nullo modo debet officialis exequi tale mandatum iniustū,sed supersedere,& principi rescribere , maximè si princeps motus fuerit iracundia, quam opi.dicit etiam videri magis communem Taëg.in d.c.10.n. 38.Sed certè ego non darem amico meo tale consilium,& multo minus , quando princeps est iratus, ne ei contingeret id, quod contigit Prætori Varisij de quo mentionem facit Bos.in tit. de homici. nu. 98.in fi.Excusatur etiam ex mandato ille, qui delictū commisit,quādo mandatū factū fuit à persona, quæ illud idem delictū poterat impunè cōmittere. Et potest poni exemplū in eo,qui de mandato patris interfecit filiam deprehensam in adulterio, de quo dixi suprà,hoc eo.lib.§.Homicidum,versic.Dubium est. Et licet aliqui dixerint hoc non habere locum,nisi in illis personis, quibus potest imperari,prout est in filiis,& in seruis , nihilominus communiter tenetur contrariū,vt dicit Cæpolla consil. cri.4.col.1.subdens etiam, quòd ita obtinuit in facti contingentia,prout illū refert Pract.Carer. fol. 325.nu.113.Vide quæ dixi loco prælegato.

17 Quæro modo,nunquid metus,aut vis in delictis excuset?Resp.ꝙ sic,& ideo delinquens propter metum,vel coactè non punitur,& est communis opin. vt ait Dec.in l.vt vim,in secundo nota,ff.de iustit.& iur.prout illum refert Pract.Carer.fol.421.nu.173.de quo dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium,versi.Excusatur autē,& seq.Et pro muliere,quæ per metum adulterium commiserat.consuluit Abb.cons.4.lib. 1.Hinc infertur,quòd si quis alium interficiat metu mortis,non est puniendus pœna homicidij, vt dicit Bal.in c.1.§.iniuria,post nu.19.vers.Sed pone,de pace iuram.firman.& est communis opin. vt attestatur Bolenc.in repet.l.capitaliū,§.famosos,nu. 200. ff.de pœnis.Faciunt quæ dixi suprà,versiculo. Solet dubitari.

18 Nunc quæro,nunquid prouocatio aduersarij delinquentem excusat?Resp. ꝙ regulariter prouocatus,qui deliquit,nō excusatur.Et est cōis opin.vt dicit Boer.cons.4.nu.28.loquens de iniuriato, qui iniuriantem iniuria affecerat,subdens etiā, ꝙ ita obseruatur in practica,de quo ego dixi suprà, hoc eo. li.§.Iniuria,ver.Quęro etiā.Mitius tamen punitur, quia in dubio ille,qui est prouocatus, præsumitur facere id quod facit , causa se defendendi, & non causa vltionis, & ita dicunt iura,& Doctores,vt ait Mars.cons.137.n.8.Vide quæ dixi s.hoc eo.lib.§.Homicidiū.vers.Sed quomodo. Et ita in facti contingentia seruatū fuisse in quodam homicida,qui verbis iniuriosis fuerat prouocatus,refert Papo lib.22. tit.5.Arresto 1.

19 Sed hic quæro , nunquid iustus dolor in delictis excuset?Resp.Nō vt delinquens impunitus euadat, sed bene debet pœna aliquantū temperari,text. est in l.si quis in graui.§.maritus.ff.ad Sylle. & in l.si adulterium cum incestu.§.Imperator.ff. de adult. & dicit Affli.super 3.parte constitutionū regni, Rub. 46.nu.1.quod sæpius vidit ita fuisse practicatum tēpore Regis Ferdinandi Primi. Exemplum poni potest in marito occidente vxorem deprehensam in adulterio,vt dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidiū, vers.Sed quid dicendum.Ad vnum tamen aduerte tu,qui defendis reum,vt probes non solum causam ipsam,quam prætendis illum impulisse ad ita faciēdum

dum,sed etiam quod ipse motus fuit ex ea causa ad illud faciendum.Ita dicit Alex.consil.103.post nu. 13.vers.Et dato quòd comes.lib.1.& ita practicatur, vt ait Blanc.in pract.crim.fol.139.nu.7.

20 Sed an fortè proderit reo excusatio, quòd delictum clām commissum fuerit?Respō.Aut delictum est ex illis,quæ ex sui natura possunt esse licita , & illicita, vt sunt contractus,qui regulariter sunt liciti,sed in aliquibus casibus prohibentur,puta,tutoris cum pupillo,vel huiusmodi , ꝙ tūc magis punitur qui ea clām committit,quàm qui palām , nam ex quo illud clām facit,præsumitur scire illud illicitum esse, & ideo non excusatur:Aut verò delictum est ex his,quæ de sui natura sunt semper illicita, vt est blasphemia,furtum,homicidium,& huiusmodi, & tūc plus punitur,qui ea palām committit,quàm qui clām.Et hæc est communis distinctio,& resolutio Doctorum,vt dicit Gomes.in §.ex maleficiis,n. 21.Instit.de actio.subdens,non esse ab ea consulendo,aut iudicando recedendum.

21 Fui quandoque interrogatus, nūquid in delictis pœnitentia excuset? Respond. ꝙ aut loquimur in pœnitentia post delictū commissum, & ista non excusat,quin possit accusari,vt dixi s.q.16.versi.Item quæro,& s.hoc eo.lib.§.Iniuria,vers. Quæro quid, sed neq; ad euitandam pœnam reperio,ꝙ pœnitentia in aliquo delicto prosit,præterquam in crimine hæresis,de quo videnda sunt ea,quæ dixi s.hoc eo. lib.§.Hæresis,vers.Sed quæro,Vnū tamen nota, ꝙ licet hæretico pœnitenti parcatur,si quis tamen accusaverit falsō aliū de hæresi , non potest iste pœnitere,ad hoc,vt euitet pœnam,sed omnino puniēdus est , & ita refert in facti contingentia iudicatū fuisse Cyn.& post eū Ang.in l.si nume.3.C.de accu. quos refert Ana.in c.2.post nu.18.de calū.Et ego vidi duos igne comburi,qui falsō detulerant quendā de Bonetis tanquam relapsum de hæresi, & contra eū falsum testimoniū perhibuerant, quorū alter erat vxor ipsiusmet accusati , & alter erat eius adulter.Et hoc non obstante,quòd efferrent velle pœnitere, & condignam satisfactionem facere. Aut loquitur in pœnitentia ante patratum delictum , & tunc est distinguendum , nam si quidem pœnituit, quia facere non potuit,non excusatur,sed punitur, ac si perfecisset.si verò pœnituit,quia nō voluit,tūc non in totum excusatur,sed mitius punitur.Et hæc est doctrina Ioan.And.in cap.cum lasci. de iure patron.ad quam omnes recurrunt , vt dicit August. ad Ang.de malef.in verbo,Et vestem cœlestem,nu. 39.Dicit etiam Io.de Ligna. inter consil. criminalia diuersorum cons.20.nu.16.lib.1. quòd in hoc residentomnes , quod tamen intellige secundum ea quæ dixi j.q.92.

22 Et generaliter scias,ꝙ quælibet iusta credulitas excusat à pœna. Et hæc est cōis opin.vt dicit Curt. Iun.consil.132.nu.1.quem refert Villalob.in sua collecta communiū opin.in litera C.num.23.Quinimò dici solet,quòd à delicto,seu dolo, & pœna quælibet causa etiam iniusta excusat,vt dicit gl.in l.plagij,in verbo,Iusta,C.de plagia.quam dicit esse communiter approbatam,Io.de Amicis,cons.84.num. 5.Boer.decis.168.n.11.Soc.Iun.cons.45.nu.16,lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem regulam Deci. cons.170.post nu.2.vers.Vltimò non obstat , quem refert Gratus cons.37.num.21,lib.2.Ias.in l.si quis id quod n.35.ff.de iurisd.omniū iudic.Curt.Iun.in l.1. nu.6.ff.quod quisque iuris.Blanc.in practi.crim.fol. 138.nu.6.Et dicit Boss.in tit. de decreto Mediolani, &c.nu.19.quòd ita dicūt omnes , qui ad pauca respiciūt. Tu verò dic,quòd,aut loquimur in delictis in quibus dolus est de substantia,vt est falsum,periurium,& similia,& tunc siue causa sit iusta, siue iniusta,excusat , nam videtur cessare animus delinquendi. Aut verò loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substantia, & tunc causa si est iniusta excusat quidem à dolo, sed non à culpa , & ideo punitur pro culpa,non autem pro dolo, sed si causa est iusta,excusat à dolo,& à culpa. Et ita distingui debere secūdum omnes attestatur Bal.in d. l.plagij,nu.2.C.ad l.Flau.de plagia.

23 Frequens etiam in criminalib.iudiciis est defensio,quam Reifaciunt , probando bonam vocem, qualitatem , & famam,nec non , & nobilitatem, ac merita ipsius Rei,& talis defensio eis pōt esse vtilis ad multa,nā licet aliàs fama publica alicuius maleficij contra aliquem sit contra eū sufficiēs indiciū ad torturā,vt dixi s.q.22.vers.Fama sola,si tamen ille,contra quem est probata talis fama, probet in suis defensionib.se esse bonæ vocis,cōditionis,& famæ,non poterit torqueri, secūdū omnium Doct.opi.vt ait Gand.de malef. in tit. de præsump. el 1.nu.15. Quinimò dici solet, quòd per probationem bonæ famæ expurgantur,& tolluntur indicia quantūuis vrgentia contra accusatū, vel inquisitū. Et hanc dicit esse communem omniū Doctor. sententiam Ioan.Arno.soliloquio.37.licet communis. Et ita duotidie fit hæc probatio,vt dicit Mantua in praxi iudiciaria,casu 37. quæ tamen parū prodest coram rigorosis iudicib.qui(vt ipse ait) volūt sapere plusquam oporteat.Sed retenta conclusione pro vera,illam intellige, vt procedat , quando contra reum nihil aliud esset probatum , quàm sola fama, secus autem si vltra famam esset etiam aliquod aliud indicium super delicto,nam eo casu , non obstante taliprobatione,vtique posset torqueri.Et ita semper vidi seruari.Vide in hoc proposito ea, quæ dixi s.in d.vers.Fama sola,circa fi.

24 Prodest etiā probatio nobilitatis,vel dignitatis, licet enim quando tractatur de pœna pecuniaria imponenda,grauius puniēdi sint nobiles,quā ignobiles , tamen quando agitur de imponenda pœna corporali,seuerius puniendi sunt plebeij, quam nobiles,aut viri in dignitate constituti.Ita dixit glo.in c.cum quidam,in glo.1.de iureiur. quam dicit esse communiter receptam Didac.lib.2.resolut. c.9.nu. 3.Sic etiam in ipsis pœnis corporalibus imponendis magis ignominioso mortis genere puniuntur Plebeij,quā nobiles.Et ideo de consuetudine nobiles, & magnates non solent furca suspendi , prout seruari attestatur Bal.in d.c,cum quidam , nume.3. quem refert Marsil.in l.vnius,§.cogniturum,nu.77. ff.de quæst.De eadem consuetudine, quod nobiles non suspendantur,neque patiantur pœnas viles,attestatur Bar.in l.ea.§.serui.ff.de pœn.& in l. defensorem,§.pœna militum.ff.de re milit. quem refert Paris Put.de synd.fol.359.num.3.& fol.369.nume.5. & Boer.de cust.clauium,post nume.25.& Bonus de Curtili de nobilitate,in 5.parte,nu.1.& Marcus dec. 675,quæritur an vir,& Gram.super c.Regni.fol. 121. num.23.& decis.32.& in fi. & Gomes. Arias super l. 77.Tauri,num.34.vbi etiam affirmat ita in Hispania obseruari,Bolenc.in repet.l.capitaliū.§. famosos,nu.57.ff.de pœn.Affli.super 1.parte constitu.Regni,Rub.13.num.49.Ponta.super consuet. Bles. fol. 153.col.2.in fin.Pet.Bellus de re mil.fol.83.nu.33.Et dicit Bal.cons.426.nu.1.lib.1.quòd milites,qui debēt perde-

perdere vitam propter aliquod maleficiũ, de consuetudine decapitantur, non autẽ suspendũtur furca, etiam ex delicto, pro quo plebeius suspenditur. Idem dicit Cæpolla cons. crim. 40. in 1. dubio. Dicit tamen Paris. Put. in loco prælleg. post nu. 7. q ipse fecit suspendi quendã armigerum ex nobili prosapia, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices sacræ ecclesiæ, nam talis (vt ipse ait) non erat dignus pœna nobilium sustitiari, non enim ignoscẽdũ est militi, cui obuiare oportet vt latroni. Hoc tamen non seruatur in Francia, vt ait Bar. in d. §. pœna militum, & Cæpol. in loco prælallegato, versic. Et hoc quãtum. Idem dicit Guli. de Benedict. in 2. parte repet. c. Raynutius, fol. 97. n. 221. Dicit etiam Bal. in d. ca. cum quidam, quòd hoc non habet locum in nobilibus, qui committũt proditionem, tales enim debent in altioribus furcis suspendi, subdens, quòd ita seruatur in regno Franciæ, quem refert Tiraq. de nobil. c. 20. nu. 116. vbi à nu. 104. vsque ad nu. 134. multa congerit in hoc proposito.

25 Item prodest probatio, q si aliquis sit egregius miles & vtilis reip. vt dicit glos. in l. & si seuerior, in verb. Certis rationib. C. ex quib. caus. inf. irrog. quã omnes sequuntur, vt dicit Cæpolla consil. crimin. 36. circa fin.

26 Pariter etiam bonum est probare insignem peritiam ipsius imputati, vel excellentiam in aliquo artificio, nam etiam ex ea causa pœna remitti, aut minui potest. Et hoc solet allegari l. ad bestias. ff. de pœnis. Et ita cõmuniter receptũ esse attestatur Didac. lib. 2. resolutionum. c. 9. nu. 6. Placa li. 1. delictorum, c. 33. nume. 1. & seq. Et refert Paris. Put. de synd. in verbo, Pœna, ca. 1. in fi. quòd ita semel obtentum fuit in cõsilio regio in quodam bombardario, ipso Paride patrocinante. Refert etiam Pract. Carer. fo. 548. nu. 72. quòd Dyn. euasit quendam insignem fabrum, cui erat amputanda manus, & propter eius peritiam fuit ei mitigata pœna. Et licet multi dicant, quòd illa lex hoc non probat, omnes tamen fatentur, quòd propter insigne aliquod artificium, aut excellentem virtutem potest delinquens consulto principe impunitus dimitti, vt attestatur Horatius de priuil. schol. ca. 83. Veritas est, quòd iudices inferiores non possunt nisi consulto principe ex ea causa pœnam remittere, sed senatus, qui est loco principis, vtique hoc facere potest à seipso. Et aliquando vidi hoc fieri ante sententiam, vt scilicet pœna minueretur, non autem remitteretur in totũ, post sententiam verò omnino princeps est adeundus. Scias tamen, quòd in omnem casum valdè difficilè est hoc obtinere in practica, Et dicit Cæpol. in l. mercis, circa fin. ff. de verb. sig. quòd vidit quandoque viros egregios in aliqua arte decapitari, licet hoc sibi non placeret.

27 Vtilis etiam est probatio meritorum ipsius rei in principem vel rempub. nam quandoque remittitur pœna ei qui multum seruiuit principi, vt dicit gl. in §. planè, in verbo, Ob meritum, Instit. de iure natu. gent. & ciui. quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Gramm. at. consil. 29. post nume. 40. versic. Quod maximè.

28 Sunt etiã aliæ causæ, propter quas pœna remitti, aut minui solet, quarum multas copiosè, & elegãter recenset Tiraq. in suo tractatu de pœnis. Et potest poni exemplum, si appareat quòd delictum sine dolo commissum fuerit, nam eo casu non potest reus corporaliter puniri, vt dixi 7. q. 84. circa princ. Item quando delictum est commissum extra propositum & intentionem ipsius delinquentis, nam & eo casu potest iudex pœnam minuere, secundum Bar. in l. quid ergò. §. pœna grauior. post nu. 11. ff. de his qui notan. infam. Et ita dicunt omnes scribentes, vt attestatur Cæpolla in d. cons. 36. col. fin. versi. Et postremo.

29 Solet etiam dici, q si pater filium de aliquo delicto imputatum in iudicio præsentauerit, nõ potest filius ex eo delicto ad mortem cõdemnari, & videtur esse tex. in l. milites. §. desertorem. ff. de re milit. & dicunt Saly. & Pau. de Cast. q ita consuluerunt, & fuit obtentum, quos refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, post n. 38. Dicit enim Cæpolla cau. r. q ita obseruauit imperator in quodam filio imputato de crimine lesæ Maiest. Sed certè credo quòd difficilè esset hoc obtinere in practica, cũ iudices hanc cautelam non attendant, vt attestatur Pract. Carer. fol. 559. n. 75. Et ideo nunquam vidi illã in practica proponi.

30 Allegatur etiam plerunq;, quod propter multitudinem reorũ non est maleficiũ seuerè puniendũ, hinc est, q in vniuersitatem non fertur sententia excommunicationis, & ita tenet, & seruat curia vt ait Card. Alex. in c. episcopus qui, circa fi. q. 2. In hoc autem articulo aliqui distinguunt, q aut sæuiendo in multitudinem delinquẽtium scandalum generaretur, & tunc indulgẽdum est, vel saltem mitius agendum cum multitudine, ne multorum strages cõtingat: Aut verò scandalum futurum non est, & nõ parcitur multitudini. Ita dicit glos. in c. latores, in verbo, Multitudinem, de clerico excommun. quam dicit esse communiter approbatam Igneus in l. 1. §. hoc reseriptum, num, 13. ad Sylle. Tu verò dic. quòd vbi multorum strages contingeret, necessariò seueritati est detrahendum, vt est tex. in l. pe. ff. ad l. Cor. de sicar. Et ideò licet regulariter auxiliatores, & fauentes delinquenti sint eadem pœna puniendi, vt dixi infrà, q. 90. si tamen sit multitudo auxiliantiũ, non puniuntur eadem pœna, & ita videmus quotidie obseruari. Et dicit Ang. in l. is qui opem, nu. 4. ff. de furtis, quia principes, & corporales factionum, & seditionum ciuitatis puniuntur asperrimè, reliquis autem auxiliantibus, & fauentibus mitigantur pœnæ.

31 Vidi ego quandoque in facto dubitari, pone, duo inuicem rixantur, & nescitur quis fuerat aggressor, & stat statutum, vel edictum, q primò euaginans, vel ponens manum ad arma, vel huiusmodi, puniatur in centum. Modo duo euaginatis armis inter se rixam fecerunt, neque constat quis prius euaginauerit, nũquid vterq; erit absoluẽdus propter incertitudinẽ, vel vterq; condemnãdus? Resp. Gl. in l. 1. §. cum arietes, in versi. Sibi. ff. si quadrup. paup. fecisse dic. videtur velle, q propter incertitudinem vterq; absolui debeat, & opi. illius glo. pluries secutus est, senatus, & in specie in quadam rixa secuta inter Puteos, & Perischellos, iusit enim propter incertitudinẽ omnes absolui à pœna prioris euaginationis, vltimo Febr. 1550. P. N. Sed certè DD. tenent contra illã gl. vt dicit Bal, in eo. §. cũ arietes, versi. Quæritur gl. quem refert Aug. ad Ang. de malefi. in verbo, Et dictus Titius, post nu. 37. Interest enim reipu. ne delicta impunita remaneant, & ita quandoq; vidi seruari, prout etiam dicit Angel. ibi quòd semel habuit de facto, & sequutus est hanc opin. Quam tamen intellige vt procedat, quando agitur de imponẽda pœna pecuniaria, sed si ageretur de imponẽda pœna corporali, credo q potius esset vterque absoluendus

absoluendus, quàm puniendus, iuxta ea quæ dixi §. hoc eod. lib. § Homicidium, versi. Alia est etiam.

32 Præterea potest reus allegare, q delictum est antiquum, scilicet cõmissum iam suprà 10. annos, [a] nã eo casu non debet puniri pœna mortis, sed mitiori, vt est text. in l. si diutino. ff. de pœnis, ex qua lege hoc cõmuniter deducitur per Doctores, vt ait Dida. lib. 2. resolutionum, c. 9. post nu. 2. versi. Primum posse, & Ant. Gomes. c. 1. delictor. nu. 8. & super l. 76. Tauri, nu. 6. licet reuera fortè ille text. id non probet, illam tamen legem ad hoc allegauit Affl. in cõgregatione sapientũ, corã rege Alphonso 11. vt per eum decisi. 277. Illustrissimus. Et idem Affli. refert super 1. parte constitutionum, Rub. 50. nu. 4. quòd illa lex fecit sibi eo die magnũ honorem, quẽ ét refert Apost. ad eundẽ Affli. super 1. parte cõstit. Rub. 13. sub n. 36. Apud nos autẽ illa lex quandoque seruatur in delictis leuibus, & memini quòd quidam Io. Angelus Rongonus pro furto examinis apum commisso supra decennium, habita remissione fuit absolutus, 23. Aug. 1559. P. N. Sed in atrocioribus nunquam vidi per viam institiæ illam in practica obseruari, bene vidi illam prodesse ad obtinendam gratiam, seu commutationem pœnæ, etiam illis, qui fuerant in contumaciã condemnati. prout etiã erat in casu, de quo mentionem facit Affl. in loco prælleg. licet Ant. Gomes. vbi §. dicat illam legem non prodesse, quando reus fuit contumax, & sic propter absentiam non potuit puniri, quod etiam videtur fuisse de mente Bar. in d. l. si diutino, quando de recenti post delictum fuit reus accusatus.

33 Potest etiam allegari, quòd processum fuit per inquisitionem, quo casu non debet reis imponi pœna ordinaria, vt habetur per docto. in c. qualiter, & quando, el 2. de accus. Scias tamen quòd si reus cõfiteatur delictum in iudicio inquisitionis, poterit puniri pœna ordinaria, qua puniri deberet per viã accusationis. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Card. Alex. in c. de accusatione, col. 39. versi. Comparente, & colum. 55. versic. Verum quantum, 2. quæst. 8. Hanc etiam opin. dicit esse communem Berous in d. c. qualiter & quando, nu. 52. & seq. Item scias, quòd hæc conclusio locum non habet, vbi crimẽ est notorium, nam eo casu licet procedatur per inquisitionem, potest nihilominus reus puniri pœna ordinaria. Ita dixit Innoc. in ca. qualiter, & quando, de accus. quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Card. Alex. in loco prælle. Vltimò scias, quòd hæc conclusio locum habet de iure canonico, sed de iure ciuili non minus imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per inquisitionẽ, quàm si procederetur per accusationem vt omnes fatentur. Et ideò damnatus per inquisitionem de crimine publici iudicij, ita efficitur infamis, sicut ille, qui damnatur per accusationem, secundũ opi. quam ego tenui infrà, q. 72. versi. damnatus. Scias etiam, quòd hoc de consuetudine non seruatur, nã ita punitur reus, quando iudex procedit ex officio, prout punitur, quando procedit ad instantiam partis, vt quotidie videmus in practica.

34 Non desunt etiam aduocati, qui allegent reum, qui sponte confessus est se delictũ cõmisisse, mitius puniendum esse, quàm eum qui probationibus est conuictus, argu. l. vni. C. de his qui se defer. Et hanc sentẽtiam dicit esse communiter approbatam Simanchas de hæret. c. 55. nu. 6. quam etiam communem appellat Berous in c. at si clerici, in principio, numero 88. de indiciis. Sed certè iudices de hoc nõ curant, prout etiam se nunquam seruari vidisse, vt quis propter hoc mitius puniatur, attestatur Alberic. in l. 1. §. Quæstioni, num. 3. ff. de quæstio. An autem dicatur sponte confessus, qui primò negauit se delictum commisisse: vide quæ dixi infrà. q. 82. statuto nono, versi. Stante statuto.

35 Legitur etiam, quòd iudex ratione amicitiæ, quã habet cum reo potest ei pœnam remittere, & id colligitur ex tex. in c. nisi specialis, de offi. lega. vbi glo. 1. id expresè affirmat, cuius opi. in practica seruari dolendo attestatur Nunius de los corrigidores, fol. 204. col. 4. in fi. Tu dic, quòd in supremo principe non est inconueniens, vt quandoque vbi non agatur de præiudicio tertij, amico suo pœnam indulgeat. Sed in iudice inferiore esset detestandũ, & graui pœna vindicandum, nisi tamen pœna esset arbitraria, quia eo casu vtique posset iudex secundum conscientiæ motum mitius agere cum amico. Vide quæ dixi j. q. 85. ver. Vlterius quæro.

36 Sed pone, quòd illi, qui inter se rixati sunt, vel vulnera intulerunt, sint sanguine coniuncti, nunquid propterea sunt mitius puniendi? Resp. q non, quia de iure delicta etiam inter coniunctos commissa, æqualiter puniuntur, ac si inter extraneos commissa fuissent. Et ita communiter seruatur, vt dicit Alberi. in 1. parte statutorum, q. 82. Quinimò si delictum sit atrox, debet seuerius puniri vt videmus in parricidio, incestu, &c. Cæterùm si delictum sit leue, vidi plerunque pœnas minui propter consanguinitatem, prout etiam de iure videmus furta domestica mitius puniri, vt dixi §. hoc eo. lib. §. Furtum. versi. Posset etiam.

ADDITIO.

a Per decem annos. Regulariter delicta præscribuntur 20. annis vt per Boeriũ decis. 76. num. 6. vbi cõem dicit. Adulteriũ autem accusatur tantum vsque ad quinquennium. l. quinquennium ff. de adulter. Vide Gerad. de petrasanct. sing. 72. Tiraquel. in tract. de præscript. & in tract. de pœnis.

QVÆSTIO LXI.

1 *De publicatione processus defensiui.*
2 *Et an facta huiusmodi publicatione processus, possint adhuc recipi testes?*
3 *Et an id iudex ex officio facere possit?*
4 *Et quid si aliqua partium sit absens?*
5 *Et an possit iudex post publicatas attestationes, iterum examinare testem, vt declaret dictum suũ obscurum?*
6 *Et an in causis criminalibus concludatur in causa?*

1 PErspectis defensionibus reorum fit publicatio processus defensiui. Scias tamen, quod licet publicatio processus offensiui sit de substantia, adeo quòd reus, cui non est decreta copia processus, neque datus terminus defensionis, non possit condemnari, vt dixi suprà q. 49. nihilominus publicatio processus defensiui non est de substantia, quia acta sunt semper nota iudici, & fisco. Si tamen adsit accusator, solet publicari etiam processus defensiuus, ad hoc vt ipse videat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare.

2 Sed quæro, nunquid facta huiusmodi publicatione processus, possint adhuc recipi testes? Resp. q de iure loquendo, regulariter conclusio est, q in causis criminalibus. (non obstante publicatione

Universidad de Burgos Biblioteca

processus,vel cõclusione in causa) possunt testes de nouo recipi. Et hãc dicit esse cõmunẽ conclusionẽ Marsil.in prac.crim.§.sequens,nu.6.intellige ad defensam,illi enim possunt recipi etiã post conclusionẽ in causa,sed ad offensam nõ possunt recipi post publicatas attestationes,neq; etiã ex ipsius iudicis officio. Et ita cõiter tenetur,vt dicit Pract. Carer. fol.627.post n.128. Dicũt ẽt aliqui,q̃ quãdo proceditur parte instante,nõ possunt in criminalibus recipi testes,neq; etiã ad defensam post publicationem processus. Et hãc dicit esse cõem opi. Are.in c. cum clamor,col.2.ver. Nũc autem maturius,de testib.prout illũ refert Bost.in ti.de publ.proc. n.3. Et hoc non modo super eisdẽ capitulis,sed neq; etiã super directò cõtrariis, Et hanc esse cõem Docto. sententiam attestatur Bos.in loco præal.num.5. Bene (secundũ aliquos) potest iudex ipse ex officio testes ad offensam rei recipere,etiã post publicatas attestationes. Et hãc dicit esse communẽ opin. Aret.in c.fraternitatis,nu.36.de testi.quem refert Villalob.in sua collecta communium opi. in litera
3 T.verb.testis in eodẽ vers.fallit primò † Quinimò (secũdũ eũ) potest ipse iudex ex officio examinare facere testes ẽt ad offensam post publicatas attestationes ad inueniẽdũ maleficium.& dicit Carauita super 69.ritu magnæ curiæ circa fi. q̃ ita videtur seruari. Et ex hoc inuenta est à practicantibus cautela,vt possint recipi testes etiã post publicatas attestationes,tam ad offensam,quam ad defensam,quia scilicet dant iudici nomina testiũ examinandorum descripta super schedula,qui deinde facit eos examinari tanquam ex officio. Quæ tamen practica mihi nunquam placuit. subest enim maximus timor subornationis,& aperitur via falsitatibus. Et reperio quòd Affl. super 1.parte constitutionum Regni,Rubr.13.num.44.dicit quòd ipse non acciperet talem schedulam, prout reuera neque ego acciperem, præsertim ad offensam,nisi iusta,& magna causa subesset,& crimen esset atrox, & cessaret omnis timor subornationis.

4 Sed hæc quidẽ omnia vtiq; possunt locum habere,quãdo partes sunt præsentes in iudicio,sed quid si sint absentes? Resp.Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.post num.8.vers.2.casu,ff.de damno infect.tenuit,quòd in casibus,in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam posit iudex pro eo absente ꝓbationes inducere. Et hãc opi.Bart.communiter approbari per legist. & can. attestatur Ripa in d.§.hoc autem iudicium,nume. 74.& seq. Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alex.in l.filiusfa.n.5.ff.qui satisdar.cogan. Et hanc dicit esse communem opi.Abb.in c.bonę, post nu.6.vers.7.supplet.de postul.prælatorũ. Alex. in d.§.hoc autẽ iudiciũ,n.29. Plus dicit Aret. cons. 146.col.3.in princ.quòd illud est indubitatum,q̃ iudex non modo potest ad defensam rei absentis testes recipere, licet sint publicatæ attestationes, sed etiam tenetur. Et illud dictum Aret. refert, & sequitur Marsil.cons.39.nu.30. Ego (vt verum fatear) non intelligo quid dicere velit Aret. neque Marsil.loquẽdo post publicatas attestationes,quãdo reus est absens,quia secundum communẽ practicam totius orbis,reo absente,& contumace nõ fit publicatio processus,sed proceditur ad sententiam diffinitiuam,vt sæpius dixi,nisi fortè intelligerent,quòd reus post publicatas attestationes aufugisset,& se absentem fecisset. Sed hoc etiam caret contra eum procedit tanquam contumacem, neque vllo modo recipiũtur eius defensiones,nec ex officio,nec aliter. Propterea accommodando omnia prædicta ad practicam,quæ vbique obseruatur,distingue hoc modo: Aut loquimur,quando accusator comparet in iudicio,& tunc si quidem delictum est tale, pro quo non potest procedi nisi ad querelam partis,nullo modo iudex debet pro accusatore probationes aliquas inducere, neque ante publicatas attestationes,neq; post. Et hoc siue accusator assistat iudicio,siue deinde factus sit vbsens,Si verò delictũ est tale,pro quo pôt etiam procedi ex officio,& sic ꝓ inquisitionẽ,tũc ex quo iudex eo casu concurrit cum accusatore,potest,& debet ex officio pro ipso accusatore testes recipere,& processum ipsum prosequi,etiã si accusator recedat,iuxta ea quę dixi supra q.3.vers.Superflua etiam. Benè verũ est,q̃ post publicatas attestationes nõ debet (vt dixi) nouas probationes inducere ad instantiã partis, siue data sint in schedula siue aliter,neque etiã ex officio,nisi ex iusta, & magna causa,& quando certus esset nullam adesse subornationem. Et idem etiã seruandum est, quãdo nullus adest accusator,sed solus iudex ex officio sine instante fisco procedit. Aut verò loquimur in reo,& si quidem reus est præsens in iudicio,practica est,q̃ nullo modo debet iudex pro ipso aliquid facere,neq; vllas probationes inducere, neq; ante publicatas attestationes,neq; post,sed tãtũ ei prouidere de idoneo defensore,vbi ipse nõ habeat. Benè verũ est,q̃ in procedendo, & examinãdo testes debet iudex omni studio veritatẽ inquirere tã pro fisco quàm pro reo. Et ita seruat consuetudo,quãuis in cõtrariũ sit eõis opi. de qua per Aret.in allegato c.fraternitatis. Si verò reus est absens, tunc quidquid sit de iure cõi,ex quo secundũ cõmunẽ consuetudinem totius mundi,contumax habetur pro confesso,& conuicto, & consequenter potest condemnari ad mortem, neq; pro eo admittitur excusator,procurator neq; defensor,vt dixi 3.q.32. vers.Hæc autẽ,& q.33.versic. Sed quod plus est,fatuus esset iudex qui adhæreret cõmuni opi. de qua per Bar.in d.§.hoc autẽ iudiciũ,& testes ad defensam,pro ipso reo absente reciperet. Et ideo nullo modo debet iudex aliq̃d facere,sed permittere q̃ ipso existente contumace sit locus condẽnationi, & ita indistinctè obseruatur. Quæ omnia benè nota,quia iudex,qui in prædictis casibus sequeretur cõmunẽ opi. grauiter erraret,& fortè posset in syndicatu molestari. Hæc tamẽ omnia intellige vt procedant,quando reus vellet super eisdem capitulis nouos testes inducere,sed super nouis,& diuersis capitulis non debet repelli,quò minus quandocũque ante sententiam posit nouos testes, & probationes inducere. Et ita semper vidi seruari,nã hoc casu cessare videtur omnis suspicio subornationis.

5 Quæro,nũquid post publicatas attestationes posit iudex iterũ examinare seu interrogare testem, ad effectũ vt declaret dictum suum obscurum? Respo. q̃ si iudex vult,potest ex officio hoc facere,ad instãtiam autẽ partis id facere nõ tenetur. Et hęc est communis opi. vt ait Tynda.de test.lib. 1.c.4.nu. 6.quem refert Pract. Conradi fol. 130. post nu.37. Bene potest,si vult,hoc facere,& ita dicunt communiter Doctores,vt attestatur Aret.in d.c.cum clamor,in secundo notab.& ita sæpius vidi seruari,quanuis aliqui tenuerint,q̃ neq; etiã posit,quã etiã dixit esse cõmunẽ opi. Bost.in loco præallegato,n.25. Sed certè (vt dixi) cõsuetudo approbat contrariam

contrariam opi. q̃ scilicet potest iudex,si vult, etiã ad instantiam partis repetere testem, vt dictum suum declaret,licet non vt addat. Et ita de consuetudine seruari attestatur Spec.patet practicæ in titu.de teste,§.satis vtiliter, nu. 4. & post eum Alex. cons.238.nu.6.lib.6. Quod tamen ego non facerem, nisi ex iusta causa,& quando aliter veritas sciri nõ posset.

6 Quæro etiam,nunquid in causis criminalibus concludatur in causa? Resp. quòd non,& est cõmunis opi. vt dicit Marsil.in pract.crim.§.sequens.nu.1.est enim æquum,& rationabile, quòd vbi de vita hominis tractatur, possit reus quandocunque suas probationes,& defensiones facere, quod tamen intellige secundum ea quæ suprà statim dixi.

QVÆSTIO LXII.

1 *Etiam in causis criminalibus accusatore non probante reus absoluitur.*
2 *Et quæ sit forma, & effectus huiusmodi absolutionis?*
3 *Et an in dubio reus censeatur absolutus quia delictum non commiserit,an autem quia non fuerit probatum?*
4 *Et an ille,qui in causa succumbit,debeat in expensis,& damnis condemnari?*
5 *Et an quis teneatur in foro conscientiæ pro damnis illatis,& leui,& leuissima culpa?*
Calumnia duplex est,vera scilicet,& præsumpta?
6 *Et an accusator eo ipso,quòd non probat,præsumatur calumniari?*
7 *Et quid si iurauerit de calumnia?*
8 *Et quid si habeat pro se aliqua euidentia indicia?*
9 *Calumniator an possit super eodem processu condemnari?*
10 *Custos carceris an possit reum absolutum retinere pro impensis?*

1 VBI nihil vlteri⁹ superest ad agendũ,tã ex parte accusatoris,q̃ ex parte accusati, tũc debet iudex diligẽter ꝑsiderare processum tã offẽsiuũ,q̃ defensiuum,& recta trutina perpendere, quid ex ipso processu resultet,& quæ & qualia contra reum extent indicia seu probationes, quæ per eius defensiones elisæ non fuerint. Si tamẽ reus ex eis est plenè conuictus, vel confessus, debet condemnari. Si semiplena tantum resultat contra eũ probatio, est torturæ subiiciendus. Si verò nec semiplenè est conuictus, tunc tanquam deficiente probatione est absoluẽdus,de quibus omnib.sigillatim videamus. Et in primis quidem dixi, quòd vbi contra reũ nõ sit delictũ saltẽ semiplenè ꝓbatũ,debet reus absolui. Est enim vera iuris conclusio, q̃ ẽt in causis criminalib.actore siue accusatore nõ probãte reus absoluitur.& est cõis opi.vt attestatur Ias.in l. non est nouum,nu.5.C.de edẽdo,quẽ refert Villalob. in sua collecta communium opin.in litera A. verb.actore non probante.

2 Forma autem absolutionis, quæ in hoc Ducatu seruatur,est,q̃ si quidẽ reus probat innocentiã suã aliter quã per torturam,absoluitur diffinitiuè, neque potest deinde contra eum ex ea causa procedi,ẽt si noua indicia superuenirent, vt dixi 3. q. 57. vers.Sed hic quæro.si verò non probat ipse suam innocentiam nisi per torturam, vel si non adsunt indicia sufficientia ad torquendum,vel ad imponẽdum aliquã pœnam extraordinariam, tunc absoluitur quidem,non tamen diffinitiuè, sed stantibus rebus,prout stant. Et hoc casu, si deinde superueniant noua indicia,de nouo cõtra eum proceditur nõ obstante tali sententia. Et hæc ẽt practica obseruatur in Hispania,vt refert Dida.li.1.resolu.c.1.post nu.8. Idẽ etiã in Gallia obseruari attestatur Igneus repet.§.non aliàs,post nu.180.& Rebuff. in procœ. const.Franciæ,gl.5.num.118. Reperio tamen,quòd Carauita super ritu magnæ curiæ 248. nu. 18. dicit communiter obseruari,q̃ hoc casu inquisitus præstet fideiussores de standoiuri,& se præsentando toties,quoties fuerit requisitus. Sed hoc apud nos non seruatur,nisi senatus cui fiunt relationes causarum criminalium,id expressè iubeat. Verum est etiã,q̃ de iure loquendo ille,qui purgauit per tot turam omnia indicia contra se existentia,fortè esset diffinitiuè absoluendus,tanquam si puram veritatem dixisset,iuxta ea quæ dixi infrà q. 64.vers. Illata reo,nihilominus (vt dixi) consuetudo obtinuit vt absoluatur tantummodo rebus stantibus, atque ita receptum esse in practica attestatur Prac.Iodoc.fol.119.nu.2.

3 Sed hic quæro,nunquid in dubio sententia absolutoria præsumitur lata,quia reus maleficium non commiserit,& sic ex causa innocentiæ, an autem, quia non fuerit probatum,& sic ex defectu probationum? Dixi suprà in d.q.57.vers.Sed quæro,

4 Sed nunquid in istis causis criminalib.ille,qui in causa succũbit,debet cõdẽnari in expẽsis? Resp. In hac quæst.fuit aliquãdo cõtrouersia inter Doctores.nã aliqui tenuerũt,q̃ sic,& dixit Bar. in authẽ. de manda.princ.§.deinde,nu.3.& in l.1.in prin.circa fi.ff.ad Turpil.q̃ ita communiter tenetur, quem refert Socin.Iun.cons.36.nume.14.lib.2. Hanc etiã opin.dicit esse communem Aret.in d.c.accedens, num.13.de accusa.quem refert Nicellus in cõcord. gl.c.47.& Gratus consil. 97.nu.1.lib.1. Card.Alex. in cap.in primis.§.de episcop.col.4.vers.& quia gl. secunda.quæst.1.qui dicit, quòd de iure canonico ita communiter tenetur, Apostill.ad Ang. de malefic.in d.glo. Et ad querelam,post nume.73.quem refert Practica Conradi,fol.231.numer.18. Marsil. in pract.crimin.§.supereſt,nume.1.& in l.patre vel marito, numer. 14. ff.de quæstionib. quem refert Diaz in practica crimin.canon.c.144. quod est capitulum vltimum,& practi.Conradi, fol.310.post nume.5.& Viuius in libro communium opi.in verbo,Iudex tenetur condemnare. Alba cons.5.in primis verbis,Don Anton.de Padilla l. transigere,nu. 4.C.de transact. Didac.pract.qu.27.num.2. Et dicit Alber.in l.eum quem temerè.in princip.nu.3.in fi. ff.de iud.quòd commmunis vsus iudiciorũ seruat etiam in criminalib.vt victus victori condemnetur in expensis. Et loquendo de dãnis,dicit Cardi. Alex.in c.libellorũ,col.2.in fi.1.quæst. 8.quòd quo ad damna,& interesse partis læsæ,potest iudex habere rationẽ eorũ,siue procedat per accusationẽ,siue per inquisitionem,subdẽs,q̃ ita affrmãt cõiter Doctor.quẽ refert Diaz in pract.crim.c.143. Contrariã verò sententiã,q̃ scilicet,accusator, qui succubuit,non sit condemnandus in expensis neq; in damnis,multi tenuerunt. Et dicit Alber. in l.athletas.§.calũniator,in fin.ff.de his qui no.infam.q̃ illam tenent communiter Doctor. Et dicit Bal.in l. qui crimen.post nu.28.C.qui accus.non poss. q̃ illã opi.confirmat practica,& experientia,& quòd ipse nunquam vidit talem condemnationem expensarum in causa criminali, quem refert Anan.in c. accedens,post n.11.de accus. Dicit etiã Card.Alex. in d.§.de episc.in fi.q̃ in sacro palatio rarò vidit cõdemnari fiscum in expensis,neque procuratorem

fiscalem,& si vnquam fuit condemnatus in expensis, nunquam meminit vidisse talem condemnationem exigi. Pro resolutione huius articuli scire debes, quòd duplex est calumnia, vera scilicet,& præsumpta. Vera calumnia dicitur, quãdo quis sciens,aut scire debens aliquem esse innocentem,proponit contra eum accusationem aut querelam. Præsumpta autem calumnia est, quando accusator non probat delictum, vel quando post cœptum iudicium ab accusatione desistit,nam his casibus præsumitur calumniari, vt infrà statim dixi. Dic ergo quòd, aut agitur de præsumpta calũnia, & verum est, quod dicit Bal. in loco prælegato, quòd rarò vel nunquam solet accusator in expensis condemnari. Et hoc,ne querelantes metu huiusmodi condemnationũ deterreantur ab accusando, & delicta impunita remaneant. Aut agitur de vera calũnia,& tũc,aut iudex procedit simpliciter super accusatione seu querela partis,& debet accusator, qui calũniatus est,cõdemnari in expensis, & dãnis. Aut verò procedit simpliciter ex officio,& sic solũmodo instãte fisco,& nõ debet procurator fisci, neque iudex cõdemnari in expensis quia de ipsis officialibus lex bene præsumit: Aut procedit ex officio sed alio instigante, vel procurante inquisitionem, & tunc talis promotor,siue instigator, si verè fuerit calũniatus,pariter est in expensis condemnandus. In hoc autem Ducatu habemus decretum in nouis constitutionib.in ti.de accus.c. si quis quempiã. ℭ ille qui aliquẽ calumnioſẽ detulerit,accusauerit, vel notificauerit,condemnetur in duplicatis expẽsis versus partem,vltra pœnas à iure inflictas. Et ita vidi multos in facto condemnari,vidi etiam quandoque falsos accusatores,& notificantes corporaliter puniri,vt dixi ℣.q.81.verſ.Sed quæro. Quid autem in denunciatore,an sit in expensis condẽnandus,si contenta in denunciatione non probat,dixi suprà q.7.verſ.Sed nunquid.

5 Vnũ autem scias in hoc proposito,ℭ quãuis in foro contentioso quis teneatur de dãno,& iniuria alteri illatis,etiã ex leui,& leuissima culpa,tñ in foro conscientiæ non tenetur,nisi de dãno illato per dolum vel latã culpã. Et hæc est cõis opi.vt attestatur Berous in c.dilecti filij,nu.77.de arbitris, Menchiaca controuers.illust.c.28.nu.19.quod nota.

6 Dixi suprà,ℭ accusator eo ipso,ℭ nõ probat suã accusationẽ,præsumitur calumniari. Ita dicit gl.in c.2.in verbo,calumniãdi.de calũnia, quã attestatur esse cõiter approbatã Apostil.ad Ang.de malef. in verbo,Et ad querelã post nu.7. Ita etiam cõiter teneri ait Abb.in c.calũniã,nu.2.de pœn. Ioan.Fantu. quem refert Card.Alex.in c.qui nõ probauerit,ver. sed an præsumatur,2.quæst.3. Idem Cardi. Alex. in c.si quenquam.§.notãdum,nu.7.2.q.1. quem refert Villalob.in sua collecta communium opi. in litera C. verb. calumniari. Hanc etiam esse communem opin.attestantur scribentes in d.c. 2. de calumniat. & in specie Abb.nu.5.in fi.& Maria.nu. 7. & Anan. nu.19.& Felin.nu.6.Aret.in cap.super his, nu.27.in fi.de accus.Boss.in tit.de accus.nu. 19. Quod tamen intelligendum est,vt non procedat in eo,qui accusat,vel ex necessitate officij,vt in tutore, vel propter immensum dolorem,vt in matre accusante alicquem de morte filij,vel propter atrocitatem criminis.prout est hæresis,vel læsæ maiestatis,vt per Ab. & alios in locis prælleg.

7 Sed quid si accusator tempore porrectæ accusationis iurauerit de calũnia,iuxta ea quæ dixi suprà, q.18.verſ.Dixi etiam nunquid erit accusandus ab hac præsumptione calumniæ,quæ cõtra eũ oritur, ex eo quòd accusationem non probauit? Respon. ℭ non.& ita communiter tenetur,vt dicit Abb.in d.c.calumniam,nu.4. Hanc etiam opi. dicit esse cõmunem Alexã.in l.properãdum,§.fin autem vtraque nu.21.C.de iud. Afflict.in 2. parte constitutionum Regni,Rub.13.nu.9.& Rub.62.n.5. Cardi. Alexan.in d.c.in primis, §. de epis. col.3.ver.Sed primum.2.quæst.1. Et dicit Saly.in d.l.qui crimen,nu. 14.C.qui accus.non poss.quòd hoc seruat communis practica. Dicit etiam Albe. in d. §.calumniator,n.1.ℭ ita vidit in iudicis communiter. obserua ri. Si tamen vis conuincere querelantẽ de calũnia, potes illum interrogare,an velit vti querela,& probationibus superinde factis,eo quia intẽdit illum querelare de falso,& si ille respondeat,ℭ vult vti, eo casu potest tanquã sciens de falso puniri,si querela tanquam falsa conuincatur. Et hic modus interrogandi est approbatus à iure,& de consuetudine obseruatur,vt attestatur Boss.in tit. de accus.n. 24. Faciunt ea quæ dixi suprà hoc eo.li.§. Falsum, verſ.Vrens falso,& verſ.Vtens edicto.

8 Sed pone,ℭ accusator habeat pro se aliqua euidẽtia indicia,pura,famã,vel auditũ à fide dignis, vel quid simile,nũquid excusabitur,etiã si defecerit in probatione? Resp.ℭ sic,& est cõmunis opi.vt attestatur Abb.cons.78.post nu.1.verſ.venio nunc, li.1.quem refert Pract.Conradi,fol.231.nu.17. Et dicit Bar.in l.cum quidam,§.quod dicitur.nu.3.ff.de acqui.hęre.millies obtentum fuisse,quòd accusans aliquem de maleficio,de quo cõtra eum erat fama,non potest puniri tanquã falsus accusator,quẽ refert Guid.Papæ decis.446.vox publica,num.1.& Afflic.in 1.parte constitut.Rub.23.nu.11.& Diaz in prac.crim.cano.c.59. Idem operatur dictum vulnerati moriẽtis,vt scilicet excuset hæredem accusantem à præsumptione calumniæ,vt dixi suprà q.21. verſ.Assertio vulnerati,Et secundum hanc opinio. pro quodam instigatore in facti contingentia consuluit Ioan.de Amicis,cons.51.& pariter pro quodam denunciatore consuluit Crauetta cons.178.

9 Sed quæro,nunquid calumniator possit in eodẽ iudicio condemnari,an autem opus sit nouo processu? Resp.ℭ potest etiam in eadem sententia condemnari,in vno contextu. oportet tamen absolutoriã accusati in ordine præcedere, & successiuè non diuertendo ad alia,accusatorem de calumnia condemnare,Et ita communiter tenetur,vt ait Saly.in l.1.nu.3.C.de calum. Et practica est,quòd iudex prius faciat statui accusatori terminum ad allegandum,quare non debeat de calumnia condẽnari,& vbi nihil deducat,ℭ releuet, illum poterit in eadem sententia condemnare. Ita dicit Bar.in l. athletas.§.calumniator,nu.5.ff. de his qui not.inf. aliàs enim opus esset alia instantia & alio processu. Quod nota, ne erres,nam si condemnares aliquem de calumnia,non statuto ei termino prædicto,posses iñ syndicatu puniri,vt dicit Ang.de malef.in verbo,Et ad querelam,nu.7o.

10 Sed hic incidenter quæro,nunquid secuta absolutione rei,qui erat in carcerib.detentus,possit cu stos carceris illum retinere pro expensis in carceribus factis? Resp. Aliqui dicunt, quòd de iure non potest illum retinere,sed debet relaxare,& postea cõtra eum agere. Sed certè quidquid sit de iure, aliud de cõsuetudine obseruatur,vt dicit Guid.Papæ decis.448.si carceratus,quẽ refert Chass. super consuet.Burgun.fol.90.nu.34.Pract.Iodo.c. 17.n.17. nam custodes neminẽ relaxant, nisi prius illis fuerit pro expensis satisfactum. Et hoc toleratur per superiores,quia reuera si custodes cogerentur via ordinaria expensas à carceratis post eorum relaxationem repetere,credo quòd eorum officium illis esset damnosum.

QVÆSTIO LXIII.

1 *Iuramentum in supplementũ probationis non defertur in causis criminalibus.*
Et quid si sint ciuiliter intentatæ? ibid.
2 *Et quid si pluſquam ſemiplenè ſit probatum?*
3 *Et quid si agatur de imponenda pœna pecuniaria?*
4 *Iuramentum purgationis an sit deferendum reo in causis criminalibus?*
5 *Et an etiam in foro seculari?*
6 *Purgatio legalis an locũ habeat in causis criminalibus?*
7 *Accusator qui offerat se velle stare cum reo in tortura, an sit audiendus?*
8 *Et quid si offerat probationem per duellum?*
9 *Duæ ſemiplenæ probationes an iungantur in causis criminalibus?*
10 *Fama & vnus teſtis de viſu, an plenè probet in criminalibus?*

1 SED quid si accusator plenè nõ probauerit intentionem suam,sed tantùm semiplenè, & petat sibi deferri iuramentum in supplementum probationis,nunquid erit audiendus? Resp. ℭ non, nã in causis criminalib. non defertur tale iuramentũ. & hæc est cõis opi.vt attestatur Alex. in l.3.nu.12. ff.de iureiu.quem refert Simãchas de hæret. c. 50. nu.2.Ias.in repe.l.admonendi,nu.224.ff.de iureiur. quem refert Pract.Cõradi,fol.154.post nu.5.Apost. ad Abb.in c.iuramentum,sub nu.13.de iureiur.Dec. cons.37.in fi.Ias.in l.ait prætor,in prin.nu. 19. ff.de iureiur.Apost.Ad Feli.in c.in omni, sub nu.5.de testibus,Igneus in repet.§.non aliàs,post nu.201.ff.ad Sylle. quem refert Herculan. de probanda negat. nu.235.Gomes.Arias super l.74.Tauri,nu.36. Villalpan.in repet.l.22.nu.3. Quę quidem conclusio absque difficultate procedit in causis merè criminalibus,& criminaliter intentatis,& ita hanc esse communem opi.attestatur Marsi.in l.maritus, nu. 12.ff. de quæst. Sed si esset ciuiliter mota, vtique secundum aliquos esset locus huic iuramento,præsertim si non esset actio famosa. Vide quæ dixi infrà li.7.§. Iuramentum.

2 Scias autem,quòd (secundum aliquos) si probatio sit plusquam semiplena,eo casu si probitas partis concurrat, debet etiam in causis criminalib. ei deferri iuramentum in supplemẽtum probationis. Et hanc videtur sentire esse cõem opi.Cur.Iun.in d. l.admonendi,post nu.67.ver.Postremò nota,quem refert Cephal.cons.141.nu.29.li.1. Quam tamẽ ego in practica de facili non admitterem, præsertim si ageretur de pœna corporali etiam leui imponẽda.

3 Scias etiam, quòd si esset causa criminalis, pro qua imponi deberet pœna pecuniaria, eo casu vtique posset deferri tale iuramentum. Et hæc est cõmunis opi.vt dicit Alex.cons.66.post n.1.lib.1.quẽ refert Ias.in repe.d.l.admonendi, nu. 215. & in d.l. ait prætor,in princip.post nu.21. ver. istam principalem,& Marsi.in d.l.maritus,nu.16.& Crot.in tract. de testib.nu.307.& Apostil.ad Fel.in d. c.in omni.suprà allegato,& Practi.Conradi,in loco prælleg.& Cephal.in d.cons.141.post nu.20.& Vilalpand.in d. c.22.post nu.3.

4 Solet etiã quandoque accusatore non probante deferri reo iuramentum, quod appellatur purgationis,& hoc etiam si reus ipse nihil probauerit. Et hæc est cõis opi.vt dicit Soci. in d.l. l. ait prætor,in prin.verſ.Circa secundum. Hoc tamen iuramentũ purgationis locum habet, quando contra ipsum reum nõ adsunt indicia,quæ ad torturam sufficiãt. Et quamuis olim non esset in vsu nisi cum clericis, vt dicit Simanchas de hæret.c.54. in fi. hodie tamẽ præsertim in causis hæresis,seruatur etiam cum laicis,& cum tanto rigore,vt reus deficiens in purgatione habeatur pro cõuicto,& puniendus sit pœna ordinaria delicti,de quo imputatur. Et hanc sententiam dicit esse cõiter approbatam Simanchas in loco prælle.n.7.subdẽs,ℭ ita fuit obseruatũ superiorib.annis cum quadã obstetrice,quę post recõcilationem solennẽ iterũ capta, defecit in purgatione & tanℭ verè relapsa relicta fuit curiæ seculari. Forma autem huius purgationis ponitur per Cardina. Alexan.in c.1.2.q.4.quem refert Foller.in pract.crimi.canon.fol.298.nu. 9. & Simanchas in loco prælleg.nume.15.

5 Licet autẽ videatur,quòd hæc species purgationis sit potius inuentio,& obseruantia iuris canonici,quàm ciuilis,est tamen in vsu etiam de iure ciuili,vt attestatur Io.de Anan.in c. excom. el 1. §.qui autem, nu. 1. de hæret. prout illum refert Blanc.in pract.crim.fol.37.nu.72. Et reperio,ℭ Bart.in l.4.§. si magister,in fi.ff.ad l.Aquil.dicit hoc semel fuisse obseruatum Perusij in quodam magistro,qui percusserat suum discipulum. Et illum refert Ang. de
6 malef.in verb.Admanauit, nu. 2.† Hoc etiam seruatum fuisse Rothomagi in quodam iuuene,qui in die festo Pentecostes quandam ancillã decrepitã interfecerat,recẽset Igneus in repet.§. nõ aliàs,nu. 191.& seq.ff.ad Sylle. Dicit etiam Pract. Iod. fol.125. nu.6.quòd hac forma vtuntur frequenter curiæ spirituales, & earũ imitatione etiã tribunalia secularia in Flandria,& aliis in locis. Sed certè in hoc Ducatu non seruatur hoc iuramentũ purgationis, vt etiam attestatur Bos.in tit.de senten.nu.75.in fi.sed eius loco succedit iuramentum de veritate dicenda,qđ defertur reo in eius examine, iuxta ea quæ dixi ß.q.45.verſ. Sed quæro. Vbi igitur non adsunt indicia contra reum,quæ sufficiãt ad torturã, reus absolui debet. Si verò extent ℈ eum indicia,quæ ex suis defensionib.non sint sublata,vel elisa,tunc non est locus iuramento, sed deuenitur ad torturã. Et ita quotidie practicatur,vt dicit Blãc.in loco ꝑalle.

7 Sed quæro,pone,ℭ accusator seu querelans dicat (vt quandoque in facto vidi) Ego volo stare cum reo in tortura,& eum conuincere,nunquid erit audiendus? Resp.ℭ nõ,quicquid dixerit gl.in l. interdum.§.furem,in verb.Damnato.ff.de furt.quam dicit esse communiter reprobatam Mantua Centu.1. num. 12. Hic enim modus probandi non est à iure approbatus,& si hoc admitteretur, quotidie multa sequerentur absurda. Idẽ etiam dicendum esset, si reus proponeret,vt accusator torqueretur, offerensse pariter velle sustinere in tortura contrariũ, quod in facto aliàs contigisse narrat Paris Put. de synd.fol.492.c.13.

8 Sed quid si dicat accusator,ℭ vult probare suam accusationem in singulari certamine cum accusato? Dixi in meo libello DE DVELLO, qui nondum est impressus,in prima parte.

9 Tu scis, quòd in causis ciuilibus duæ sæmiplenæ probationes iunguntur ad faciendam plenam

probationem,vt dixi infrà libro proximo.Quæro,
a nunquid idem sit dicendũ in causis criminalibus?a Respon.Aliqui tenuerunt quòd sic,& ita se vidisse communiter obtineri attestatur Alber.in l.2.§.fin num.2.ff.de excusa.tuto.Contrariã autem sententiam,quòd scilicet in causis criminalibus non coniungantur duæ semiplenæ probationes: multi etiã tenuerunt. Et hanc dixit esse communem Gratus cons.47.nu.7.li.5.quem refert Simancas de hæret. c.50.nu.2.Alij verò dixerunt, quòd si sint plura indicia, quorum quodlibet in sua specie perfectum sit, sufficiunt ad condemnationem: aliàs secus,& fuit doctrina Bal.in l.si quis ex argentariis. §. 1.nu. 4.ff.de edendo,quam dicit sequi communiter Doctor.Bertrand.cons.137.in fin.lib.2.in secunda parte,& cons.164.in fi.li.7.Tu dic,quòd aut agitur de pœna corporali imponenda, & tunc non debẽt cõiungi ad condemnandum, aut agitur de pœna pecuniaria imponenda, & possunt coniungi etiã ad condemnationem,prout etiam videmus quòd in huiusmodi causis,stante semiplena probatione, potest etiam deferri iuramentum in supplementum probationis,vt dixi sup.vers. Scias etiam. Bene verum est,q; si causa esset decidenda per principem,vel eius suprema consilia,credo quòd plura indicia iungi possent ad condemnationem etiam corporalem,saltem extraordinariam,quod vidi sæpissimè fieri per Senatum.Et reperio etiam idem aliquando seruatum fuisse per consilium Neapol. vt refert Gram, decis.11.Senatus enim iudicat secundum conscientiam,prout etiam faciunt domini consiliarij sedentes in prædicto sacro consilio, teste Grammat.decis,29.nu.13.

10 Hinc inferut,q; licet in criminalibus fama (secũdum aliquos) probet semiplenè,vt dixi sup. q.21. ver.Fama sola,& vnus testis de visu pariter etiam probet semiplenè,vt dixi suprà ea. q. 21. vers. Vnus testis. nihilominus fama cum vno teste nõ probat plenè in criminalibus,nisi sint aliæ cõiecturæ vel adminicula.Et est communis opin.vt dicit Crott.in tracta.de testibus,num.102.Et generaliter,q; fama etiamsi iuncta sit cum alia semiplena probatione non sufficiat in criminalibus ad plenam probationem,tenuit gl.in c.veniens,el primo,in verbo,Illorum,de testibus,quam sequuntur scribentes,vt dicit Marsil.in l.de minore,§.plurimum,nu. 55. ff.de quæstio.Et illam glo.dicit esse communiter approbatam Deci.consi.210.circa fin.

ADDITIO

a Criminalibus. Adde quod in criminalibus vnus testis non iungitur cum fama. secundum Ant. de Butr.in c.veniens.j.post gl.ibi in verb. illorũ & ibi Imol.& Dec.de testib. Imol. in l.interesse. in fin.ff.de acq.possess.Cyn.in l.fin. C. de quæst. vers.nunquid ergo fama.Bald.in l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de edend.& in c.j.vers.quæro ergo.de appel.Salic.in l.ea quidem. C. de accusat. quod ampliatur etiam si de crimine agatur ciuiliter.vt per Abbat.in d.c.veniens.in fin.de testib.Contrarium tamen tenet Imol. in d. c. veniens.& ibi Dec.10.de Ana.cons. 49. vbi plures præsumptiones coniunguntur.

QVÆSTIO LXIIII.

1 *Tractatur materia torturæ.*
2 *Iudex poneus aliquem indebitè ad torturam, est capite puniendus.*
3 *Priusquam deueniatur ad torturam, debet constare de delicto.*
4 *Tortura non est inferenda,vbi pro delicto non imponitur pœna corporalis.*
5 *Vbi delictum aliter, quàm per torturam probari potest, non est reus tormentis subiiciendus.*
6 *In delictis occultis facilius deueniri solet ad torturam.*
7 *Et an adhiberi debeat tortura reo de crimine conuicto, vt illud etiam confiteatur?*
8 *Et an super sociis,& complicibus?*
9 *Tortura inferri non debet,nisi præcedentibus indiciis. Et quid in atrocioribus,ibid.*
10 *Et quid si reus sit malæ vocis,& solitus delinquere?*
11 *Et quid si sit bannitus & condemnatus in contumaciam?*
12 *Indicia quæ præcedunt torturam, debent esse legitimè probata.*
13 *Debent etiam esse ad torturam sufficientia. Et quæ indicia dicantur ad torturam sufficientia? ibidem.*
14 *Et quot indicia requirantur ad hoc,vt quis possit subiici torturæ?*
15 *Quæ personæ de iure torqueri possint? Et an liber homo?ibid.*
16 *Doctores an possint torqueri?*
17 *Personæ positæ in dignitate an possint torqueri?*
18 *Milites an possint torqueri?*
19 *Nobiles an possint torqueri?*
20 *Decuriones an possint torqueri?*
21 *Minores 14.annis an possint torqueri?*
22 *Senes an possint torqueri?*
23 *Mulier prægnans an possit torqueri?*
24 *Clerici an possint torqueri Et an sacerdotes?ibid.*
25 *Laicus an possit torquere clericum de mandato episcopi*
26 *Iudex an teneatur requirere accusatorem prius quam torturam inferat reo?*
27 *Decreta tortura,si reus appellet,an sit supersedendum?*
28 *Et quid si petat sibi dari copiam indiciorum?*
29 *Si plures sint torquendi,à quo sit incipiendum?*
30 *Torquendo non est dandum aliquid,quod comedat, aut bibat per decem horas antequam torqueatur.*
31 *Torturæ gradus qui sint? Metus,& suspicio torquendi æquiparatur torturæ:*
32 *Carcer an dicatur species torturæ?*
33 *Tortura adhibenda est pro modo indiciorum.*
34 *Tortura an possit inferri die feriato?*
35 *Aduocati seu procuratores reorum an possint interesse eorum torturæ.*
36 *Torqueri non debet reus modis exquisitis,& nõ cõsuetis.*
37 *Iudex excedens in tortura modum consuetum, tenetur in syndicatu.*
38 *Reus negans,& in tortura perseuerans,dicitur purgasse indicia contra eum existentia.*
39 *Cautela vt iudex,qui aliquem indebitè torquet, non teneatur in syndicatu.*
40 *Confessio facta in tormentis non sufficit ad condemnandũ nisi reus extra tormenta illam ratificet.*
41 *Et quando fieri debeat huiusmodi ratificatio?*
42 *Et in quo loco fieri debeat? Et an sint adhibendi testes? ibid.*
43 *Et quid si non ratificet confessionem in tormentis factã, sed illam reuocet?*
44 *Et an vbi reus illam ratificet,ei statui debeat terminus defensionis?*
45 *Reus an possit interrogari de aliis criminibus,de quibus contra eum non adsunt indicia?*
46 *Tortura semel illata an repeti possit?*

Cæterum

1 CAEterùm vbi delictum non sit plenè probatum contra reum,videndum est,an contra eũ subsint indicia sufficientia ad torturam,quæ per ipsius rei defensiones sublata, aut elisa non fuerint, Et eo casu debet iudex decernere deueniendum esse ad torturam.

2 Antequam tamen iudex aliquem ponat ad torturam,debet animaduertere, ne id iniustè faciat, nam iudex qui ponit aliquem ad torturam iniustè,ipse est capite puniendus. Et hæc est communis opin,vt dicit Marsi.in l.quæstionis modum, nu. 72.ff.de quæst.& in l.1.§.præterea,nume.7. in fin.ff. ad l.Corn.de sicar.& in prac. crim. §. expedita,nu. 87.in fin.quem refert Sapia in l.1.in princ.num.7.ff. quod quisque iuris,& Apostil. ad Crot. de testib. post nu.96.in verbo,Modica.& Apostil. ad Rimin. consi.6.sub nu.18.& Boss.in tit.de tortura, numer. 31.& Pet.Calef.inter cons.criminalia diuersorum, consilio193.in fine libri secundi, & consilio 94.nume.4.eod.volu.& Pract.Conradi, fol.314. vers.debet etiam.Et contra iudicem, qui indebitè quendam torserat,consuluit Barbat.cons.47.li. 1.Scias tamen,quòd hæc opi.non seruatur in practica,nam vbi non sequatur mors ipsius rei, non solent iudices puniri pœna capitis,sed tantum pœna extraordinaria.In regno aũt Neapo.adest constitutio imponens iudici iniustè torquenti pœnã carceris biẽnalis & publicatiõis tertiæ partis bonorũ,q; fuisse executã contra quendã assessorem refert Gramm. cons.15.in fi.vbi in facti contingentia ita consuluit. Sed in omnem casum debent iudices cautè,& consideratè ad torturam reo infligendam procedere, nam si reus in tortura ei indebitè illata moreretur,fortè posset eo casu seruati communis opin. quanuis ego etiam hoc casu illam non seruarem, nisi appareret, q; iudex aut propter inimicitias, aut propter pecuniam,vel aliter corruptus id fecisset.tunc enim non excusarem illum à pœna ordinaria homicidij. Quid autem si iudex in tortura modum excesserit,ita vt reus mortuus sit, dixi infrà,vers.Iudex autem.

3 Debet autem iudex ante omnia considerare primò,vt constet de delicto,iuxta ea quæ dixi suprà q.4.& q.55.vers.Potest etiam.licet hoc malè seruetur in practica, vt dicit Brun. de iudic.& torturà, fol.57.nu.11.in fine,quia statim,quòd aliquis dicit sibi aliquid subtractum fuisse,absque eo quòd aliter constet,torquentur suspecti de furto,quod etiã dicit hodierno tempore seruari Practica Casoni, fol.67.nume.6.Sed certè iusti iudices,& qui consideratè procedunt,neminem ponunt ad torturam, nisi prius de delicto ipso appareat,vt dixi in locis prælegatis.Et ideo miratus sum, quòd Senatus iusserit torqueri quendam Simonem Hebræum, qui delatus fuerat, q; puellã Christianã vitiasset,& deinde ad occultãdũ scelus morti tradidisset,licet de cadauere non constaret 17. Februa. 1555. A.C.

4 Præterea debet iudex considerare, an delictum tale sit, pro quo quis de iure sit tormentis subiiciendus,scilicet quòd pro eo ingeratur pœna corporalis. Nam vbi non ingeritur, nisi pœna pecuniaria,vel alia corporis non afflictiua, non est ad torturam procedendum.Cùm enim tortura sit grauis afflictio, certè non debet maior pœna inferri reo non conuicto,nec condemnato,quàm esset inferenda ex ipsa condemnatione,vbi esset de crimine conuictus,vel confessus.Vbi verò pœna corporalis imponitur,solet indistinctè ad torturam procedi,& licet aliqui tenuerint, quòd non sit locus torturæ nisi in grauioribus maleficiis, nihilominus communiter seruatur, quòd etiam super leuibus fiunt torturæ,prout attestatur Alberi.in l.edictum, nu.4.C.de quæst.

5 Debet etiam iudex aduertere,an delictum aliter quàm per torturam probari possit,nam regulariter ad torturam deueniri non debet, nisi in subsidium, quando scilicet aliæ probationes haberi non possunt, & ita concludunt omnes Doctores, vt dicit Practica Conradi,folio 289. post num.6.& ita obseruat consuetudo, vt dicit Angel. in l.fin. post nume.4.C.de quæstio.Boer.decis.163.numer.1. Et ideo si aliter constet de delicto, reus torqueri non debet.Et hanc dicit esse communem opi.Marsi.in l.1.in principio, numer. 7. ff.de quæstio.quem refert Didac.pract.quæst.23.fol.166.col.3. vbi & id subdit, quòd iudices aliter obseruantes tenentur in syndicatu,quem refert Practic.Cõradi,fol. 288. numer.2.Idem etiam dicit Marsi. in pract. crim.§. nunc videndum,num.25.& cons.51. nume.52.quem refert Pract.Iodoc.c.35.num.3. & Pract. Carer.fol. 160.post nu.188.vers.item ad torturam.

6 Et ideo dici solet, quòd iudices facilius debent procedere ad torturam in delictis clàm commissis,quàm in his,quæ palam commissa sunt. Et hęc est communis regula,vt dicit Igneus in l.1. §.ferui app nu.75.ff.ad Sylle.nam ea,quæ in occulto committi solent,difficilius probari possunt,vt est venenatio,falsum,adulterium,& similia, meritò in illis facilius est ad torturam deueniendum.

7 Scias etiam, quòd plerunque iudices,licet delictum sit plenè probatum,etiam per testes de visu, solent nihilominus adhibere torturam,non vt amplius constet de delicto,sed solum vt reus fateatur delictum,de quo conuincitur, ne per appellationem illud,quod fuerit pronunciatum,suspendi cõtingat.Et dicit Bald.in l.1.nu.9.C.de iura.calum.q; ita seruant iudices de consuetudine, quem refert Paris.Put.de synd.fol.453.nume.3.Idem etiam dicit Bald.consil.364.num.3.lib.3.& in l.2.nu. 9. C.quorum app.non recip.quem refert Pract. Carer.fol. 21.nu.34.Dicit tamen Anton. de Alexand. in quibusdam Apostil.ad Bart.in l. 1.§.si quis vltro, ff.de quæstion. quòd hæc est communis practica, & q; ita cõiter obseruatur,prout illũ refert Gramm.cõs. 1.nume.3. & voto 1.nu.3.& super constit.Regni,fol. 24.nu.33.Dicit etiam Igneus in l.& si certus, nu.10. ff.ad Sylle. quòd hanc praxim tota penè Italia,& maximè ineruditi causarum criminalium iudices & assessores obseruãt,sub colore,quòd velint reos interrogare super sociis,& complicibus, vel super aliis criminibus.Et dicit Paris. Put. de syndi.fol. 462.nu. 9.quòd hac cautela vtuntur iudices malitiosi, quem refert prac.Carer.fol. 161. vers.limita nisi.Hanc tamen practicam laudat Bald.in d.l.1.& 2.quem sequuntur cõiter oẽs criminalistæ, vt dicit Foller.in pract.crimin. canon.fol. 258.num.5.Et dicit Papo lib. 24.titu.9. Arresto primo,quòd parlamentum Parisien. consueuit reos etiam conuictos tormentis subiicere.

8 Veritas est,quod in hoc Ducatu rei conuicti,vel confessi,vel condemnati interrogantur,& torquẽtur super sociis,& super aliis criminibus, sed non interrogantur super principali delictõ contra seipsos,vt confiteantur,& sic non seruatur illa practica,de qua sup. dictum est,prout neque in Francia illam obseruari dicit Chass.super consue.Burg.fol.

48.post nu.40.subdens,q̃ malè faciunt qui id faciunt.Quando autem tales rei torquentur (vt dixi) super sociis,& cõplicibus, & super aliis criminib.debet iudex prius protestari,q̃id facit sine prę iudicio confessi & cõficti siue conuicti criminis, vel (si sint condemnati) sine præiudicio condemnationis.Et hæc est communis obseruantia,vt dicit Cæpol.cons.32.col.pe.vers.nec potest dici,quem refert Gomes.c.13.delict.post nu.20.vers. & in tantum,& Boss.in tit.de senten.nu.70. & dicit Albe.in Rub.C.de quæst.post n.9.quòd fatuus esset iudex, qui torqueret aliquem,contra quem esset probatum plenè,nisi id faceret cum protestatione,q̃ nõ intendit eum torquere super probatis, debentq̃; facere, quòd talis protestatio appareat in actis, aliàs enim vbi quis interrogaretur super crimine ipso,de quo esset confessus,aut conuictus,sine tali protestatione,& in tormentis negaret,& persisteret in negatiua,diceretur purgasse indicia,& probationes contra se existentes,& esset absoluẽdus,vel saltem non posset in pœnam ordinariam condemnari. Vide quæ dixi infrà vers. Illata reo.Debent etiam iudices torquendo reos super sociis,& super aliis criminibus, moderatam torturam inferre,neque iuris terminos excedere, vt dicit Igneus in loco præallegato.

9 Dixi etiam,iudicem animaduertere debere priusquam reum tormentis subiiciat, an contra eum subsint indicia.Regulariter enim non est à tortura incipiendum,vt communiter dicitur,teste Zasio cons.19.num.31.in fin.lib.1. Et in hoc debet iudex esse valde circunspectus,quia si torqueret aliquem sine indiciis,posset grauiter puniri in syndicatu.Vide quæ dixi infrà vers.Dixi quoque. Et dicit Tho. de Piperara in trac.de fama,nu.58. quòd caueant sibi potestates,& iudices,ne prætextu arbitrij procedant ad tormenta sine aliquo indicio, quia saltem vnum debet habere indicium, per quod moueatur animus ipsorum,quod accusatus sit culpabilis maleficij,de quo imputatur,subdens, q̃ licet in procedendo possint omittere ordinem,& solenitatem iuris,ex consuetudinaria,& communi interpretatione arbitrij,non tamen prorsus possunt, vel debent omittere.Vide quæ dixi suprà q.31.versi.Arbitrio atque balia. Debent igitur omnino indicia præcedere torturam,& in hoc nemo discrepat,vt dicit Bologni. in addi.ad tract. de tormentis,Guid.de Suz. n. 29.Et ideo etiamsi post torturam illatam legitima superuenirent indicia, non propterea tortura,non præcedentibus indiciis illata legitimaretur.Et ita tenent communiter Doctores,& aduocati, vt dicit Alber.in l. maritus,nu. 4.ff.de quæsti,Vide quæ dixi suprà,q.55.vers.Si verò.Et hæc conclusio locum habet non solùm in minoribus delictis,sed etiam in maioribus,& atrocissimis,imò etiam in crimine læsæ Maiestat. prout etiam eo casu attestatur esse communem opin. Brun.de ind.& tortura,fol.93.n.6.quem refert Practi.Conradi,fol.300.in prin.

10 Sed pone,q̃ reus sit solitus delinquere, & aliàs sit malæ vocis,conditionis & famæ,nunquid poterit sine aliis indiciis poni ad torturam? Resp.Aliqui dicunt quòd sic.& dicit Marsi. in pract. crim.in §.diligenter,nu.99.& seq.quòd in hoc conueniunt ferè omnes Doctores,prout illum refert Nouel.in practi.crim.fol.41.n.54.Sed certè ego non inuenio Marsi.in libro meo hoc explicitè dicentem in loco præallegato,licet multos referat ita tenẽtes,quinimo ipse tenet contrarium, prout ego etiam teneo,quia si ex eo solo possent iudices reos tormentis subiicere,quia aliàs deliquissent,haberẽt nimis latas habenas,quod non est permittendum propter imperitiam multorum.Et certè in hoc Ducatu illa opin. non seruatur. nisi in vilibus personis,prout sunt isti vagabundi, qui soliti sunt furari,& similes.

11 Sed nunquid bannitus,& condemnatus in contumaciam poterit torqueri sine aliis indiciis pro veritate delicti?Resp.Bald.in l.1.num.13.in fi. C.de hære.institit.tenuit quòd sic,& hanc dicit esse communem opi.Foller.in pract.cri,fol.309.nu. 8. Hæc tamen decisio videtur reddi valde dubitabilis ex his quæ dicit Boer.decis.163.nu. 5.& post eum Foller. in loco præalleg.Tu itaq; dic,quòd, aut loquimur in bannito, & condemnato, qui postea fuerit captus.Et de tortura huic inferenda super veritate delicti non est tractandum,sed solummodo de exequenda condemnatione, vt dixi infrà q.96.versic. Quæro nũquid.Benè posset torqueri super sociis, & complicibus & super aliis delictis, iuxta ea quæ dixi supra,ver.Veritas est.Aut loquimur in bannito,qui sit admissus ad nouas defensiones prout videtur loqui Bal.in loco præall.Et hoc casu vtique poterit torqueri ad veritatem delicti eruendam propter solum bannum,& condemnationem, etiã quòd nulla alia contra eum legitima subsint indicia,& ita procedat communis opin.Et si dicas (vt considerant Boer.& Foller.in locis præallegatis) quòd non videtur posse in facto verificari hæc cõmunis conclusio, cùm inquisitio,& bannum non valeant nisi præcedentibus legitimis indiciis,& cõsequenter quòd super tali banno nullum potest fieri fundamentum? Resp.quòd imò potest verificari in multis casibus,puta,si processum sit ad inquisitionem ex cõscientia principis,nam eo casu procedit,& valet inquisitio, etiam aliis indiciis non præcedentibus, vt dixi suprà q.6. versicu.Præterea scias.idem etiam si processum sit ex dispensatione Senatus,vt sæpe fit,vel per inquisitionem,vel præceptis pœnalibus,non præcedentibus legitimis indiciis,sed solummodo suspicionibus, vel coniecturis, vt dixi suprà q.31. vers. Item quæro. Præterea etiam tu scis,quòd multa indicia sufficiunt ad formandam inquisitionem,quæ non sufficiunt ad torturam,vt dixi suprà q.20.vers.Ad formandam,si ergo inquisitus vel citatus,in aliquo ex prædictis casibus permiserit se banniri,poterit deinde,si admittatur ad nouas defensiones,torqueri ex solo banno, & illis qualibuscunque indiciis,etiam q̃ aliàs non essent sufficientia ad torturam. Pariter etiam, si iste bannitus admissus ad nouas defensiones probauerit in suis defensionib.talia,ex quibus sint sublata vel elisa omnia indicia contra eum existentia, adhuc tamen propter solum bannum seu contumaciam poterit torqueri. Et sic vides, q̃ in omnibus istis casibus optimè potest verificari communis opin. Et ita pluries vidi in practica obseruari.

12 Non sufficit adesse aliqua indicia contra reum ad hoc vt torqueri possit,nisi etiam illa indicia sint legitimè probata.Quomodo autem indicia probentur,dixi supra q.22.

13 Dixi quoque non sufficere, quòd adsint indicia contra aliquem,& quòd ea legitimè probata fuerint,nisi etiam illa sint ad torturam sufficientia.Et hoc iudices Deum timentes debent semper præoculis habere,ne aliquem iniustè tormentis subiiciant,

ant,vt neque ipsi in syndicatu teneantur,vt dixi suprà,vers.Antequam tamen.Et dicit Afflic.quòd ipse semel respondit regi Federico etiam interrogãti, quòd etiam de auctoritate regia, non poterat mandare hominem torqueri, contra quem nõ extabant indicia sufficientia,quem refert, & dicit se idem respondisse Cardinali Columnæ Proregi Neap.Grammat.voto 32.nu.9.Dixi suprà, vers.Dixi.etiam. In hoc autem quæ dicantur indicia ad torturam sufficientia,scire debes,quòd in materia indiciorum,& torturæ propter varietatem negociorum & personarum, non potest dari certa doctrina,sed remittitur arbitrio iudicis.Ita dicunt cõmuniter Docto.vt ait Bart.in l.fi.nu. 5.ff. de quæst. Simanchas de hæret. c. 63. n. 8. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Corn. consil. 101. in litera O. li.2.& cons.198.in litera N.eod.vol.Brun. de ind.& tort.fol.22.nu.1.& dicit Salyc.in l.fi. numer. 7.C.de quæst.quòd ita dicunt omnes Doctores, Idem dicit Ant.de Canar.de quæst.in 2.membro numer.8. Hanc etiam dicit esse communem opi. Io.de Amicis cons.134.Et dicit Bal.cons.95.nu.6.libr. 1. quòd ita tenent communiter Doctores. Et dicit Pract. Iod.cap.36.nu.2. quòd in hoc conueniunt omnes Doctorum sententiæ.Si tamen vis videre aliquas quæstiones in specie circa nonnulla indicia,an sint ad torturam sufficientia,vide suprà q.21.

14 Sed quæro, quot indicia requirantur ad hoc vt quis possit torqueri? Resp. Aliqui tenent, quòd vnum indicium sufficiat.& dicit Pract. Iod. in d.c. 36.nu.30.quòd ita ad vnum Doctores omnes asserunt.Alij verò distinguunt,quòd aut indicium est proximum maleficio,& sufficit vnum indicium ad torturam:Aut verò est remotum à facto, & tunc reus propter vnum tale indicium non debet torqueri,sed plura requiruntur.Ita dixit Bart. in l.finu.6.ff.de quæst.quem sequuntur communiter Doctores,vt dicit Boss.in tit.de ind.nume. 71.Et hanc dicit esse communem opin. Io. de Amicis consil. 127.nume.26.& cons.131.nume.6.Bland. de ind. nu. 150.quem refert Villalob.in sua collecta communium opin. in litera I. verb. indicium remotum, Natta cons.42.nume.6.Michellus patrocinio 46. nume.13.Hanc etiam appellat doctrinam omnium Doct,Aug.ad Ang.de malef.in verbo, Fama publica,post num.52.Et ita seruari attestatur Alex. in d. cons.77.nu.12.lib.1.quem refert Practic. Conradi, fol.298.nu.30.in fin.Cæterùm quidquid sit de iure, Doctores indistinctè dicunt,quòd de consuetudine in practica seruatur,quòd per vnum indicium proceditur ad torturam. Ita attestatur Io. And.in addi.Specu.in tit.de præsumptio.§.species,sub nu. 3.in verbo,in l.vnica.quem refert Alex.in d.consil. 77.in fi.& Ias.in repet.l.admonendi,nume.168.in fi. & Grammat.cons.crim.17.numer.18.& Ant.de Canar. de quæstio. in 2.membro, numer.33.in fine,& Gomez Arias super lege 74.Tauri,post nume. 18. Ita etiam cõmuniter seruari in iudiciis attestatur Alberic.in l.si quis alicui,nume.2,C.ad l.Iulian.Maiest.Paris Put.de synd. fol. 447. cap. 11. circa fin.& fol.469.nu.49.Marsi.in pract. crim. §. diligenter, nu.11.Affli. super 1. parte constitutionum Regni, Rubr.27.nu.3.Et ita in hoc Ducatu seruatur,nam ex vnico indicio legitimè probato, siue sit proximum,siue remotũ à facto,vt plurimum reus subiicitur tormentis,quod tamen intellige iuxta ea,quę dicta sunt supr.q.21. vbi dixi,an sola fama,fuga,inimicitia,minæ,& huiusmodi,quę sunt remota à maleficio,sufficiant ad torturam.

15 Vbi subsint legitima indicia,legitimè probata,& ad torturam sufficientia,restat tantummodo vt iudex aduertat,an reus fortè sit talis persona, quæ de iure prohibeatur subiici tormentis. Videamus igitur quæ personæ torqueri non debeãt.Et in hoc articulo facienda est generalis conclusio,q̃ regulariter omnis ille torqueri potest, qui non reperitur prohibitus.Et hæc est communis opi. vt dicit Ant.Gomes.c. 13. delictor. nu.3.Scias autem,q̃ aliqui dixerunt,quòd liber homo torqueri non potest,sed contrarium proculdubio verius est. Et in hoc non est dubitandum,quia de eo sunt text. expressi, prętereaque ita seruat generalis consuetudo,vt attestatur Guido de Suz.in tractat. de indi.& tortura,nu.82.Iacob.de Beluis. in prac.crim. in Rubr.de quæst.nu.7.& quotidie videmus de facto obseruari.De seruis autem non est dubium,ipsi enim in quocunque crimine siue publico, siue priuato,& in quacunque causa possunt torqueri, vt dicit Bart.in l.diuus,num.1.ff.de quæstion. & est communis opin.vt attestatur Pract. Conradi folio 299.nume.32.

16 Quæro, an Doctores possint de iure torqueri? Resp.quòd non.& ita tenent omnes,vt dicit Paris Put.de synd.fol.238.post numer.9.Ita etiam cõmuniter teneri attestatur Prac.Carer.fol.145.post nume.180.vers.excipiuntur.Ita etiam de consuetudine obseruari attestatur (ni fallor) Iacob. de Beluis.in pract.crim.in Rub. de quæst.nu.17. Et licet Gand.de malef.in titul.de quæst.nu.38. quem multi pro Bar.allegant,dicat,quòd hoc de consuetudine non seruatur, prout etiam idem attestatur Odofr.in tractat. de quæstio. in fine, & Guido de Suzar.in tractat.de indic.& tortura,nu.108.& Paulus de Eleaz.in ca.grauis,de depósito, quem refert Brun.de ind.& tortura,fol.82.& Paris Put.de synd. fol.462.post nu.6.& fol.474.c,3.post nume.5.quòd etiam se vidisse obseruari attestatur Ant.de Cana. de quæst.in 4.membro,nume.3. Nihilominus talis consuetudo de iure nihil valet.& ideo non est obseruanda, & ita communiter tenetur,vt dicit Carer.in loco præall.quem refert Duennas regul.190. in 4.ampliatione. Hanc etiam dicit esse communem opi.Boss.in tit.de indi.nu.111.Et in hoc Ducatu ita obseruatur, quòd Doctores non subiiciuntur tormentis.Et ita rescripsit senatus prætori Placentiæ in causa cuiusdam Doctoris Marliani 24. Octob.1555.P.N.

17 Item quæro,nunquid personæ positæ in dignitate possint torqueri?Resp. quòd non neque vti rei contra se ipsos,neque tanquam testes contra alios Et est communis opin.vt dicit Boss. in ti. de tortura testium,nu.7.secundum quam expresè iusit senatus abstinendum esse à tortura contra D.Hieronymum Pecorarium,eo quia esset feudatarius,licet prius ordinasset illum esse torquendum,5.Nouembris 1558.A.C.

18 Quæro etiam, nunquid milites possint de iure subiici tormentis?Resp.q̃ non,& est rex. in l.milites.C.de quæst.Et hoc quidem in militibus antiqui temporis nullam habet difficultatẽ, Sed quid in militib. nostri temporis? Respon. quòd & ipsi gaudent hoc priuilegio, vt torqueri non possint, & est communis opini.vt dicit Grilland. de quæst. & tortura in 6.quæstio.principali,n.3.Et dicit Boss. in tit.de ind.nu. 104. q̃ ita communiter concluditur.Hoc tamen intellige vt procedat in his,qui hodierno

dierno tempore appellantur Equites, vt declarauí suprà lib.2.§.Miles. Et in capitaneis, seu ductoribus militum: secus autem in militibus priuatis, nam illi quotidie torquentur. Et in hoc nullus dubitat, vt dicit Bosius in loco præallegato, nu. 18.

19 Vlterius quæro, nunquid nobiles possint de iure
a torqueri? Resp. quòd non. & est text. in l. nullus, C. ad l. Iul. Maiest. Sed hæc opi. non seruatur in hoc Ducatu, prout etiam nec seruari in Francia attestatur Guli. de Bened. in 2. parte capit. Raynutius, verb. mortuo itaque testatore. nu. 222. & Tiraquel. de nobilitate, c. 20. nu. 134. In Hispania verò ait Didacus lib. 2. resolut. cap 9. nu. 4. quòd frequentius seruatur prima opi. In hoc puto seruandam esse cõsuetudinem prouincię, in qua processus agitatur, nam hodiernis tẽporibus adeo propter indigna, & vilia nobilium matrimonia videtur corruptus flos nobilitatis, vt vix alicubi dici possit aliquem verè esse nobilem.

20 Præterea quæro, nunquid decuriones ciuitatum possint de iure torqueri? Respon. quòd non, & est text. in l. decuriones. C. de quæst. Sed quicquid sit
b de iure, contrarium seruatur de consuetudine, b vt attestatur Odofred. in d. tractat. de quæsti. Gand. in tit. de quæs. nu. 38. quem refert Aug. ad Ange. de malef. in verbo, Quod fama publica, post nu. 102. & Pract. Carer. fol. 144. post num. 180. vers. & ideo decuriones, & Brunus de ind. & tortura, fol. 80. n. 20. & Paris Put de synd. fol. 218. nu. 4. Idem attestatur Guido de Suz. in loco præall. nu. 110. Iacob. de Beluis. in pract. cri. in Rubr. de quæs. nu. 18. Alber. in l. Diuo Marco, C. de quæs. quem refert Martin Lauden. de consil. dominorum, q. 7. & Petrus Bellus de re milit. fol. 83. nu. 36. Salyc. in d. l. diuo Marco, circa fi. qui dicit quòd in Lombardia non seruatur, Bal. in tractat. de quæsti. fol. 264. numer. 4. in fi. Cæpoll. cons. crim. 40. in primo dubio. Anto. de Canar. de quæst. in quarto membro, nu. 4.

21 Quæro, nunquid minores 14. annis possint torqueri? Resp. quòd non, & hanc dicit esse receptam sententiam Placa lib. 1. delicto. c. 32. num. 12. Et dicit tex. in l. 1. §. impubes, ff. ad Sylle. ꝙ ita solet vsu obseruari, vt s. non torqueantur, sed terreantur tãtum, & habena, aut fernla, seu virgis cædantur, refert Anan. in c. 1. nu. 10. de deli. puerorum, & Anto. Gomes. c. 1. delictor. nu. 67. Et dicit esse indubitatũ Igneus in l. excipiuntur, num. 49. ff. ad Sylle. Et ita etiam quotidiè in hoc Ducatu obseruari videmus, licet Senatus quandoque iusserit in eculeo eleuari quendam Martinum Magonum minorem 14. annis, 8. Aprilis 1552. P.N. qd fuit mirãdũ, ex quo agebatur tantummodo de percussione facta cum lapidibus, ex qua non erat secuta mors, & aderat partis remissio.

22 Non etiam debet iudex senes c decrepitos tor-
c mentis subiicere, vt colligitur ex tex. in l. 3. §. ignoscitur, ff. ad Sylle. & est communis opi. vt attestatur Pract. Paul. Grilland. de diuers. crim. li. 3. in 6. quæst. nu. 5. prout illum refert Viuius in lib. communium opi. in verbo, Senex ætatis. Iussit tamen Senatus terreri sub eculeo quendam senem decrepitum, 26. Nouembr. 1550. P.N. Cæterum senex non decrepitus benè potest torqueri, vt per Grammat. decis. 34. col. 1. Et reperio, quòd in facti contingentia senatus iussit torqueri quendam Aluisium de Lorto, licet sexagenarium, vbi esset robustus, 17. Septembr. 1547. P.N. & alium Michaelem Bratni, licet esset ætatis annor. 64. eo tamen modo, quo per ætatem torqueri poterat, 18. Iunij 1561. P.N.

23 Quæro modo, nunquid mulier prægnans possit torqueri? Resp. quòd non, & ita obseruatur, vt dicit text. in l. prægnantis, ff. de pœnis, Consuetudo autem obseruat, vt etiam post partum editum non torqueatur, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis. Et ita seruari iussit senatus in quadam Catharina Garrona 26. Febr. 1559. P.N. Idem etiam obseruat senatus in mulieribus lactantibus, & ita iussit in facti contingentia non esse torquendam quandam Felicitatem testem, quæ puerum lactabat, 11. Maij 1557. P.N.

24 Sed an clerici possunt de iure torqueri? Resp. ꝙ sic, & est communis opi. vt dicit Abb. in c. post cessionem. de probat. prout illum refert Villalobos in sua collecta communium opi. in litera C. verb. clericus non potest, qui fortè voluit allegare Abb. in ca. cum in contemplatione, de reg. iur. de quo ego inferius mentionem feci. Hanc tamen conclusionem intellige vt procedat, quando clerici sunt de crimine diffamati, & suspecti, nam eo casu vtique possunt ex causa torqueri, aliàs sec'. Ita dicit Abb. Antiquus, in cap. 1. in verbo, vt audiuimus. de depositio, vbi ait, quòd rarò, imò nunquam inuenies, ꝙ clerici torqueantur nisi infames. Et ita communiter teneri attestatur Alex. in Apost. ad Bart. in l. fi. sub num. 5. in verbo, Specialia, ff. de quæst. quem refert Boss. in tit. de tortura testium, nu. 6. Hanc etiã opinionem dicunt esse communem Scribentes in d. ca. j. de deposito, & in specie Florian. & Imola, numero 9. & Card. & Barb. colum. 4. Felin. in c. vnĩ uersitati, post nu. 2. de senten. excom. vbi dicit, ꝙ ita per omnes Doctores tenetur, quem refert Folle. in practica crim. canon. fol. 259. nu. 6. Dec. in ca. at si clerici, in prin. nu. 19. de iudic. & Marsil. sing. 55. aduertas, prout illos refert Villalob. in loco præallegat. & Viuius in lib. communium opi. in verbo, Clerici non possunt, Gigas de crim. læsæ Maiest. fol. 116. nu. 3. Simanchas de hæret. c. 63. nu. 27. Duennas regula 190. in 3. limitatione, Boss. in tit. de indiciis, nu. 35. Et sic non sufficeret vnus testis de visu contra clericum, nisi etiam adesset diffamatio, quod tamen non credo seruari in practica, prout illud non seruari in ciuitate Mediolani attestatur Boss. in eo. tit. de indic. post nume. 103. Et hæc quidé omnia procedunt non modo in simplicibus clericis, sed etiam in presbyteris, nam & ipsi possunt torqueri, quidquid dixerit Bar. in l. ex libero, circa prin.

ADDITIONES.

a Torqueri. Intellige inscio principe. vt in d. l. nullus. Et quòd nobiles non subiiciuntur quæstionibus plebeiorum. dixit Ioan. Raynald. in tract. nobilit. quæst. 7. per tex. in l. desertorem. §. j. ff. de re milit. & l. milites. & l. diuo Marco. C. de quæst. & l. seueram. C. de dignitat. lib 12. Vide Lud. de pen. in l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12.

b In Francia. Adde Aufrer. in stylo parlam. c. 19.

c De consuetudine. Adde Matt. de Afflict. in c. si voluerit. num. 14. de capitan. qui cur. vendid. in vsib. feud.

d Quòd nõ. Fœtus enim in vtero existẽs qui non peccauit, matris iniquitatem portare nõ debet. Et ea est ratio quare talis mulieris tortura, & mortis executio differenda est vsque ad tempus quo pariat.

e Senes. Vide quę de hac materia scribit Tiraq. in tractatu de pœnis temperand. causa. 8. per totũ.

prin. ff. de quæst. Vide quæ dixi suprà q. 25. vers. Sed nunquid. Et hanc dicit esse communem opi. Abb. in c. cum in contemplatione, post nu. 6. de reg. iur. Diaz in pract. cri. canon. c. 117. num. 1. quanuis illum vti contrarium attestantẽ referre videatur Pract. Conradi, fol. 301. post num. 35. limita, nisi tamen liber est corruptus, quod certè suspicor. Boss. in titu. de ind. nu. 103. Et ita seruari attestatur Paris Put. de synd. fol. 474. c. 3. post num. 7. subdens, se vidisse pluries eos torqueri pro veneno dato consangui neis, & in crimine læsæ Maiest. & pro sepulchris violatis exhumando cadauera, & ea spoliando, &c. Scias tamen, quòd in omnem casum tortura non debet esse ita seuera in clericis, sicut in laicis. Et hæc est communis opi. vt attestatur Abb. in d. ca. cum in contemplatione, post nu. 6. de reg. iur. quẽ refert Diaz in pract. crim. can. c. 117. post nu. 5. & Viuius in loco præallegato.

25 Sed hic quæro, nunquid iudex laicus, vel ministri laici possint torquere clericum de mandato episcopi sui? Resp. de iure, quòd non, & est communis opin. vt dicit Ripa in c. decernimus, nu. 39. de iudi. Sed certè communis obseruantia se habet in contrarium, vt dicit Abb. in c. vt famæ, nu. 8. de senten. excom. quem refert Diaz in d. c. 117. nu. 6. Foller. in pract. crim. can. fol. 260. nu. 11. Simãchas de hæreticis, cap. 63. nu. 29. Et ita quotidie videmus obseruari, vt mandante episcopo, clerici à iudicibus laicis torqueantur. Et licet Abb. in d. c. vt famæ, dicat quòd est mala consuetudo, tamen Card. Alex. in c. illi qui, sup. q. 5. dicit, quòd non est mala consuetudo: & ita etiam mihi videtur. aliàs sępenumero delicta clericorum remanerent impunita, quia si non essent laici, qui torquerent, clerici nunquam torquerentur, vt dicit Foller. in loco præall.

26 Vbi nihil obstet, quò minus possit reus tormentis subiici, tunc decernere debet iudex procedendum esse contra eũ ad torturã. Tenetur tamen (secundum aliquos) prius requirere accusatorem, ad cuius instantiam habenda est quæstio, aliàs non potest reum tormentis subiicere, & dicit Pract. Casoni, fol. 81. num. 1. quòd in hoc omnes Doctores scribentes in hac materia consentiunt. Quod tamen ego non credo verum, & in omnem casum de consuetudine nõ seruatur, prout etiam ipsemet fatetur, subdens, quòd hoc tempore per totam Italiam iudex, non expectata requisitione accusatoris, reum torquet, & in hoc nulla est difficultas.

27 Sed quid agendum, si reus appellet ab huiusmodi decreto, nunquid erit à tortura supersedendum? Respo. Aliqui dicunt, ꝙ sic. & ita decisum fuisse in curia Delphin. refert Guido Papæ decis. 74. vbi dicit, ꝙ de stylo curiarum tam parlamenti superioris, quam inferioris, supersedetur ab executione torturæ. Et illum refert Marcus decis. 907. quæritut quando, nu. 4. Quinimò (secundum aliquos) potest appellari non modo à decreto torturæ, sed etiam à cõminatione facta de torquẽdo: & interposita huiusmodi appellatione, debet iudex supersedere à tortura. Et dicit Carauita super ritu 259. magnæ curiæ, nume. 14. in fin. ꝙ ita seruatur, & practicatur quotidiè. Item etiam semper vidisse seruari in magna curia Vicarię attestatur Grammat. supere. Regni, fol. 133. nu. 4. in fin. Dicit tamen Maranta in suo Speeu, fol. 136. nu. 14. quòd solent cauti iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, ne detur materia appellandi, sed ducto reo ad locum torturæ, statim cum incipit ligari, solent interponere decretum de torquendo, & immediatè torquere. Faciunt quæ dixi infrà. ver fic. Quæro nunc. postquam enim reus applicatur tormentis, non auditur eius appellatio, & ita in facti contingentia iudicatum fuisse per parlamentũ Parisiense attestatur Papo li. 24. ti. 9. Arresto 13. Sed certè apud nos, cùm ex dispositione decretorum sublata sit omnis appellatio in criminalibus, etiam in interlocutoriis, frustra interponuntur huiusmodi appellationes, nam (eis non attentis) iudices ad vlteriora procedunt.

28 Sed quid si ille, quem iudex decernit esse torquẽdum, petat sibi dari copiam indiciorum cum termino defensionis, nunquid est audiendus? Resp. Pract. Casoni, fol. 69. nu. 3. dicit, quòd secundum omnes iudex tenetur dare exẽplum indiciorum ante torturam, licet hodie iudices non data copia indiciorum procedant ad torturam. Tu verò dic, quòd si quidem reus, priusquam torqueatur, petat sibi dari copiam indiciorum, debet iudex supersedere à tortura, & audire eius defensiones, maximè si aliquid allegetur, quo probato non esset ad torturam deueniendum, Et ita communiter teneri attestatur Alber. in l. vnius. §. cogniturum, nume. 3. ff. de quæstionib. quem refert Iaf. cons. 175. col. fin. vers. 2. allego, li. 1. Si verò non petatur, tunc potest iudex procedere ad torturam, etiam non decreta copia processus, vel termino defensionum, vt dixi suprà, q. 49. vers. Sed nunquid. Et ita intelligendum est, quod dicit seruari Boss. in tit. de ind. nu. 74.

29 Quæro si plures sint torquendi, à quo sit incipiendum? Resp. quòd regulariter incipiendum est ab eis, qui sunt magis suspecti. Si verò omnes sint æqualiter suspecti, tunc si est masculus, & fœmina, est incipiendum à fœmina tãquam à timidiori: sed si sunt omnes masculi, incipiendum est à minori, debiliori, & timidiori. Ita colligitur ex text. in l. vnius. in prin. ff. de quæstionibus & hunc ordinem in tortura inferenda obseruari attestatur Maranta in suo Spec. fol. 82. nume. 13. Dicit etiam practic. Cas. fol. 82. nu. 3. quòd iudices consueuerunt incipere à debiliori.

30 Decreta tortura, priusquam reo inferatur, debet iudex animaduertere, ne reus aliquid eo die comederit, aut biberit, & ita seruatur de ꝯsuetudine, vt dicit Paris Put. de syndic. folio 455. nu. 11. Prac. Millei, fol. 103. nu. 52. Et intellige eo die, scilicet per decem horas antequam torqueatur. Et ita seruat communis practica, vt attestatur Marsil. in l. 1. in princ. nu. 29. ff. de quæst.

31 Nunc de gradibus torturæ videamus, nam (vt est omnib notissimum) non omnes rei eodem modo torquentur, sed aliqui grauius, aliqui leuius, secundum qualitatem delicti, & indiciorum, quæ ex processu resultant, & in hoc etiam maximè versatur iudicis arbitrium, cùm (vt sæpius dixi) tota hæc materia indiciorum, & torturæ, videatur remissa arbitrio iudicis. Scias igitur, quòd quinque sunt gradus torturæ, scilicet. Primò, minæ de torquendo. Secundò, conductio ad locum tormentorum. Tertiò, spoliatio, & ligatura. Quartò, eleuatio in eculeo. Quintò, squassatio. Et nota, quòd licet videatur, quòd minæ de torquẽdo, conductio ad locum tormentorum, spoliatio, & huiusmodi non possint propriè dici species torturæ, nihilominus (secundum aliquos) talis metus, & suspicio torquendi æquiparatur torturæ, & ita colligunt ex Bal. in l. interpositas, circa fi. C. de transact. Et dicit Marsi. in l. j. nu. 15. ff. de quæstio.

quæstio.& in practi.crim.§.expedita, num.2.quòd ita concludũt omnes.Hinc infertur, q̃ paria sunt confiteri per tormenta, vel metu tormentorum: quod quidem si esset verum,esset maximè vtile.Nã inter confessionem factam sponte,& eam, quæ fit metu tormentorum,multũm interest,vt potest videri in discursu materiæ, præsertim suprà quæst. 55.versi.Item posset,& seq.& infrà versic. Cæterum si reus.Sed certè quidquid sit de iure,practica cõtrarium obseruat, nam etiam si iudex dicat reo minando,quòd faciet illum, nisi confiteatur veritatem, conduci ad locum torturæ,& torqueri, talis confessio dicitur sponte facta, non autem metu tormentorum. Et ita tenent Gand. in tit. de quæst. quem alij Doctores sequuntur, vt dicit Practic.Carer.fol.133.versf.Sed si iudex. Pariter etiã cõductio rei ad funẽ dicitur leuis terror.Et ita ferè omnes tenent,vt dicit Pract.Casoni,fol.90.numer. 3.Et audiui à præside Arrigono, qui fuit vir magnæ practicæ,præsertim in criminalib.q̃ apud senatum non sunt nisi tres gradus in tortura. Primus est terrere.Et hic comprehendit non solum minas de torquendo,sed etiam conductionem ad locum tormentorum,& spoliationem, & ligaturam, nisi tamen ligatura esset multũ atrox, & stricta, & cũ taxillis,vt faciunt plerique iudices.Et vidi in facto in quodam medico de loco Olegij, qui plus passus est in sola ligaturã eo modo facta,quàm alij in tortura,talis enim posset æquiparari torturæ. Secundus gradus est ponere in tormentis, vel interrogare in tormentis.Et hoc est eleuare,& in suspẽso tenere per aliquod notabile spacium. Tertius est torquere. Et hoc est squassare, & verificatur apud nos in vno ictu funis.Si tamẽ senatus iubeat bene torqueri, vel acriter, tunc solent dari duo ictus funis.Et hæc omnia nota,vt scias exequi literas senatus tu, qui facis officia criminalia in hac prouincia.

32 Sed an fortè ex eo,quòd ille,qui est crimen confessus,esset in carceribus detentus,dicitur talis confessio extorta metu tormentorum? Resp. Aliqui dicunt,quòd sic, & ita videtur consuluisse Anch. cons.24.nu.4.cuius opi.dicit esse communem Alexan.cons.52.nu.3.lib.3.prout illum refert Neuiz.in sylua nuptiali,fol.12.col.1.Sed certè Alex.ibi in libro meo non dicit,quòd hæc sit communis opin. prout iudicio meo non est neq; vera,neq; communis,iuxta ea quæ suprà statim dixi, neque apud nos seruatur in practica. Nam eam tenendo omnis confessio diceretur extorta metu tormentorũ,cùm omnes ferè,qui confitentur delicta commisisse tempore confessionis, sint in carceribus detenti,& sic per eam destruerentur omnes ferè processus criminales.

33 Debet igitur iudex torturam adhibere pro modo indiciorum,vt dixi.Et ideo si non adsint indicia perfecta,& sufficientia ad torturam,puta,si adsit tantum vnus testis de visu,qui non sit integer, vel si adsint duo testes singulares deponentes de indiciis remotis,vel huiusmodi,poterit procedere ad primũ, vel secũdũ gradũ torturæ, vel etiam ad alios subsequentes,non tamen ad plenam torturam,quia ad illam deuenire nòn debent, nisi præcedat saltem vnũ indiciũ sufficiens ad torturam, & legitimè probatũ,vt dixi suprà,versic.Dixi quoque,& seq.Et in his gradib.(vt sæpius dixi) non potest dari certa regula,sed iudex secũdũ arbitriũ & conscientiam suam ita faciet,vt qualitas delicti, & personæ, & indiciorũ postulare videbitur. Plenam autem torturam dico,quando reus squassatur.Et ideo scias, quòd secundũ Marsi. in pract. cri.§.occurrit,col.1.versf.Et potest poni, & §. nunc videndũ,nu.52.quem refert Pract.Casoni,fol.83.nu. 3.ex communi practica,& consuetudine totius Italiæ pro quolibet indicio dantur tres ictus torturæ, seu (vt vulgò dicitur) squassi chordę.Et dicit Nouel.in pract.crim.fol.92.nu.28. quòd ex approbata consuetudine motus torturæ temperatus est, quando quis torquetur in tribus diebus separatim.Sed certè in hac prouincia non seruatur talis consuetudo,nam pro vno indicio,etiam proximo actui, non dantur tres ictus funis,sed duo tantum ad summum, & non vltra : & si plura sint indicia, non dantur pro quolibet indicio tres ictus funis, sed omnib.computatis dantur duo,vel tres, & nõ vltra:& si indicia sint plura,& vrgentia,tũc torquetur reus interpollatis dieb.seu vicibus. Et iste modus,quem Nouel.in loco prælleg. appellat temperatũ,apud nos habetur pro acri,& grauissimo, neque vnquam ex quibuslibet indiciis vidi aliquẽ iudicem (nisi iussu senatus) excedere tres ictus torturæ,neque torquere aliquem interpollatis diebus in hac prouincia, in qua summa iustitia cum summa temperantia, & humanitate administrari solet.

34 Quæro, an tortura inferri debeat die feriato? Respo:q̃ in criminibus atrocioribus potest procedi ad torturam omnibus diebus,etiam paschalibus,sed in minoribus delictis non & videtur tex. in l.nemo. C. de episc. audien.Consuetudo tamen malè seruat hoc,vt dicit Brunus de indic. & tortura,fol.121.numer.52.prout etiam (secundum eũ) malè seruat cætera superius dicta in hac materia. Ego tamen à iudicibus Deũ timentibus vidi obseruari, vt nisi in delictis capitalib. Rei in diebus feriatis in honorem Dei non torqueantur, & laudo, vt ita obseruetur. Vide quæ dixi j. q.97.versf. Quæro etiam.

35 Quæro nũc, an examini,q̃ reus facit in tortura, possit interesse eius aduocatus, vel procurator? Resp.De iure communi fortè posset dici, q̃ sic, vt videtur esse text.in l.fi postulauerit, §. quæstioni. ff.de adul.sed certè hoc de consuetudine non seruatur,vt attestatur Albe.in Rub.C. de quæst.in fin. & d.§.quæstioni.nu.j.& dicit Ang.in l. custodias.ff. de publ.iud.q̃ nec aduocati accusatoris, neque accusati debent interesse torturæ:& q̃ ita obseruat hodie!generalis cõsuetudo mundi.Dicit ét Foller. in pract.cri.fo.424.n.116.q̃ de facto seruatur,q̃ tortura detur in occulto,& absentib. aduocatis, licet aduocatus fisci (vt ipse ait) ex quodã abusu interueniat.Faciũt quæ dixi sup.q.45.versf. Quæro etiã. Benè dicit Imola in d.l. custodias, in fine princip. q̃ prius quàm tortura reo inferatur,in illa scilicet examinatione,an reus sit torquendus,vel ne, sunt requirendi,& audiendi aduocati reorũ,sed non in actu ipsius torturæ,subdens,q̃ ita seruat generalis consuetudo,& illũ refert Marcus decis.908.quæritur an patroni,n.7.& idẽ ante eũ dixit Bart. in d.l. custodias,n.1.quẽ refert Anto. de Cauar.de Quæstio in 2.membro,n.54.Hoc tamen,vt scilicet requirãtur aduocati reorũ in illa examinatione an sint torquẽdi,vel ne,non seruatur in hoc Ducatu,sed decretũ torturæ secreto fit, & quam primũ fieri potest,executioni mittitur, ne possint aduocati reos instruere ad veritatem negandam, vt quotidie

die fieri videmus.Faciunt quæ dixi suprà, versi. Sed quid agendum.

36 Item debet iudex aduertere,ne reum torqueri faciat modis exquisitis,& non consuetis, nam iudices,qui talia faciunt,potius sunt carnificibus, quã iudicib. comparandi. Scias tamen, quòd modus torquendi per ictus funis, manibus post terga ligatis, est de iure licitus, vt colligi videtur ex tex. in l. nullus. C. ad l.Iul. maiest. & est à consuetudine cõiter approbatus, vt dicit Bru.de indic. & tortura,fol.65.post nu.6. vbi inuehitur contra huiusmodi iudices, noua genera tormentorũ inuenientes, quorũ multa recensetMarsi.in d.l.1. in princip. nu. 27.ff.de quæst.& pract.Iodo.fol.109.nu.18.dicens,q̃ ex inolita consuetudine variis instrumentis,diuersáque materia exercetur tortura per iudices maleficiorum.Sed apud nos solummodo est in vsu modus fune torquendi,quẽ etiam generaliter vsu frequentiorem esse attestatur Pract.Carer.fol.138.col. 1.& quandoq; etiam,quando rei non possunt propter debilitatem,vel aliam causam fune torqueri, solent torqueri igne appositoad plantas pedum, neque extra hos duos modos vidi aliquem in hac prouincia torqueri.

37 Iudex autem debet in hac materia torturæ seruare consuetudinem prouinciæ, in qua ius dicit,& ita faciendo nõ errabit,& caueat diligenter, ne in torquendo excedat modum consuetum,& qui adhiberi debet iuxta qualitatẽ personæ, aliàs tenebit in syndicatu.Ita dicit Bart.in l.quæstionis modum, nu.1.ff.de quæst.cuius opi.in hoc cõmuniter approbatur,vt dicit Marsi.in pract.cri.§.expedita, nu.89. in fi.Nam si fortè reus in tortura moreretur,si quidem iudex excesit dolo,tenetur de homicidio, si verò excesit culpa,punitur secundũ modũ culpæ, vt dicit Barto. ibi. Et hæc est cõis resolutio,vt dicit Bellon.cons.84.nu.12.Faciunt quę dixi sup.versf.Antequam tamen.Et hunc casum dicit Bar.ibidem sibi de facto contigisse, quia cũ vidisset quendã iuuenem robustum,torsit illũ, & statim ferè mortuus est.Et dicit Amed.de synd.post nu.115.quem refert Brun.de indic.& tortura,fol.109.num.32.quòd cautè agendum est,quantum fieri potest,ne casus mortis in tortura accidat, propter euitandas calũnias popularium & vulgarium, quos de facto dicit vidisse,& audiuisse propter huiusmodi casus contra officiales etiam innocentes armata manu insurgere,vt euenit Perusij contra D. Sanctũ de Corneto potestatem, qui vix euasit à furore populi.Vbi tamen iudex nó facit nisi id quod debuit, talis mors non habetur in consideratione, secundum Bartol. in d.l.quæstionis modum,qui ab omnibus approbatur,vt dicit Boss.in tit.de tortura,nume.30.& est bonum consilium,quòd Notarius adhibitus ad torturam ponat in actis processus qualitatem,& quãtitatem torturæ omnia particulariter describendo,ad hoc,vt semper apparere possit, an interuenerit aliquis excessus ex parte iudicis.Et ita communiter fit,& seruatur,teste Anto.Gomes.c. 13. delictorum,post nu.6.versf.si verò iudex.

38 Illata reo tortura,si ipse neget delictum commisisse,& nihil fateatur,tunc dicitur purgasse indicia contra se existentia, quasi puram veritatem dixisse videatur,& ita seruatur,vt dicit Alb. in rub.C.de quæst.n.9.Dicit etiam Alber.in l.edictũ, nu.2.ff.de quæst.q̃ communiter totus mundus ita tenet,& seruat,quem refert Boër.decis.163.nu.12.& Gram. decis.8.post n.9.& decis.96.n.2.& Didac.pract.q.23. fol.167.col.1.& dicit Pract.Casoni,fol.75.nu.2.quòd hanc opin.Alber.omnes obseruant in Italia. Hanc etiam dicit esse communem obseruantiam Cæpol. consil.crimin.32.col.1. versf. nec potest dici. Et hoc etiam,si delictum fuisset contra ipsum plenè probatum,vt dicũt aliqui ex prælegatis Doctoribus. Debétque hoc casu iudex facere scribi in actis, qualiter tortura fuit moderatè adhibita,& indicia sunt purgata,& postea debet eum relaxare fideiussori.Et ita est communis practica, & obseruantia, vt dicit Marsil.in l.repeti nu.24.ff.de quæst.& in practi.crim.§.quoniã,num.49.quem refert.Anto.Gomes.c.13.delict.nu.18.licet ipse teneat, q̃ imò reus sit diffinitiuè absoluendus.in quo proposito videda sunt ea,quæ dixi sup. q. 62.versf.Forma autẽ.Idẽ etiã practicari attestatur Carer. in Pract. crim. fol. 171.n.202.quem refert Simanchas de hæret.c.63. nu.36.Apud nos autem quando; etiam post grauẽ torturã,& perseuerantiam rei in negatione, vbi indicia sunt valde vrgentia,solet Senatus reos condemnare,non quidem ad pœnam ordinariam,sed extraordinariam, puta, triremium ad tempus,& aliquando etiam in perpetuum, præsertim quãdo reus est valde famosus, vt etiam refert Boss.in tit. de inquisitione,nu.30.Quinimò dicit Papo.li.24.titu.9.Arresto 1.quòd parlamentum Parisiense solet reos conuictos tormentis subiicere,& licet in tormentis persistant,nihilominus ad mortem condẽnare, quæ tamen practica mihi nunquam placuit, licet etiam illam in pœnis extraordinariis obseruet cons.Neap.teste Gram.decis.8. & crim.12.in fi. & credo illam esse iuri,& æquitati contrariam.

39 Et in hoc proposito nota,q̃ si iudex aliquem iniustè,& indebitè subiecerit tormentis, potest hoc casu vti cautela,quam ponit Ange.in l.iniuriarũ.§. si quis quod decreto. ff. de iniur. vt scilicet illum blandis verbis inducat ad confitendũ in actis,quòd fuit legitimè tortus,& non tenebitur in syndicatu, & ita illum refert Catald.de synd.nu.7. subdens, q̃ ita vidit de facto practicari,quẽ refert etiam Brun. de indiciis & tortura,fol.130.in fi.& Thomas Ferra. caut.14.iura sunt,versf.primo.Sed certè in hoc ducatu non seruatur, q̃ iudex hæc faciat scribi in actis, prout neque etiã seruatur,vt purgatis indiciis per torturam reus censeatur puram veritatem dixisse, cũ plerunque (vt dixi) etiam post torturam illatã multi condemnẽtur in pœnam etiam corporalem. Scias etiam q̃ si reus non esset sufficienter tortus. vel si noua indicia superuenirent, iis casibus posset & deberet tortura repeti, vt dixi infrà versf.Vltimò videndum.

40 Cæterum si reus in tormentis delictum confiteatur,scire debes,quòd adhuc nõ est standũ tali confessioni factæ in tortura,nisi reus in illa perseueret, & eam ratificet extra tormenta ad bancũ iuris.Et hæc est cõis opi.vt dicit Boer.in d.decis.163. nu.18. Brun.de indi.& tortura,fol.134.nu.3.& fol.146.nu. 21.Ita etiam communiter distingui attestatur Abb. in cap.cũ in contemplatione,nu.17.de reg.iur.& ita seruat consuetudo,vt attestatur Bart. in l.j. in vltimis verbis.ff.de custod.reorũ,quem refert Marian. in repet.c.qualiter & quando, nu.233. de accusat.& Pract.Millei,fol.65.nu.16.Quod intellige vt procedat, siue talis confessio facta fuerit præcedentibus indiciis,siue non.& ita cõmuniter teneri attestatur Practic.Carer.fol.166.nu.196. Et aduerte quia non sufficit, quòd tortus tacitè perseueret in cõfessione,illam non reuocando. Sed opus est, q̃ illam

Universidad de Oviedo Biblioteca

expreſsè ratificet apud acta,& ita obſeruat cõſuetudo,vt dicit Anto.de Canar.de quæſti. in quinto membro,nu.9.Et in hoc propoſitò bona eſt practica quam docet Andr.de Iſern.ſuper 1. parte conſtitutio,Regni,Rub.27.col. 6.quẽ refert Paris Put. de ſynd.fol.451.poſt n.1.q̃ ſcilicet iudex poſtquam habuit confeſsionem inquiſiti in tormentis, non permittat eum cõduci ad illos carceres, in quibus ſunt etiam alij carcerati,quia in carcere, vbi ſunt multi criminoſi,eſt ſchola,quia de facili vnus docet aliũ,quid debeat dicere,vt euadat,& ſic, quòd reuocet ſuam confeſsionem, propterea debet eũ poni facere in carcere ſeparato. Et dicit Afflic.ſuper ea Rub.n.44.in fi.q̃ cauti iudices ita faciunt.

41 Et circa hanc ratificationem aduerte, quia non debet ſtatim fieri huiuſmodi ratificatio,præſumeretur enim adhuc durare metus tormentorũ, ſed expectandũ ſpaciũ vnius diei. Quod intellige ſecũdũ aliquos,id eſt viginti quatuor horarũ.Et hãc dicit eſſe communem doctrinam,& practicam huius articuli Ant.Gomeſ.c.63.delict.nu. 24.& ſecundũ alios,id eſt,de vna die ad aliam ſequentẽ,licet non intercedat plenè ſpaciũ vigintiquatuor horarũ,ſed ſit ſaltem nox intermedia.Sed in hoc puto ſtandũ eſſe arbitrio iudicis,vt dicit Barto. in l.1.§. diuus Seuerus.n.4.ff.de quæſt.cuius ſententiam cõmuniter approbari atteſtatur Simancas de hæret. c.53.n.42.& prout etiam in effectu velle Doc.dicit Anto.de Canar.de quæſt.in quinto membro, n.7. Ipſe ſecũdum qualitatem torturæ illatæ iudicabit quanto temporis ſpacio præſumatur ceſſare dolor ac metus tormẽtorũ,poteſt enim fuiſſe adeo leuis tortura,vt etiam eodem die non eſſet inconueniẽs vt fieret ratificatio interiecto aliquo horarum ſpacio.tutius tamen eſt expectare in diem ſequentẽ licet aſſeſſores hoc nõ obſeruẽt,vt ait Cæpol. conſi. cri.40. verſ.& quod in hoc caſu.multos enim incõtinenti ducunt ad ratificãdum,(ſecundum eum) peſsimè faciunt,non proculdubio deberent permittere, vt totus ſaltem per vnum diem,vel per vnam noctem requieſceret,q̃ etiam ante eum dixit Angel.in l.2.num.1. C.de Cuſtod.reor. & apud nos optimè obſeruatur.

42 Debet quoq; talis ratificatio fieri non in carcere,ſed ad bancũ iuris,& ſic in iudicio.Ita dicit Bar. in d.l.1.§.diuus Seuerus,nu.3.ff.de quæſt.& ita practicatur,vt atteſtatur Bal.conſ.85 in fin. libr.1.Debet etiam fieri in loco, vbi reus tormenta,ſeu inſtrumenta ad torquendũ videre non poſsit,aliter enim dici poſſet,q̃ adhuc duraret metus tormentorum.Et ita tenent Doc.vt dicit Io. And. in c.cũ in cõtemplatione,de reg.iur.quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Fama publica,poſt n. 137. Et nota,q̃ ſcilicet ſecundum aliquos tutius eſſet,q̃ in tali ratificatione ſeu perſeuerentia adhiberentur teſtes,ex quo eſt actus tanti præiudicij, tamen hoc in practica non ſeruatur, ſed ſine teſtib. ſtatur actis factis per notariũ coram iudice.& ita de generali conſuetudine obſeruari atteſtatur Vitali.de malef.in ti.de forma perſeuerationis,nu.3. Solẽtq; cauti aſſeſſores hoc caſu facere ſcribi in actis,q̃ reus ſponte ita confiretur,& hoc non obſtãte q̃ tortura præceſſerit,& quaſi vt plurimum illa ſcriptura eſt falſa,vt dicit Bal.in l.2.nu.3.C.de cuſto, reor. quem refert Brun.de indic.& tortura,fol.147.n.22. Nihilominus hæc generalis cõſuetudo excuſat iudicem,& notarium à pœna falſi,vt dicit Bal. in l.1. nu.30.C.de cõfeſſ.quem refert Brun.in loco prælleg.nu.24.& ſeq.vbi etiam,n.28.dicit, q̃ ſi tortura fuit iuſta,& præcedentib. legitimis indiciis illata, tũc ſi tranſacto debito tempore,& interuallo reus confitetur,licet ſcribere ſponte,& ſubdit,quòd ita ſeruat conſuetudo.

43 Vbi verò reus,ductus ad bancum iuris ad ratificandũ ſuam confeſsionẽ,illam non ratificet,ſed reuocet,tunc debet iterũ in tormentis repeti,ad hoc vt in ipſa confeſsione perſeueret,vt dixi ſ.q.21.verſ. Vlterius quæro.

44 Sin autem reus extra tormenta,& ſeruatis ſeruãdis ratificauerit confeſsionem prius in tormentis factam,tũc debet iudex ei ſtatuere aliquẽ breuem terminũ,puta duorũ dierũ,vel trium ad producendum,& allegandum omnes ſuas defenſiones, quas facere intendit contra ſuam confeſsionem, & ita eſt de communi obſeruantia, vt dicit Maranta in ſuo Speculo,fol.136.nu.25.quæ practica mihi ſummoperè placet, licet aliqui officiales parum docti illam non obſeruent,& credo q̃ aliter reus nõ poſſet condemnari, quia diceretur mori indefenſus, nam etiam contra propriam confeſsionem, præſertim in tormentis factam, multa deduci & probari poſſunt,vt dixi ſuprà q.55. Vide quæ dixi infrà quæſtio.proxima,circa princip.Quinimò poſſet talem confeſsionem etiã poſt ratificationem ex interuallo reuocare,& ſi probaret errorẽ,eſſet abſoluendus.Et ita refert iudicatũ fuiſſe in facti cõtingentia per conſ.Neap.Gram. ſuper conſtit. Regni, fol.23.nu.23.Dixi ſ.in d.q.55.verſic.Sed pone. Vbi verò nihil probet, poterit reus ex tali confeſsione condemnari,& ita tenent omnes,vt dicit Bal.in l.2. nu.3.C.de cuſto.reorum, quem refert Afflic.ſuper prima parte conſtit.Regni,Rub.2 .nu.43.

45 Succeſsiuè quæro,nunquid reus,qui confeſſus eſt crimen,de quo contra eum adſunt indicia, poſsit interrogari de aliis delictis,de quibus contra eum non ſint indicia? Reſp. q̃ de iure ſecũdum omnes non poteſt interrogari,vt dicit Prac.Caſoni,fol.85. nume.8.& eſt rex.in l.1. in princip. ff. de quæſtio.& dicit Vitali.de malef.in Rub.quæ indicia.&c.num. 6.& ſeq.quòd aſſeſſores, qui hoc faciunt, malè faciũt, ſaltem quando proceditur per viã accuſationis.Sed certè quicquid ſit de iure, contrariũ ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Angel. de malefic.in verbo Fama publica,num. 120. Practic. Milleſi.fol. 107.nume.19. Dicit etiam Gand.de malefic.in tit de quæſt.nume. 19. q̃ de generali conſuetudine totius Italiæ ſeruatur cõtrariũ,& ſpecialiter in furtis, quia magis frequẽtantur,quẽ refert Marſ.in pract. crimi.§.conſtante,nu.14.& conſ.53.nu.9. & Diaz.in pract.crim.canon.ca.117.nu.3.in fin.& Brun. de indic.& tortura,fol.129.nu.64.& Gram.voto 13.nu.2. Idem dicit Iaco.de Beluiſ.in pract.crim. in Rub.de quæſt.nu.55.Pract.Carer.fol.168.nu.198.Ant.de Roſellis,de indic.& tortura,nu.14. quem refert Pract. Conradi,fol.292.nu.22.de hac etiam generali conſuetudine Italiæ atteſtatur Guido de Suzar.in trac. de indi.& tortura,n.56.Odofr.in tract.xj.de quæſt. quem refert Gram.deciſ.34.nu.34.& Cæpoll.conſ. crim.40.in 5.dubio, Alberi. de quæſt. quem refert Anton.de Canar.de quæſtio.in 4.membro, nu.28. Bal.in tract.de quæſt.fol.258.poſt nu.5.Paris Put.de ſynd.fol.460.poſt nu.1.Foller.in pract.crim.fol.263. nu.6.& fol.313.nu. 33. Boſ. in tit.de indi.nume.137. vbi dicit, quòd in hoc dominio interrogantur etiam ſuper delictis non ſimilibus, & etiam de quibus nulla extant indicia.Ego tamen nunquam vidi reum

reum,confeſſum de aliquo crimine, interrogari ſuper aliis criminibus, de quibus nõ adeſſent contra eum indicia,niſi in crimine aſſaſsinij,& furti,& ſfrofationis annonæ, vel ſalis, niſi fortè eſſet iam bannitus,& condemnatus.Tunc enim ſi eſt exequenda condemnatio,ſolet quandoque torqueri, tam ſuper aliis delictis in genere,quàm ſuper ſociis,complicibus,& receptatoribus.

46 Vltimò videndũ eſt in hac materia,in quibus caſib.tortura ſemel illata iterum repeti poſsit.Et hoc caſu dici ſolet, quòd repetitio torturæ eſt arbitraria iudici,& ita practicatur,vt dicit Bart.in l.vnius. §.reus,n.1.ff.de quæſt.quẽ refert.Boër.deciſ.163.nu. 10.& Pract.Milleſi.fol.108.nu.34.& Gram. conſ. cri. 21.nu.25.& Marſil.in l.repeti.nu.6.ff.de quæſt. Idem dicit Paris Put.de ſynd.fol.454.poſt nu.5. quem refert Prac.Carer.fol.162.poſt n.189.Catald.de ſynd. q.231.Tu verò dic', quòd ſi quidem reus fuit leuiter tortus,poteſt repeti in tormẽtis,ita vt ſufficienter torqueatur:& hoc caſu ſolent iudices, quando iubent reum deponi à prima tortura, ſcribi facere, quòd illum deponi iubent animo repetendi, &c. Si verò reus fuit ſufficienter tortus,& nihil confeſſus,tunc non poſſunt repeti tormenta, niſi ſuperueniant noua indicia.Ita tenet Dy.in l. repeti.ff.de quæſt.cuius opi.communiter approbatur per Doctores,vt dicit Alber.in Rub.C.de quæſtio.n. 8.vbi etiam dicit,quòd ita ſeruatur.Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Alexan.conſi.5.nume. 4.lib.1. quem refert Villalob.in ſua collecta communium opi.in litera T.verb.torqueri non debet. Anto. de Roſel.de indic.& tortura,nu.15.quem refert Practi. Conradi,fol.299.in principio, Brunus de indic.& tortura,nu.60 Bolog.in add.ad tract. Guid. de Suzar.de indic.& tortura,n.58.Io de Amicis, conſ.37. nu.4.Afflict.ſuper 1.parte conſtit.regni,Rub.27.nu. 41.vbi dicit,quòd ita vidit obſeruari à bonis iudicibus,& ponit exemplum Bal.in tract.de quæſt.fol. 251.nu.6.puta ſi tortus dicebat neminem illa nocte iacuiſſe,vbi maleficium fuerat cõmiſſum,poſtea inuentum eſt per teſtes,quòd alius adfuit.Et dicit q̃ hæc eſt communis opinio, idémque ferè per eadẽ verba ante eum dixit Guido de Suzar.in d.tract.de indic.& tortura,nu.57.& Iac.de Beluiſ.in pract. cri. in Rubr.de quæſt.nu.91. licet ſubdat, quòd aſſeſſores hoc hodie non ſeruant.Mantua conſil. 208.lib. 2.vbi dicit, quòd ita eſt communis opinio & practica.Ita etiã communiter vbique ſeruari atteſtatur Alber.in d.l.repeti.nu.2.Aliqui etiã addunt, & quòd iſta noua indicia ſint fortiora primis, & ita eſſe communem opi.atteſtatur Gand. de malef. in tit.de quæſt.nu.2.ſubdens,quòd ita ſeruatur in practica,quẽ refert Prac.Papien.in forma inquiſitionis in verbo,Hæc eſt quædam inquiſitio,nu.22.& Bru. de indi.& tortura,fol.126.nu.60.& Curt.Sen.conſ. 59.nu.9.Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Fama publica,poſt nu.95.Marſ.in d.l.repeti. nu. 8. & ſeq. vbi etiam ſubdit, quòd ita ſeruandum eſt in practica, quem refert Crau.conſ,288.num. 7.& Pet. Caleph. inter conſ.crimi.diuerſorum,conſ.63.nu.18.li.2. Ex primis autem indiciis non debet quis in tormentis repeti,& ita cõiter tenetur,vt dicit Alex.in allegato conſil. 5.nu.5. lib.1. Et prædicta dicit ſentire cõiter Doct.Boſ.in tit.de tortura.nu.42. Et ex hoc refert Pract. Papien. in loco prælleg. reprobatam fuiſſe de facto fatuitatem iudicis,qui prius torqueri fecerat reum ſuper indicio famæ,& deinde ſuperuenerunt alij teſtes probantes famam, & ipſe illum de nouo torqueri fecit, nam ille iudex malè fecit,quia non ſuperuenerat indiciũ nouũ,ſed ſolũ noua probatio illius primi indicij, quod iam fuerat per torturam purgatum.Hæc autẽ omnia intellige vt procedant, niſi prima indicia fuerint multũ vrgentia, & manifeſta,nam eo caſu,licet ſecundũ aliquos de iure tortura repeti non poſsit,quorũ opi. communem appellat Anto.Gomeſ.c.13. delictorum,nu.26. nihilominus de conſuetudine ſeruatur,vt tormenta repeti poſsint,& ita practicari atteſtatur Bar.in d.l.vnius §.reus,n.2.quem refert Soci.conſ. 54.nu. 14.lib.3.& Gramma. conſ. 21. poſt num.5.Anto.de Canar.de quæſtio.in ſexto membro,poſt numer.1. ſubdens,quòd in hoc omnes conueniunt, vt repeti poſsit,vel non poſsit,ſecundum qualitatem indiciorũ præcedentium,& q̃ ſæpe ſic faciunt boni aſſeſſores,quia incipiũt à leui tortura,& ſi ex ea habẽt veritatem,bene quidem,aliàs eã repetunt.Caueant tamen ſecũdũ eũ iudices, ne huius arbitrij prætextu immoderatè ſæuiant, ſed potius in dubio ad torturam nõ procedant.Multi enim innocentes proprer tormẽtorum ſæuitiam confeſsi,& cõdemnati fuerũt,vt etiam diebus noſtris cõtigiſſe intellexi in duobus,qui in tortura confeſsi fuerunt occidiſſe quẽdã nobilem eorũ inimicum, qui deinde poſt multos annos repertus fuit viuus in quodã Caſtro carceratus per quendam magnũ dominũ,ipſi tamẽ propter eorũ confeſsionem vi tormentorum extortam,fuerant vltimo ſupplicio affecti.Idem dicit Saly.in l.2.n.10.C.de cuſt.reor.quẽ refert Paris Put.de ſynd.fol.488.c.8.num. 1. in fi.& Foller.in pract.c ri.fol 322.nu.78.Dicit etiam Brun. in loco prælleg.nu.62.in fi quòd licet verum ſit de iure,quòd ſemel tortus competenter, non debet iterum torqueri,niſi ſuperueniant noua indicia,tamen conſuetudo obſeruat contrarium,& quòd latrunculatores ſæpe torquent,& repetunt pluries, & quòd ita ſeruari vidit,& quandoq; etiã ipſe ſeruauit,& malè (vt ipſe ait) & minus iuridicè.Sic etiã ſi reus ſemel fuerit in tortura confeſſus delictum,deinde ductus ad ratificandum reuocauerit, poterit repeti in tortura,etiamſi alia indicia non ſuperuenerint,vt dixi ſuprà verſic. Vbi verò. Talis enim confeſsio dicitur nouum indicium,vt dixi ſuprà q.22.verſ.Vlterius q. æro.

QVÆSTIO LXV.

Reus confeſſus delictum debet condemnari.

Et an vnica confeſsio ſufficiat,vel plures requirantur?

1 VBI reus delictum ipſum confeſſus fuerit, tũc
2 a dici ſolet nullas eſſe iudicis partes niſi in cõdemnando

ADDITIO.

a Confeſſus.Adde q̃ cõfeſſus in iudicio legitimè condẽnari põt,licet proceſſus ſit ineptus,teſte Matheſ.ſing.53.vbi ponit rõnem.Vide quæ ſcribit Ias.in l.cũ te.n.5.C.de tranſac.Et hoc adeo verũ eſt,vt ẽt nullis præcedẽtib.indiciis,vel nõ data indiciorũ copia, cõfeſſio ſpõte facta ſufficiat ad ꝺẽnandũ cõfitentẽ,vt ẽſt rex.& ibi hoc no. in c.n.de accuſ.li.6.Bal.ita tenet i addit.ad Spec. tit.de cõfeſſ.idẽ Bal.& doct.in l.2 C.qꝺ met.cau. Ang.in l.j.ff.de cõfeſſ.Itẽ confeſſio iudicialis in criminalib. loco ſniæ habetur ſecundũ cõem opi.de qua per Burſat.cõſ.77.nu.24.lib.1.& vide Oſaſc.deciſ.149.n.6.Cui.adde q̃ per cõfeſſionẽ inquiſiti nõ agitur ꝙ hæredes,ſi deceſſerit ante ſniam,niſi in famoſo latrone, iuxta tradita per doct.in apoſt.ad Bart.lj.nu.19.C.de confeſſ.

demnando,nam talis confessio contra eum plenè probat,potèstq; ex illa cõdemnari. Et hæc est cõis opi.vt attestatur Bar.in trac.de quæstion.prout illũ referunt aliqui.Sed certè ille tractatus non est Bar. sed Gand.vt demonstrat Aug.ad Ang. de malef. in verbo,Fama publica.nu.28.in fin.& ita ad verbum legitur in opere maleficiorum ipsius Gand. sub ti. de quæst.& in specie hunc locum tanquam ipsius Gandi,qui ita esse communem opi. attestatur in d. tit.de qu.n.15 citat idem Aug.in d.verbo,Fama publica,post nu.112.& Ruin.cons.80. post nu.7.lib.4. & Viuius in lib.communiũ opi.in verbo, Cõfessio facta sponte.Hanc etiam dicit esse cõem opi.Guid. de Suz.de ind.& tor.fo.201.nu.44. quẽ refert Pract. Conradi,fol.280.nu.3.Imola, cons.109. circa prin. quẽ refert Marsi.in prac.cri.§ quoniã, n.18.& Prac. Carer.fol.19.nu.24.Pract.Millei,fol.79. nu.17. Non tamen intellige,q; etiam sponte confessum debeat iudex statim condemnare,sed practica est q; quãdo reus est sponte confessus,iudex mittat eũ in carcerẽ & apud acta præfigat ei terminũ ad allegandũ quicquid vult,ne condẽnetur,& ad omnes suas defensiones faciendas: quo elapso, vbi nihil probet, pót postea condemnari. Et hanc practicam seruat totus mundus,vt dicit Salyc.in l.2.n.7.C.de custod. reor.quem refert Boss.in tit.de confessis. nu.2. Ita etiam cõiter practicari attestatur Anto. Gomes,c. 12.delictor.nu.3.in fi.Multa enim possunt deduci, & probari contra propriam confessionem,de quibus dixi suprà q.55.& licet secundum Boss. ibi, non sit dandus terminus defensionis reo confesso, nisi illum petat,nihilominus practica generalis contrarium obseruat, s.vt etiam cõfesso,& dilationem nõ petenti detur terminus defensionis,& ita seruando non errabis.Vide quæ dixi suprà.q.49.vers.Est igitur,& suprà q.proxima,vers.Sin autem reus.

2 Sed quæro, nunquid vnica confessio sufficiat ad hoc,vt reus possit condemnari,an autem plures requirantur?Resp.Gl.in l.1.in gl.1. ff. de quæst. tenuit, quòd vna confessio sponte facta non sufficiat, sed quòd requiruntur tres.Sed certè illa glo. communiter non tenetur,vt ait Salyce.in d.l.2. nu.3. C. de custo.reorum,Paris Put.de synd.fol.487. c. 8. nu.1. Dic ergo esse in hoc articulo distinguendũ inter confessionem factam sponte,& eam,quæ facta est in tormentis.Nam si quidem est facta sponte, tunc vnica confessio iudicialis sufficit ad condemnandum. Et hæc est communis, & quasi omniũ op. vt dicit Brun.de ind.& tort.fol.146.nu.21.quem refert Foller.in pract.crim.fol.271.num.39.& quod in tali confessione facta sponte,& sine tormentis non requiratur ratificatio,seu perseuerantia confitentis, sed qđ statim,q; est cõfessus crimen,debeat condẽnari,dicit esse communẽ opi.Dyn.in l.2.ff.de custo. reor.quem refert Guido Papæ decis. 339. quidam inculpatus.Gand.in loco prealleg.Iacob.de Beluis. in pract.crim.in rub.de quæst.nu.97.Bald. in tract. de quæst.fol.256.num.2.Vitali de malef.in tit. quæ indicia,&c.num.3.Imola in d.cons.109. nu.1. quem refert Carer. in Pract.crim.fol.18. num.24. Mars.in pract.crim.§.Quoniam,nu.18.& dicit Bart. in l.j.ff. de custod. reor. in vltimis verbis, quòd ita seruat consuetudo,quem refert Bald. in l.si quis in ea,nu. 2.C.de custod.reor.Si verò confessio facta sit in tormentis,vel extorta metu tormentorum, tunc non potest reus condemnari, nisi in ea perseueret, illámque ratificet, iuxta ea quæ dixi suprà quæst. 64.versic. Cæterum si reus.

QVÆTIO LXVI.

1 *Reus de crimine conuictus debet condemnari.*
Et quid si non constet de delicto?
2 *Iudex debet iudicare secundum acta & probata.*
3 *Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores?*
4 *Si probatum sit delictum,non autem qualitas delicti in processu deducta,an reus sit absoluendus?*
5 *Contra Cardinales maior numerus testium ,quam contra alios requiritur?*
6 *Et quid in summo Pontifice?*

1 HAEC omnia cessant,vbi reus est de ipso crimine legitimè conuictus,nam eo casu nõ est vlterius quærendum,sed debet iudex illũ condemnare.& ita practicatur,vt dicit Boss.in ti.de conuictis,nu.3.Intellige,modo constet de ipso delicto, de quo reus conuincitur, aliàs enim nullo modo esset condemnandus.Et ideo,etiam si multi testes deponerent,etiam de visu,contra aliquem de homicidio per eum commisso,nisi tamen constaret de ipso cadauere, non posset puniri,quod tamen intellige iuxta ea quæ dixi suprà q.4.& q.55. vers. Potest etiam.Benè verum est,q; quando delictum est talis qualitatis, quod secundum id, quod communiter contingit, reputatur difficilis probationis,tunc sufficiunt minores probationes. Et potest poni exemplum in furto,nam si dominus conqueratur de furto,& appareat famulum aufugisse,satis dicetur constare de furto,secundum theoricas Doctorum,vt dicit Rim.cons.2.n.3.Idemq; si ostendatur aliquod signum,seu vestigiũ alicuius circũstantiæ,ex qua verisimiliter possit præsumi furtũ commissum fuisse, puta,si reperiatur fractura aliqua in ostio, vel pariete,vel archa, hæc etiam est vna ex coniecturis,quam adducunt Doctores ad probãdũ furtũ,vt dicit Riminald.in loco prealleg.

2 Scias autem,quòd hæc discussio,quæ fieri debet à iudice super condemnatione rei,debet fieri non secundũ ipsius credulitatem aut opinionem,sed secundũ probationes factas in processu, nam iudex tenetur iudicare secundũ acta,& probata, etiam si sciat veritatem esse in contrariũ.Et est communis opi.vt attestantur multi,quos refert Didac.li.1. resolu.c.1.post nu.6.& ego retuli j.li.prox. Et ideo licet iudex propriis oculis viderit delictũ committi,non potest reũ condẽnare,nisi aliter id probatũ fuerit,vt dixi s.q. 8. vers.Sed pone. Sic etiam,si iudex credit se cum bona conscientia posse condemnare reum ex probationibus sibi factis vti iudici,licet ipse tanquam priuatus sciat eum non esse culpabilem,potest nihilominus eũ cõdemnare, nec peccat.Et hæc est communis opi.vt attestatur Imola in clem.pastoralis,§.quia verò,num. 49.de offi.deleg.& in c.1.post nu.13.ver.si autem timeret. de offi.ordi.Menchiaca controuers.illust.ca.13.nu.1. & c.14.post nu.5.col.2.in fi.Benè verum est, quòd potest iudex hoc casu instare apud principem vel superiorem,vt ipse exoneretur ab huiusmodi iudicio,& causa alteri delegetur,vel ipsemet causam ipsam alteri delegare. Et est communis opi. vt dicit Imola in d.§.quia verò,nu.49.in fi. non tamen potius debet abstinere à munere iudicandi, quidquid dixerit Abb.& Imola in d.cap.1.contra quos est communis opi.vt dicit Carauita super rit.285. magnæ curiæ circa fin.

3 Debent autem esse in criminalibus probationes luce meridiana clariores.l.sciãt cũcti,C.de proba.

Et

Et hoc omnes sciũt & dicũt,vt ait Boss.in ti.de conuictis,n.9.Hinc est,quòd in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores, & ita volunt Doctores,vt dicit Boss.in loco præallegato, n.25. Vide quę dixi suprà,q.21.vers.Vnus testis,& quæs. 22.vers.Vnum tamen.

4 Sed quid si pro parte probatũ sit delictũ,& pro parte nõ,puta,quia aliquis esset imputatus de per cussione cũ sanguine,& probata sit percussio, sed nõ qualitas adiecta,s.cũ sanguine,vel q; esset imputatus de vulnere illato cũ cicatrice perpetuò permansura,& probatũ sit vulnus,sed nõ qualitas adiecta,s.cũ cicatrice, & similia, nũquid erit reus in totum absoluendus, vel condemnandus solum in ea pœna, quæ imponitur pro vulnere, vel percussione,omissa ea,quæ esset imponenda pro illa qualitate ex forma statutorũ,quæ cõmuniter vigent in ciuitatibus Italiæ? Resp.Si qualitas adiecta non facit censeri aliud factum,nec variat effectum accusationis propositæ, tunc etiam non probata illa qualitate potest ex eo processu sequi condemnatio,sed quando propter illam qualitatem variatur effectus condemnationis, tũc pendẽte iudicio debet fieri detractio dictæ qualitatis,ad hoc vt possit sequi alia condẽnatio: aliàs si etiam qualitas ipsa nõ fuerit ꝓbata,reus est totaliter absoluendus.Et hæc est theorica Bar.in l. denũciasse, §.quid tamen n.2.ff.de adulte.quam tenent communiter Docto.vt ait Corn. cons.33.in litera O.li. 4.Hanc etiã dicit esse communem opin. Roman. cons.110.circa principiũ,& cons.167.n.8.quẽ refert Corn.cons.197.in litera C.li.2.Mars.in pract.crim. §.quoniam,n.52.vsq; ad n.57.Soci.Iun. cons.39.nu. 2.lib.2.Menchiaca controuers.vsu frequẽtium, ca. 36.nu.12.Scias tamen, quòd quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt s. reus (etiam non probata qualitate) condemnetur de principali delicto,de quo est conuictus.Et ita communiter seruari attestatur Bal.in l.2.nu.2.C.de probat.quem refert Anan.in c.continentiam, nu.5.de clerico percussore,& Blanc. in pract. cri. fol.50.nu. 76.& seq.Et in specie in curiis Delph.ita seruari attestatur Guido Papæ decis.553.si quis accusetur, & ego ita pluries vidi seruari,quidquid dixerit Signo. cons.245.nu.14.Hodie enim pars in querela non se astringit ad aliquam certam condemnationem, sed concludit generaliter. Quare petit pro prædictis,& quolibet eorum,&c.Pariter etiã iudices in libello inquisitionis concludunt, Super quibus omnibus,& singulis,&c.Propterea super omnib.deductis in querela siue inquisitione potest sequi cõdemnatio. & cum (vt dixi) ita de consuetudine obseruetur,non est ab ipsa consuetudine in practica recedendũ.Videda sunt ea,quæ dixi s.q.12.vers.Vltimò quæro,& q.31.vers.Super quibus, & infrà q.90. vers.Io hac autem.

5 Debes etiam scire in hoc proposito, q; quandoq; potest dici plena probatio delicti quò ad vnũ, quæ non erit plena neque sufficiens quò ad aliũ. Nam licet regulariter duo testes plenè probent delictũ contra accusatum,siue inquisitum:tamen si ille accusatus,vel inquisitus sit Episcopus Cardinalis, nõ potest cõdemnari,nisi per 72.testes:si sit Presbyter Cardinalis nisi per 44. si sit Diaconus Cardinalis, nisi per 28.vt est text. 2. quæst. 5.c.præsul.Sed certè quidquid sit de iure,iste numerus testium hodie de consuetudine non seruatur,quando Papa procedit contra Cardinales.Ita attestatur Cardi. Alexan.in d.c.præsul,col.1.vers.vbi tamen, prout illum refert Foller.prac.crim.can.fol.256.nu.5.licet Card.in lib. mec, nihil dicat de obseruantia, nisi quòd Papa nõ tenetur illum numerum obseruare. Dec. in c.2.at si clerici.in prin.nu.1.de iudic. quem refert Beroas in eo.c.at si clerici,post nu.8. & ita in facto nostris tẽporibus vidi,& legi fuisse obseruatum.

6 Sed quæro,quid in summo Pontifice,nunquid sufficiant duo testes ad eum condemnandum, an autem maior numerus requiratur? Resp.quòd duo testes [a] sufficiunt.Ita dicit gl.in d.c.præsul, in gloss.1. quam dicit esse ab omnibus Doctoribus communiter approbatam Viuius in lib. communium opi. vers.testes duo.Cùm enim (vt ait gl.ibi) ipse, sine comparatione aliorum, effectus sit maior, meritò sine spe veniæ condemnandus est:nescio tamen,an hoc ita passim obseruaretur in practica.

ADDITIO.

a Testes duo.Adde Panor.in c. at si clerici in j.no. de iudic. & in c.licet vniuersis.de testib. & in c. per tuas.de maiorit.& obed.

QVÆSTIO LXVII.

1 *Poenarum genera quot sint?*
Capitalis poena quæ dicatur? ibid.
2 *Amputatio membri,vel fustigatio, an dicatur poena capitalis?*
3 *Poenarum corporalium species.*
4 *Damnatio ad bestias.*
5 *Præcipitatio.*
6 *Interdictio ignis,& aquæ.*
7 *Damnatio in metallum.*
8 *Deportatio.*
9 *Relegatio.*

1 NVnc de pœnis videamus. Scire autem debes q; pœnarũ duo sunt genera,aliquę enim sunt corporales,aliquæ verò non corporales.Corporaliũ aũt pœnarũ duæ pariter sunt species, nã aliquæ sunt capitales, aliquæ verò nõ capitales. Capitalis aũt pœna tribus modis dicitur.Primò, vltimũ supplicii.Secundò,amissio libertatis,& consequenter etiã ciuitatis,puta si aliquis dãnetur in metallum, vel opus metalli.Tertiò,amissio ciuitatis tantũ, vt cũ quis deportatur.Propriè aũt, & strictè loquẽdo pœna capitalis accipitur pro pœna sanguinis,secũdum gl.in l.transigere,in verbo,Capitali, C.de trãsact.quæ in hoc cõiter approbatur,vt dicit Gaspar. Valasc.in repet.l.imperiũ,nu.99.ff.de iurisd.omniũ iud.Reperio tamen,q; alia gl.in l.1.in verbo,Capitali,C.ne Christia.mancip.intelligit pœnã capitalẽ pro exilio perpetuo.Ex qua gl. Doctores colligere videntur,quòd in dubio pœna capitalis debet intelligi de exilio,& nõ de morte.Et hanc conclusionem dicit esse cõem Mars.in pract.cri.§.oport.nu. 40.in fi.quẽ refert Dida.in epitom.super 4. decret. fol.144.post nu.16.Duennas reg.393. in 9.limitat. Dec.in d.l.imperiũ,nu.14.& seq.Fel.in c.qualiter,& quando,el 2.§.ad corrigendos,num.27.de accusat. Don.Ant.de Padilla in l.transigere, num.32. C. de transact.Ita etiam tenere cõiter Doctores attestatur Marcus decis.913.nu.5. in fi. Et ratio est,quia in pœnis semper debemus seq; mitiorẽ interpretationẽ.Et ideò stãte statuto,q; quis capite puniatur,de-

debemus intelligere de exilio. Ita tenet Cyn. in l. 1. C. de falsis. & est cõis opin. vt attestatur Augu. ad Angel. de malef. in verbo, Et ibi caput, post uu. 32. Mantua in d. l. transigere, num. 108. & seq. maximè n. 113. Et ita aliàs obtentũ fuisse dicit Ioan. And. in c. quanto, de iureiur. quẽ refert Ang. in loco præallegato, post nu. 45. Et ideo videmus, ꝙ ad euitãdas huiusmodi ambiguitates, quando fertur sententia mortis per amputationem capitis, solent addi illa verba. Ità quòd moriatur, &c. vel, Ita ꝙ anima separetur à corpore? Et ita inoleuisse practicam attestatur Mantua in loco præallegato, nu. 117.

2 Quæro, nunquid amputatio membri vel fustigatio sit pœna capitalis? Dixi infrà quæst. 70. versicu. Est etiam.

3 Distinguendo autem secũdũ communẽ vsum loquendi præsentis temporis dici potest, ꝙ pœnarũ corporaliũ duæ sunt species, aliquæ scilicet mortis naturalis, aliquæ verò citra mortem. Genera autem pœnarũ, per quas mors naturalis imponitur, multa sunt, & omissa pœna parricidij, de qua dixi suprà hoc eo libr. §. Parricidium, vers. Sed quæro, pœnæ cognitæ à lege, per quas imponitur vltimũ supplicium, sunt pœnæ ignis, laquei, seu furcarum, & gladij, siue amputationis capitis. Citra mortem autem est pœna amputationis membri, de qua dixi infrà q. 69. triremium, & aliæ, de quibus dixi infrà q. 70.

4 Non est etiam hoc loco omittendũ multas fuisse pœnas secũdũ leges antiquas à iure communi impositas, quæ nũc in desuetudinem abierũt, puta, damnatio ad bestias, quæ quidem pœna hodie non est in vsu, vt dicit Ange. in l. 1. §. legis Cornelię, nu. 1. ff. de fica. subdens, ꝙ in eius locũ successit decapitatio naturalis, & illum refert Practi. Carer. fo. 513 post nu. 4. & Mars. in eo. §. legis Corn. num. 1.

5 Item præcipitatio, quæ aliàs fiebat de saxo Tarpeio, vt videri potest apud Liniũ. & alios historicos, Hęc autẽ est sublata ab ipsamet lege, vt est tex. in l. si diutino, in fin. ff. de pœnis, & etiam à consuetudine, quia iampridem aboleuit, vt attestatur Didac. in repetitione c. quanuis. fol. 55, col. 2.

6 Item interdictio aquæ, & ignis, in cuius locũ hodie successit deportatio. l. 1. & 3. ff. ad l. Iul. pecul. vt attestatur Io. Villemata in repet. l. Diuus, post nu. 41. ff. de ficar. Pract. Conradi fol. 356. nu. 4. Sed imò hodie neque etiam deportatio est in vsu, vt dixi in fra vers. Deportatio.

7 Item damnatio ad metallũ, siue ad opus metalli. Sed hodie etiam in foro seculari huiusmodi condemnationes ad opus metalli recesserũt ab aula, vt dicit Foller. in pract. cri. can. fol. 131. nu. 8. & illas hodie in vsu non esse attestatur Mantua in l. transigere, post nu. 5. C. de transac. cuius pœnæ loco, hodie de cõsuetudine solẽt rei dãnari ad triremes perpetuò, vel ad tẽpus, vt attestatur Pract. Carer. fol. 567. nu. 121. Capic. decis. 153. n. 3. quem refert Apost. ad Affl. super 3. parte constit. Regni, sub n. 5. Milleus in practi. cri. fol. 132. nu. 3. & fol. 147. nu. 40. Foller. in loco præalleg. subdens, ꝙ hæc pœna triremiũ, etiã de iure canonico imponitur, de quo dixi infrà, q. 70. ver. Frequens est, Dicit etiã Bald. in l. incredibile, nu. 3. C. de pœnis, ꝙ istæ pœnæ, per quas imponitur perpetua seruitus, hodie non sunt in vsu, & ꝙ loco earum videtur posse imponi pœna perpetui carceris, sed certè hoc posset fortè procedere secundum ius canonicum, vt dixi infra in d. quæst. 70. ver Pœna autem, sed de iure ciuili magis placet quòd successerit pœna triremium. Dicit tamen Ang. in l. 1. C. de pœnis, quòd potest quis damnari ad operandum reipub. in perpetuum. Et subdit se vidisse Romæ quendam damnatum ad perpetuò exercendum officium carnificis damnatorum. Sed ego nunquam vidi in practica fieri tales condemnationes.

8 Deportatio etiam apud leges Digestorũ, & Codicis frequẽtissimè imponitur: & refert Calic. in Margar. fisci, fol. 83. & sequ. 41. casus, in quibus hæc pœna à iure irrogatur. Sed hęc pœna deportatiõis hodie nõ est in vsu, vt dicit Gand. de malef. in ti. de falsis. post n. 3. Imola. in l. 2. post nu. 2. vers. Et aduerte. ff. de pub. iud. Alex. cons. 55. n. 1. li. 7. Cuman. cons. 95. in fin. quem refert Grammat. decis. 23. in fi. & idem Grãmat. siue Barth. de Capu, super consti. Regni, fol. 50. col. 3. in prin. Rolan. cons. 38. nu. 14. li. 1. Melch. de Fascinis, inter consilia criminalia diuersorum, cons. 78. post n. 56. li. 1. Dicit autem Roman, singul. 568. Scis quòd relegati. ꝙ loco deportationis hodie successit decapitatio, quẽ refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Falsario, post n. 48. Et ideo dicit Ang in l. 1. §. legis Corneliæ, post n. 1. ff. de sic. quòd cũ pœna deportationis hodie nõ sit in vsu, sed recesserit ab aula. nisi apud ecclesiasticos, credit ꝙ etiã positi in dignitate, qui secũdum iuris antiqui dispositionem erant deportandi, hodie debeãt mori. Alij verò dicũt, quòd loco deportationis successit bannũ perpetuũ. Et ita attestat Cuma. cõs. 139. post nu. 4. Gui. Pap. decis. 422. col. 1. ver. Alio etiam, & dec. 423. nu. 2. & dec. 437. post nu. 5. quem refert Crauet. cons. 220. n. 13. & cons. 224. post n. 1. Berber. in viatorio iuris. in Rub. de vi publica, vers. Pœna autem. Gram. voto 19. n. 10. Pract. Carer. fo. 70. vers. Remaneãt ergo. Ego credo, ꝙ super hoc nõ possit dari certa doctrina, sed quòd loco deportationis hodie possit iudex imponere pœnã iuxta qualitatẽ facti, & personę, prout sibi conuenire videbitur, scilicet vel triremiũ in perpetuum, vel ad tempus, vel exilij, vel huiusmodi, secundum grauitatem delictorum: nec consulerem iudici vt loco deportationis imponeret pœnam mortis, vbi pro eo delicto non esset imposita à statuto, vel à consuetudine, & ita videmus obseruari. Reperio tamen, quòd Pract. Carer. fol. 567, post n. 121. dicit, quòd licet cõmuniter hæc pœna deportationis non sit in vsu, tamen in Regno propter insulas multas est in vsu. Idem dicit Capic. decis. 153. nu. 2. & ita plures fuisse cõdemnatos in pœnã deportationis refert Grã. in mulcis decisionibus, & cõsiliis, & votis. Venetiis etiã adhuc est in vsu hæc pœna, vt attestatur Mantua in d. l. transigere, post n. 5. Vnum scias, quòd de iure communi non potest aliquis magistratus deportare in insulã delinquentes, nisi ei expressè insula ipsa assignata sit. Et hæc est communis opin. vt dicit Bened. de Plumb. in repe. l. 1. n. 18. C. de hæred. instit. Et ex hoc fundamento, quia scilicet senatus noster nõ habet insulam, euasit à pœna deportationis quidam Comes imputatus de graui delicto, & fuit tantummodo condemnatus in exiliũ: & licet aliqui dixissent, quod poterat consuli super hoc Regia Maiestas, tamen contraria opi. obtinuit. Vide in hoc proposito quæ dixi infrà q. 71. ver. Vidi ego. An autem bannitus æquiparetur deportato, dixi infrà q. 72. versiculo. Dixi autem.

9 Relegationis etiam pœna iure veteri frequentissimè imponebatur, & refert Calic. in Margar. fisci, fol. 86. 30. casus, in quibus hęc relegationis pœna à iure irrogatur. Huius autem loco hodie in foro ciuili imponitur exilium, siue confinatio, sed secundum Canones hodie hæc pœna non est in vsu, vt attestatur Innoc. in c. qualiter, & quando, nu. 6. de accu. quem refert Foller. in Pract. crim. canon. fol. 278. Prac. Millei, fol. 148. nu. 49. subdens quòd loco huius pœnæ clerici detruduntur in monasterium, sed neque hoc hodie est in vsu, vt dixi infrà, q. 70. vers. Sunt etiam. Tu verò dic, quòd licèt hodie ecclesia non inferat pœnam exilij, propriè loquendo, secundum communem opin. de qua attestatur Alciat. in c. cum non ab homine, nu. 110. de iud. contrarium tamen seruatur, vt dicit Foller. in pract. crim. cano. fol. 287. nu. 122.

QVÆTIO LXVIII.

1 *Casus, in quibus pœna mortis imponitur, qui sint?*
2 *Abortum procurans punitur pœna mortis.*
Et qua pœna puniatur percutiens mulierem prægnantẽ, si ex ea percussione sequatur abortus? ibid.
3 *Adulteri puniuntur pœna mortis.*
4 *Ascendens cum scalis de nocte ad domum alterius, punitur pœna mortis.*
5 *Blasphemi puniuntur pœna mortis.*
6 *Carceratus aufugiens fractis carceribus punitur pœna mortis.*
7 *Castrans seipsum, vel castrari faciens, punitur pœna mortis.*
8 *Custos carceris, cognoscens carnaliter carceratam punitur pœna mortis.*
Item si carcerati aufugiant, punitur ipse pœna mortis. ibidem.
Et quid si custos tantummodo fuit in culpa in deputando substituto, qui fuerit negligens? ibid.
9 *Diuidentes prædã cum Barbaris, puniũtur pœna mortis.*
10 *Eximens captum de manibus iustitiæ, punitur pœna mortis.*
11 *Extrahens per vim aliquem de ecclesia, punitur pœna mortis.*
12 *Extrahens pro debito matrem fa. de domo, & ad carceres conducens, punitur pœna mortis.*
Et an pro delicto possit mulier carcerari? ibid.
13 *Falsum testimonium dicens punitur pœna mortis.*
14 *Famosi latrones puniuntur pœna mortis.*
15 *Fures an puniantur pœna mortis?*
16 *Hæretici puniuntur pœna mortis.*
17 *Homicida punitur pœna mortis.*
18 *Hostibus ferrũ, vel arma deferens, punitur pœna mortis.*
19 *Imaginem Christi percutiens punitur pœna mortis.*
20 *Incendiarij puniuntur pœna mortis.*
Et quid in comburente tugurium, vel fœnile? ibid.
21 *Iniuriam faciens officiali tempore syndicatus, punitur pœna mortis.*
22 *Iudex aliquem innocentem condemnans, punitur pœna mortis.*
Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam punitur pœna mortis. ibid.
23 *Læno punitur pœna mortis.*
24 *Læsæ maiestatis crimen committens, punitur pœna mortis.*
25 *Libelli famosi auctor punitur pœna mortis.*
Et an ille qui legit, & statim non lacerauit? ibid.
26 *Miles, qui in disciplina militari delinquit, pluribus ex causis punitur pœna mortis.*
27 *Monialem carnaliter cognoscens punitur pœna mortis.*
28 *Mulier, quæ animali bruto se subiecit, punitur pœna mortis.*
Item mulier quæ proprio seruo se subiecit. ibid.
29 *Muros ciuitatis transcendens punitur pœna mortis.*
Et an hoc locum habeat tantummodo in ciuitate Romana? ibid.
Et an hoc seruandum sit tempore pacis? ibid.
30 *Officialis, publicos prouentus subtrahens, punitur pœna capitis.*
Et an officialis, qui durante officio multa acquisiuit, præsumatur ea acquisiuisse de bonis fisci? ibid.
31 *Plagiarius punitur pœna mortis.*
Et quid si non sit solitus talia committere? ibid.
32 *Priuatum carcerem exercens, punitur pœna capitis.*
Et quid si aliquem capiat ex iusta causa? ibid.
Et an cardinalibus permissum sit tenere priuatum carcerem? ibid.
33 *Proditor punitur pœna mortis.*
34 *Raptores mulierum puniuntur pœna mortis.*
35 *Sacrilegi puniuntur pœna mortis.*
36 *Seditionis auctor punitur pœna mortis.*
37 *Seipsum occidere volens punitur pœna mortis.*
Et an occidens seipsum moriatur intestabilis, & eius bona confiscentur? ibid.
Et quid si non conscientia proprij sceleris sibi manus intulerit? ibid.
38 *Seruus, qui cum domina se carnaliter commiscuit, punitur pœna mortis.*
39 *Sodomita punitur pœna mortis.*
40 *Sortilegi puniuntur pœna mortis.*
41 *Transfuga punitur pœna mortis.*
Et an puniatur etiam non consummato delicto?
42 *Tutor, qui propriam pupillam corrupit, punitur pœna mortis.*
43 *Vastatores, & incisores vinearũ puniũtur pœna mortis.*
44 *Venenum faciens, aut dans alicui ad occidendum, punitur pœna mortis.*
45 *Violatores sepulchrorum, puniuntur pœna mortis.*

1 NVnc videndũ est, qui sunt hi casus, in quib. pro delicto pœna mortis naturalis à lege imponitur, quos quidẽ plenius videre poteris apud Bal. in l. data opera, num. 14. C. qui accus. non poss. & Cali. in margat. fisci. fol. 78. col. 2. & aliis fol. seq. & Guid. Pap. decis. 589. & Fab. in pra. arbi. fol. 159. & aliis sequen. vsque ad fol. 325. & Iul. Ferret. in tractatibus de bello, folio 162. col. 3. & aliis seq. Nos aliquot tantum attingemus.

2 Abortum procurans punitur pœna capitis, l. Cicero, ff. de pœnis, & potest poni exemplũ in puella prægnãte, quæ potionibus partum abegerit honoris sui conseruandi causa, vt in casu super quo consuluit Barbat. cons. 23. in 2. dubio lib. 2. & Dec. cõs. 535. Dicit autem Prac. Iod. c. 74. nume. 12. quod mulier, quæ dolosè abortum fœtus viuentis procurauit, ex recepta consuetudine punitur putei suffocatione, sed apud nos illa pœna non est in vsu. Sed quæro, qua pœna puniatur ille, qui percussit mulierem prægnantem, ex qua percussione illa abortum fecit? Resp. Aliqui simpliciter dicunt, ꝙ vbi adest dolus, debet puniri pœna vltimi supplicij. Et hanc dicit esse magis communem opin. Bossius in tit. de homic. numer. 6. Tu verò dic, quòd aut partus adhuc non erat animatus, & punitur pœna extraordinaria. Aut verò erat animatus, & punitur pœna homicidij. Et hæc est commnnis opin. vt attestatur Blanc. in pract. crim. fol. 75. nu. 33.

3 Adulteri puniũtur pœna capitis. Dixi su prà hoc eo lib. §. Adulteriũ, versic. Sed quæro.

4 Ascendens cum scalis de nocte ad domum alie-

Universidad de Sevilla Biblioteca

nam,punitur pœna vltimi supplicij secundum Bal. in 6.li. circa fin.ff.de rerum diuis. atque ita seruatũ fuit per proregem Neapolis in executione cuiusdam edicti. Quæ sententia (licet Gram. decis.36. eam defendere conetur) iudicio totius Italiæ visa fuit nimis seuera & crudelis, maximè attenta bona qualitate illius nobilis iuuenis,& causa, propter quam ascenderat, quæ fuit amor cuiusdam pulcherrimæ puellæ,qui etiam prudẽtes viros sæpius excæcauit.& de illa sententia mentionẽ etiam facit idem Gram.super const. regni,fol.31.colum. 1.nu.6.Certè hæc opin.Bal.apud nos non seruatur, sed hæc qualitas ascendendi cum scalis aggrauat tantummodo principale delictum, ita vt grauius puniatur,siue sit ex causa amoris,siue ex causa furandi, siue aliud maleficium committendi. Et in hoc proposito vidẽda est decisi.Afflict.276.& Mãtua cons.31.nu.2.lib.2.

5 Blasphemantes puniuntur pœna mortis, Dixi suprà hoc eod. lib.§.Blasphemia, vers. Sed quæro.

6 Carceratus fugiens fractis carceribus, capite punitur,Dixi suprà q.21.vers.Tertio autem.

7 Castrans seipsum,vel castrari faciens,punitur pœna capitis,l.4.in fin.ff.ad leg.Cor.de sicar. quòd dicit esse notandum Carald.de synd.n.86. quia aliàs vidit dubitari in ciuitate Recanati, cum quidam Sclauus sibi ipsi præputium abscidisset, & ibi refert Bald.in l.reos,nu.9.C.de accus.dicẽtem, quod membra generationis sunt membra quæ habent proprias, & distinctas operationes, imò dicuntur esse membra nobilia, & per quæ saluatur species humana,& ideo mutilans illa, debet puniri tanquam inimicus naturæ.

8 Custos carcerum,carnaliter cognoscens mulierem carceratam,de consuetudine suspenditur.Dixi suprà hoc eo.lib.§. Fornicatio,vers.Cum carcerata.Item custos carcerum si propter eius negligentiam carceratus aufugit,punitur pœna capitis. Sed hoc intellige,vt procedat,quando ille,qui aufugit,detinebatur pro crimine capitali.Nam eo casu si fuit in nimia negligentia,vtique punitur vltimo supplicio,sed si detinebatur pro crimine non capitali,tunc punitur iudicis arbitrio iuxta modum culpæ. Et hæc est communis opin. vt dicit Bosi.in tit.de carcere,numer.10.Et hoc quidem locum habet in custode, qui est negligens in ipso actu custodiæ: sed si tantummodo fuerit in culpa in deputando substitutum,qui fuit negligẽs in custodia, non debet ipse custos principalis puniri pœna mortis.Et ita iudicauit curia Neap. vt refert Grãmat.voto 29.quæ hoc casu custodem tantummodo ipso officio custodiæ priuauit, de quo etiã mentionem facit Boer.deci. 216.& seq. & Boer.& seipsum refert idem Gram. super const. regni,fol. 45.col.1.Et pro defensione custodis imputati de fuga cárceratorum,vidẽda sunt ea,quæ scribit Bal. cons.32.lib.3.& Ioan.de Amicis cons.28.

9 Diuidentes prædam cum aggressorib. viarum, sunt comburendi.l.si quis barbaris,vbi Bart. C. de re mil.lib.12.quem tex.dicit Paris,Put.de synd.fol. 250.num. 8.esse singularem contra Agozinnos,seu Baricellos,qui solent de nocte sumere secum fures & cum illis diuidunt furta,subdens, quòd propter hoc quidam Agozzinus, qui diuidebat prædam cum furibus,fuit Neapoli suspensus.

10 Eximens de manib. iustitiæ condemnatum ad mortem,vel confessum,siue conuictum de aliquo crimine,punitur pœna capitis.l.cuiuscunque.ff.ad l.Iul.maiest.Et hanc dicit esse frequentiori Doctorũ calculo receptam sententiam Placa lib.1. delict.ca. 38.nu.7.Et refert Carauita super ritu 160. nu.2.in fi.quòd in ciuitate Neapoli quatuor, qui exemerant è manibus familiæ quendam nobilem, qui propter debita ducebatur ad carceres, fuerunt iussu Viceregis statim suspensi, & in frusta scissi.Et apud nos quidam Baptista Zacagnus, qui quendam è manibus familiæ prætoris Mediolani exemerat, fuit laqueo suspensus, 11.Feb.1552.P.N. Et alij quatuor, qui exemerant quosdam fraudatores cum inuentione è manibus capitanei Glareæ Abduæ,pariter fuerunt furcis suspensi, 28.Ianuarij 1554.P.N.Vide quæ dixi in hoc proposito suprà q. 20.versic.Eximens autem,& aliis sequent.

11 Extrahens aliquem per vim de ecclesia, punitur pœna mortis,veluti reus læsæ Maiestatis.l.fideli.C de his qui ad eccles.confug.quòd intellige secundum ea,quæ dixi suprà,quæst.30.

12 Extrahens pro debito matremfam. ex propria domo,eamque ad carcerem ducens, punitur pœna capitis,l.1.C.de off.diuer.iud.An autem pro crimine possit mulier honesta carcerari, dixi suprà quæstio.28.vers.Quæro igitur.

13 Falsum testimonium dicens, per quod aliquis condemnatur ad mortem, punitur pœna mortis, Dixi suprà hoc eod.libr.§.Falsum,versic.Testis,qui falsum.

14 Famosi latrones,& grassatores viarum furca suspendi debent.Dixi suprà hoc eodem lib. §. Furtũ, vers.Scias tamen.

15 Fur,qui furatus est rẽ,quæ sit valoris vltra quinque solidos,punitur pœna mortis. Vide quæ dixi suprà, hoc eo. libr.§.Furtum, versicul.Sed quæro,& seq.

16 Hæretici puniũtur pœna mortis, Dixi suprà hoc eodem libr.§.Hæresis,versic.Sed quæro.

17 Homicida punitur pœna mortis, Dixi ꝛ. hoc eod.lib.§.Homicidium,vers.Sed quæro.

18 Hostibus ferrũ vendens,vel frumentũ, vel sal,&c. vel alias merces, punitur pœna capitis, l.1.& 2.C. quæ res expor. non poss. & excommunicationis pœnam incurrit,c.ita quorũdam.de Iudæis, Vide quæ dixi ꝛ.q.77.ver.Christiani deferentes.

19 Imaginem Christi,aut sanctorũ percutiens, frangens,aut vulnerans,punitur pœna mortis, secũdũ Ang.in l.ex senatusconsulto.ff.ad l. Corn. de sicar. & in sua disputatione incip.in refulgenti delitiarũ, & ita obseruatũ fuisse per curiam Burdegalen.refert Boer.decis.301.post nu.18.vbi attestatur quendam pro hoc crimine fuisse condemnatũ, vt prius amputetur ei manus deinde caput. Refert etiam Marcus decis.509.in fin.quod quidam iudex in loco Pertusij qui proiecerat lapidem contra imaginem beatissimæ Virginis,multásque contumelias in eam protulerat,fuit viuus excoriatus. Dicit tamen Ang.in d.l.ex senatusconsulto. quòd aliàs cũ ille casus contigisset, fuit delinquenti solummodo manus amputata,quem refert Afflict.super tertia parte const.Regni,Rub.54.nu.9.

20 Incendiarij, qui ob inimicitias aut prędam intra oppidum incendium committunt, puniuntur pœna mortis, d.l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis.

Item illi, qui comburũt ędes,vel aceruum frumenti positũ iuxta ædes, l.qui ædes. ff. de incend. ruina naufr.vt incendio capsinæ,super quo consuluit Natta cons. 42. & seq. Et proximis annis fuerunt

rũt Cremonæ suspẽsi iussu senatus duo fratres, qui quasdam ædes in quodam oppido combusserũt.Si quis verò non ædes, sed tugurió combureret,non esset pœna mortis afficiẽdus.& ita senatus quẽdã Pasqualem Curtarellum,qui de incẽdio cuiusdam tugurij conuictus fuerat, condemnauit tantũ ad triremes per bienniũ,2.Augu.1559.P.N. Fuit tamen pro incendio posito in fœnili vltimo supplicio affectus.Paul.de Molo,28.Nouemb.1561. P. N. Hæc autem pœna statuta contra incendiarios,locũ habet,quãdo data opera cõmissum est incendiũ, secus autẽ si culpa vel casu,& in facti contingentia quidam Donatus Biretta,qui incensis stipulis permiserat ignem vagari,quo frumentũ ipsius proprium,& alienum combustum fuerat habita à parte remissione,fuit absolutus,27. Septeb. 1552. P.N.

21 Iniuriam faciẽs officiali tempore eius syndicatus,debet puniri pœna capitis,vt dicit glo. in §.illud,in verbo,Mortis, in auth.vt iudices sine quoquo suffragio.Sed hoc intellige,nisi ipse officialis prius iniuriam illi fecisset,& ita se practicasse attestatur Paris Put.de syndi.fol.137.post n.3.in quodã officiali,qui iniuriabatur querelantibus, quod no.

22 Iudex,qui dedit operam,vt accusatus vel inquisitus aliquid falsò cõfiteretur, per quod innocens postea damnaretur ad mortem,punitur pœna capitis,vt dixi in d.§. Homicidiũ, vers.Itẽ iudex. Itẽ iudex,qui per pecuniam,vel iracundiam aliquem innocentem ad mortem cõdemnauit,punitur pœna capitis,vt dixi in d.§.vers.Itẽ iudex. Præterea iudex ponens aliquem indebitè ad torturam punitur pœna capitis,vt dixi suprà,quæst.64. vers. Antequam tamen.

23 Lænones,& lænæ puniuntur pœna mortis, vt est tex.in auth.de læno.§.præconizamus, colum.3.sed de consuetudine nõ puniuntur pœna mortis, sed tantummodo flagellantur cum mitra,vt dicit Nunius de los corregidores,fol.204.nu.15,vel afficiuntur aliqua alia pœna arbitrio iudicis.Et ita esse cõsuetudinem attestatur Pract.Iodo.c.89.num.43.Ita etiã in regno Hispaniæ solere practicari dicit Anto.Gomes.super l.80.Tauri,num.73.licet subdat,ꝙ est pœna irridenda pro tam nefando crimine,& quòd deberent puniri pœna mortis.

24 Læsę maiestatis crimẽ cõmittẽs,punitur pœna mortis,vt dixi ꝛ.hoc e.li.§.Læsę Maiest.vers.Sed quæro.

25 Libelli famosi auctor, qui fabricatus fit de alio ad eius infamiã contra veritatẽ, punitur pœna capitis,l.vnica,C.de famo.li.&dicit Ang.in l.lex Cornelia §.si quis liberũ,nu.3.ff.de iniur. se hoc vidisse de facto in quodã,qui posuerat qnandam scripturam infamatoriam super altari palatij priorũ non descripto nomine alicuius. Dicit tamen idem Ang.in d.l.vnica.C.de famo.lib.ꝙ licet ille, qui posuerat talem schedulam,debuisset decapitari, tamen indulta sibi fuit pœna capitis, & conuersa in pœnam duorum mille ducatorũ. Quinimò dicit Paris,Pu.de synd.fo.273.n. ꝙ illi,qui ad infamiam potestatis pingũt mẽbra virilia,vel vuluas mulieres super ianua eorũ cameræ,vel porta palatij, sunt maxima pœna digni,subdens,ꝙ in facti contingentia consuluit,ꝙ quidam,qui pinxerat quandam honestam mulierem eius amasiam (quæ sibi consentire nolebat) nudam cũ certo vituperio,& illam picturam ad eius ignominiã affixerat in locis publicis,ꝙ esset ad triremes trãsmittẽdus, quia (secũdum eum) talis pictura erat libellus infamatorius.Ego autẽ in practica nũquã vidi seruari,vt propter libellũ famosum aliquis vltimo supplicio afficeretur,sed semper vidi imponi pœnam extraordinariã,puta fustigationis,ictuũ funis,& ad summum pœnam triremiũ:& præteritis annis quidam proxeneta, qui tres libros materna lingua composuerat,in quibus de multis etiam in magistratu cõstitutis obloquebat,licet eos nõ publicasset,fuit iussu senatus alligatus catenę infami,& libri publicè cõbusti.Addeq nõ solum ipse auctor & fabricator huiusmodi famosi libelli est capite puniẽdus, sed ét ille,qui legit,& statim nó lacerauit,eadẽ pœna afficiendus est.Et ita communi consensu tenẽt Doct.vt ait Placa li.1.delictorum,c.3.post numer.2.

Medicus malũ medicamen scienter adhibens,vt infirmus moriatur, punitur pœna mortis. Dixi suprà,hoc eod.lib.§.Homicidiũ,vers.Itẽ medicus.

26 Milites multis ex causis capite puniuntur, quas per te videre potes in l.desertores,& aliis pluribus legibus illius tituli, ff. de re militari, potes etiam videre apud Iuliũ Ferret.in tracta.de bello,fol.148. & sequen.& apud illustr.Doctorem, & compatrem meum Petrum Bellũ de re militari,in 8.parte.

27 Monialem carnaliter cognoscẽs,vel etiã attẽtãs, vt rapiat,& carnaliter cognoscat,vel cũ ea de facto matrimoniũ cõtrahens,punitur pœna mortis, l.si quis non dicã rapere,C.de episc.& cler.Dixi suprà hoc eo.li.§.Fornicatio.vers.Cum moniali.

28 Mulier,quæ proprio seruo se supponit, punitur pœna mortis.Dixi suprà hoc eo.lib.§. Fornicatio, vers.Mulieris etiam.Item mulier quæ animali bruto se subiecit,punitur pœna mortis,vt dixi in eo. §.Fornicatio,vers.Cum animali.

29 Muros ciuitatis rumpẽs,vel trãscẽdens punitur pœna capitis,l.fi.ff.de rerũ diui. Scias tamẽ, ꝙ illa lex intelligenda est,vt procedat tantummodo in transcendente muros vrbis Romanæ, in muris aliarum ciuitatum est pœna arbitraria.Ita dixit Bar.in d.l.fi.nu.2.& ita distinguendũ esse secundũ Doct.affirmat Rolan.cons.84.num.25.libr.2.Hanc etiam opin. seruari de consuetudine attestatur Alexand.de Neuo cons.94.nu. 1. quod est duplicatum inter consi.criminalia diuersorum cons.91.li. 1.Et ita in facti cõtingentia iudicatũ fuit in curia Burdegal.vt refert Boer.decis. 232. Dicit tamen Alber.in d.l.fin.nu. 1. quòd vidit hunc casum in facto & in ciuitate Bergomi,tempore regiminis D.Gul. de Castro Bacco,qui ipso reclamãte quẽdam, qui muros ciuitatis transcenderat, fecit decapitari. Apud nos semper vidi seruari opin.Bar. vt scilicet nõ imponatur pœna capitis,sed alia extraordinaria,& ita in facti contingentia iussus fuit fustigari quidam Franciscus Cartarius,qui fossam ciuitatis trãsiuerat,vltimo Febr.1551.P.N.Et alius quidam Stephanus de Nignano,qui trãsgressus fuerat fossas oppidi Serrauallis,iussus fuit in cõtumaciã condẽnari in tribus ictibus funis,vel viginti aureis,20. Martij 1556.P.N.Et ita omnino seruãdũ esset, præsertim si esset tẽpus pacis,& ille trãscendisset muros non animo eos violandi,sed aliqua ex causa, puta,vt effugeret è manibus satellitum,vel huiusmodi.Et quòd hæc pœna solummodo locum habeat tempore belli,non autem tempore pacis,fuit in facti cõtingentia Capuæ iudicatũ,vt refert And. de Iser.const.regni,relatus, & ipse per Gramma.super eisdem consti.fol.31.col.1.post nu.6.

30 Officialis,qui publicos prouentus subtrahit,punitur pœna capitis,§.item lex Iulia peculatus,Instit.de publ.iud.Sed hic incidẽter quæro, nunquid officialis,

officialis,qui multa acquisiuit in officio,præsumatur ea de bonis fisci acquisiuisse, nisi doceat se ea aliunde acquisiuisse:Resp.Gl.in l.defensionis facultas.in gl.fi.C.de iure fisci,lib.10.videtur tenuisse,ꝙ sic.Sed certè in contrariũ est communis opi.vt attestatur Dec.cons.6.nu.2.Et dicit Bald. in c.1.in vltimis verbis, de clerico, qui inuesti. facit.in vsib. feud.ꝙ illa gl.per multos dãnatur,& non seruatur de consuetudine,quem refert Bertran. cons.115.n. 7.li.1.in 2.parte,vbi etiã post n.31.dicit,ꝙ illa glo. reprehenditur per Docto.Illũ etiam refert idem Bertran.cons.151.nu.6.libr.6.subdens,ꝙ secundum communem opi.illa gl.reprehenditur. Et ideo teneas,ꝙ imò officialis præsumitur in dubio licitè acquisiuisse,nec præsumitur aliquid habere de bonis fisci,nisi id liquidò probetur.

31 Plagiarius,qui pueros vel seruos furatur,pœna capitis punitur,l.quoniã,& l.fi.C.ad l.Flauiã de plagia.Sunt tamen intelligẽdæ illæ leges,vt procedãt in eo,qui solitus est talia cõmittere.ille enim vtique puniẽdus est pœna mortis,secus autem si nõ sit consuetus,nã eo casu est distinguẽdũ,ꝙ,aut habuit animũ celãdi,& adhuc punitur vltimo supplicio:Aut verò non habuit animũ celandi,& est mitius puniẽd⁹. Et hæc opi.cõiter tenetur,vt dicit Bar. in l.penul.in princip.ff.ad l.Flaui.de plag.quem refert Anan.in c.1.post nu.4.de furtis.

32 Priuatũ carcerem exercẽs punitur pœna capitis, vt est tex.in l.1.C.de priuatis carcer. Et aduerte, quia ille,qui capit aliquẽ,& detinet ex iniusta causa,punitur pœna priuati carceris,ét si illũ detineat minori spacio viginti horarũ.Ille verò,qui aliũ capit ex iusta causa,potest illũ detinere spacio viginti horarũ,& ipsum captũ iudici præsentare, & ita concludũt omnes Doct.vt dicit Cauens. super 56. ritu magnæ curiæ,n.2.Scias autem,ꝙ dispositio illius,legis nõ habet locũ in cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ,nam hodie quilibet Cardinalis habet priuatũ carcerem ad puniendos domesticos, & familiares suos,& ita vsum obtinuisse attestatur Manfred.in tract.de Cardinal.c.8.19. priuil. Memini ego de hoc crimine processum fuisse contra D. Ioan.Stephanũ Ritium,qui furem in domo captũ per septem dies domi detinuerat:sed comperto ꝙ statim dederat notitiã officialib.fuit absolutus, 23.Martij 1560. Credo etiam, ꝙ in practica reus priuati carceris non afficeretur vltimo supplicio sed mitiùs puniretur,prout in facti contingentia seruauit parlamentum Burdegalense,quod condenauit in pœnam pecuniariam tantùm quendam dominum,qui famulum suum diu in priuato carcere retinuerat,vt refert Papo libr.23.titul.1.Arresto primo.

33 Proditor a punitur pœna capitis,tanquã reus lesæ
a Maiest.vt colligitur ex tex.in l. fallaciter, vbi gloss. in verb.Prodita.C.de abolitio.

34 Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, l. vnica,C.de raptu virg. Dixi sup. hoc eo.lib.§.Raptus,vers.Sed quæro.

35 Sacrilegi puniuntur pœna capitis. Vide quæ dixi suprà hoc eod.li.§.Sacrilegium,vers.Sed quæro.

36 Seditionis auctor punitur pœna mortis, vt est tex. in l.3.§.Item si quis auctor.ff.de sicar. & etiã seditionẽ in populo concitans contra principem, vel rempub.l.1.C.de seditio.Et licet ille tex. expresse nõ imponat pœnã mortis,sed tantũ dicat, ꝙ multam grauissimã sustinebit:tamen gl.ibi,in verbo, Grauissimã,in prima opi.interpretatur,id est,mortem,& illam opi.dicit esse approbatam in practica Saly.in d.l.1.post nu.1.Quod tamen intelligendum est,quando tractatus præcesit ipsum tumultum,seu,seditionem:secus autem si accidentaliter euenerit aliquis tumultus,vel seditio in populo,citra animũ turbãdi quietem populi.Nam eo casu mitiùs essent puniendi,vt in facti contingentia consuluit Ias.cons.167.libr.4.& Dec.cons.256. & iudicauit consilium Neap.teste Gramma.voto 19.

37 Seipsum occidere volens,punitur pœna capitis.l. si quis aliquid.§.j.ff.de pœ. Et ideo licet talis volens seipsum occidere,fuerit impeditus ne id faceret,punitur tamen perinde ac si delictũ cõsummasset,Et hæc est frequentiori Doct.calculo recepta opi.vt dicit Placa lib.1.delictorũ,ca.23.nu.18.Nihilominus stante generali consuetudine,ꝙ conatus non puniatur nisi sequatur effectus, vt dixi infrà, q.92.fortè contrariũ esset dicendũ in practica, prout etiã se in facti contingentia consuluisse attestatur Carer.in pract.crim.fol.230.n.127. in quodam se suspendere volente,qui tamen concursu hominũ viuus euasit.Occidens b autem seipsum moritur intestabilis,quia scilicet rũpitur & annullatur omne testamentũ prius ab eo factum. Et est communis opi.vt dicit Gul.de Benedict. in 2. parte,ca Raynutius

ADDITIONES.

a Proditor. Adde ꝙ tripliciter dicitur quis proditor. primò qui prodit principẽ vel Rempub. secundò qui prodit socium vel amicum occidendo vel vulnerando. tertiò qui prodit eum quẽ in fide suscepit.Ita Bal.cons.361.nu.3. vol. 4.Adde Bart.in l.respiciendum. §. delinquunt. ff.de pœn.Guid.Pap.quæst.191.nu.5.

b Occidens,Nota quod occidens seipsum alicuius criminis vel sceleris reus existens, punitur in publicatione bonorum, nisi hæredem haberet:toto tit.ff.de bon.eor.qui sibi mort.consciu. ita tenent Iac.de Rauen.& Pet.de bella pertic. in l.2.C.qui testa.fac.poss.10.Igneus in l.j.§.si tibi. nu.109.ff.ad Sylleian. Contrarium tamen videtur tenere Bart.in l.j.§.fi.ff.de bon.damnat.& in l.j.ff.de bon.eor.qui ant.sent.mort. sibi cõsc. per auth.bona damnatorum. C.de bon. dãnat. Et hæc publicatio bonorum non ipso iure, sed per sententiam fieri debet.l.in fraudem. §.eius bona.& §.seq.ff.de iure fisc.Bar.in l.3.§. fi. ff. de bon.eor.qui sibi mort. consc. Item vltra huiusmodi publicationem bonorum imponendam occidenti seipsum,eius cadauer suspenditur,& sic punitur ac si extraneum occidisset, secundum Roman.& Ias.in d.l.2.C.qui testa.fac. poss. & per Carer. in pract. §. homicidij.nu. 123.cum aliis seq.Si tamen iste sui ipsius occisor nõ esset de crimine accusatus,vel in eo deprehẽsus,sed tantum suspectus, tunc fiscus vt bona eius capiat tenetur probare ipsum mortem sibi conscisuisse metu pœnæ, & non impatientia doloris, secundum Pet.& Cinum in d.l.2.Bart.& alios in l.fi.§.fi.ff.de bon.eor.qui mort.sibi cõsc.Bal.in l. fi.C.de iur.fisc. lib.10. Item licet vxor teneatur lugere maritum per annum, atque vestes portare lugubres, sub pœna infamiæ, Hoc tamen locum non habet in tali seipsum occidente,qui luctu carebit.l.libellorum. §. non solent. ff. de his qui not.infam.

Raynutius,verb.mortuo testatore.n.48.Regulariter tamẽ eius bona nõ confiscãtur.Et ita tenẽt omnes cõiter,vt ait Bertrã.cons.134.n.2.li.3.in 1.parte. Sed hæc omnia procedũt in his,qui cõscientia proprij sceleris manus sibi inferũt.Cæterũ,si qui tędio vitę,doloris impatietia,furore,morbo,pudore moti,manus in se inferũt,non puniũtur pœna corporali,nec confiscatione bonorum, neq; eorum testamenta irritãtur.Et in hoc omnes conueniũt,vt dicit Igne⁹ in l.1.§.si man⁹,n.17.ff.ad Sylle. Et ideo si quis se in puteum præcipitauerit, & mortuus fuerit, non debent eius bona confiscari,nisi appareat,ꝙ id fecit conscientia criminis,prout in casu, in quo consuluit Dec.cons.438.& Paris.cons.155.li. 4.& Cor.cons.195.li.2.Et licet Pract.Iodo.c.88.n.6. dicat,ꝙ secundum consuetudinem, quisquis seipsum interficit,ex quacunq; occasione,& causa hoc euenerit, furcis suspenditur, & bona eius omnia confiscantur:id tamen apud nos nõ seruatur.Dicit etiam ibid.num.8.quòd ex more & consuetudine cautum est, ꝙ nemo huiusmodi corpus damnatum,& suspensum manibus attrectet & auferat, nisi ex iudicis mãdato,& permissu. Item n. 9. dicit pariter consuetudine obseruatum esse,vt quoties hoc scelus in domo commissum est,cadauer ipsum funibus à domo ipsa extrahatur,non per ostium, sed per foramen factum sub limine domus,quæ tamen omnia apud nos non seruantur.

38 Seruus,qui cũ domina carnaliter se commiscuerit,punitur pœna mortis.Vide quæ dixi suprà,hoc eo.li.§.Fornicatio, vers.Cum domina.

39 Sodomitæ puniuntur pœna mortis: vt dixi suprà hoc.eo.li.§. Sodomia,vers.Sed quæro.

40 Sortilegi,& malefici puniuntur pœna mortis,vt est tex.in l.3.C.de malefic.Sed hoc de consuetudine nõ seruatur,vt dixi suprà hoc eod.lib. §. Hæresis.vers.Succesiuè quæro.

41 Transfuga punitur pœna mortis.l.si quis aliquid ex metallo.§.transfugę.ff.de pœnis. Quod intellige vt procedat.quando illud dolosè fecit,aliàs autem mitius esset puniendus,vt in casu in quo consuluit Gram.voto 10.Scias autem,quòd in hoc delicto de iure cõmuni punitur conatus, etiam si nõ sit cõsummatus effectus,nã (secundum aliquos) liber homo si fuerit inuentus fugere ad hostes,punitur pœna mortis.Et hãc esse cõmunem opi.attestatur Bolenc.in repet.l.capitalium. §.famosos,n. 82.ff.de pœn.Seruus tamen,qui inuentus est fugere ad hostes,nõ punitur vltimo supplicio, sed pede tantum debilitatur,vel in metallum dãnatur,vt videtur tex.in l.si fugitiui,C.de seru.fug.quod est mirabile,vt scilicet detur casus,in quo in pari delicto mitiùs puniatur seruus,quam liber homo. Sed certè quicquid dicat Bolenc.hæc opin. non est vera, neque communiter tenetur,vt attestatur Cæpol. in d.l.si fugitiui,post nu.4.

42 Tutor,qui corrumpit puellam,cuius est tutor, punitur pœna capitis,vt dixi suprà hoc eo. libr. §. Fornicatio,vers.cum pupilla.

43 Vastatores,& incisores vinearum,& arborum,puniuntur pœna mortis,vt latrones,vt est text.in l.2. & ibi gl.vnica.ff.arborum fur.cæsarum.Hæc tamen pœna apud nos non seruatur,sed Senatus illos cõdemnat pœna extraordinaria, nõ modo quando sunt in carcerib.detenti,sed etiã quando sunt contumaces,& in specie iusit quosdam condemnari in contumaciam pro incisione vitium in tribus ictibus funis, & in damnis versus partem, vltimo Iulij 1557. P. N. Et aliàs etiam quidam Bartholomæus Maffinus,qui vites inciderat,fuit iussus fustigari, vltimo Aprilis.1547. Et quidam Franciscus Passallus in contumacia condemnatus fuit ad triremes per quinquenniũ, 6. Septem.1554.A.C.

44 Venenum malum scienter faciens, aut dans ad aliquem occidendum, punitur pœna capitis,de quo dixi in d.§.Homicidium, vers.Punitur etiam.

45 Violator sepulcrorum,ex illis extrahẽs armata manu cadauera, vel ossa mortuorum.punitur pœna capitis,l.3.§.aduersus.ff.de sep.viol.Sed hoc crimẽ,propter multa cœmeteria constructa apud ecclesias, iam in desuetudinem abiit,& illa rubrica parum in vsu est,vt ait Berbe. in viatorio, in Rub. de sep.viol.& Practic.Iod.cap.109.in fin.Vidi tamẽ ego ingentem processum factum Cræmone super hoc crimine,& fuit quidam Galeacius Ferrarius cõdẽnatus in vno ictu funis &aureis decẽ,pro qua cõdẽnatione obtinuit gratiã,27.Septeb.1561.P.N.

QVÆTIO LXIX.

1 *De pœna amputationis membri.*
Et an esset hæc pœna cognita de iure Digestorum ibid.
2 *Et an dicatur pœna capitalis?*
3 *Et quæ dicantur propriè membra.*
4 *Si aliquis sit condemnatus simpliciter in amputatione manus,in qua manu sit condemnatio exequenda:*
Et quid si habeat vnam manum aridam:ibid.
5 *Et quid si non habeat nisi vnam?*
6 *Casus,in quibus imponitur à iure pœna amputationis membri,qui sint?*

1 SVccesiuè videamus de pœna amputationis membri,quæ quidem olim non imponebatur, vt dicit Anan.in c.1.nume.21.in fi.de colluc.deteg. nam (secundum eum) leges antiquæ non volebant homines esse inutiles,& vt essent apti solum modo ad comedendum, & non ad laborandum. Hæc igitur pœna non erat cognita de iure Digestorum,aut Codicis,sed fuit inuenta de iure Authenticorum.Et ita dicunt Doctores teste Ana.in c.in Archiepiscopatu,post nu.4.de rapt.vbi tamen ipse ostendit,ꝙ erat etiam tempore legis 12.tabu. vt ibi.Hanc etiam opin.ꝙ hæc pœna abscisionis membri non esset cognita de iure antiquo,attestatur esse communem Curt.Iun.in l.Imperiũ, nu.37. ff.de iurisd. omni. iud. quem refert Don. Anto.de Padilla.in l.transigere,post nu.8.C.de transact.

2 Quæro igitur in primis,nunquid amputatio mẽbri dicatur pœna capitalis? Resp. quòd propriè loquendo non potest dici pœna capitalis.Et ita receptum est, vt dicit Alciat. l. licet capitalis,in fin. principij.ff.de verb.sig.

3 Itẽ quæro,quæ dicantur propriè membra? Resp. ꝙ mẽbra propriè dicũtur, illa, quibus diuerso, ac proprio officio corpus mouetur.Ita dicit Bar.in l. publicorum,n.13.de pub.iud.quem Doctores comuni consensu sequuntur,vt dicit Placa libr.1.delict.c.25.nu.7. Hanc etiam dicit esse communem opi.Didac.in repet.Clem. si furiosus. fol.321.post nu.8.de homic.Hinc infertur, ꝙ digitus non est membrum.Ita dicit Bar.in l.non sunt liberi, ff. de statu homi.quam doctri.semper Doct. secuti sunt, & magnificiunt,vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verb.Membrum prædictum,nu.9.& est communis opi.vt ait Didac.in loco prælleg.vers.3.ab eadem. Et ideo statutũ puniens abscindentem membrũ, non habet locum in abscindente alicui digitum.

Et

Et ita tenent Doctores, vt dicit Vitali. de malef. in Rub. quid sit accusatio, nu. 58. vbi etiam subdit, ꝙ ita fuit de facto determinatum. Et ita in facti contingentia cõsuluit Rubeus conciuis meus cons. 83.

4 Pone, ꝙ aliquis sit condemnatus in amputatione manus, non exprimendo, in qua manu facienda sit executio. Quæro, de qua erit intelligendum? Resp. quòd est intelligendum de manu debiliori, & in qua reus minùs potest, vt dicit gl. in aut. sed nouo iure, in verbo, Vna, C. de furtis. Et dicit Albe. in 3. parte statutor. q. 60. ꝙ ita tenent communiter DD. semper enim in pœnis facienda est benignior interpretatio. Et ideo si condemnatus habeat vnam manum bonam, & alteram aridam, debebit ei amputari manus arida. Et hanc dicit esse communem resolutionem Io. And. in addit. ad Specul. in rubr. de pœnis, circa fi. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Quasi non soluerit, amputetur ei manus, post n 4. & Alciat. de præsumpt. regula 3. 3. præsumptione 45. nu. 15. quæ quidem opi. mitior est. Crederem tamen, quòd si illa esset prorsus inutilis, aliud fortè dicendum esset, ne condemnatio redderetur elusoria. Et in hanc sententiam inclinare communiter scribentes sensit Alexan. cons. 104. nu. 4. lib. 1. quem refert Apostilla. ad Ange. in loco præallegato.

5 Sed quid si reus cõdemnandus ex forma statuti, vel iuris communis in amputatione manus, nõ habeat nisi vnã manum, nunquid illa erit ei amputãda? Respõ. Aliqui dicũt, ꝙ non, ne deformetur corpus humanum, sed quòd pœna debet commutari. Et hanc opi. tenuit Paul. de Cast. in auth. sed nouo iure. post num. 4. C. de ser. fugi. & ita dicunt Doctores, vt attestatur Anan. in c. 1. nu. 2. de calum. Contrariam tamen sententiam, scilicet quòd imò debeat illi manus amputari, videtur tenuisse Bal. in d. auth. sed nouo iure, post n. 12. Et hãc secutũ fuit iu dicãdo cõsilium Neap. vt refert Grammat. dec. 94. & super constitu. Regni, fol. 116. col. 2. vbi dicit ita fuisse executum, quem refert Mãtua in l. trãsigere, fi. 123. C. de transact. Ego tamen, si casus contingeret, potius inclinarem in contrariam sententiam quæ æquior est & mitior. vel saltem consulerẽ principem, vt ipse misericordia motus pœnam iuberet commutari. Et hoc tutius esset. Vide in hoc proposito quæ dixi infrá, q. 85. vers. Non omitto.

6 Casus autem, in quibus de iure imponitur pœna amputationis membri, habes apud Gand. in tit. de pœnis reorum, nu. 52. & seq. & Galicium in Margar. Fisci. fol. 90. col. 1. & Fabr. in pract. arbitr. fol. 341. & aliis sequentibus:

QVÆSTIO LXX.

1 *De aliis pœnis corporalibus.*
Pœna stigmatis an hodie sit in vsu: ibid.
2 *Fustigatio an sit permissa etiam in clericis?*
Et an sit pœna capitalis? ibid.
3 *Tortura an sit in vsu pro finali pœna delicti?*
4 *Pœna carceris perpetui an sit in vsu?*
5 *Pœna triremium an sit in vsu etiam in clericis?*
6 *Pœna detrusionis in monasterium an hodie sit in vsu?*
7 *Pœna, quòd clerici ponantur in gabiis, an sit in vsu?*
8 *Pœnæ mitræ.*
9 *Pœna degradationis in clericis, an dicatur corporalis?*

1 SVnt etiam aliæ pœnæ corporis afflictiuæ, vt est pœna stigmatis, qua veteres vtebantur, sed postea fuit sublata per l. si quis in metallum. C. de pœnis. Reperio tamen, ꝙ Ang. in d. l. si quis in metallum, dicit contrarium de facto seruari, quòd statuta, quæ disponũt, quòd pro furto debeãt bullari, & illum refert Ang. de malef. in verbo, In facie, nu. 2. Apud nos certè hæc pœna stigmatis nõ est in vsu, & si in aliquibus locis extant huiusmodi staruta, quòd pro furto, vel alio crimine aliquis bulletur, Senatus non permittit exequi talem pœnam, sed illam cõmutat in pœnam fustigationis, vel similem, & idem etiam practicari in Regno Neapolit. attestatur Maranra in suo Speculo, folio 28 numer. 9.

2 Est etiam pœna fustigationis, seu verberationis, quæ quidem non tantum de iure ciuili, sed etiã de iure canonico, etiam in clericorum personis, est à sacris canonibus recepta, vt ait Diaz in pract. cri. can. c. 125. Ego tamen apud nos nũquam vidi illã seruari in persona alicuius clerici, prout neque illam esse in vsu in Regno Franciæ cõtra clericos, at testatur Prac. Millei, fol. 148. nu. 53. Et in omnem casum deberet moderatè exequi, nõ autẽ crudeliter: aliàs episcopus qui facit aliquẽ crudeliter fustigari, per duos menses à missarũ celebratione suspenditur, vt est tex. in c. præterea. de clerico percussore. Sed quæro, nũquid hæc pœna fustigationis dicatur pœna [a] capitalis? Respon. quòd non, Ita tenet Bart. in l. transigere, C. de transa. & est communis opi. vt dicit Maranta in suo Spec. fol. 28. nu. 5.

Quibus autem ex causis imposita sit à iure communi pœna fustigationis, vide apud Gandi. in tit. de pœnis reorum, nu. 55. & Galicium in Marg. fisci, fol. 90. col. 2.

3 Plerunq; etiã imponitur â statutis pœna torturę, siue ictuum funis, non quidem ad eruendam veritatem, sed ad pœnam delictorum. Et licet Bald. in rubr. C. de pœn. iud. qui malè iud. dixerit non reperiri iure cautum, ꝙ tortura imponatur pro finali pœna delicti: tamen Paris Put. de synd. fol. 449. in verbo, Tortura 11. c. in primis verbis, duos casus recenset, in quibus videtur de iure cõi impositam esse torturam pro pœna.

4 Pœna autẽ perpetui carceris, [b] nõ est in vsu apud laicos, vbicunq; enim alia pœna imponi potest, nũ quam imponitur pœna perpetui carceris. & ita tenẽt cõiter DD. vt dicit Bal. cõs. 443, in fi. li. 3. Credo tamẽ ꝙ hæc pœna in ciuitate Venetiarum etiã hodie sit in vsu, prout etiã attestatur Mantua obseruatione 96. col. 6. Dicit ẽt Calic. in Margar. fisci, fol. 93. in fin. quòd Reges Castellæ multum vtuntur ista pœna ppetui carceris. Apud clericos aũt multũ frequentatur. Et dicit Ang. in l. prætor ait, §. si publicanus, n. 1. ff. de vi bonor. rapto. ꝙ quanuis clericis nõ liceat interficere quenquam, tamen possunt reos in

ADDITIONES.

a Capitalis. Fustigatus tamen post sententiam, & sic in pœnam efficitur infamis, secundum Pau. de Castr. in l. nullam. C. ex quib. caus. infam. irrog. nume. 2.

b Clericis. Not. ꝙ aliud est ponere in carcerem, & aliud ponere in vincula: nec carceratio nec in vincula iniectio fit ad pœnam, sed ad custodiam. & ideo ex his non dicitur cædi persona nec ex sola captura & positione in vinculis dicitur quis inferre personalem læsionem, secundum Socin. senior. in c. nuper à nobis. num. 5. & seq. de senten. excommunic. vbi dicit notandum pro statutis quæ loquuntur de personali læsione.

in carcerem includere cum tanta necessitate cibi, & potus, vt fame necentur, & ait quòd ita dicunt can. & quòd hac practica vtuntur. Quam tamẽ restringe, vt procedat, quòad ipsos clericos tantum. Cæterum non potest iudex ecclesiasticus condemnare laicum ad perpetuum carcerem, etiam quando laicus propter delictum effectus esset de foro ecclesiastico præterquam in causa hæresis.

5 Frequens est etiam hodie pœna triremium, quæ non modo in laicis, sed etiam in clericis venit in vsum, præcipuè in Italia, vt ait Diaz, in pract. cri. cã. c. 135. vers. venit in super: quam tamen consuetudinem ipse improbat in sacerdotibus, eiusque opi. mihi placeret, vbi in tantum non creuissent crimina clericorum, vt hodie videmus, vix enim potest multorũ petulantia, atque improbitas coerceri. Et memini superioribus annis, cum Vicarius episcopalis Cremonæ redderet se difficilem in exequẽdo quãdam condemnationem ad triremes, factam contra quendam presbyterum, quasi ea pœna clericis imponi nõ soleret, senatus rescripsit prætori, vt omnino curaret illã exequi, 22. Aug. 1562. P. N. ex quo in hoc Ducatu passim solita est illis imponi. Et ita fuit executum. Puto tamen, ꝙ discreti episcopi non sine maxima causa talem pœnam sacerdotibus imponere debeant, vbi scilicet nulla videatur alia spes correctionis subesse.

6 Sunt etiam apud clericos aliæ pœnæ corporis afflictiuæ, prout est pœna detrusionis in monasteriũ. Sed hæc pœna hodie recessit ab vsu, vt attestatur Diaz in pract. crim. can. c. 128. quia (vt ipse dicit) iudices ecclesiastici adeo segniter laborant, vt rarissimè videamus eos delinquentibus pœnam depositionis imponere.

7 Solent etiam prælati clericos facinorosos poni facere in gabiis. Et licet Pra. Carer. fo. 546. post n. 64. dicat hanc pœnam non esse in vsu, ego tamen iam multis annis præteritis, vidi de facto quosdam presbyteros in gabia ferrea super turri Broleti veteris Mediolani. Sed certè de iure nõ credo licitum esse clericis, præsertim sacerdotibus talem pœnam imponere, vt etiã sentit Fel. in c. qualiter, & quãdo, el 2. §. ad corrigendos, nu. 10. de accus. vbi tamen subdit, ꝙ consuetudo seruat contrarium, & malè, quem refert Foller. in prac. crim. can. fo. 286. n. 113. & Pract. Conradi fol. 445. nu. 25. in fi.

8 Mitræ quoq; impositio inter pœnas corporales connumerari potest, quę quidem quandoq; imponitur de per se ad infamiam, vt quis ita mitratus producatur in publicum, aliquando imponitur fustigãdis, aut igne cremãdis, in maiorẽ ignominiã. Et scias, ꝙ quandoq; si ille, cui esset imponẽda propter infamiam pœna mitræ, non sit in fortiis iustitiæ, solet ad eius domũ mitra per satellites trãsmitti, ꝙ sæpissimè fieri attestatur Catald. cons. 56. nu. 13. inter cons. crim. diuersorum, lib. 1. licet id apud nos ego nunquam viderim in practica obseruari.

9 Credo etiam, quòd possit dici pœna corporalis degradatio clericorum, quando fit actualiter, cùm taliter degradatus sit statim tradendus curiæ seculari, corporaliter etiam ad mortem puniendus, vt dixi infrà, q. 74.

QVÆSTIO LXXI.

1 *De pœna exilij.*
2 *Casus, in quibus à iure imposita est pœna exilij, qui sint?*
3 *Officialis qui cogit rusticos ad obsequia indebita, punitur pœna perpetui exilij.*
4 *Iudex an possit relegare, seu confinare aliquem in loco sito extra prouinciam suam?*
5 *Bannitus in contumaciam an sit infamis?*
6 *Et an possit esse testis?*
7 *Et an amittat patriam potestatem?*
8 *Et an possit testari, aut capere ex testamento?*
9 *Et an banniti possint impunè offendi?*
10 *Et an bannitus efficiatur seruus pœnæ?*
11 *Bannitus ab vna ciuitate an censeatur bannitus etiam ab aliis cum ea fœderatis?*
12 *Banniti huius temporis an æquiparandi sint deportatis, vel relegatis?*
13 *Qua pœna puniatur frangens fines exilij?*
14 *Si aliquis sit bannitus arbitrio iudicis, an mortuo, vel recedente iudice, bannum finiatur?*

1 EXilij [a] autem pœna apud nos multum est in vsu, non modo contra reos contumaces, vt dixi suprà quæst. 44. sed etiam contra præsentes in pœnam delictorũ. Quãdoq; verò imponitur perpetuũ exilium, quandoque temporale, & quandoque arbitrarium, prout quotidie videmus seruari per senatum, teste Boss. in tit. de bannitis, nu. 2. An autem hæc pœna hodie secundum Canones sit in vsu, dixi §. q. 67. vers. Relegationis.

2 Casus autem, in quibus de iure imponitur pœna exilij, videre potes apud Calic. in Margar. fisci, fol. 85. vbi 69. recenset.

3 Officiales rectorum prouinciarũ, qui rusticanos, vel eorum seruos, vel iuméta ad aliqua cogunt obsequia, necnõ & rusticani se sponte dictis obsequiis subiicientes, puniuntur pœna perpetui exilij, & confiscationis bonorum, l. 2. C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur. Sed pro certo hodie hoc malè obseruatur, vt dicit Chass. super consue. Burg. fol. 89. vers. 36. casus.

4 Vidi ego quandoque in facto dubitari, nunquid iudex possit relegare aliquem, vt non exeat de aliquo loco, vel oppido, iurisdictioni ipsius iudicis nõ subdito, quam relegationem nos confiscationem appellamus. Et dicendum est, quòd de iure nõ pót fieri relegatio, nisi in loca subdita ipsi iudici relegãti, vt est tex. in l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interd. & releg. nihilominus de consuetudine generali, quæ viget ferè vbiq; locorum, contrarium obseruatur, vt attestatur Bal. in l. executorem, nu. 33. C. de execut. rei iud. subdẽs, Et ideo tales studeant seruare mandata, & illum refert Marcus decis. 359. nu. 9. Et intellexi, quòd proximis mensibus Dux Mantuę confinauit nonnullos ciues Casalenses in diuersas ciuitates & oppida Italiæ, dominio suo non subditas. Vide in hoc proposito quæ dixi suprà q. 67. ver. Deportatio.

5 Quæro nunc, quis sit effectus banni, seu condemnationis in exilium: & in primis nunquid bannitus in contumaciam sit infamis? Resp. quòd non, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Bal. in l. 1. num. 5. C. de calum. vbi enim condemnatio fit in contumaciam, non dicitur ferè constare de crimine, propterea non debet sequi infamia, quæ ex crimine ipso procedit.

6 Præterea quæro, nũquid bãnitus, ꝙ maleficio in cõtumaciã, possit esse testis? Resp. ꝙ sic de iure ciuili, & hãc dicit esse cõem opi. Bal. in c. super eo, el. 1. nu. 4. de testib. Ale. de Neuo cõs. 8. n. 10. Fel. in d. c. super eo. n. 6. Et dicit Alb. in 4. p. statut. q. 72. in. 1. dubio, ꝙ hæc

ADDITIO.

a Exilij. Pœnã exilij nõ infert ecclesia, scdm Alci. in c. cũ nõ ab hoĩe, n. 108. de iud. vbi. cõem dicit.

hæc opin.communiter approbatur & seruatur. Bā num enim ex contumacia proueniens non irrogat iuris infamiam,(vt statim dixi) meritò à testificando non repellit. Hæc tamen conclusio non transiret absque difficultate,stantibus statutis,quòd contumax habeatur pro confesso,& cōuicto,hoc enim casu potius videtur bannitus ex crimine probato per contumaciam,quàm ex ipsa contumacia, & ideo saltem in loco, in quo est bannitus de iuris rigore fortè videretur repellendus. Apud nos tamē quotidiè cōcedūtur salui cōductus bānitis,vt veniāt ad testificādū,neq; propterea repellūtur,licet propter bānū nō reputentur tanquam integri testes.

7 Succesiuè quæro, nunquid bannitus amittat patriam potestatem?Resp.quod non,& est communis opin.vt dicit Alex.in l.si cum dotem.§.si patri, nu. 4.ff.solu.matr.Cor.cons.55.lib.2. prout illum refert Boss.in ti.de bonorum publi.post nu.69.vers. cōtrarium tamen,licet dicat se vidisse seruari, quòd imò illam amittat, quòad bona posita in territorio , à quo est bannitus.Vide quæ dixi infrà,ver.Dixi autem. Vtilitas autem huius quæstionis potest esse maxima,quia quando pater bannitus perdit patriā potestatem,peculium profecticium transit in fiscum:aliàs secus.

8 Sed an poterit bānitus testari,aut capere ex testamento?Dixi s.lib.3.§.Testamentum,q.19.& 20.

9 Quæro,an bannitus possit impunè offendi? Dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium,vers.Plerunque etiam,& seq.

10 Vlterius quæro , vtrum bannitus virtute contumaciæ,& sic fictæ confessionis inductæ ab huiusmodi statuto,efficiatur seruus pœnæ ? Respond.quòd non efficitur seruus pœnæ,donec peruenerit in fortiam iustitiæ.Et hæc est cōmunis opi.vt dicit Cor. cons.55.in litera Z.libro 2.quem refert Boer. decis. 278.nu.21.relatus & ipse per Viuium in libro communium opi.in verbo,Reus pro crimine.Pract.Cōradi,fol.443.nu.14.in fi.Boss.in tit. banniti quid amittant,nu.12.Quod intellige,nisi condemnatio sit pura,& sine conditione lata, vt eleganter declarat Boer.in loco præalleg.Dixi in d.§Testamentum, in quæst.19.vers. Aliquando verò.

11 Quæro modo,nunquid bannitus ab vna ciuitate, censeatur etiam bannitus ab aliis ciuitatibus cum ea fœderatis?Resp.Aliqui dixerūt,quòd sic,sed eorum opinio non est vera,& vsus illam nō approbat, vt attestatur Bar.in l.non dubito,nu.2. ff. de captiuis. Licet enim aliquæ ciuitates sint simul fœderatæ,remanēt tamen eorum iurisdictiones,& territoria penitus separata,nisi specialiter in capitulis fœderum cōtrarium dispositum fuisset. Faciunt quæ dixi suprà,q.38.vers.Successiuè quæro.Vnum tamē volo vt scias in hoc proposito,quòd quāuis in hoc Ducatu bannitus ab vna ciuitate , vel loco ipsius ducatus censeatur bannitus à toto ducatu,& possit in eo vbique capi,& puniri:si tamen contingat aliquam ciuitatem,vel locum separari à ducatu,banniti ab illa ciuitate,vel loco,etiam tempore,quo erat vnita cum ducatu,sunt post talem separationē tuti in ducatu , neque possunt in eo aliquo modo molestari. Et ita euasit in facti contingentia quidā Christophorus Maius insignis sicarius,condemnatus de atrocissimo delicto in ciuitate Placentiæ, tempore quo erat vnita cum hoc ducatu Mediolani,& post separationem captus in ciuitate Cremonæ,fuit enim liberè dimissus, ita iudicante Senatu 4.& 17.April.1558.P.N.

12 Dixi autem suprà, q.67.ver. Deportatio etiam, quòd hodie exilium successit loco deportationis, & relegationis.Sed quæro,nunquid banniti nostri tēporis æquiparentur deportatis, an aūt relegatis? Ego hanc quæstionē posuerā s.lib.2.§.Bānitus,ver. Quærò nunquid , sed quia iam ferè despero posse me aliquam aliam partem operis in locem edere, illam ex eo loco in hūc transferri iussi.Vtilitas aūt huius quæst. est maxima, nam deportatus perdit ciuitatem Romanam,non autem relegatus.l.inter pœnas,in prin.l.relegatorum,§.siue ad tēpus.ff. de interd.& releg.Item deportatus amittit testamenti factionem actiuam,& passiuam,non autem relegatus,vt dixi s.lib.3.§.Testamentum,q.22.& c.Scias igitur,quòd in hoc articulo tanta est inter Doctores controuersia,vt vix possit discerni non modo quæ sit communis opin.sed neque ēt quid in tanta scribentium varietate tenendum sit. Et in primis quidem aliqui simpliciter dicunt,quòd bannitus æquiparatur deportato.Sed certè eorum opinio ab omnibus ferè reprobatur.vt ex inf.dicendis apparebit. Alij simpliciter dicunt , ꝙ banniti æquiparantur relegatis non autem deportatis.Et fuit opi.Bartol. quam dicit communiter approbari Soc.Iun. consi. 147.nu.20.lib.2.& illam communem appellat Alex. in l.ex facto,§.ex facto,nu.7.& seq.ff.ad Treb.prout illum refert Cur.Iu.cons.182.nu.8. Sapia in l. Imperium,nu.58.ff.de iurisd.omnium iud.Aret.in d.§.relegati,num.7.quem refert Pract. Conradi,fol.447. nu.31.Aliqui verò distinguunt , & dicunt quòd aut quis est bannitus propter crimen,pro quo imposita est pœna mortis,& eo casu æquiparatur deportato,aut verò est bannitus propter crimē pro quo non imponitur pœna mortis, & æquiparatur relegato.Sed certè hæc etiam opi.communiter reprobatur.Et quòd bannitus etiā pro crimine,pro quo veniat imponenda pœna mortis, non æquiparetur deportato,nec damnato in metallum,dicit esse cōem opi.Cur.Sen.cons.60. prout illū refert Ripa in d.l.ex facto,§.ex facto,nu.14.Alij igitur aliter distinguūt,ꝙ scilicet,aut pœna banni est cum confiscatione bonorum , & tunc æquiparatur deportato:aut verò sine confiscatione bonorū , & æquiparatur relegato.Et fuit opi.gl.in §.relegati,in verbo Retinent, Instit.quib.mod.ius patriæ pot.soluitur. Hæc tamē opi.in hoc,ꝙ pœna banni,vbi bona non publicātur,æquiparetur relegationi, vtique posset forte sustineri.& illam communem appellat Marāta in suo Spec.fol.29.nu.7.sed in alio capite, quod s.vbi est cum publicatione bonorum, æquiparetur deportationi.hæc opi.non est tuta,nec cōmunis,neque tenenda,Et ita opi.illius glo. communiter reprobari attestatur Cur.Sen.cons.59.post nume.18. Et ideo multi dicunt,quòd bannitus cum publicatione participat de vtroque,scilicet de relegato,& de deportato,vt dicit Ale.in d.cons.116.nu.7. lib.2. quòd hoc omnes fatentur.Alij etiam aliter distinguunt,ꝙ scilicet,aut stat statutum in eo loco,dispo nens,ꝙ bannitus possit impunè offendi,& tunc æquiparatur deportato, aliàs secus. Et hanc opi.dicit esse communem Cor.cons.55.in litera L. libro 2.Quid tenendum in tanta Doctorum contrarietate?Ego(vt ingenuè fatear) discutiendo tex.& fundamenta DD.sæpe mutaui sententiam,& aliquando adhæsi vni opi.& aliquando alteri: nunc autem pro resolutione dico, ꝙ non est tutū tenere aliquā ex prædictis opinionibus , & ideo absolutè teneo, ꝙ banniti nostri remporis quocunque modo sint banniti.s.siue pertuò,siue ad tempus , & siue cum publicatione bonorum,siue sine publicatione , & siue extet statutum,quòd possint impunè offendi, siue non,neque simpliciter æquiparantur deportatis, neque relegatis,sed est quædā tertia species de per se:& propterea ꝙ non licet arguere de deportato ad bannitum,neque etiam de relegato ad bānitum,sed standum est vel decisionibus Doctorum de bannitis in specie loquentium, vel consuetudini.Et licet Boss.in ti.de bonor.publ.num.69.& clarius Alci.cons.58.nu.9.attestentur in hoc dominio seruari,quòd banniti,& cōdemnati ad pœnā mortis cum publicatione bonorum,stāte statuto quòd possint impunè offendi,æquiparentur deportatis, & amittāt etiā iura communia, quò adbona posita in dominio: ego tamen vidi in pluribus articulis diuerso modo iudicari. Et sic credo verè dici posse,ꝙ vbicūq; contingat aliquē allegare in casu banniti exemplum deportati , vel relegati, iudex non debeat admittere huiusmodi fundamenta,sed stare decisionibus Doctorum in terminis loquētiū de bannito,vel sequi opi.secundum quam solitum est in similibus casibus in ea prouincia iudicari.Et ita faciendo non errabit.

13 Quæro , qua pœna puniatur frangens fines exilij?Resp.Si quidem erat iussus exulare minus decēnio,duplicatur tempus,ꝙ restabat exulandū, quādo fregit exilium,si verò erat iussus exulare per decēniū,vel vltra,perpetuatur exiliū : si iussus erat exulare perpetuò,punitur pœna mortis. Ita distinguūt communiter Doctores,teste Ant. Gomes.c.8. delictor.nu,1.Senatus autem quandoque non modo iubet duplicari exilium, sed propter temeritatē mandat eos etiam duobus aut tribus ictibus funis publicè affici.& ita vidi seruari in quodam Io.Cauagna,30.Augusti 1557.P.N.

14 Item quæro,si iudex bāniuerit aliquem arbitrio suo,an mortuo iudice , vel ab officio discedente, censeatur extinctum bannum?Resp.Bar.in l.centesimis,§.fi.nu.9.& seq.ff.de verb.oblig.distinguit,an verba sint concepta,donec voluero , vel donec reuocauero,& quidem dum Bar.tenet,ꝙ morte iudicatur reuocatio,seu declaratio reuocatæ voluntatis,contrarium communiter tenetur, vt attestatur Foller.in pract.cri.cano.fo.282.in prin. Aliqui simpliciter dicunt , ꝙ vtroque casu bannum censetur extinctum.Et hanc dicit esse communem opi.Ant. Gomes.c.8.delictorum,nu.5.Sicut etiam talis volūtas,seu arbitrium morte extinguitur,ita etiā extingui debet eius effectus.Sed certè apud nos cōtrarium seruatur,nam ex quo condemnatio fit à iudice tanquam persona publica,& sub nomine officij, tale arbitriū transit ad successorem.

QVÆSTIO LXXII.

1 *De pœna infamiæ.*
Quibus casibus pœna infamiæ de iure communi incurratur.ibid.
2 *Tergiuersator punitur pœna infamiæ.*
3 *Damnatus publico iudicio efficitur infamis.*
Et quid si processum fuerit per viam inquisitionis? ibid.
4 *Infamis an possit testificari?*

a EST etiam grauis pœna infamiæ,[a] quæ quibus casibus de iure communi incurratur , videtes apud Cali.in Margar.fisci,fo.99.vbi enumerat 61,casus,in quibus pœna ignominiosæ missionis,& infamiæ imponitur.

2 Tergiuersator punitur pœna infamiæ & s.lib,auri,& ita dicunt communiter Doctores, vt ait Marian.in rub.de calum.n.6.Et in proposito de preuaricatore,scias ꝙ Oldra.tristitia cuiusdam criminis præuaricationis obiit, vt dicit Paulus de Cast.in l. 1.in vltimis verbis, C.de aduoc. diuersorum iudic. quem refert Nunius de los corregidores fo.34.col. 2.ver.consulto.

3 Damnatus publico iudicio efficitur infamis, l. infamem,ff.de publ.iud. & hæc quidem conclusio de plano procedit,quando processum est via ordinaria,& sic per accusationem. Sed quid si processum fuerit via extraordinaria,& sic per inquisitionē, nū quid damnatus in eo iudicio erit infamis?Resp.Aliqui dicunt,ꝙ non,& dicit Cald.consil.1.de pœnis, ꝙ hoc est cōmunius , & benignius,vt mitius,quàm fieri potest , in pœnis agatur. Contrariam autem sententiam scilicet ꝙ imò etiam condemnatus per viam inquisitionis,de crimine publici iudicij, efficiatur infamis,dicit esse communem Angel.in l.ea quidem,nu.28.C.de accus.Et hæc opin.mihi magis placet quia cessatio solēnitatis in procedendo , nō facit cessare pœnam,& consequenter neque etiam infamiā.Et hoc multò magis locum habet de iure ciuili , secundum quod etiam in processu inquisitionis imponitur pœna ordinaria , vt dixi suprà.q. 60.vers.Potest etiam.Et hoc quidem satis de plano procederet , quando condemnatio super inquisitione,secuta est contra reum præsentem,& auditis suis defensionibus:sed si secuta esset in contumaciā vel etiam contra præsentem , non seruatis tamen seruandis,fortè verior est contraria opin.quòd ex tali condemnatione reus non efficiatur infamis, quam dicit esse communem Viuius in lib.communium opi.in verbo Infamia iuris.

4 Quæro,nunquid infamis possit testificari? Dixi s. lib.2.§.Testis,& s.hoc eo.§.q.24.vers.Item infamis & q.25.circa prin.

ADDITIO.

a Infamiæ.Duplex est infamia,iuris s.& facti.Iuris infamia dicitur illa quæ erogatur delinquenti secundum leges ciuiles,vel ipso iure, secundum Abb.in ca.j.de accus.l.j.& seq.ff.de his qui not.infam.& quamuis probetur delictum infamans per testes,non tamē ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille contra quem probatū fuit,nisi sententia accedat, vel confessio delinquentis vt per glo.in l.sed & si possessori.§ si cū de hæreditate.ff. de iureiur. & talis infamis testis esse non potest, secundum Ias.in l.j.nume. 43.C.de sum.trinit.Infamis autem de facto,hoc est præditus leuioribus & improbatis moribus testis est idoneus in ciuilib.causis,licet tanta ei fides non adhibeatur,quanta ei qui sit integræ vitæ , secundum Didac. à Couarru.in tract. de sponsalib.ij.part.c.8.§.vlt.nu.8.

QVÆSTIO LXXIII.

1 *De pœna priuationis officij,vel beneficij.*
Et quibus casibus de iure communi incurratur?ibid.
2 *Iudex committens barattariam priuatur officio.*
Et quæ sit pœna corrumpentis iudicem?ibid.
3 *Iudex propter negligentiam potest officio priuari.*
Officiales hodie non syndicantur de negligentta, ibid.
4 *Notarius condemnatus ex eo, quòd deliquerit in officio tabellionatus an censeatur priuatus officio?*
5 *Clericus beneficiatus, contrahens matrimonium,amittit beneficium.*
Et an sit priuatus ipso iure, an autem sit per sententiam

Universidad de Deusto Biblioteca

priuandus? ibid.
Et quid si contrahit cum impubere? ibid.
Et quid si vxor ante copulam ingrediatur monasterium, nunquid ipse recuperet beneficium? ibid.
6 *Clericus, qui per annum sustinet excommunicationem, priuatur beneficio.*
Clericus periurus priuatur beneficio. ibid.
Clericus simoniacus priuatur beneficio. ibid.
Clericus factus miles secularis amittit beneficium. ibid.
7 *Clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij.*
Et an clericus excommunicatus sit alendus ex fructibus beneficij? ibid.
Clericus hæreticus, & eius filij amittunt beneficia, si quæ habent, ibid
Clericus colludens in causa beneficij, potest priuari. ibi.
Clericus non incumbens horis diuinis, est priuandus beneficio. ibid.
Clericus homicida priuatur beneficio. ibid.
8 *Prælati insufficientes debent deponi.*
Et quid in Papa? ibid.
Episcopus negligens non potest deponi nisi à summo pō tifice. ibid.
9 *Clericus priuatus beneficio tenetur restituere fructus per ceptos à die commissi delicti.*

1 HVIC etiã valde affinis est pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij, quã quidem pœnam qui de iure cõmuni incurrant, videre potes apud Calic. in Margar. fisci, fol. 110. & sequen. vbi enumerat centum quinquaginta casus, in quibus est imposita pœna priuationis militiæ, & sacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis.

2 Iudex committens baratariam, priuatur officio, quod de præsenti habet, & facultate alia habendi in futurum, l. iudices, C. de dignita. lib. 12. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Boss. in titul. de offici. corruptis pec. post nu. 10. prætereáque punitur pœna legis Iuliæ repetundarum, scilicet exilio, vel etiam grauius secundum qualitatem facti, vt est tex. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. repet. Et ita videtur colligi. ex gl. fi. in l. 1. C. ad l. Iul. maiest. quã sequuntur cę teri, vt attestatur Grammat. consi. 35. num. 9. vbi in facti contingentia consuluit, & refert Prac. Millei, fol. 95. nu. 48. & Papo. lib. 6. nu. 2. Arresto 14. ita fuisse in facto obseruatum Parisiis contra quendam regium consiliarium, qui pro furtis, & sceleribus per eum commissis, fuit exauctoratus, & degradatus, & suis insignibus spoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit, &c. Cogitur etiã persoluere quadruplum eius, quod accepit, & in hoc pariter omnes concordant, vt dicit Boss. in loco præalleg. Sed aduerte, quia non semper istud quadruplũ applicatur fisco, sed tantũmodo quãdo versatur turpitudo ex parte vtriusq;, scilicet dantis & recipiẽtis. Quando aũt turpitudo est solũmodo ex parte vnius, tũc dimidiũ quadrupli applicatur fisco, & dimidiũ alteri parti. Ita dicit gl. in l. 1. in gl. fi. C. ad l. Iul. repet. quã sequuntur Doct. vt attestatur Chass. super consue. Burg. fo. 89. vers. nouus casus. Quæ autem sit forma degradationis doctoris, videri potest apud Gram. super c. Regni, fol. 122, post nu. 28. vbi refert quomodo degradatus fuerit quidam doctor. Pars autem iudicem corrumpens, scilicet dans ei pecuniam, vt pro se iniustè pronũcier, perdit datũ & litem, pariterq; dans vt iustè pro se pronunciet. Ita tenet glo. in l. 2. in verb. In bona, ff. de condict. ob turpem causam, quam dicit esse communiter approbatam Roman. ibid. nu. 7. Dida. super reg. peccatum, fol. 102. Vbi verò quis daret pecuniam iudici, vt iustitiam ministraret celeriter, non videtur iudicem corrumpere voluisse, ideoque poterit pecuniam datam repetere, & ita frequentiori iudicio, & interpretum suffragio receptum esse ait Didac. super d. reg. peccatũ, fo. 103. Intrans autem cameram iudicis, & nõ data pecunia, sed blandis verbis persuadens, vt pro se sententiam ferat, non amittit litem, sed punitur pœna centum aureorum. l. 1. in fin. ff. de ambi.

3 Itẽ iudex propter negligentiam põt officio priuari, super qua negligentia in facti contingentia consuluit Rui. conf. 12. lib. 5. Scias tamen, quòd hodie officiales non syndicantur de negligentia, & ita obseruat consuetudo, quæ multum fauet assessoribus, vt dicit Ang. de syndi. nu. 8. quem refert Amed. de synd. nu. 247. in fin. Quod intellige vt procedat, quando talis negligentia est leuissima culpa, vel etiã quando est leuis: secus autem si esset lata culpa, & sic dolo proxima, nam de ea vtique syndicãtur. Et ita obseruat consuetudo, vt attestatur Catald. de synd. q. 13. & 265. Boss. in ti. de off. corrup. pec. nu. 26. vbi subdit, quòd ita etiam attestantur omnes. Debent ergo officiales syndicari tantummodo de furtis, barataria, & illicitis extorsionibus. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Fran. Accur. de syn. quem refert, & dicit esse notabile verbũ Amed. de synd. nu. 136. in fi.

4 Notarius condemnatus ex eo q̃ deliquerit circa officium tabellionatus, puta, quia falsum instrumẽtũ fabricauit, censetur priuatus officio tabellionatus, ideóq; non potest noua instrumenta conficere, sed antequam sit condemnatus, non intelligitur priuatus. Et hæc est cõis opi. vt dicit Alex. in l. si quis ex argentariis. §. 1. nu. 6. ff. de edendo.

a 5 Clericus beneficiatus, matrimonium[a] contrahens, priuatur beneficio, vt est tex. in c. 1. de cle. coniug. Et hoc locũ habet non modo in clerico, qui sit in sacris constitutus, sed etiam in eo, qui sit in minoribus, nam & ipse si vxorem ducat, beneficiis priuatur. Et ita concludunt omnes Doct. vt dicit Euerar. cons. 111. circa princip. Adde, quòd illud perdit, etiã si matrimonium sit nullum ex causa consanguinitatis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in c. Ioan. post nu. 24. vers. Quartò casu, de cleri. coniug. Sed nunquid est ipso iure priuatus beneficio, an autem est priuandus? Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quòd non est priuatus ipso facto, sed venit per sententiam priuandus. Et hanc opin. dicit esse cõmunẽ Euerard. in d. cons. 111. col. 1. ver. In contrariũ tamen. Alij verò simpliciter dicũt quòd eo ipso quòd contrahit matrimonium, ipso iure beneficiũ amittit. & hanc opi. tenuit gl. in d. ca. 1. in glo. 1. quam dicit esse communiter receptam Dida. in epito. super 4. decret. c. 6. §. 4. nu. 4. Hanc etiã opin. dicit esse communem Menchiaca lib. 3. de testa. §. 22. num. 45. in fi. Tu verò dic, quòd aut matrimonium de iure valet, puta, quia non est in sacris constitutus, & cõtrahit cum ea, cum qua nullum est legitimũ impedimentum, & tunc priuatur ipso iure, Aut matrimonium est nullum, puta, quia talis clericus erat in sacris constitutus, vel si erat in minoribus, scienter cõtraxit cum consanguinea, & non est secuta copula carnalis

ADDITIONES.

a Matrimonium. Intellige in matrimonio de præsenti, secus autem in sponsalibus de futuro, secũdũ Panor. in c. j. de cleric. coniugat.

carnalis, & tunc non perdit beneficium ipso iure. Et hanc dicit esse communem opi. Bermon. de cõcub. fo. 404. in princ. quæ mihi etiam magis placet. Sed quid si contraxit matrimonium nulliter cum impubere, nunquid & eo casu amittit beneficiũ? Resp. quòd non, & est communis opin. vt attestatur Din epito. super quarto decretal. ca. 6. §. 4. post nu. 4. quẽ refert Menchiaca in d. §. 22. nu. 46. nam cũ impubere non potest verè dici contractum matrimonium, sed tantum sponsalia de futuro, propter quę certum est, quòd clericus beneficium non amittit. Sed quid si vxor ante copulam ingrediatur monasterium, nunquidipse recuperabit beneficiũ? Resp. quod non, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Summa Angelica, in verbo, Clericus, §. 5. nu. 1. Adde, quòd Clericus matrimonium contrahens non modo amittit beneficium, sed etiam quoscunq; regressus, accessus, & alia quælibet iura sibi ad beneficium eccleſiasticũ competentia. Ita tenet gl. in d. c. 1. in verbo, Clericalis. de cleric. coniug. in 6. & est commu. opi. vt ait Dida. in epito. super 4. decret. fo. 82. nu. 5. Item clericus contrahens matrimonium amittit pensionẽ, quam in resignatione beneficij sibi reseruauerat super fructibus. Et est communis opi. vt ait Gigas de pẽsio. q. 54. quẽ refert, & sequitur Bermon. in loco præallegato, fol. 404. nu. 3. in fin. etiam si huiusmodi pensio fuerit constituta simpliciter, nullo adiecto onere spirituał Et ita obtinuit vsus Romanæ curiæ, vt attestatur Didac. in loco præallegato, post nu. 6.

6 Item Clericus, qui sustinet excommunicationem per annum, priuatur beneficio. Et est cõmunis opi. vt attestatur Feli. in c. 1. nu. 8 de iudic. talis enim videtur de hæresi suspectus. Item clericus periurus priuatur beneficio. Dixi suprà hoc eo. lib. §. Periurium, vers. Item clericus. Item clericus simoniacus priuatur beneficio, vt dixi ſ. hoc eo. lib. §. Simonia. versic. Itẽ clericus. Itẽ clericus qui effectus est miles secularis amittit beneficiũ. Ita dicit glo. in ca. fin. in verbo, Redierint, de cleric. non residen. & est communis opin. vt attestatur Imola in dict. cap. fi. nu. 6. Barba. cons. 11. col. fin. versic. Præterea facit. lib. 1. quẽ refert Gigas de pensio. quæst. 55. nu. 2. Nam eo ipso, quòd secularem militiam assumit, videtur clericali militiæ renunciasse.

7 Pariter etiam clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij, & est communis opin. vt dicit Ripa in c. 1. nu. 27. de iudic. Et nota, q̃ licet clerico, qui fuerit propter crimen depositus, aut suspensus, exhibenda sint alimenta ex redditibus sui beneficij, tamen clerico excommunicato, etiam si egenus & pauper sit, nihil datur. Et ita frequentissimo omnium consensu receptum est, vt ait Didac. lib. 3. resolutionum, c. 13. post nu. 8. versicu. XII. hinc. Hæc tamen omnia intellige vt procedant modo excommunicatio sit iusta, aliàs secus, vt dixi infrà, lib. 7. §. Excommunicatio. Item clericus hæreticus, & eius filij amittũt ipso iure beneficia. dixi suprà. §. Hæresis, vers. Item clericus. Item clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari, vt est tex. in ca. audiuimus, de colluſ. deteg. Et potest poni exemplũ in sene, qui sit infirmus, qui permutat pingue beneficiũ cũ nepote, vel consanguineo dante beneficiũ exile: his enim concurrentibus, talis renunciatio præsumitur facta in fraudẽ. Et ita tenent cõmuniter Doct. vt dicit Anan. in d. c. audiuimus, post nu. 2. versic. Et prædicta. Item clericus, qui non dicit officiũ, neque incũbit horis diuinis, priuandus est beneficio, & tenetur etiã restituere fructus perceptos. Et hæc est cõmunis opin. vt dicit Bello. cons. 56. nu. 3. Itẽ clericus cõmittens homicidium qualificatum, puta, assassinium, vel parricidium, amittit beneficium: propter simplex autem homicidium non amittit ipso iure, sed venit per sententiam priuandus. Dixi suprà hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. De iure autem. Item clericus bannitus perpetuo, priuandus est beneficio, cùm non posſit in eo seruire: Et ita iudicatum fuit per parlamẽtum Tholosanum, vt refert Rebuff. in pract. beneficia. fol. 472. nu. 57.

8 Prælati insufficientes debent deponi, secundum glo. in cap. 1. in verbo, Sufficientẽ, de renunc. libro sexto, quã dicit esse cõmuniter approbatam Alcia. de præsum. in 3. regula, prę sump. 10. nu. 5. Scias tamẽ quòd episcopus negligens non potest ab aliquo deponi, præterquam à summo Pontifice. Et ita cõmuniter concluditur, vt dicit Abb. in c. excommunicamus, el 1. in fin. de hære. Sed quid in Papa, nunquid & ipse propter insufficientiam deponi poterit? Respõ. q̃ non, & ita receptũ esse attestatur Gomes. in c. 1. post nu. 15. de constit. in 6.

Cæteros autem casus, in quibus clericus beneficij priuationẽ incurrit, videre potes apud Rebuffum in loco prę alle.

9 Et scias, q̃ clericus cõmittens delictum, propter quod posſit priuari beneficio, licet habeat ius in re, quousque sit priuatus, postquam tamen eo priuatus est, tenetur restituere fructus perceptos à die commiſsi delicti, vel quos percipere potuit, siue extent, siue sint consumpti, & siue effectus sit locupletior, siue non. Ita tenet Pau. de Cast. in l. 1. n. 3. C. de his quib. vt indig. & est communis opi. vt attesta tur Diaz in pract. crim. canon. c. 123.

QVÆSTIO LXXIIII.

1 *De pœna degradationis.*
Duplicem esse degradationem, & quæ sit earum forma. ibidem.
2 *Clericus non est deponendus, nisi propter graue crimen.*
3 *Clericus pro quibus criminib. actualiter degradari possit?*
4 *Quot Episcopi interuenire debeant degradationi?*
5 *Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus & militibus.*

1 QVandoque etiam imponitur ab eccleſiasticis iudicibus pœna depositionis ab ordine
a siue degradationis. [a] Et scias, quòd duplex est depositio, siue degradatio, scilicet verbalis, & actualis Verbalis est, quando Episcopus pronũciat sententiam contra clericũ, per quam priuat illũ ordinib. clericalibus

ADDITIO.

a Degradationis. Nota quod licet degradatio auferat priuilegia clericalia, prout not. in cap. 2. de pœn. tamen non tollitur character, & votũ continentiæ: & degradatus non poterit matrimonium contrahere. secundum Imol. in d. cap. 2. multo minus depositus ab officio. 81. distinct. cap. dictum. & not. in capit. 1. qui cleric. vel vouent, & degradatio ab inferiore à principe neque actualiter neque verbaliter fieri potest. capitu. degradatio de poen. ca. transmiſſum. de elect. & ita tenere communiter Doct. refert Bened. Cap. in c. at si clerici, de iud.

clericalibus. Et hæc propriè loquendo appellatur depositio,licet plerunque à Doctoribus dicatur etiam degradatio. Et huius depositionis forma habetur in libro pontificali, fol.188.Actualis autem depositio,quæ propriè appellatur degradatio, est, quando clericus non modo per sententiam priuatur,sed etiã, actualiter,& personaliter degradatur, exuitur, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis,iuxta formam traditam in d.lib.pontificali,fol.190.& seq. quem refert Foller.in pract.crim.canon.fol.270.n. 17.Et effectus huius differentiæ est maximus,vt dixi §.q.37.vers.Scias etiam.

2 Regulariter autem clericus non debet deponi,ni si propter graue crimen.Et hæc est communis resolutio,vt dicit Sylua de beneficio,fo.109.nu.4.

3 Cæterum actualiter deponi seu degradari nõ potest clericus, nisi pro tribus criminibus , vt dixi §. in d.q.36.vers.Scias etiam.

4 Sed quæro , quot episcopi debeant interuenire depositioni,siue degradationi?Resp.quòd si degradandus est episcopus, requiruntur duodecim episcopi:Si est presbyter,requiruntur sex:Si est diaconus,vel subdiaconus, tres:Si est clericus in minoribus costitutus, sufficit proprius Episcopus. Ita est text.in cap.fin.15.q.7.Et aduerte,quòd si tales episcopi inter se discordent in pronunciando , sufficit maior pars.Et hæc est communis opi.vt dicit Summa Syluestrina,in verb.Degradatio,q.1.Hæc tamẽ quæ dicta sunt de numero episcoporum intellige, vt procedant quando post huiusmodi verbalem depositionem veniendum est ad actualem:sed quãdo depositio verbalis non fit ad effectum,vt sequatur actualis degradatio , tunc solus episcopus potest verbaliter deponere, seu degradare. Et ita de generali consuetudine obseruatur, vt ait Foller.in practi.crimin.canon.fol.270.num.6.in fi. Quinimò hodiè etiam quãdo deueniendum est ad actualem degradationem , potest solus episcopus adhibitis prælatis degradare,ita statuente sacro Tridentino concilio,vt refert Diaz in pract.crimin.canon.cap. 3.numero septimo.

5 Scias autem, quòd hæc degradationis pœna non modo locum habet in clericis,sed quandoque etiã in laicis aliqua dignitate insignitis, puta , si sit aliquis Doctor.qui propter aliquod delictum priuandus sit cingulo doctorali , de quo dixi suprà, q.73. versic.Iudex committens,vbi etiam posui quædam exempla.Idem etiam in militibus,quando propter aliquod delictum militare sunt puniendi , nam solẽt degradari,& exui cingulo militari.Et dicit Marian.in cap.proposuisti,post num.34.de foro comp. quòd ita seruant Duces , & Capitanei armorum, quando faciunt aliquem suspendi ex his , qui portant sua bona , quæ nos diuisam appellamus quia scilicet prius illa denudant tali diuisa.

QVÆSTIO LXXV.

1 *De pœna suspensionis.*
Et quibus casibus incurratur?ibid.
2 *Sacerdos benedicens secundas nuptias , est suspensus ab officio,& beneficio.*
Et an sit suspensus ipso iure?ibid.
3 *Clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio.*

1 CÆterum vbi crimen non est valde graue,non solet clericis imponi pœna priuationis beneficij , vel depositionis ab ordine , sed tantummodo pœna suspensionis,quæ quidẽ susp ensio est quædam censura ecclesiastica , propter quam clerico interdicitur officium, seu beneficium , vel administratio, seu executio ordinis, vel iurisdictionis. Et habemus in iure nonnullos casus , in quibus imponitur huiusmodi suspensionis pœna , quos recenset Summa Syluestrina,in verbo.Suspensio in 6.quæst.

2 Sacerdos benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio,& beneficio,c.1.de secund.nup.Scias tamen, quòd non incurrit hanc pœnam ipso iure, sed est per sententiã suspendendus. Et est cõmunis opin.vt attestatur Diaz in practic.crim.canon.cap. 68.circa fin.

3 Clericus notorius fornicator , vel simoniacus in ordine,est ipso iure suspensus ab officio.Dixi suprà hoc eo.lib.§ Fornicatio,vers.Sed quæro,& §.Simonia,vers.Sed quæro.

QVÆSTIO LXXVI.

1 *De pœna ecclesiastici interdicti.*
Et quibus casibus incurratur?ibid.
2 *Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus suis,incurrit pœnam interdicti.*
3 *Ciuitas aliquid committens contra episcopum suum,incidit in pœnam interdicti.*
Et an requiratur quòd sit proprius Episcopus?ibid.
Et an cessante detẽtione Episcopi cesset interdictum?ibi.

1 INter ecclesiasticas censuras est etiam pœna interdicti ecclesiastici,quæ quidem est separatio à iure vel à iudice facta à certis sacramẽtis, & omnibus diuinis officiis,& ecclesiastica sepultura,in quã pœnam,qui incurrant, videre potes apud Summistas,in verb.Interdictum.

2 Ciuitas,castrum,aut villa exigens pedagia ab aliquo pro rebus suis , quas non negociandi causa defert,est ipso facto interdicta,c.quanquam,de cẽsib.in 6.Sed certè quidquid sit de iure,iste casus nõ est à consuetudine receptus,neque seruatus, vt dicit Io.Cald.in tract.de interdict. in 1.parte,num. 51. in fin.& quamuis summa Sylustri.in verbo, Interdictum,4.q.1.in tertio casu , dicat, quòd secundum Arch.hæc opinio communiter non tenetur,ex quo sentẽtia interdicti trahit secum effectum suum, absque eo quòd vtentium moribus recipiatur, prætereáque in d.cap.quanquam, dicitur,contraria consuetudine non obstante:non tamen puto recedendum esse à sententia Io.Cald.postquam videmus d. c.non seruari in ipsamet ciuitate Romana , neque in aliis terris eccleſiæ, à quibus in concernentibus iuris canonici obseruantiam, debent aliæ ciuitates normam,& regulam accipere.

3 Item ciuitas aliquid committens contra Episcopum suum,vt capiatur, percutiatur, vel banniatur, est interdicta,Clem.si quis suadẽte, de pœn. Et aduerte,quia hæc pœna locum nõ habet, nisi sit suus proprius Episcopus illius ciuitatis , vt apparet ex verbis illius Clem.& ita firmant communiter Scribentes,vt dicit Tortus inter consil.Anto. de Butr. cons.vlti.nu.3.in fin.Idẽmque si in aliquo loco Episcopus detineatur inuitus,vt ibi.Sed hæc intelligẽda sunt vt procedant,quando ille,qui detinet Episcopum,vel illum offendit,est dominus illius ciuitatis,aliàs secus.Ita videtur sentire glo.in d.Clem. 1.in verb.Si suasit,& ita tenent communiter Doct. vt dicit Socin.inter consil.Curt.Sen.consil.20. post nume.42.vers.Postremo concludenti.Et dicit Tortus in allega.consil.vlt.post nume.4.quòd ita notãt communiter Doctores nemine discrepante. Item scias,quòd statim cessante tali detentione Episcopi,cessat etiam interdictum ipso iure,& absque alia declaratione.Et hæc est communis opi. vt attestatur Tortus in d.cons.vlt.nu.5.

QVÆSTIO LXXVII.

1 *De excommunicationis pœna.*
Duplicem esse excommunicationem , maiorem scilicet, & minorem,ibid.
2 *Percutiens clericum est excommunicatus , & incidit in pœnas canonis,Si quis suadente.*
3 *Et quid si ipsemet clericus seipsum percutiat?*
4 *Et an percutiens clericum primæ tonsuræ tantum?*
5 *Et an percutiens religiosum religiosè viuentem,qui tamẽ professionem non emisit?*
6 *Et an percutiẽs clericum non euntem in habitu clericali?*
7 *Et an percutiens clericum, ignorans illum esse clericum?*
8 *Et quid si aliquis volens percutere Titium laicum , percusserit Caium clericum?*
9 *Et an percutiens clericum excommunicatum, incidat in pœnas dicti canonis?*
10 *Et an percutiens clericum degradatum incidat in pœnam illius canonis?*
11 *Et quid si clericus deprehensus fuerit in adulterio?*
12 *Et quid si clericus alium insultauerit?*
13 *Et quid si clericus velit aliquod delictum committere?*
14 *Et quid si offensio facta clerico sit leuis?*
15 *Et quid si aliquis percutiat clericum pluribus percussionibus eodem impetu,an incidat in plures excommunicationes?*
16 *Monachus non deferens habitum suæ religionis est excõmunicatus.*
Et quid si deferat,sed occultẽ?ibid.
17 *Recipiens literas apostolicas de manu alterius,quàm eorum,qui sunt ad id deputati, est excommunicatus.*
18 *Clerici scienter participantes cum excommunicatis, sunt excommunicati.*
19 *Incendiarij sunt excommunicati.*
20 *Effractores ecclesiarum cum spoliatione, sunt excommunicati.*
21 *Offendentes Cardinales sunt excommunicati.*
Et an incidant in crimen læsæ Maiestatis?ibid.
22 *Religiosi qui ministrant sacrum Eucharistiæ sacramentũ alienis parrochianis sunt excommunicati.*
23 *Percutientes iniuriosè,aut temere episcopum sunt excommunicati.*
Et quid si quis illum percutiat causa suæ defensionis? ibi.
24 *Spoliantes Christianos nauigantes,vel naufragium passos sunt excommunicati.*
Et an sit canon latæ sententiæ,vel ferendæ?ibid.
25 *Christiani deferentes arma,vel merces ad infideles, sunt excommunicati.*
Et quid tempore pacis?ibid.
26 *Doctores vel scholares Bononienſis Academiæ , qui domos aliorum Doctorum , vel scholarium ante conductionis tempus præoccupare tentant, sunt excommunicati.*
Et an hoc locum habeat etiam in aliis gymnasiis?ibid.
27 *Schismatici sunt excommunicati.*
28 *Facientes seruari statuta contra ecclesiasticam libertatẽ sunt excommunicati.*
Et quæ statuta dicantur contra ecclesiasticam libertatem?ibid.
29 *Vsurpantes ius patronatus in locis piis , sunt excommunicati?*
30 *Cõtrahẽtes sciẽter incestas nuptias sunt excommunicati.*
31 *Casus , in quibus pœna excommunicationis incurritur, qui sint?*
32 *In sententia excommunicationis an requiratur citatio?*
33 *Sententia excommunicationis lata ex falsa causa an valeat?*
34 *Sententia excommunicationis nulla an liget excommunicatum?*

1 SVccessiuè videamus de pœna excommunicationis,quæ est maior pœna, quàm ecclesia imponere possit,vt communiter dici soler, teste Beroo in c.si quis presbyterorum, post nu.7.de rebus eccle.non alien.Et hæc quidem duplex est, scilicet maior, & minor. Maior excludit à perceptione sacramentorum,& à communione fidelium: Minor autem excludit tantummodo à perceptione sacramentorum,non autem à communione fidelium.Et ita intelligendus est tex.in ca.Engeldrudam,3.q.4. Et hunc intellectum sequuntur omnes tam gl.quã Doctores vt attestatur Io.de Anan.in Rub.de cler. excom.nume.4.

2 Percutiens clericum siue illum offendens, etiam absque vulnere incidit in canonem c.si quis suadẽte diabolo,17.q.4.& est excommunicatus,ita q̃ nõ potest absolui nisi à summo Pontifice,vt ibi.

3 Adde quòd etiam clericus seipsum percutiens incidit in excommunicationem, & pœnas dicti canon.Et ita communiter tenetur,vt dicit Abb. in c. contingit,el.1.nu.6.de sent.excom.

4 Item quęro,nunquid dispositio d.canonis habeat locum etiam contra eum, qui percutiat clericum primæ tonsuræ?Respond.quòd sic,ita tenet gl. in c. 2.in verbo,Clericos,de vita , & honestate clericorum,& est communis opin.vt dicit Albertus Trottus de vero,& perfecto clerico,lib.1.in secundo dubio, quem refert Duennas reg. 99. in secunda ampliatione,& Vinius in lib.communium opi.in verbo,Clerici à potestate.Quam tamen nunquam vidi in practica obseruari , nisi talis clericus incedat in habitu clericali.

5 Vlterius quæro,nunquid habeat locum in personis religiosis,quæ regulariter viuũt,licet non emittant professionem?Respõ.quòd sic,ita tenuit Butr. in cap.2. nume. 6.de foro compet.& est communis opin.vt attestatur Boer.de vita,& statu erem.num. 14.quem refert Duẽnas in loco præallegato,in tertia ampliatione.

6 Sed an percutiens clericum euntem in habitu laicali,erit excommunicatus?Respond. quòd non, si ignorabat ipsum esse clericum, & hoc tenent canon.vt dicit Ange.in l.item apud.§.si quis virgines. nume.1.ff.de iniur.Et dicit Aretin.consil.163. nume. 16. quòd clericus inuentus sine habitu & tonsura, miscens se enormibus sceleribus, potest occidi absque eo,quòd occidentes incurrant pœnam excommunicationis.Et quòd ita tenẽt omnes Doct. subdens,quòd licet dubium sit,nunquid iste perdat priuilegium clericale quò ad forum,tamen hoc,quòd occidens, vel percutiens talem clericum non incidat in canonem excommunicationis , omnes tenent.In hoc proposito vide quæ dixi §. q.36.versic. Quæro modo.

7 Successiuè quæro, nunquid percutiens clericum, ignorans iusta & probabili ignorantia ipsum esse clericum,incidat in pœnas dicti canonis? Respond. quòd non,& est communis opin.vt attestatur Placa lib.1.delictorum,c.27.nu.13.Cęterum si ignorasset crassa,& supina ignorantia , non effugeret pœnas excommunicationis.Ita tenet gloss.in capi. si verò,

in verbo,Ignorauit de senten.excomm.quam dicit esse ab omnibus receptam Placa in loco præallegato,num.20.

8 Sed quid si aliquis volens percutere Titium laicũ, errans percusserit Caium clericum,putans esse Titium laicum, nunquid incurret in pœnas excommunicationis?Respond. Alan.tenuit quòd sic,quę secuta est glo.in d.ca.si verò, in verbo,Ignorauerit. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd imò non incurrat in pœnam dicti canonis, tenuit Tancred.Et hanc dicit esse communem Didac.in repe. c.alma mater,fol.497.post nu.15.vers.9.ad eiusdem, & in repet.c.quanuis,fol.53.post nu.3.Placa in d.ca. 27.nu.18.Vide quæ dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium:vers.Dicunt etiam.

9 Sed nunquid clericus excommunicatus gaudebit priuileg.dicti canonis,ita vt si quis eum offendat, incidat in pœnas ab ipso canone impositas?Respõ. quòd sic.Ita tenet Innoc.in cap.si verò,nu.3.de sen. excom.& ita communiter tenetur,vt dicit Abb.in d.c.contingit,circa fin. quem refert Villalob.in sua collecta communium opin.in litera C.nu.81. Hanc etiam dicit esse communem opin.Duennas reg.99. in 8.ampliatione.Faciunt quæ dixi suprà q.30.vers. Quæro etiam.

10 Quæro etiam,nunquid percutiens clericum degradatum incidat in pœnas d.canonis? Respond.q̃ sic. Ita tenet Bald.in cap.sedes apostolica,nu.4. de rescrip.& est communis opin. vt dicit Placa lib. 1. delict.cap.6.nu.6.Intellige,si fuit tantummodo degradatus verbaliter,nam si fuisset actualiter, & solenniter degradatus,aliud esset dicendum.

11 Pone,quòd pater,aut maritus deprehendant clericum in adulterio cum vxore, vel filia, eumque
a percutiant, nunquid incident in pœnas a d. canonis?Dixi suprà hoc eod.li.§.Homicidiũ,ver.Dixi ẽt.

12 Item quid si clericus aliquem insultauerit, nunquid licebit insultatõ illum offendere citra pœnam d.canonis?Dixi in d.§.Homicidium,versicul.Præterea etiam.

13 Sed hic quæro,quid si clericus velit aliquod delictum committere cõtra personam, vel res alterius, nunquid poterit laicus illum prohibere? Respond. quòd sic,& potest illum impunè capere & ligare,si aliter eum à maleficio prohibere non potest.Et est communis opin.vt dicit Abb.in capit.cum non ab homine,nu.11.& seq.prout illum refert Boss. in titu. de capt.nu.39. Faciunt quæ dixi suprà q.28.versic. Quæro nunquid.

14 Scias tamen,quòd dispositio d.c.si quis suadente,non habet locum,vbi offensa esset leuis,nam pro leui iniuria poterit episcopus ipsum excommunicatum absoluere.Et ita communiter tenetur,vt dicit Abb.in ca. peruenit,in fin.de sent.excom.quem refert Dec.in cap.peruenit,el 1.post nu.1. de appell. Reperio autem,quòd Cald.consil.7.de sentent. excom.consuluit in facti contingentia,q̃ clericus,qui in ludo iuuis alium clericum in terram proiecerat, ita quòd ex eius ore modicum sanguinis exiuerat, erat excõmunicatus.Similiter ẽt cõsuluit Zab. cõs. 42.quòd duo clerici, qui simul rixando se inuicem pedibus & manibus percusserant, erant excommunicati.Sed certè potest in huiusmodi casibus episcopus absoluere,vt ẽ.dixi.

15 Sed pone,quòd aliquis percutiat clericum plupluribus percussionibus, eodem tamen impetu, nunquid dicetur incidisse in plures excommunicationes?Dixi infrà quæst.octuagesimaquarta,versic. Scias etiam.

16 Monachus habitum religionis suæ non deferens, incurrit pœnam excommunicationis, cap. vt periculosa,ne clerici,vel mona. in 6. Et ita volunt Doctores vt dicit Ruin.consil.7.nu.14.in fin.lib. 5. possunt tamen hoc casu monachi ab eorum superiore absolui,vt consuluit Cald.de.consil.6.de sent.excõ. in facti contingentia de duobus religiosis,qui habitum secularem publicè assumpserunt.Sed quid si illum deferat,sed occultè?Respond.Aliqui dicunt,q̃ hoc casu non incurrit excommunicationẽ, & fuit opin.Archid.in d.cap.vt periculosa. Et dicit Claud. in repet.l.vt vim,num.99.ff.de iustitia & iure, quod illum sequuntur communiter Doctor. contrariam verò opin.quòd scilicet monachus occultè habitũ deferẽs incurrat nihilominus in excommunicationem,tenuit glos.in clem.fin.in verbo,Extrinseci,de vita & honest.cler.& dicit Calc.consil.123.nume.1. quòd hæc est communis omnium opin. vbi consuluit super hoc art.in facti contingentia.Et hæc opi. gl.mihi magis placet, superfluum enim redderetur mandatum diuersitatis habitus, si illum occultare liceret,quod tamen semper intelligo, vt procedat, nisi fiat cum causa,& licentia superioris.

17 Recipientes literas apostolicas, dum ipsi sunt apud apostolicam sedem,de manu alterius, quam summi Pontificis, vel deputatorũ ad illud officiũ, sunt excommunicati,c.dura,de crimi.falsi.Sed hoc non seruatur,Papa sciente & tolerante, vt attestatur Summa Sylues.in verbo,excommunicatio 6.in 4.excommunicatione,in fine.

18 Clerici,qui scienter participant cum excommunicatis à Papa,sunt excommunicati, cap. significauit,de sentent.exco.Scias tamen,quòd ad incurrendã hanc excõmunicationẽ quinque requiruntur. Primò quòd participent. Secundò quòd scienter. Tertiò,quòd sponte.Quartò quod in diuinis.Quintò, quòd talis sit à Papa nominatim excõmunicatus.Et hæc est cõmunis opin.vt attestatur Summa Sylues.in verb.excõmunicatio 6.in 6.excõmunica. Et nota quod hæc est excõmunicatio maior, non aũt minor,vt sentit gl.vnica,in d. c.significauit,quę in hoc cõmuniter reprobatur, vt dicit Sũma Sylues.in loco præallegato.

b 19 Incendiarij b sunt ipso iure excõmunicati, c. tua nos, de sentent. excõ. Scias autẽ, quod incendiarij locorũ sacrorũ ante denunciationẽ absoluũtur ab episcopo,post denũciationẽ aũt nõ absouũtur nisi à summo pontifice. Et hæc magis est cõis opi.vt dicit Sũma Sylues.in d.verbo, Excõmunicatio 7.in 7.excõmunicatione,in 2.dubio.

20 Effractores ecclesiarũ cũ spoliatione sunt excõmunicati,cap.conquesti,de senten.excõ.& ante denunciationem possunt quidẽ absolui ab episcopo.
sed

ADDITIONES.

a Incident in poenas.Cõmunis est opinio quod non incidant in poenam dicti c.si quis suadente.secundum Bermond.in tract.de concub. fol. 267.nu.5.in fi.

b Incendiarij.Poena incẽdiariorũ qui ob inimicitias,vel prædam committunt incendium, est mors.l.capitaliũ.§.incendiarij.ff.de poenis.Item qui comburunt ædes,vel aceruũ frumenti positum iuxta ædes.l.qui ædes.ff.de incẽd.Rui.naufrag.Adde Natt.consil.24.& seq.Intellige tamen prædicta qñ data opera commissum est incendium secus si culpa vel casu.

sed post denunciationẽ solus Papa absoluit, secundum communem opin.vt attestatur Sum. Sylues. in d.verbo,Excõmunicatio 6.in 8.excõ. Et aduerte quia ad hoc vt habeat locum dispositio d.c.nõ sufficeret sola effractio,neque sola spoliatio,sed vtrũque requiritur. Et hanc dicit esse cõmunẽ opi.Remigius de immu.eccles.fol.205.fol. 33.

21 Offendentes percutiendo,capiendo,vel hostiliter in sequendo Cardinales S.R,ecclesiæ,sunt excõmunicati,& diffidati apud omnes,ita q̃ possunt ab omnib.impunè offendi,c.felicis,de pœnis in 6. Bene verum est,quòd ad hoc vt talis diffidatio locum habeat, requiritur sententia declaratoria,secundũ Gemin.in d.c.felicis.Et ita etiam tenẽt communiter Doctores,vt dicit Boss.in tit.de hæret. post nu. 29. Et hic casus contigit de facto in Cardinali Papiensi,qui fuit interfectus à duce Vrbini,super quo casu consuluit Ruin.cons.4.lib. 5.& Ferretus cons. 31.An autem offendens Cardinalem,dicatur committere crimen læsæ Maiest.dixi ẽ. hoc eod.lib.§. Læsæ Maiest.vers.quæro nunquid.Vide quæ dixi j. vers.Percutientes.

22 Religiosi,qui sacramẽtum extremæ vnctionis, vel eucharistiæ ministrant sine licentia presbyteri parrochialis vel matrimonia solennizant, sunt excommunicati,clem.religiosi,de priuil.& scias, q̃ hæc excommunicatio generaliter comprehendit quosque religiosos,& ita communiter tenetur, vt attestatur Summa Sylues.in d.verbo,Excommunicatio.7.in 14.excommun.in 2.dubio.

23 Percutientes iniuriosè, aut temerè episcopum sunt excommunicati,Clemẽ.1.de pœnis,vt in casu in quo consuluit Bolognin.cons.75.Hæc tamen pœna locum non habet,vbicunque offendens episcopũ vel Cardinalẽ,id faceret causa suæ proprię defensionis:nam eo casu non dicitur facere iniuriosè, nec te merè,& consequẽter non incidit in pœnas à d.clem.impositas.Ita dicit gl.in d.clem.1.in princ. in verbo,Temerè,& in c.felicis,in verbo,Percusserit,de pœnis, in 6.quas Doctores communiter sequuntur,vt dicit Soc.inter consilia Curtij Sen.cõs. 20.nu.39.& nu.49.Tortus in d.cons.vlt.post nu. 12. Colleg.Flor.inter consilia Curt.Sen. consil.21.nu.8. vbi consuluit pro ciuitate Florentina, in qua fuerat furore populi suspensus Archiepiscop.Pisanus, & captus Cardinalis Saluiatus, in quo casu pro ipsa ciuitate pariter cõsuluit Aret.cons.165. & Soc. inter cons.Cur.Sen.in d.cons.20.& Tortus inter cõsi.Ant.But.in d.cons.vltimo. Quinimò ex quacunque causa excusari possit à temeritate, & à dolo, cessabit etiam pœna d.Clem.secũdũ gl.in d. verbo, Temerè,quam dicit communiter approbatã Tortus in d.cons.vlt.post nu.5.vers.Stat ergo.

24 Spoliantes Christianos, nauigantes pro honestis causis,& negociationibus,sunt excommunicati.Scias tamen,quòd hic canon non est latæ sententiæ,sed ferendæ,secũdũ communem opin. vt attestatur Summa Sylues.in verbo,Excommunicatio 8.in 20.excom.in 2.dubio.Pariter etiam sunt excõmunicati spoliantes Christianos naufragium passos rebus suis.Et hic est canon latæ sententiæ,modo competens monitio præcedat secundum opinionem Innoc.quam dicit esse communem Summa Silvestri in loco præalllegato.

25 Christiani deferentes Saracenis,habentibus bellum cum Christianis,arma,ferrum, &c.sunt excõmunicati,c.ita quorundam,de Iudæis, & puniuntur pœna capitis,vt est tex.in l.1.& 2.C.quæ res expor.non poss.Debes autem scire,quod tẽpore belli omnino prohibitũ est ad eos deferre quascunq; merces,etiã ex his,quę nõ sunt expressè prohibitę in dictis iurib.Et hanc dicit esse communem opi. Alex.cõs.130.post nu.1.lib.7.quẽ refert Boer. decis. 178.nu.18.& Stracca de mercator.fol.68.nu.40. Et licet ipse Stracca videatur de iuris rigore inclinare in contrariam sententiã,fatetur tamen ibi,n.47. in fi.q̃ cõmunis opin.est vsu recepta & consuetudine approbata.Et aduerte,quia in hoc non attendi tur,an deferẽs hoc faciat ea intẽtione, vt Christiani impugnentur,vel nõ, secũdũ DD.vt dicit Alex. in d.cons.130.post num.1.Et hoc adeo verum est,vt neque etiam liceat eo tempore belli ad eos deferre arma, vel alias merces prohibitas, pro redemptione captiuorũ.Et est cõis opi.vt attestatur Ale. in d.cons.130.post nu.1.Summa Sylue.in verbo,Excõmunicatio 7.in 21.excom.nu.6. Dicuntur autem Saraceni habere bellum cum Christianis, quando bellum gerũt cum aliquo Principe Christiano,seu dominio,vel oppido, secundum communem doctrinam,vt attestatur Summa Silvest.in loco præalleg.nu.4.Cæterum cessante bello, licitum est Christianis ad Saracenos quascunque merces deferre, modo non sint ex prohibitis.Et hęc est communis opi.vt dicunt Alex. & Boërius in locis præallegatis.Quæ autem sint merces prohibitæ, habetur in legib.& capitulis superius allegatis, & diffusè per Straccam,vbi ẽ.fol.115.nu.12.& aliis seq.

26 Magistri,& scholares Bononię,conueniẽtes Hospitem, pro conducendo hospitio aliorum magistrorum, vel scolarium, ante tempus conductionis elapsum,sunt excommunicati, cap.1.de locato. Et nota,quòd in hoc proposito nomine magistrorum veniunt Doctores secundum omnes, vt attestatur Summa Silvest.in verb.Excommunicatio,in 4. excom.nu.1. Hæc aũt cõstitutio localis est,& locũ habet solum Bononiæ,non autem in aliis studiis, seu vniuersitatibus,etiam illis quæ sunt in terris ecclesiæ.Et hæc est communis opinio, vt dicit Summa Silvestri,in loco præallegato,nu.3.

27 Scismatici omnes sunt excommunicati,cap.1.de schismati.Scias tamen in hoc proposito, q̃ quando duo, vel plures electi in Papam de Pontificatu contẽdũt,& aliqui bona fide vnum illorum habent pro verò Pontifice qui tamen legitimè electus nõ est, illi sunt propter probabile dubium excusandi, & ita sentiunt omnes diuini, & humani iuris periti,vt attestatur Simanchas de hæret.ca.56.n.6.

28 Facientes seruari statuta, vel consuetudines cõtra ecclesiasticã libertatẽ sunt excõmunicati,c. nouerit,de sent.excõ.Scias autẽ, quòd illa statuta vel consuetudines dicuntur esse contra ecclesiasticam libertatem, quæ veniunt contra priuilegium concessum ecclesiæ vniuersali à Deo, vel à Papa vel Imperatore.Et hæc est cõmunis theorica omniũ Doctorum,vt dicit Abb.cons.83.in primis verbis, lib.1. quem refert Dec.in auth.Cassa. nu.18. C.de sacros. eccles.Hanc etiam dicit esse communem opi.Summa Silvest.in verbo,Excommunicatio.9.in 10. excommunicatione,num.1.Bertran.cons.50.num.4.& seq.lib.1.in 2.parte.

29 Vsurpantes de nouo sibi ius patronatus à locis piis vacantibus,sunt excommunicati,c.generali,de electi.in 6.Et ad hoc vt tales vsurpatores huiusmodi,excommunicationis sententiam incurrant, duo requiruntur.Primum, quòd vsurpent dicta iura de nouo,scilicet à 14.annis citra,Secundum,quòd illa
occu-

occupent, ipsis locis vacãtibus. Et hæc est communis opi. vt dicit Summa Sylvest. in verbo, Excommunicatio 9. in 14. excom. nu. 2.

30 Contrahentes scienter matrimonium in gradibus consanguinitatis vel affinitatis prohibitis, sunt excommunicati. Dixi s. hoc eo. lib. §. incestus, versic. Præterea.

31 Alios etiam excommunicationis casus poteris videre apud Summistas, in verbo, Excõmunicatio, & apud Io. Ligna, in tract. de censura ecclesiastica.

32 Quæro, nunc, an in sententia excommunicationis, requiratur citatio? Dixi s. q. 31. versic. Item quæro.

33 Quæritur etiam, an sententia excommunicationis lata ex falsa causa valeat? Respõ. q; sic. Ita tenet glo. in c. 1. in verbo, propter, de senten. excõ. in 6. quam dicit esse communiter approbatam Socin. inter consilia Curt. Sen. consil. 20. nu. 24. in fin. Illam tamen puto restringendam esse vt procedat quando ille, qui excommunicat, etiam si sciuisset causam non esse veram, fuisset nihilominis excommunicaturus, vt declarat Soc. ibi.

34 Solet dubitari, nunquid sententia excommunicationis nulla afficiat, & liget excommunicatum. Tu dic, quòd si est lata ab homine, non ligat, si est nulla, vt dicit gl. in cle. 1. in verbo, subiacere, de senten. excõ. quam dicit esse communiter approbatã Soc. in alleg. consil. 20. n. 30. Et hoc adeo verum est, vt volenti dicere de eius nullitate, non sit opus petere absolutionem, neque etiam ad cautelam, ca. pertuas, de sent. excom. Et ita tenẽt Doctores, vt dicit Soc. in loco prælleg.

QVÆSTIO LXXVIII.

1 *De pœna confiscationis omnium bonorum.*
Dispositio authenticæ, Bona damnatorum, an corrigat iura antiqua, per quam imponebatur bonorum confiscatio? ibid.
2 *Sententia capitalis ex dispositione statuti an secum trahat confiscationem bonorum?*
3 *Quæ sint crimina, pro quibus imposita est bonorum confiscatio?*
4 *Apostata punitur confiscatione bonorum.*
Et quis dicatur apostata? ibid.
Et an apostata recipiatur ad pœnitentiam, vt hæreticus ibidem.
5 *An quilibet iudex possit imponere pœnam confiscationis bonorum?*
6 *Episcopi an habeant fiscum cui possint bona delinquentium applicare.*
7 *Quæ veniant in confiscatione bonorum?*
Et an ea omnia, quæ transeunt in extraneos hæredes? ibidem.
Et an feudum? ibid.
Et an emphyteusis? ibid.
8 *Et an ius patronatus?*
9 *Et an in confiscatione bonorum mobilium, & immobiliũ veniant iura, & actiones?*
10 *Et an in confiscatione veniant bona prohibita alienari?*
Et quid si non sit expressum fideicommissum in casum alienationis? ibid.
Et quid si prohibitio facta sit ad tẽpus fauore ipsius prohibiti. ibid.
11 *Et an in confiscatione bonorum filij famil. veniant etiam bona profecticia?*
12 *Et an aduenticia?*
13 *Et an castrensia?*
14 *Et an econtrà publicatis bonis patris, censeatur publicatum peculium profecticium filij?*
15 *Dos mulieris an confiscetur.*
16 *Bona alienata per delinquentem post delictum commissum an veniant in confiscatione bonorum?*
Et quid si fraus interuenit? ibid.
17 *Et quomodo probetur fraus?*
18 *Et quid si ex eo delicto non est impositaipso iure confiscatio bonorum, vel interdicta bonorum administratio?*
19 *Et quid si alienatio facta sit post accusationem?*
20 *Et quid si facta sit post sententiam?*
21 *Delinquens an possit dare de bonis suis in solutum creditoribus?*
22 *Quando reperitur in bonis confiscatis precium rei venditæ per delinquentem, an possint possessores bonorum venditorum molestari?*
23 *Obligationes an transeant in fiscum?*
Et an obligatio naturalis? ibid.
Et an obligationes conditionales? ibid.
24 *In confiscatione an veniant bona futura?*
25 *Ius adeundi an transeat in fiscum?*
26 *An secuta confiscatione bonorum patris, reseruetur filiis aliqua portio?*
27 *Sententia confiscationis bonorum an trahatur ad bona sita extra territorium confiscantis?*
Et quid in bonis mobilibus? ibid.
28 *Creditores vnius territorij an possint agere contra fiscum alterius territorij?*
29 *Fiscus ad quem perueniunt bona alicuius an teneatur satisfacere omnibus creditoribus, & legatariis?*
30 *Et an vltra vires hæreditarias?*
31 *Fiscus, an præferatur creditoribus delinquentis?*
32 *Fiscus an habeat bona delinquentis tacitè hypothecata?*

1 NVNC de pœnis pecuniariis tractandum est, a quarum maxima est confiscatio seu publicatio bonorum. Debes ante omnia præmittere, quòd secundum iura antiqua, in multis casibus specialiter erat imposita pœna confiscationis bonorum, præterea quæ generaliter in omnibus casibus, in quibus imposita erat pœna mortis naturalis vel deportationis, in illis etiam in consequentiam veniebat pœna confiscationis bonorum. Deinde superuenit auth. Bona damnatorum, C. de bon. dam. ex cuius dispositione hodie bona damnatorum, non confiscantur, sed deferuntur ad proximiores condemnati intra quartum gradum existentes, &c. Et aduerte, quia licet ipsa authen. loquatur nõ modo de ascendentibus, sed etiam de his, qui ex latere coniuncti sunt, tamen in corpore, vnde sumitur, nõ adsunt illa verba, ex latere. Ideo fortè dici posset, quòd Irner. malè fecerit ea ponẽdo. Sed quidquid sit, communis opi. est, quòd etiam collaterales admittantur, vt attestatur Aret. in l. eius qui, §. si cui, col. 3. versic. sed quæritur. ff. de testa. quem refert Cagno. in l. ea sola deportationis, num. 7. ff. de reg. iur. Scias etiã, q; dispositio d. auth. Bona damnatorũ. non corrigit indistinctè iura antiqua, sed tantummodo in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorũ est imposita in cõsequẽtiã alterius pœnæ. Et ideo in illis, in quibus à lege antiqua est expressè imposita pœna confiscationis bonorum, nõ sunt

ADDITIO.

a Cõfiscatio. Ad quæ bona porrigatur confiscatio. vide per Bar. in l pupil. in 2. quæst. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. in l. j. C. de sum. trinit. Bald. in §. si iudex. de cleric. violat. par. in feud. An autẽ fiat confiscatio ipso iure quoad domum, vide Bar. in l. Imperator. in fi. ff. de iure fisci.

sunt correcta iura antiqua per dispositionẽ d. auth. Et ita cõiter tenetur, vt dicit Bar. in l. 1. post nu. 3. ff. de bon. dam. quam refert Boer. decis. 264. post num. 15. & in tract. de seditiosis, in 7. præsuppositio, & Cephal. cons. 79. nu. 4. lib. 1. Idem attestatur Bal. in tit. de pace tenenda, in vsib. feud. num. 11. in fi. Imola in d. §. si cui, post nu. 8. ver. in glo. in verbo, Publicãtur. Aret. in d. §. si cui, num. 3. quem refert Boss. in tit. de bonor. publ. post nu. 1. & in tit. bãniti quid amittãt, post nu. 10. Pract. Conradi, fol. 432. nu. 10. Sed certè quidquid sit de iure, cõiter totus mundus seruat, q; bona nõ confiscantur in aliquo casu, excepto crimine hæresis, & læsæ Maiest. nisi ex dispositione statuti, vel consuetudinis aliter caueatur. Et de hac cõsuetudine, & obseruantia generali attestatur Alber. in 3. parte statuto. q. 18. circa fi. quem refert Cæpolla cons. crim. 17. in 3. dubio, versic. sed vltra dictum & Dec. cons. 442. nu. 6. & Boer. in d. decis. 264. nu. 15. & Rolan. cons. 97. nu. 2. lib. 2. & cons. 98. n. 5. eod. vol. & Nouel. in pract. crim. fol. 176. nu. 6. Cagno. in d. l. ea sola deportationis, nu. 7. Dec. cons. 257. nu. 6. quem refert Practi. Conradi, fol. 433. nu. 12. in fi. Reperio tamen quòd Oldrad. cons. 17. nu. 7. dicit, quòd imò secundum consuetudinem bona delinquentium publicantur, & illum refert Boss. in tit. de bon. pub. nu. 1. Sed illud intelligendum est de consuetudine locali, quæ introducta est per statuta ciuitatum, puta in regno Franciæ, de quo loquitur Oldrad. non autem de consuetudine generali, quę viget in locis, in quibus non adsunt huiusmodi statuta, secund. quã loquuntur Doctores per me suprà alleg. Consuetudo autem generalis Franciæ in clericis condemnatis est, vt eorum bona mobilia confiscentur episcopo, immobilia autem principi seculari. Et de hac consuetudine attestatur ẽt Boer. super consue. Bituricens. folio 20. columna 3. & Papo lib. 24. tit. 13. Arresto 3.

2 Sed pone, quòd fuerit aliquis condemnatus ad mortem virtute statuti ita disponentis: in casu tamen in quo neque à iure communi, neque ab ipso statuto imponitur publicatio bonorum, prout videmus quotidie fieri in furib. nunquid lata sententia mortis veniet in consequentiam etiam cõfiscatio bonorum? Resp. q; non, & est communis opi. vt dicit Bos. in tit. banniti quid amittant, num. 11. & ita semper vidi apud nos obseruari. Cæterum in Gallia ex generali consuetudine bona confiscantur in omnibus casibus, in quibus imponitur pœna mortis, vt attestatur Pontan. super consuetu. Blesen. fol. 154. col. 2. in prin.

3 Multa autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionẽ iuris communis imponitur pœna confiscationis omniũ bonorum, puta, læsæ Maiest. vt dixi suprà statim, & suprà hoc eod. lib. §. læsæ Maiest. ver. Præterea licet. Itẽ falsæ monetæ, de quo dixi s. hoc eo. lib. §. Falsum, versic. Dixi etiam. Item homicidij, hæresis, &c. de quibus in suis locis dictum est. Et alios plures casus ponit Chassan. super consuetud. Burg. fol. 89. & sequen. & Calicius in Margar. fisci, fol. 33. & multis seq. ponit 418. casus, in quibus bona fisco applicantur, & Francisc. Luca. de priuileg. fisci in 2. par. prin.

4 Apostata punitur in confiscatione bonorum, vt est tex. in l. 1. C. de apostat. quod intellige vt procedat, si non extent eius filij vel cognati, ad quos deferũtur, auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Sed hic quæro, quis dicatur apostata? Respõ. quòd tripliciter quis potest apostatare, à fide, ab obediẽtia, à religione, & ita tradunt omnes, vt dicit Simãcas de hæret. c. 7. in prin. Dicitur autem apostatare à fide, qui à Christiana religione transit ad Iudaismum, vel aliam sectam infidelium: prout in facti contingentia contra quendam consuluit Alcia. cons. 478. Scias aũt, q; quãuis apostata à fide sit peior hæretico, (nam hæreticus in aliquo deuiat à fide, apostata autem ab ea in totũ recedit) nihilominus apostata recipitur ad pœnitentiam, prout etiã recipitur hæreticus. Et hanc dicit esse veram & receptam sententiam Simancas in d. c. 7. nu. 2. Apostata autẽ religionis propriè dicitur ille, qui relinquit habitum religionis, & ad seculum redit. Et ita volũt communiter Doctores, vt dicit Caldericus consil. 1. de apostatis, vbi consuluit, quòd monachus vagabundus, qui tamen non dimisit habitum suæ religionis, non dicitur propriè apostata: clericus autẽ secularis dimittens habitum, si est beneficiatus, dicitur apostata: si verò non est beneficiatus, non dicitur apostatare, sed relinquere habitum. Et hęc est communis opinio, vt attestatur Anan. in cap. tuæ, nu. 11. de apost.

5 Quæro, nunquid quilibet iudex possit imponere pœnã confiscationis bonorum? Resp. Aut pœna confiscationis pro delicto venit imponenda à lege tacitè vel expressè, & tunc quilibet iudex, qui potest super delicto ipso cognoscere, potest etiam illã imponere. Aut venit imponenda à iudice præter legẽ, & tũc nullus iudex, præter summos magistratus potest eam imponere. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Anan. in c. vergẽtis, nu. 21. de hæret.

6 An autem episcopi habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicari, vidẽda sunt ea, quæ dixi s. q. 80. versic. In hac autem.

7 Nunc videamus, quæ veniant in confiscatione bonorum. Et in hoc proposito facias regulam generalem, q; in fiscum transeunt omnia ea, quæ trãseunt in extraneos hæredes: & econuerso ea, quæ non trãseunt in extraneos hæredes, non transeunt in fiscũ. Et ista est communis & vera conclusio, vt dicit Alc. cons. 522. post nu. 6. Hinc infertur, quòd in confiscatione bonorum non veniunt bona feudalia: aa illa enim nõ transeunt ad extraneos hæredes, vt dixi s. lib. proximo, §. Feudum, q. 84. Infertur etiam, quòd in confiscatione bonorum non veniunt bona emphyteutica, quæ de sui natura non transeũt ad extraneos hæredes, vt dixi s. lib. proximo, §. Emphyteusis, quæst. 29.

8 Quæro modo, nunquid in confiscatione bonorũ veniat ius patronatus? Resp. In hoc articulo fuerũt aliquando opin. inter Doctores. Aliqui enim tenuerunt, quòd ius patronatus non veniat in gẽnerali confiscatione bonorum. Et hanc opin. dicit esse cõmunem Gigas de crimin. læsæ Maiest. fol. 121. q. 4. n. 3. Et quòd ius patronatus ecclesiasticum non transeat in fiscum, qui non sit hæres patroni, dicit esse communem Didac. lib. 2. resol. c. 18. nu. 7. Contrariã verò sententiam, q; scilicet ex delicto, ex quo confiscatur,

ADDITIO.

a Bona feudalia. Adde Curt. Iun. cons. 4. vol. j. Ale. in l. si finita. §. si de vectigali. ff. de dam. infect. fallit tamẽ si ex cõcessione feudũ esset transito riũ ad extraneos hæredes. fecũdũ Cur. ibid. An aũt in cõfiscatione venient quæsita vel delata post sẽtẽtiã vel confiscationẽ. Vide p Bar. in l. si qua. ff. de his qui sũt sui in l. 4. C. de iur. fis. li. 10. in l. j. ff. de bon. dam. Dec. cons. 235. & cons. 438.

fiscatur vniuersitas bonorum delinquentis, transeat etiam ius patronatus in fiscum, tenuit gl. in ca. filiis, in glo. 1. 16. q. 7. Et hanc dicit esse cõem Citad. de iure patron. in 20. quæst. decimæ partis principalis, nu. 28. Dec. in c. quanto. nu. 6. de iud. quem refert Ferre. cons. 179. nu. 1. & 2. Ego verò dico sic, Aut tale ius patronatus erat transitorium etiam ad extraneos hæredes, & tunc placet opi. gl. q transeat etiam in fiscum: non enim video, cur non debeat in fiscum transire, qui per omnia habetur loco hæredis, vt dixi ℣. vers. Sed an tenetur. Aut verò non erat transitorium in extraneos hæredes, & eo casu teneo, q neque etiam transeat ad fiscum.

9 Succesiuè quæro, nunquid in publicatione bonorum mobilium, & immobilium, veniant iura, & actiones? Resp. q non, & est communis opin. vt attestatur Arius de bonis maternis, fol. 20. num. 26. & seq. vbi etiam grauiter reprehendit Chass. super cõsuet. Burg. fol. 94. nu. 14. dicentem, quòd in confiscatione bonorũ mobilium veniunt iura & actiones, & asserentem, quòd ita tradunt Doctores. nam (vt ipse Arius ostendit) proculdubio doctores communiter contrarium scripserũt, etiam si generaliter facta esset confiscatio omnium bonorum mobilium & immobilium. Et ex hoc introducta est practica huius prouinciæ, vt in sententia confiscationis apponantur etiam illa verba, iurium, & actionum, & nominum debitorum.

10 Item quæro, nunquid in confiscatione veniant bona prohibita alienari? Resp. Aliqui dicunt, quòd sic, & hanc opi. esse communẽ dicit Alc. cons. 783. nu. 1. Contrariam tamen sententiam, quòd scilicet talia bona prohibita alienari non veniant in confiscatione bonorum, neq; etiã durãte vita eius, qui prohibitus est alienare, tenet Bart. in l. Imperator, nu. 1. ff. de fideic. liber. quem sequũtur communiter Docto. vt dicit Soc. Iun. consil. 77. num. 15. lib. 2. Hãc etiam opi. dicit esse communem Rubeus consil. 98. nu. 1. cons. 154. nu. 2. Et dicit Gram. decis. 105. nu. 31. q apud omnes scribentes hæc est vera conclusio. Et dicit Cotta in verbo, Testamentum in quo, colũ. 2. quòd ita dicunt communiter Doctor. Et hæc quidem conclusio locum habet, non modo quando factum est expressum fideicõmissum in casum alienationis: (tũc enim proculdubio nõ trãseũt in fiscum sed admittitur sequens in gradu fideicommissi) & hæc est certa & cõis opi. vt dicit Alcia. cons. 650. n. 1. subdens, quòd cum exerceret officium aduocationis, illam semper vidit obseruari. & illum refert Rolan. cons. 98. post nu. 11. lib. 2. sed idem etiam dicẽdum est, quãdo post fideicommissum apposita est clausula, Quia volo, quod bona perpetuo conseruẽtur in agnatione, vel familia. Cum enim ex ea clausula inducatur prohibitio alienationis, & fideicommissum simplex, vt dixi 8. lib. 3. §. Substitutio. vbi ostẽdi hãc esse magis communem & veriorem opi. idem iudicãdũ est, ac si expressè factũ esset fideicõmissum in casum alienationis. Si verò fideicõmissum, vel substitutio facta esset tantum in casum mortis, tũc fiscus potest apud se retinere bona, durãte vita ipsius condemnati, vt est tex. in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. Et ita practicatur, vt dicit Quemada quæst. fiscali 17. Præterea etiam eueniẽte casu fideicõmissi, potest fiscus detrahere ex persona cõdemnati Trebellianicam, vbi nõ sit eius detractio prohibita. Et etiam in omnem casum solet detrahere legitimã, vbi cõdẽnatus esset filius: nã in ea nõ potest testator fideicõmissum, neq; aliud grauamẽ imponere, neque eius alienationẽ prohibere, iuxta ea quæ dixi 8. lib. 3. §. Legitima, vno tantum casu excepto, quando scilicet pater propter minorẽ ætatẽ filiorum eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tempus: talis enim prohibitio non cẽsetur onerosa ipsis filiis sed potius fauorabilis: & ideo valet, etiam respectu legitimæ. Et hæc est communis opi. vt attestatur Dec. cons. 442. num. 28. vbi in facti contingentia ita cõsuluit, & Boss. in ti. de bon. publ. nu. 41. Et reperio, quòd in indiuiduo in eadem causa idem consuluit Ruin. consil. 23. lib. 5. & Riminal. cons. 243. Et secundum hãc opi. iudicari solet in nostro magistratu.

11 Præterea quæro, nunquid in confiscatione bonorum filiifamil. veniant etiam eius bona profectitia? Respon. quòd non, & in hoc nemo dubitat, vt dicit Ruin. cons. 24. nu. 5. lib. 5. Hanc etiam dicit esse communem opi. Cur. Sen. cons. 59. nu. 12. Socin. Iun. in d. consil. 77. nu. 6. Simancas de hæreticis, c. 9. nume. 14. Cùm enim talia bona sint pleno iure patris, tam quò ad proprietatem, quàm quòad vsumfructum, dicuntur respectu filij esse bona aliena. Et ideo in bonorum suorum confiscatione nullo modo comprehendi possunt.

12 Sed quid in aduentitiis? Resp. q nec ipsa veniũt in confiscatione bonorum, secundum Bar. in l. si finita, §. si de vectigalib. nu. 12. ff. de damno infect. quẽ sequuntur communiter omnes, vt dicit Paris. cons. 157. nu. 1. lib. 4. quem refert Didac. lib. 2. resolutionũ, c. 8. post nu. 7. vers. Ex his patet. Hãc ẽt dicit esse cõmunem opin. Cur. Sen. in d. cons. 59. nu. 12. Ruin. in d. consil. 24. nu. 6. Hoc autem sine difficultate procedit, quando pater in huiusmodi bonis aduẽtitiis haberet vsumfructum. Et ita hoc casu iudicatum fuit per Capel. Tholos. decis. 120. item fuit quæsitũ. Certum est enim, quòd filius de huiusmodi bonis, etiam quòad nudam proprietatem, non potest alienando neque testando disponere, meritò neque etiam delinquendo posse debet ea in fiscum transferre. Cæterum in illis casibus, in quibus pater non habet vsumfructum in peculio aduenticio (secundũ aliquos) publicatis bonis filij, etiã illud peculium publicatum censebitur. Et hanc esse communem opin. dicit Ruin. in d. consilio 24. nume. 6. prout illũ refert Gigas de crimin. læsæ Maiest. fol. 126. q. 11. in fi. ex quo enim potest filius de eis liberè disponere, po etiam delinquendo, ea fisco applicare, & licet de eis testari non possit vt dixi suprà libro 3. §. Testamentum, q. 18. versic. Vera igitur, potest tamen alio modo, quàm per testamentum ea pleno iure alienare, & ideò poterunt hoc casu confiscari. Sed certè quidquid dicit Gigas in loco præallegato, hæc conclusio maximam habet difficultatem. Si enim non confiscatur peculium castrense, vt dixi infrà statim versic. Quæro etiam, de quo potest filius fa. testari, vt dixi in alleg. q. 18. vers. Scias tamẽ, & inter viuos pleno iure liberè disponere, vt dixi suprà li. 2. §. Filius. multo magis deberet confiscari huiusmodi peculium aduẽticium, neque Rui. in loco per Gigã. allegato attestatur hanc esse communem opi. nisi vt ego suprà retuli. Et ideo, si casus contingeret, fortè iudicarem contra fiscum per ea quæ dixi in d. vers. Quæro etiam. Vide quæ dixi ℣. q. 86. versi. Secundò infertur.

13 Quæro etiam, quid in peculio castrensi? Respon. quòd neque ipsum venit in confiscatione bonorum, vt est tex. in l. 3. C. de bon. proscrip. secundum intellectum, qui est magis communis, teste Alex. in l. 3. §. si filius, nu. 3. ff. quod quisque iuris, quem refert Dec. ibi n. 4. & Simãcas in d. c. 9. n. 14. Hãc etiã opi. dicit esse communem Paris. in alleg. cons. 157. n. 36. quem refert Didac. in c. 8. post n. 7. vers. Hinc apparet, Boss. in tit. de bono. publi. post num. 71. Et hic est casus valde notabilis, in quo licet quis possit contrahendo, & testando, liberè de bonis suis disponere, non autem delinquendo ea transfert in fiscum. Ratio autem est, prærogatiua patriæ potestatis, propter quam pater præfertur fisco. Et ideo propter hanc rationem teneo, q etiam in aduenticiis, de quibus filius liberè potest disponere, pater præferatur fisco, vt dixi suprà statim, vers. Sed quid in aduenticiis.

14 Quæro nunc, quid econtrà, nunquid publicatis bonis patris, cẽseatur publicatũ peculiũ profectitium filij Resp. q non, & est communis opi. vt attestatur Sal. in l. si quis, post vers. si quid etiam, nu. 3. C. de bon. proscr. Quemada q. fiscal. 19. Quod tamen intellige vt procedat. nisi pater ex ipsa condemnatione amitteret etiã patriam potestatem, nam eo casu huiusmodi peculium transiret in fiscum. Et hæc est communis opi. vt dicit Boss. in tit. de bono. publ. nu. 71. in fin. An autem pater bannitus amittat patriam potestatem, dixi suprà q. 71. vers. Succesiuè quæro.

51 Quæro, si bona mulieris publicentur in eius delicto, an etiam confiscetur eius dos? Resp. q si delictum commissum fuerit per eã soluto matrimonio, proculdubio confiscatur. Et est cõmunis opi. vt attestatur Nellus de bannit. in 1. parte secundi temporis, q. 28. quem refert Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Et eius bona, sub n. 29. Constante autẽ matrimonio, bona vxoris nõ publicantur, nisi in quinq; casibus. Et ita tenent communiter Docto. vt dicit Ant. Gomes. super l. 78. Tauri, n. 1. & est tex. in l. quinq; legib. ff. de bonis damnat. Et in illis casib. simul cum aliis eius bonis etiam dos ipsa confiscatur. Et ita communiter tenetur, vt dicit Nell. in loco præalle. quem refert Boss. in ti. de bonor. publi. nu. 73. Publicatis autem bonis mariti, dos ipsa non publicatur: sed statim secuta condemnatione potest vxor illam repetere. Et hoc etiam si ipsa sequeretur virũ, qui esset de rebellione condemnatus, prout refert iudicatum fuisse per magistratũ Boss. in loco præalleg. nu. 75. in fi. Quod est notãdũ, quia sententiæ, quæ feruntur per hunc magistratum in causis confiscationũ inter fiscũ, & priuatos, sunt tantæ authoritatis, vt ab eis non possit appellari, nec de nullitate dici, nec supplicari, nec in integrũ restitutio peti. Et licet à sententiis latis per senatum possit peti reuisio coram eodem senatu, facto depositio centum aureorum: tamen contra sententias huius Magistratus, ex ordinib. huius Ducatus, nullum fuit relictum remedium, nec fisco, nec priuatis. Et scias, q hoc casu non seruatur filiis legitima, vt dixi infrà, vers. Videndum est.

6 Solet etiam sæpe dubitari, nunquid in confiscatione bonorũ veniant bona alienata per ipsum delinquentem ante cõfiscationẽ? Scias igitur in hoc articulo esse distinguendũ: nam, aut alienatio facta est à delinquẽte ante crimẽ commissum: & in hoc casu si nulla subsit suspicio fraudis, talis alienatio valet, & tenet, licet postea delinquat, & cõtra eũ sequatur sententia cõdemnatoria, si verò appareat fraus verè, & præsumptiuè, valet quidem alienatio sed à fisco postea reuocatur. Et hæc est communis opi. vt dicit Picus in l. post cõtractum n. 11. ff. de donat. quem refert Bos. in ti. de bono. publi. post n. 43. Tenetur tamen eo casu fiscus emptori preciũ restituere. Et hæc est cõmunis opi. vt dicit Picus in loco præallegato, quem refert Bos. in ti. præallegato, post nume. 45.

17 Fraus autẽ hoc casu probatur per cõiecturas, & est communis opi. vt dicit Picus in loco præalle. post n. 12. vers. secunda conclusio. Puta si talis alienatio fuerit omnium bonorum suorũ. Et est communis opi. vt dicit Picus in loco prællegato, post nu. 13. vers. quarta conclusio, quem refert Bos. in ti. præalleg. n. 45. Et hoc etiã si delictũ ipsum ex interuallo secutum fuerit, dummodo tẽpore donationis subesset causa, ppter quã delictũ postea cõmissũ fuerit. Vel si tẽpore alienationis habebat inimicitias capitales. Et est cõis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. n. 17. Vel si post alienationẽ steterit in possesione rei alienatæ, hoc enim faceret præsumi alienationẽ fuisse simulatã. Et est cõis opi. vt dicit Picus in d. l. post contractũ, n. 23. Quod tamẽ intellige dummodo tẽpore alienationis subesset causa, propter quã delictũ fuerit cõmissum, aliàs secus Et ita tenetur in practica, vt attestatur Boss. in tit. præallega. post n. 49. vers. & intelligitur. Pariter ẽt si alienatio facta fuisset in occulto, ex hoc præsume retur fraus. Et est cõis opin. vt dicit Picus in loco præall. post n. 26. Vel si facta fuerit in personã sanguine coniunctam, secũdũ Bar. in ea. l. post contractũ. Et hæc coniectura tenetur in practica, vt dicit Picus ibi, quẽ refert Boss. in ti. præalleg. n. 46. Vel si delictum incontinenti post alienationẽ secutũ fuerit. secũdũ Bar. in ea. l. post cõtractũ, quẽ omnes sequũtur, vt dicit Sigismun. cons. feuda. 21. nu. 1. Hanc etiam dicit esse communẽ Picus in loco præallegato, quem refert Bos. in ti. præallegato post num. 51. vers. 5. est. nu. 28.

18 Cæterũ post cõmissum delictũ, regulariter etiã valet alienatio ante sententiã facta titulo oneroso, neque reuocantur alienata, nisi appareat contrahentem fuisse participem fraudis. Et hoc tenetur communiter per omnes, vt dicit Ange. in l. si quis, n. 4. C. de bono. proscri. Sed hoc intellige vt ꝑce dat, vbi delictum sit tale, in quo bona ipso iure nõ confiscãtur, neq; interdicta est delinquẽti bonorũ suorũ administratio, & de fraude non appareat. Et est cõis opi. vt dicit Picus in loco præal. nu. 38. Qui autẽ sint casus, in quibus bona ipso iure confiscantur, dixi sup. in prin. quæst. Interdicitur autẽ bonorum administratio in crimine hæresis, læsæ Maiest. & Sodomiæ, vt dixi supr. hoc eodem li. §. Hæresis. vers. Itẽ bona, & læsæ Maiest, verf. Præterea licet. & §. Sodomia, ver. Itẽ sodomita. Vbi verò bona delinquẽtis ex eo crimine ipso iure, & facto publicãtur, tunc alienatio ab eo facta post crimen cõmissũ, est ipso iure nulla, neq; erit opus aliqua reuocatoria. Et est cõmunis opi. vt dicit Picus in loco præallegato, post n. 37. vers. circa secundum tempus.

19 Et hæc omnia locũ habent, non tantum si alienatio fiat post delictũ, sed etiam si fiat post accusationem, antequã lis cõtestetur, quinimo etiam si fiat post litis contestationem. Et est communis opi. vt dicit Picus in loco præall. nu. 39. in princ. & vers. circa quartum. Bene verũ est, quòd omnis alienatio, quæ fit à delinquente post accusationem contra eum institutam, in dubio præsumitur facta metu pœnæ. Et est communis opi. vt dicit Picus in d. l. post contractum, post nu. 39. vers. alia differentia.

20 Si verò alienatio fiat à delinquẽte, poſt ſentẽtiã condemnatoriã contra eũ latã: tunc ſi talis ſententia fuerit per appellationem ſuſpenſa, valet quidẽ alienatio facta pendente appellatione: ſed poſtea ſecuta confirmatione ſententiæ, officio iudicis reuocatur. Si verò ſententia per appellationẽ ſuſpenſa non fuerit, alienatio ipſa nihil valet. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in loco prælleg. poſt nu. 29. ver. quintum. Et in hoc proposito ſcias, ꝙ in illis caſibus, in quibus alienatio valet, ſed poſtea poteſt per fiſcum reuocari, nõ poteſt executor fiſcalis amouere poſſeſſores à poſſeſsione rerum, quas à delinquente acquiſiuerunt: ſed debet actionem reuocatoriam intentare, ita vt ordinariè de ipſa reuocatione cognoſcatur. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in loco prælegato, nu. 41.

21 Scias etiã, ꝙ debitor delinquens poteſt quãdoq; dare de bonis ſuis in ſolutum ſuis creditoribus. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in d. l. poſt contractum, nu. 41.

22 Contingit aliquando, ꝙ delinquens permutat aliqua bona, aut vendit, & precium conuertit in emptionem aliorum bonorum. Quæro nunquid illa bona acquiſita veniant in confiſcatione bonorũ, & etiam ea quæ ante permutationem ſeu vẽditionem erant ipſius delinquẽtis? Reſp. ꝙ ſi reus poſt delictum permutat bona, vel vẽdit, & bona permutata, vel precium bonorum venditorum, vel alia res æquiualens empta ex precio, reperitur in bonis confiſcatis: non debent moleſtari poſſeſſores priorũ bonorũ, quæ delinquẽs alienauit. Ita colligi videtur ex tex. in l. Imperator. §. fi. deleg. 2. & eſt communis opi. vt atteſtatur Quemada quæſt. fiſcali 7. Videtur enim preciũ, vel res acquiſita ſubrogari loco rei alienatæ, ita vt nõ poſsit fiſcus velle idẽ bis cõſequi. Et ſecundũ hanc opi. fuit aliquãdo iudicatum in hoc magiſtratu. Quam tamẽ intellige vt procedat, niſi fraus interuenerit: nã eo caſu poſſet fiſcus, omiſſo precio vel re acquiſita, rẽ alienatã recuperare, iuxta ea quæ ſuperius dicta ſunt.

23 Item in fiſcũ tranſeunt ſecuta confiſcatione omnes obligationes. Et hæc eſt communis omnium ſententia, vt dicit Calcan. conſi. 66. nu. 4. in fin. Adde, ꝙ tranſit in fiſcum nõ modo ciuilis obligatio, ſed etiam naturalis, & ita communiter tenetur, vt dicit Imola in l. ſi debitori, in fi. princi. ff. de fideiuſſo. Scias tamen quòd iura conditionalia non tranſeunt in fiſcum, ita dicit gloſſ. in l. non ad ea, in verbo, Præſens. ff. de cond. & demon. quam Doctores ſequuntur, vt atteſtatur Quemada quæſt. fiſcali 10. Et quòd obligationes conditionales paſsiuę non tranſeunt in fiſcum, dicit eſſe communem opi. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, poſt nu. 29. ff. de verb. oblig. quem refert Boſſ. in tit. de bonorum publica. num. 14. Et ex hoc infertur, quòd ſi fuerint alicui legata alimẽta, & ille fuerit bannitus, & eius bona confiſcata, tale legatum non tranſit in fiſcum, neq; etiã durante vita ipſius condemnati. Et ita refert iudicatũ fuiſſe Boſſ. in d. tit. de bonorum publica. nu. 22. tale enim legatum dicitur conditionale, vt dixi ſuprà lib. 3. §. Legatum, meritò nõ tranſit in fiſcum

24 Vlterius quæro, nũquid in confiſcatione veniãt
a bona futura a, id eſt, acquiſita poſt cõfiſcationem? Reſp. ꝙ nõ, ſed veniũt tantũ ea, quæ delinquens habet tẽpore publicationis. Et eſt cõmunis opi. vt dicit Nellus de bannitis, in 1. parte ſecũdi temporis, nu. 18. quem refert practica Conradi, fol. 430. nu. 4. in fi. Curtius Sen. in d. conſ. 59. poſt numer. 13. verſ. conſequenter, Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſti pulamur, nu. 7. ff. de verb. oblig. Hanc etiã dicit eſſe cõem regũlam Boſſ. in d. tit. de bono. publi. poſt nu. 80. In hoc Ducatu adeſt decretum confiſcans omnia bona delinquentium ab ipſo die cõmiſsi delicti: nihilominus ſeruatur, ꝙ etiam ea, quæ acquirũt poſt delictũ, vſque ad confiſcationis ſententiã, quæ à iudice profertur, veniunt etiã in ipſa confiſcatione. Et ita abſque controuerſia ſeruari atteſtatur Boſ. in loco prælle. nu. 80. in fi. In bonis autẽ quæſitis poſt cõfiſcationẽ quomodocunq; fiſcus ea apprehenderit, vel habet penes ſe, illa retinet tanquã legitimus, & iuſtus occupator, ex quo ſunt bona banniti. Si verò reperiantur penes aliũ, credo quòd fortè non poſſet fiſcus ea petere, ſed quod deberent remanere prius occupanti. Et in hanc ſententiam viſus fuit inclinare magiſtratus in cauſa bonorum cuiuſdam capitanei Amandi Theutonici, licet aliis etiam ex fundamentis motus fuerit ad iudicandum contra fiſcum.

25 Sæpe contingit, ꝙ tẽpore confiſcationis delata eſt hæreditas delinquenti, nunquid ſecuta confiſcatione ius adeundi illam hæreditatem tranſit in fiſcum? Reſp. In hoc articulo variæ fuerũt ſcribentiũ opi. nam aliqui tenuerunt ꝙ ſic, & dicit Rui. conſ. 23. nu. 2. lib. 5. quòd videtur eſſe cõis opi. quòd deportatus intra annũ à die delatæ hæreditatis illã trãſmittit in fiſcum, ſecus autem ſi poſt annum fuiſſet deportatus. Multi verò tenuerunt contrarium ꝙ ſcilicet illam non tranſmittat. Et hanc opi. dicit videri magis communem, ſaltem in bannito, qui poſsit retinere ius adeundi. Rui. in eo. conſ. 23. nu. 26. Tu verò dic, quòd aut illud ius adeundi eſt tale, quod tranſit etiam in extraneos hæredes, & tranſit etiam in fiſcum: Aut verò non tranſit ad extraneos hæredes, & neque etiã tranſit in fiſcũ. Et ita tenent cõiter Doctores, vt dicit Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipum, circa fi. ff. de acqui. hæred.

26 Videndũ eſt etiam, nunquid facta bonorum cõfiſcatione, reſeruetur filiis aliqua portio bonorũ? Reſp. Secundum iura digeſtorũ reſeruatur filiis dimidia pars bonorũ, & hoc ex gratia, & clementia principis, vt dicit tex. in l. 1. in fi. & in l. fi. ff. de bonis damn. hodie tamen hoc in practica non ſeruatur, vt dicit Chaſi. ſuper conſue. Burg. fol. 81. nu. 16. nã vbi ex aliqua lege, vel ſtatuto bonorum confiſcatio imponitur, omnia bona confiſcantur nulla portione liberis reſeruata. Sed certè apud nos reſeruatur filiis legitima, prout etiam eſſe de iure obſeruandũ, etiam ꝙ per ſtatutum ſimpliciter, & abſque vlla obſeruatione imponatur pœna confiſcationis bonorum, conſuluit, & oſtendit eſſe magis cõem opi. Rolan. conſ. 97. maximè poſt nu. 29. lib. 2. non tamen reſeruatur dimidia, ſed illa tantũ pars, quæ filiis regulariter debetur in bonis patris. Scias tamen, ꝙ in bonis matris, quãdo cõfiſcantur per eius delictum, filij nihil debent habere, vt eſt tex. in l. de bonis matris, C. de bo. proſcrip. Et hanc concluſionem indiſtinctè approbant Doct. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et eius bona, ſub nu. 18. An autem filius exhæredatus, vel ingreſſus religionem incapa-

ADDITIO.

a Bona futura. Et an legata cõditionalia, vide per Bart. in l. quod traditũ. ff. de condit. & demonſt. Itẽ in confiſcatione bonorũ non venit hereditas delata, ſed nõdũ adita. Dec. cõſ. 446. Gram. conſ. 7. videtur ꝙcludere ꝙ veniãt bona futura.

incapacem, vel filia excluſa à ſtatuto faciant partẽ in cõputatione legitimæ, videnda ſunt ea, quæ dixi ſuprà lib. 3. §. Legitima.

27 Sed hic quæro, nunquid ſententia publicationis bonorum trahatur ad bona ſita extra territorium iudicis confiſcantis? Reſp. ꝙ ſic, & eſt cõis opi legiſtarum & cano. vt dicit Rom. ſing. 272. licet magna, quem refert Aug. ad Ang. de malefi. in verbo, Et eius bona, nu. 7. in fi. relatus per Pract. Conradi, fol. 438. col. 1. Hanc etiam dicit eſſe cõem ſententiam Doctor. Arno. Epit. 75. meminimus. Bona autem ipſa applicantur domino, in cuius iuriſdictione ſita ſunt, & eſt cõis opi. vt dicit Brun. conſ. 31. feudali, nu. 15. Et dicit Rolan. conſ. 78. nu. 14. li. 2. ꝙ hæc concluſio eſt magis cõmuniter recepta. Hoc tamen intellige vt procedat, dummodo ille dominus habeat etiam ipſe ius confiſcationis bonorũ, aliàs ſecus. Et hæc eſt cõis opi. legiſtarum, vt dicit Rom. in loco prælleg. quem refert & ſequitur Affli. deciſ. 281. nu. 281. nu. 16. Item intellige vt procedat, modo confiſcatio fiat ſecundum diſpoſitionem iuris communis: aliàs enim ſi fieret ex ſtatuto vel lege ſpeciali, nõ extẽderetur ad bona ſita extra territoriũ, in quo viget illa lex, vel ſtatutum, etiam quòd eſſet idem dominus vtriuſq; territorij, & ſic idem fiſcus. ita dicit Bart. in l. cunctos populos, in fin. C. de ſumma trinita. & eſt communis opi. vt atteſtatur. Boſ. in tit. de bonorum publicatione, nu. 62. Illa etiam deciſ. Bart. dicit eſſe communiter approbatam Cephal. conſ. 79. nu. 13. lib. 1. Sed certè quãdo huiuſmodi territoria eſſent ſub eodẽ præſide prouinciæ, indiſtinctè crederem omnia bona fiſco applicari, ſecus tñ ſi eſſent ſub diuerſis præſidibus. Et ita in hoc Ducatu vidi plerunq; obſeruari. Intellige etiã vt procedat in bonis immobilibus: ſed bona mobilia non circunſcribuntur territorio, & ideo applicantur dominio iudicis confiſcationis, etiam ſi ſint extra illius territorium. Ita tenuit Bal. in l. mercatores, n. 1. C. de Commer. & mercat. Et licet idem Bal. in c. 1. in prin. nu. 6. de pace tenenda, tenuerit contrarium: tamen opi. Bald. in d. l. mercatores, eſt magis approbata, vt dicit Carauita ſuper ritu 132. magnæ curiæ, nu. 3. & ſeq. quam tamen ego in practica nunquam vidi obſeruari.

28 Sed quæro, an hoc caſu creditores vnius territorij, & dominij prorſus ſeparati poſsint agere contra fiſcum alterius territorij, cui bona ipſius delinquentis ſunt cõfiſcata? Reſp. ꝙ non, & fuit opi. Cyn. quã dicit eſſe cõem Aug. ad Ang. de malef. in verb. Et eius bona, nu. 9. aliàs de facili poſſet fieri fraus fiſco, vt ſcilicet oẽs creditores cõdemnati agerent ꝓtra bona ſita in territorio ꝙdẽnãtis, omiſſis bonis ſitis in alio territorio, qđ nullo modo eſt dicẽdũ. Bene verũ eſt, ꝙ ſi bona vnius territorij nõ ſufficerẽt, eo caſu ne creditorib. iura ſua perirẽt, eſſet eis ſatisfaciendũ ex ſitis in alio territorio. Et ita pluries cõcluſum fuit & ſeruatũ in hoc magiſtratu. Et nota in hoc propoſito, ꝙ in cauſis creditorũ agentiũ cõtra fiſcum, debet procedi ſummariè, & ſine dilatione, licet (vt dicit Saly. in l. ſi quis, poſt n. 1. in fi. C. de bono. proſcri.) iudices moderni ſtudentes magis placere voluntati rapientiũ, quã rationi iuris, & æquitati, ſeruent contrariũ in animarũ ſuarũ detrimẽtũ. Quod tamẽ dici non põt in hoc magiſtratu, cuius ego ſum præſes, in quo ex prærogatiua illa data in eius erectione, proceditur ſola facti veritate inſpecta, & cauſæ creditorũ fiſci expediuntur cum ſumma æquitatis ratione, & maxima celeritate.

29 Sed an tenetur fiſcus, ad quem perueniunt bona confiſcata, ſatisfacere omnibus creditorib. condemnati? Reſp. quòd quando fiſcus capit bona tanquã cõfiſcata, tenetur ad onera legatorum & fidei commiſſorũ, & creditorib. hæreditariis, quaſi hæres
a & habetur loco hæredis, ſecundũ gl. a in l. non intelligitur, §. cum ex cauſa, in verbo, Pertinet. ff. de iure fiſci. Et eſt cõis opi. vt dicit Crauet. conſ. 263. nu. 7. Et ſic tenetur perſoluere omnia debita condẽnati. Et hanc dicit eſſe cõmunem opi. Alber. in l. actione, §. publica. ff. pro ſocio. Sed quando capit bona vt vacantia, eo caſu non tenetur ad legata, neque ad fideicõmiſſa. Et iſta ſentẽtia eſt cõiter recepta, vt atteſtatur Ripa in l. ex facto, §. ex facto poſt n. 6. ff. ad Trebel. Quando autẽ bona deferuntur ad fiſcum ex ſucceſſorio edicto, ſcilicet deficientib. aliis ſucceſſoribus, iuxta ea quæ dixi ſuprà lib. 3. fuerunt opin. inter doctores, an eo caſu teneatur fiſcus ad onera legatorum & fideicommiſſorum: nam Bald. in l. eam quam, nu. 5. in fin. C. de fideicom. tenuit ꝙ ſic, & dicit Saly. in l. vnica. §. pe. nu. 39. C. de caduc. tollen. quòd ita communiter tenetur. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet non teneatur, multi ſecuti ſunt. Et hanc dicit communiter teneri Claud. in l. recuſare. §. ſi fiſco, nu. 3. ff. ad Trebel. aſſerens quòd Salyc. in loco prælegato malè dixit, & reuera credo hanc opi. eſſe magis cõmunem, & in practica obſeruari, & ideò ab ea non putarem iudicando eſſe recedendum.

30 Vnum ſcias, quòd in omnem caſum, quando fiſcus ſuccedit alicui, ſiue tanquam in bonis vacantibus ſiue ex confiſcatione, nunquam tenetur vltra vires hæreditarias, etiam ſi non confecerit inuentarium. Et eſt cõmunis opin. vt dicit Iaſ. in l. ſcimus, in princ. num. 1. C. de iur. delib. Apoſtil. ad Abb. in c. 1. in fin. verbo, Hæreditarias, de ſolutio.

31 Vidi quandoque dubitãri, an aliquo caſu fiſcus præferatur creditorib. delinquentis. Veritas eſt, ꝙ præfertur creditoribus delinquentis ex delicto, etiam in pœnis pecuniariis, non tamen præfertur eius creditorib. ex contractu. Et eſt cõis opi. vt atteſtatur Didac. lib. 1. reſolu. c. 16. poſt nu. 8. In Francia tamen ſeruatur, qđ quando ex eodem delicto, & ex eadem ſententia pars prætendens intereſſe, & fiſcus pœnam, concurrunt, præfertur pars pro intereſſe, & emenda damni, vt atteſtatur Papo lib. 24. tit. 16. Arreſto 1. dicens ita fuiſſe iudicatum in parlamento Pariſienſi.

32 Sed hic incidenter quæro, nunquid fiſcus habeat bona delinquentis tacitè obligata, vel hypothecata? Reſp. Aliqui dicunt ſimpliciter quòd non, & hanc dicit eſſe plurimorum ſententiã Fulg. conſ. 179. nu. 3. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Salyc. in d. l. ſi quis poſt, poſt nu. 6. C. de bon. proſcri. Boſſ. in tit. de honor. publ. nu. 81. Tu verò dic, quòd aut loquimur ante delictum commiſſum, & tunc certum eſt, ꝙ non habet in eis aliquam hypothecam. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Butr. conſ. 61. nu. 3. Picus in repet. l. poſt contractum, nu. 40. ff. de donat. Aut loquimur poſt delictum cõmiſſum, ante-

ADDITIO.

a Secũdum gl. Hanc gl. pro ſingulari cõmendat Rom. conſ. 73. & conſ. 93. vbi tenet diſcuſſionẽ cõtra fiſcum eſſe neceſſariam. Idem tenet Bald. conſ. 359. quemadmodum Imperator. col. 2. lib. 3. Paul. de Caſt. Alex. & Moder. in l. fin. ff. ſi cert. petat.

antequam inchoatum sit iudicium criminale: & pariter dicendum est quòd nullam habet hypothecam. Et est communis opi. vt dicit Alex. in l. rescriptum, in prin. nu. 8. ff. de pac. Aut loquimur post sententiam, & dic, quòd à die latæ sententiæ habet fiscus bona delinquentis hypothecata. Et est communis opin. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Dictum Sempronium, sub. nu. 11.

QVÆSTIO LXXIX.

1 *De pœna confiscationis certæ partis bonorum, vel aliquarum rerum.*
2 *Stuprum committens punitur in dimidia parte bonorum.*
3 *Arma noua, quæ quis vendiderit, aut emerit, fisco applicantur.*
4 *Domus priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria, fisco applicantur.*
5 *Item domus ædificata iuxta aliam domum, nõ dimisso spatio 25. pedum, fisco applicatur.*
6 *Locus, in quo ædificatur sepulchrum in ciuitate, fisco applicatur.*
7 *Bona pro quibus quis accommodat fidem defuncto de eis restituendis alicui incapaci, fisco applicantur.*
8 *Hærede non vindicante necem defuncti, hæreditas fisco applicatur.*
9 *Hæreditas per metum alicui relicta fisco applicatur.*

VIsum est de pœna confiscationis omniũ bonorum, videamus nunc de iis casibus, in quibus non omnium bonorum, sed alicuius partis pœna imponitur. Scias autem, quòd quandoq; imponitur pœna certæ partis bonorum, puta, dimidiæ, aut tertiæ, aut alterius quotæ partis: quandoque neq; omnia bona delinquentis, neque certa eorũ pars fisco applicatur, sed folummodo certa bona: nos verò hos omnes casus simul prosequemur.

2 Stuprum committens condemnatur in dimidia
2 parte bonorum. Dixi suprà, hoc eo. li. §. Stuprum, vers. Sed quæro.

2 Arma noua, quæ quis fecerit, vendiderit, aut emerit, fisco applicãtur, vt in auth. de armis. Scias tamẽ q̃ illa constitutio non seruatur de consuetudine, vt attestatur Bart. in l. 1. n. 1. ff. ad leg Iul. de vi publ. quem refert Stracca de mercat. fol. 114. nu. 10. Alber. in ea. l. 1. nu. 3. in fi. Alcia. in l. armorũ, ff. de verb. sig. Calic. in Marg. fisci, fol. 64. vers. 337. casus. Sed quælibet ciuitas vel prouincia habet in hoc sua specialia statuta vel consuetudines, de quibus dixi infrà q. 82. statut. 6.

4 Domus priuatorũ, in quibus fiunt sacra mysteria, fisco applicantur, vt est tex. in §. sciant, in auth. vt in priuatis domib. collat. 5. intellige sine licentia episcopi, vel eius vicarij, & ita seruatur per vniuersum orbem, vt dicit Calic. in Margar. fisci fol. 41. vers. 92. Casus.

5 Si quis ædificat domum iuxta aliam domum publicam, vel priuatam non dimisso spacio 15. pedum, domus fisco applicatur. l. penult. C. de ædifi. priuatis. Scias tamen, q̃ illa lex non seruatur, vt dicit gl. fi. ibi, & refert Calic. in Marg. fisci, fol. 50. vers. CC. casus.

6 Locus, in quo quis sepulchum in ciuitate ædificat, confiscatur, l. prætor ait, §. Diuus. ff. de sepulch. viol. Scias tamen, q̃ istud de consuetudine nõ seruatur, vt dicit Calic. in Marg. fisci. fol. 66. vers. 356. casus. Fiunt enim quotidie non modo in ciuitatibus, sed ẽt in cœmeteriis ecclesiarum, imò in ipsis etiam ecclesiis sepulchra priuatorũ, q̃ hodie permittatur ẽt in corpore ipsius ecclesię mortuos sepeliri, attestatur Remig. de immu. eccles. fol. 8. n. 4. Ita etiam hodie seruari dicit Summa Angelica in verbo, Immunitas, quæstio. 6. quem refert Remig. in loco prælleg. fol. 44. in fin. & est omnibus notissimum.

7 Quando hæres tacitè accõmodat fidẽ defuncto, de restituenda hæreditate alicui incapaci, puta, filio spurio, aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fisco, l. eũ qui. ff. de his quib. vt indig. vt in casu in quo cõsuluit Bolog. cons. 24. Scias tamẽ, q̃ ille, qui fuit institutus hæres à patre filij spurij, potest talem hæreditatem, siue obuentam, ipsi spurio testatoris in testamento relinquere, neq; id præsumetur factum in fraudem, vt dixi suprà li. 3. §. Testamentum, q. 31. ver. Sed pone. Si tamen probari posset, quòd ille defuncto fidem accommodasset, tunc fiscus posset auferre, vt in casu in quo consuluit Socin. cons. 84. lib. 4.

8 Item quãdo hæres non vindicauit necem defuncti, priusquam adiret hæreditatem, fiscus illam ab eo aufert, tanquã ab indigno. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. l. 1. C. eo. tit. Scias tamen, quòd de cõ suetudine illa pœna non seruatur, sed prorsus abiit in desuetudinem, & recesit ab aula, vt attestatur Folle. in pract. cri. can. fol. 45. n. 32. & seq. Imò quoti diè hæredes remittunt occisorib. defuncti, & cũ eis pacẽ faciunt: esset enim ista lex nutritiua peccati, si per eam impediretur pax & concordia, & iniuriarum remissio.

9 Si testator ductus fuerit metu, vt aliquẽ instituere-
t, hæreditas ab eo aufertur, & fisco applicatur, vt traditur in l. fi. ff. si quis aliquem testari proh. & est communis opi. vt attestatur Boss. in tit. de his qui prohibent aliquem testari. nu. 4. Hoc tamen intelli ge, vt procedat quando talis institutus erat defuncto proximior in gradu, & sic successurus ab intestato. Cæterũ si adesset alius proximior vel etiã in pari gradu cùm instituto, eo casu hæreditas nõ applicatur fisco, sed ad istũ proximiorẽ, vel æqualem in gradu deuoluitur. Et ita tenẽt DD. vt attestatur Chas. super cons. Burg. fol. 89. vers. 27. casus est. Qua autem pœna sit puniendus compellens aliquem testari, dixi infrà q. 83. vers. Compellens aliquem.

ADDITIO.

a In dimidia parte. Fallit si per vim struprum fuerit cõmissum: tunc enim pœna mortis imponitur secundũ Alex. cons. 229. per totũ. vol. 6. Et an vidua cõmittens stuprũ, puniatur in amissione dotis, vide per Paul. de Ca. & Alex. in l. fororẽ. C. de his quib. vt indig. Paul. & Ias. in l. fideicõmiss. C. de fideic. Ias. in l. 2. nu. 6. & Zasiũ nu. 22. ff. sol. mat. Nic. Boer. decis. 338. n. 11. vers. quid dicendũ. Dec. in c. pastoralis. nu. 8. de iudic. & in l. cũ quẽdam puella. Et ibi addita. ff. de iurisd. omn. iudic. Et pro conciliatione opinionũ vide Io. de Garonib. in auth. iisdem pœnis. nu. 21. C. de secund. nupt. Roland. à valle cons. 86. nu. 53. vol. 2.

QVÆSTIO LXXX.

1 *De pœnis pecuniariis.*
Casus, in quibus pœna pecuniaria est à iure imposita qui sint? ibid.
2 *Bladum emens causa reuẽdendi vt penuria sequatur, punitur in viginti aureis.*
3 *Miles aliquid accipiẽs ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in 10. libris auri.*
4 *Dos mulieris contrahentis matrimonium scienter, in casu prohibito, fisco applicatur.*
5 *Prælati an possint imponere clericis poenas pecuniarias?*
6 *Seruus an possit condemnari in poenam pecuniariam?*
7 *Condemnatus an teneatur poenam fisci persoluere in foro conscientiæ?*

QVandoq; etiam non certa aliqua bona fisco
1 applicantur, sed delinquenti certa pœna pecuniaria imponitur, vt in casibus quos enumerat Calic. in Marg. fisci, vbi s. & Fabr. in pract. arb. fol. 419. & aliis seq.

2 Bladum emens causa reuendendi, vt penuria sequatur, punitur in 20. aureis, l. 2. ff. ad l. Iul. de annon. Sed certè hoc non seruatur, imo illud communiter fit, maximè in Burgundia, vt dicit Chas. in loco prælleg. fol. 91. vers. L l. est casus.

3 Miles, metator, vel mensor, qui aliquid accipit ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in 10. libris auri, vt est text. in l. deuotum, C. de meta. & epi dè. lib. 12. Sed hoc malè obseruatur, vt dicit Bolen. in repet. l. capitalium. §. famosos, post n. 89. ff. de pœnis. Et dicit Lucas de Pẽna in d. l. deuotũ, in primis verbis, q̃ illa lex pulchra & bona est, sed ob neglectum iustitiæ, peccata prouincialium, & nequitiam militũ, malè seruatur. Dicit etiã idem Lucas de Pẽna in l. hoc prospectũ. eo tit. de metat. vbi iubetur militibus, vt in hospitiis non horribiles, nec superbi, sed humiles manere debeant, q̃ illam legẽ maximè Theutonici, & Neapolitani, qui arrogantiã imitantur eorũ, pessimè seruant. Et q̃ non modo à dominis ædium balnea postulant, contra expressam dispositionem illius legis, sed etiam luminaria, cõfectiones, & quæcunq; vtilia, nedũ postulant, quin etiam rapiũt & extorquent, quod bene nouit infelix Lombardia iam tot annis militũ hospitationibus, & extorsionibus exposita.

4 Dos mulieris scientis factum, ex quo nascitur impedimentum matrimonij, & tamen contrahentis matrimoniũ in casu à iure prohibito, licet errauerit in iure, si matrimoniũ fuerit carnali copula consummatũ, applicatur fisco. Et ita tenet glo. in l. fi. in verbo, Nupsit. ff. de cõdict. sine causa, & est cõis opi. vt dicit Abb. in ca. & si necesse, nu. 7. de donat. inter virum, & vxorem, prout illum refert Bello. consil. 84. nume. 3.

5 In hac autẽ materia pœnarũ pecuniariarũ quæro, nunquid prælatus possit imponere clericis pœnas pecuniarias pro delicto? Resp. q̃ sic. Et est cõis conclusio, vt dicit Ab. in c. vt clericorũ, nu. 10. de vita & hon. cleric. nã hodie episcopi de generali consuetudine habent fiscum, vt dicit Franc. de Pauinis, quem refert Diaz in pract. crim. can. c. 134. nume. 2. Hanc etiam opi. dicit esse veriorem, & consuetudine roboratam Diaz. in d. pract. ca. 124. in fin. Hanc etiam opi. esse vsu comprobatam attestatur Felin. in c. irrefragabili, §. 1. nu. 11. in fi. de off. ord. Et ideò quamuis episcopi de iure deberent pœnas pecuniarias applicare cameræ Romanæ, nõ suæ, ipsi tamen de cõsuetudine contrariũ seruant, dicit Bald. in auth. bona damnatorũ, nu. 2. C. de bon. proscrip. quem refert Anan. in c. excõmunicamus, in prin. n. 9. de hæret. & Ang. de malef. in verbo, Et eius bona, nu. 30. & Barb. cons. 22. nu. 12. lib. 3. & Marcus decis. 339. nu. 12. & Gomes Arias super l. 7. Tauri n. 75. Et dicit Foller. in pract. crim. canon. fol. 68. nu. 14. q̃ hanc opi. tenent omnes. Hanc etiam opi. dicit esse communem Didac. lib. 2. resolutionũ, c. 9. n. 11. vbi subdit, quòd licet hæc sit cõis opi. tamen id nõ est temerè permittendũ ad explendã auaritiam episcoporũ, sed vt ea quæ eorũ fisco fuerint delata, in vsus pios errogentur, quod tamen (nisi fallor) in paucis locis seruatur.

6 Item quæro, nunquid seruus possit in pœnã pecuniariã condẽnari? Resp. Gl. in l. hos accusare, §. omnibus, in verb. quia ea lege. ff. de accus. tenuit, q̃ nõ, & hæc opi. vsq; ad tẽpora Bar. fuit cõiter approbata absq; vlla limit. vt dicit Salyc. in l. 2. n. 4. C. de accusa. Bart. autẽ in d. §. omnibus, nu. 5. tenuit contrariũ, scilicet, q̃ imò pót seruus in pœnã pecuniariã cõdẽnari. Sed certè magis cõis opi. est cõtra Bart. vt dicit Gregorius Lobes in l. 10. in litera I. quem refert, & sequitur Placa. libr. 1. delictorum, nume. 18. in fine.

7 Sed hic incidenter quæro, nũquid cõmittens deli-
a ctũ, pro quo à lege sit imposita aliqua pœna pecuniaria, vel soluenda fisco, vel danda parti, teneatur in foro conscientiæ a illam persoluere? Resp. quòd non

ADDITIO.

a In foro conscientiæ. In hac materia an pœna in foro cõscientiæ exigi possit, multi multa scripserũt. Nonnulli enim dixerunt q̃ pœna legalis in foro cõscientiæ exigi nõ possit: vt per gl. in d. c. fraternitas. hic allegatũ. illud tamen nõ transit sine difficultate: nã licet Alex. cõs. 105. vers. nec huic vltimè rationi vol. Rõ. 5. in rub. de acq. hæred. Bald. in l. id quod pauperibus. vers. sed pone C. de episc. & cleric. Mathesil. singul. 23. Corset. in singul. in verb. pœna. incip. in foro conscientiæ. Bald. in l. data opera. vers. item si proprias. C. qui accus. non pos. Felin. in c. audimus. vers. subdit hic eleganter. de simon. Contrarium tamen sentit Anchar. in regul. possessor: vers. tertiò quæro. de regul. iur. lib. 6. Dec. in c. j. in j. lect. nu. 20. & in 2. lect. nu. 9. de consti. & in c. quoniã contra. nu. 31. de probat. Alij autem quòd pœna legalis nec peti nec exigi possit. Bald. in l. iubemus. §. sanè. j. vers. sed nunquid in foro conscientiæ. C. de sacros. eccles. & in l. post decisionem C. de furt. Pœna autem conuentionalis, ex quo habet consensum, salua conscientia & peti & exigi potest: vt per Anchar. in d. regul. possessor. Felin. c. j. vers. limita tertiò. de constitut. & in d. c. audimus. de simon. Fallit tamen si excederet interesse partis: quo casu salua conscientia vltra illud quod interest, peti aut exigi non potest. c. tuam de pœnis. Hostiens. in c. dilecti. vers. par autem in parem. de arbit. & ibi Anto. de But. vers. quædam est conuentionalis. Grammat. cons. cui 66. vbi dicit hoc maximè procedere quando causa secundũ æquitatem tractatur: prout est quando causa agitur in consistorio principis. Innoc. tamen in d. c. tuam. de pœn. tenet q̃ pœna conuentionalis etiam vltra id quod interest partis, peti & exigi possit. vide Abb. in c. dilecti. nu. 14. de arbit. Item pœnæ quæ ex delictis ipso iure committuntur, licitè in foro conscientiæ peti & exigi possunt. secundum Abb. in c. j. vers. & primò limita. de constitut. & in d. c. dilecti. vers. prædicta ego limito. de arb. Felin. in d. c. j. vers. & primo limitatur de constit. Corset. in sing. in d. verb. pœna, incip. in foro conscientiæ.

non,ita tenuit gl.in c.fraternitas,in gl.fi.12.q.2.quã dicit esse communiter approbatam Menchiaca in 1.parte de testa.§.10.nu.662.Hanc etiam dicit esse communem opin.Berous in c.1.num.232. & seq.de const.& in c.dilecti filij,n.61.de arbit.& ibi Hostiẽ. & in c.qm̃ cõtra,n.226.de prob.Gomes in §.ex male f.n.14.Insti.de actio.Didac.in epito.super 4.decretal.fol.94.col.2.subdens, q; neq; etiam Theologi dissentiunt ab hac communi sententia Canonistarum,Bene tenetur in foro conscientiæ emendare, seu refarcire damnum ex eo delicto parti illatum, iuxta ea quæ dixi suprà.q.62.versic.Vnum autem. Faciunt quæ dixi suprà hoc eo.li.§. Furtum, vers. Est igitur.Nec dicatur, q; delinquens videatur delinquendo consentire pœnę,quæ à lege pro ipso delicto imponitur, quia illud est contra commune opi.Doct.vt attestatur Arius Pinellus in auth. nisi tricennalis,n.32.C.de bon. mater.Mẽchiaca in loco prælegato,post n.665.Et quòd delinquens nõ accusatus,neque condemnatus,etiam si ipso iure per legem,vel statutum eius bona per illud delictum fisco applicentur,non teneatur in foro conscientiæ bona sua fisco deferre,dicit esse communem op.& ferè ab omnibus approbatam Simanchas de hæret.c.9.n.27.& aliis seq. præcipuè nu.82. Et licet aliqui dixerint hoc locum non habere, quando delictum esset notorium:tamen illud dictum communiter non tenetur, vt dicit Summa Siluestrina in verbo, Pœna, q.25.numero 1.Et ab hac conclusione non recedas in iudicando.

QVÆSTIO LXXXI.

1 *De pœna talionis.*
2 *Et quid si accusator sit persona honestior,quàm reus?*
3 *Et an hæc pœna talionis hodie sit sublata?*

1 NON est etiam omittenda pœna talionis,à iure communi introducta aduersus accusatores,qui calumniantur,& in probatione deficiunt, quę quidẽ est similitudo supplicij,quod inferendũ esset reo,si de crimine ipso conuictus fuisset.

2 Sed pone,q; accusator sit persona honestior quã reus,ita q; pro eodem crimine esset mitiùs puniendus,prout videmus in pœna legis Cornel. de sicariis,& aliis à iure Digestorum impositis,in quibus honestiores mitiùs,quam humiliores puniuntur, nunquid accusator,qui est calumniatus erit puniẽdus pœna, quæ pro crimine deberet imponi ipsi reo,an autem illa,quæ esset imponenda ipsi accusatori? Respond.quòd debet puniri ea pœna, quæ imponenda fuisset reo,& fuit opi.Gul.de Cun.quę communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Albe.in l.athletas, §.calumniator,numer.4.ff.de his qui not.inf.

3 Sed quęro,nunquid hæc pœna talionis hodie sit sublata,Respond.Affl.lib.1.constitutionum,rubr. 23.post nu.9.dicit quod hæc pœna hodie non est sublata.& allegat.l.fin.C.de accusatio.iuncta l.qui non,C.de calumniato,sed dicit sublatam esse tantummodo solennitatem subscriptionis. Breuiter si loquamur de iure,Afflict.verum dicit,quia etiam secũdum iura nouissima talis pœna imponitur accusatori calumnianti:sed si loquamur de consuetudine,vtique pœna tàlionis est sublata hodie, & penitus recessit ab aula. Ita attestantut multi ex his, qui dicunt solennitatem subscriptionis sublatam esse à consuetudine, præsertim Io. And.Bart. Salyc.Felin. Aret. quos omnes citaui supra q.12. vers.Cæterũ,quos etiam refert,& sequitur Affli.li. 1.consti.rub.12.nu.16.& rub.51.§. præsenti, in prin. & lib.2.rubr.13.nume.7.Idem attestatur Alber.in l. eum quem temerè,in prin.nu.3.in fin.ff.de iudic.& in l.seruum,§.publicè,post nu.23.ff. de procur.Salyc.in l.qui crimen,nu.4.C.qui accusa.non possunt & in l.non ideo minus,n.3.C.de accus.Card. Alex. in c.de accusatione,col.4.in fin.2.q.8.Mantua centuria prima, nume.11. Blanc.in practic.crimin.fol. 15.post num.14.Carauita super ritu magnæ curię 199.n.2.Simanchas de hæret.c.62.n.35. Apostil.ad Bellamer.decis.71.Villalpand.in repet.l.22. cap.21. post numer. 3. Et in specie illam non practicari in Gallia attestatur Papo li.24.ti.1. Arresto 3.Ratio autem, quare consuetudo cassauit hanc pœnam, illa fuit,quia propter rigorem huiusmodi pœnæ, multi se retrahebant ab accusando:atq; ita delicta remanebant impunita:pauci enim reperiebantur, qui cum tanto capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere. Et ideo consuetudo (reiectis his pœnis,& difficultatibus) admisit quoscunq; ad querelandũ absq; alia inscriptione. Ita dicit Gand.de malef.in rubr.qualiter fiat accu. post nu.6.Scias tamen,quòd licet sit sublata pœna talionis,si aliquis faceret capi aliquem,qui esset in nocens,& appareret q; id per calũniam fecisset,vt illum decapitari faceret, fortè ipse nõ euitaret similem pœnam.Et refert Bald.in l.2.nu.4. C.de his qui latrones,q; propter hoc fuit decapitatus quidam Perusij.Et semel vidi in facti contingentia,q; quædã Angelina Corbeta,quæ accusauerat quosdam de But.q; illam per vim,& præpostera venere cognouissent, & deinde fassa fuerat querelam esse falsam,vix euasisset pœnã vltimi supplicij,nisi fuisset prægnans:Sed hac re attenta, fuit tantummodo cõdemnata ad carenam in famem,26.Augusti. 1558..A.C.Et aliàs etiam quidam Christophorus Adornus propter falsam notificationem fuit per triennium ad triremes condemnatus,13.Septembris,1560.A.C.

QVÆSTIO LXXXII.

1 *De pœnis statutariis.*

STATVTVM PRIMVM.

Circa damna data.

1 *Quòd villa teneatur pro damnis datis in eius territorio.*
2 *An stante hoc statuto possit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passi?*
3 *Et quid si damnum sit datum in confinibus duarũ villarum quæ villa teneatur?*
4 *Et an teneantur contribuere absentes tempore maleficij?*

STATVTVM II.

Circa bannitos.

1 *Quòd bannitus possit impunè offendi.*
Quòd nemo det auxilium bannito.ibid.
2 *Aduocatus,& procurator intercedentes pro bannito,an incidant in pœnam huius statuti?*
3 *Statutum puniens loquentem cum bannito an habeat locum in ei scribente?*
4 *Vxor an teneatur alere virum bannitum?*

STATVTVM. III.

circa matrimonia.

1 *Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquas personas,an valeat?*
2 *Et quid si prohibeat cõtrahi matrimonium cum forensi?*
3 *Et an valeat statutum prohibens filiam contrahere matrimonium sine consensu patris?*
4 *Et an valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu patris?*

Et

5 *Et an valeat statutum priuans filiam dote,si nubat indigno sine consensu patris.*

STATVTVM IIII.

De turbata possessione.

1 *Ingrediens possessionem alterius ex decreto iudicis inualido,an incidat in poenã statuti de turbata possessione?*

STATVTVM V.

Circa alienationes.

1 *Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub poena,an valeat?*
2 *Et an liget clericos?*
3 *Et an stante hoc statuto censeatur etiam prohibita hæredis institutio?*
4 *Et an locatio?*
5 *Et an si forensi legata sit res immobilis, teneatur hæres præstare legatario æstimationem?*
6 *Et an censeatur prohibita præscriptio?*
7 *Et an ex alienatione facta contra dispositionem huius statuti transferatur dominium, vel possessio in forensem?*
8 *Et an cedens forensi actionem ad rem immobilem,incidat in poenam huius statuti?*
9 *Et an hoc statutum habeat locum in alienatione necessaria?*

STATVTVM VI.

Circa delationem armorum.

1 *Statutum puniens inuentum cum armis,an comprehẽdat etiam eum qui non fuit captus cum illis?*
2 *Et quid si puniat deprehensum?*
3 *Appellatione armorum an veniant arma defensiua?*
4 *Et an fustes,& lapides,& cultelli parui?*
5 *Si statutum prohibeat arma deferri post sonum campanæ, an punitur illa deferens in diebus Iouis & Veneris sancti,in quibus non pulsantur campanæ?*
6 *Deferens arma prohibita ad vsum itineris non est puniendus.*
7 *Habens domi arma prohibita,non punitur.*
8 *Clerici deferentes arma prohibita,an possint à iudice laico puniri?*
9 *Portans arma prohibita,debet ea perdere.*

STATVTVM VII.

Circa Blada?

1 *Statutum prohibens exportari blada extra dominium, an valeat?*
2 *Et an liget forenses?*
3 *Et an liget portantem per transitum?*
4 *Et an liget exportantem pro vsu suo?*
5 *Et quid si mutato deinde proposito, illud vendat?*
6 *Et an tale statutum liget exportantem farinam?*
7 *Et an comprehendat eum qui non fuit deprehensus?*
8 *Et quid si deprehensus sit prius, quàm exportet, sed in itinere?*
9 *Et an exportans merces licitas cum illicitis,perdat etiam licitas.*

STATVTVM VIII.

Quòd pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur.

1 *Statutum iubens pro aliquo delicto bona alicuius deuastari,an valeat?*
2 *Et quid si delinquens habeat plures domos in communi cum aliis?*
3 *Et quid si habeat ipse partem inferiorem domus,& alius superiorem?*
4 *Et quid si vxor pro dote sua se opponat deuastationi?*

STATVTVM IX.

Augens vel minuens pœnam.

1 *Statutum duplicans poenam pro maleficiis, an habeat locum in blasphemia?*
2 *Statutum duplicans poenam percutienti in domo potestatis,an habeat locum in percutiente in confinibus ipsius domus?*
3 *Si adsint duo statuta duplicantia pœnam,quomodo sit facienda duplicatio?*
4 *Nox quomodo intelligatur,in statutis duplicantib.pœnam,in maleficiis commissis de nocte?*
5 *Statutum minuens pœnam confitenti delictum,an habeat locum in eo,qui prius negauit?*

STATVTVM X.

Punniens insultum.

1 *Statutum puniens facientem insultum ad domum,an habeat locum in facientem insultum ad porticum domus?*

STATVTVM XI.

Puniens percussiones vel vulnera.

1 *Si statutũ puniat percutientem in centum,an si quis plures percussiones inferat, sit pluribus pœnis puniendis?*
2 *Et quid si eodem ictu plura vulnera inferat cum bidente?*

STATVTVM XII.

Contra homicidas.

1 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, an valeat?*
2 *Statutum,quod quis pro homicidio decapitetur,intelligitur de homicidio dolosè?*

STATVTVM XIII.

Contra fures.

1 *Stante statuto, quòd pro certo furto quis suspendatur, an computanda sint furta commissa extra territorium, & ea pro quibus fur iam fuerat punitus?*

STATVTVM VLTIMVM.

1 *De statutis pœnalibus in genere.*

1 VIsum est de pœnis à iure communi impositis, nunc de pœnis statutariis aliqua subiiciamus.

STATVTVM PRIMVM.

Circa damna data.

1 Quòd villa teneatur pro damnis datis in eius territorio.In hoc proposito solet quandoque allegari decis.Ang.in §.quoniam vero,num.3..in auth.vt nulli iudicum,coll.9.vbi dicit,quòd si in aliqua villa,vel plebe datur aliquod damnum per aliquem, illa non tenetur emendare damnum, nec debet grauari pro delicto alterius,& subdit,quòd ita seruatur de consuetudine,quando scitur quis damnum dederit,& est soluendo.Sed quando ignoratur quis dederit damnum, vel scitur sed non est soluendo, & villa potuit ipsum prohibere & non prohibuit,tunc villa bene tenetur,& q; ita per Tuscam seruatur.Et illud dictum Ang. Calca. consil. 63.post num. 4. vers. & eodem modo,& Rolan.de Curte in eo.vol.cons.64.quod est subscriptio præcedentis consilij in vltimis verbis, & Barb.in eo vol.cons.66.quod est contra consilia præcedentia. Ego tamen puto illam decis. Ang. intelligendam esse iuxta ea quæ dicunt Calcan.& Rolan.in consil.præallegatis, declarantes illam procedere secundum dispositionem iuris communis, sed quòd vbi extat statutum,illud seruandum est.

2 Quæro,nunquid stante hoc statuto, poterit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passi? Resp.q; non,& est communis opin. vt ait Dec. consil.410.post uum.13. vers.4.principaliter. Iaſ in l.si quando,nume.39.& seq.C.vnde vi; quem refert Grammat.super constit.Regni,folio 22.col.4.num. 16.& ibidem,nume. 39.in fi.Affl. super prima parte constitutionum Regni,rub.27.post numer. 54.ver-

sic in eadem ibi, forma, hic Bertrand. consilio 298. in fi. lib. 8 Quinimò licet statutum disponat, standum esse dicto, siue iuramento damnum passi, poterit nihilominus contra tale dictũ, seu iuramentum probari. Ita colligi videtur ex dictis Innoc. in c. fi. nu. 4. & 5. quod metus causa, & est cõmunis opi. vt dicit Aug. ad Angel. de malefi. in verbo, Nec non, & ad denunciationem, num. 16.

3 Sed quid si damnum datum sit in confinibus duarum villarum? Resp. quòd vtraque tenetur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Alber. in 2. parte statutorum, q. 75. Item quæro statuto. quem refert Affl. in loco præalleg. nu. 16. Vnica tamen solutio sufficiet.

4 Item quæro, nunquid absentes tempore maleficij teneantur? Resp. quòd sic, Et ita de facto seruatur, vt dicit Alberi. in 2. parte statutorum, q. 83. Itẽ videtur. Cætera in hac materia damni dati, vide supra lib. 1. quia reuera hæc non est propriè materia criminalis.

STATVTVM II.

Circa bannitos.

1 Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi. De hoc statuto latè dixi suprà hoc eo. libr. §. Homicidium, vers. Plerunque etiam, & aliis seq.

Statutum, quòd nemo det auxilium bannito.

2 Quæro nunquid aduocati, & procuratores patrocinantes bannito, dicantur ei præstare auxiliũ & fauorem, & incidant in pœnam statuti? Resp. ℘ nõ, & est communis opi. vt attestatur Taeg. in practica crim. c. 12. n. 25. Videntur enim præstare auxilium iuris ministerio, meritò puniri non debẽt. Quid autem in hæreticis, an liceat pro eis aduocare, & patrocinari, dixi suprà hoc eod. libr. §. Hæresis, vers. Vlterius.

3 Quæro, si statutum prohibeat, quòd nemo loquatur cum bannito sub aliqua pœna, nunquid scribens literas bannito, incidat in pœnam ipsius statuti? Resp. ℘ non, & est communis opin. vt dicit Alciat. in l. 1. in prin. num. 20. ff. de verb. obligat.

4 Item, quæro, nunquid vxor teneatur alere virum suum bannitum ex fructibus suæ dotis? Resp. quòd sic. Sed quid si fructus dotis non sufficiant, nũquid tenebitur illlũ alere ex bonis suis parafernalibus? Respon. Gl. in l. si stipulata, in fi. in verbo, Contra sexus naturam, ff. de donat. inter virum & vxorem, dixit, quòd non tenetur vxor alere virum ex bonis propriis. Sed certè illa glo. communiter reprobatur, vt dicit Gigas de crim. lęsę Maiestat. fol. 158. q. 21. nu. 4.

STATVTVM. III.

Circa matrimonia.

1 Statutum, prohibens matrimonium contrahi, non valet. Et ita tenent omnes, vt dicit Alex. cons. 97. post num. 2. vers. & quanuis, lib. 1. Et quòd talia statuta non procedant de iure canonico, dicit esse communem opin. Curt. Sen. cons. 27. num. 3. & seq. quem refert Cotta in memoral. verficulo, statuto Mediolani, & Laudæ, circa fin.

2 Hinc infertur, quòd statutum prohibens matrimonium contrahi cum forensi, & contrahenti pœnam imponens, non valet, neque quò ad prohibitionem matrimonij, neque quò ad pœnam. Et est communis opi. vt attestatur Curt. Sen. in cons. præalleg. post nu. 3. quem refert Cotta in loco præalleg. circa prin.

3 Sed nũquid valet statutum laicorum, disponẽs, quòd filij non possint contrahere matrimonium sine consensu patris? Resp. In hoc articulo fuerunt variæ scribentium opi. Nam Bart. in l. adiicimus, C. de murileg. lib. 11. tenuit quòd sic. Et dicit Paris. consil. 29. num. 42. lib. 3. quòd communiter concluditur, quòd quando lex ciuilis imponit pœnam contrahenti matrimonium, & hoc in fauorẽ alterius, ex eo quia ille tertius ex tali matrimonio lędit ur, talis pœna de iure ciuili appositа subsistit, neque per ius canonicum dicitur sublata, vel correcta, licet ius canonicum conualidet ipsum matrimonium, & addens, quòd licet statuta laicorum non possint imponere pœnam contrahenti matrimonium circa substantiam ipsius matrimonij, scilicet vt matrimonium ipsum non valeat, secundum magis communem opi. de qua attestatur Cardi. Alexan. in c. 1. de sponsal. possunt tamen disponere super dependentib. à matrimonio, puta, super dote. Et ita seruari attestatur Ant. de Bu. in d. c. 1. quem refert Præpos. ibi, Contrariam aurem sententiam, quòd scilicet tale statutum non valeat, tenuit Io. And. in c. statutum, el 1. de hæret. in 6. & dicit Brunel. de sponsal. conclus. 19. num. 4. & 5 ℘ illum sequuntur communiter Doct. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alex. in d. cons. 97. in fi. lib. 1. & cons. 1. post nu. 21. lib. 3. Felin. in d. c. 1. nu. 13. de sponsal. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, post n. 59. vers. Sed contra, de consti. Curt. Sen. in d. consil. 27. in primo dubio Dec. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 36. & in l. nuptias, nu. 8. ff. de reg. iur. & consil. 231. nu. 2. Et in specie dicit Deci. in d. l. nuptias. nu. 14. in fin. quòd communiter tenetur contra Bart.

a in d. l. adiicimus. a Ego credo hanc opin. de iure esse veriorem, & magis communem, sed vbi de cõsuetudine obseruaretur opi. Bart. crederem ab ea non esse in iudicando recedendum, non quidem circa prohibitionem mattrimonij, sed bene circa pœnam priuationis dotis, & alias ab ipso statuto impositas.

4 Item quæro, nunquid valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris? Respon. ℘ non, & est communis opin. vt dicit Alexand. in d. consil. 97. post nu. 5.

5 Sed quæro, nunquid valeant statuta laicorum priuantia filiam, dote, casu quo nubat indigno sine consensu patris? Resp. quòd talia statuta valent, & sunt firmissima, neque de iure canonico reperiuntur correcta. Et ita seruari in practica attestatur Card: Alex. in d. c. 1. col. 4. de sponsal. quem refert Paris. cons. 29. nu. 34. lib. 3.

STATVTVM IIII.

De turbata possessione.

1 Quæro, nunquid ingrediens possessionem alterius ex decreto iudicis inualido, incidat in pœnã huius statuti? Resp. quòd sic. Ita dixit Bart: in l. iustè possidet, nu. 4. ff. de acquir. poss. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Crauetta cons. 248. col. fin. versic. non obstat aliud dubium. Ita etiam communiter teneri attestatur Clau. in d. l. iustè possidet, n. 15.

STVTVTVM V.

Circa alienationes.

Statutum

ADDITIO.

a L. adiicimus. Adde ibi Io. de Plat. vbi allegat Io. And. in d. c. statutũ. de hæret. lib. vj. & eius opinio cõiter tenetur, vt cõcludit Alex. d. cons. 97. lib. j. Adde Francisc. de Curt. cons. 27. in j. dubio.

1 Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pœna, valet. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Albe. in secunda parte statutorum, q. 2. n. 10. Hanc etiam dicit esse communem Barb. in Rub. de reb. eccles. non alie. Curt. Sen cons. 27. numer. 8. Ias. in l. filiusfam. §. Diui, in secunda lect. num. 106. ff. de lega. 1. Ripa in eod. §. Diui, num. 64.

2 Sed quæro, nunquid tale statutũ liget, clericos, vel ecclesiasticas personas? Resp. quòd non ligat clericos neque ecclesias, & quatenus resultat in eorum præiudicium, nihil valet. Et ita dicunt cõmuniter Scribentes ferè omnes, vt dicit Barb. cons. 47. nu. 10. libr. 3. & est communis opi. vt dicit Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nume. 89. de consti. Ias. in 1. §. Diui, in prima lectura, nume. 71. & in secunda, nu. 100. Ripa in d. §. Diui, nu. 81. Socin. Iun. cons. 76. nu. 30. lib. 3. Plottus inter consil. criminalia diuersorum, cons. 108. nume. 12. lib. 1. Quod quidem multo magis procederet, vbi statutum prohiberet specialiter in ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari: nam eo casu diceretur expresè contra libertatẽ ecclesiasticam, & ideo nihil prorsus valeret. Et ita tenent Doctores in hac materia loquentes, vt dicit Chassa. super cons. Burg. fol. 314. num. 51.

3 Quæro, nunquid stante hoc statuto, censeatur etiam prohibita hæredis institutio? Resp. Glo. in l. 1. in verbo, Loca sui. C non lice. hab. lib. 11. tenuit, ℘ non. Sed certè illa gl. communiter reprobatur, vt dicit Ludouicus de Interamine, in l. peto. §. fratre. ff. de lega. secundo, quem refert Fabian. de emptio & vendit. in vlt. quæst. quæstionis principalis. numero 27.

4 Sed nunquid stante hoc statuto, censebitur prohibita locatio in forensem? Resp. ℘ non, si est ad modicum tempus: sed locatio ad longum tempus vtique censebitur prohibita, & est communis opi. vt dicit Plottus in dicto consil. 108. nume. 59. Talis enim locatio transfert vtile dominium in conductorem, vt dixi suprà li. 4. §. locatio.

5 Sed pone, ℘ testator legauerit forensi aliquam rem immobilem, nunquid tenebitur hæres præstare legatario æstimationem? Resp. quòd sic, & est communis opin. vt dicit Alexan. in l. apud Iulianum. §. constat, numero. 14. ff. de legat. 1. Iason in d. §. constat, numer. 34. Curt. Sen. in d. consil 27. post num. 6.

6 Item quæro, nunquid tale statutum prohibens alienationem, censeatur etiam prohibuisse præscriptionem? Resp. ℘ sic. Ita tenet Bart. in l. vbi lex. num. 1. ff. de vsucap. & est communis opin. vt dicit Alex. cons. 1. nu. 23. lib. 4. quem refert Plot. in repe. d. l. si quando, nu. 266.

7 Sed quid, si non obstante statuto facta sit aliena tio, nunquid ex ipso contractu censebitur transla tum dominium in acquirentem?] Respon. quòd non, nam tale statutum impedit dominij transla tionem. Et ita dicunt omnes Docto. vt ait Claud. in l. si ita quis, §. ea lege, post nu. 17. versic. item prędicta, ff. de verb. oblig. Bene non obstante statuto transfertur possessio in acquirentem. Et ita volũt communiter Doctor. vt attestatur Clau. in d. §. ea lege, in vltimis verbis.

8 Quæro etiam, pone, quòd statutum prohibeat, quòd aliquis non alienet rem immobilem in forensem, neque alienanti consentiat sub pœna, mo do aliquis cedit forensi actionem ad rem immobilem, quæ (vt scis) computatur inter immobilia, vt dixi suprà, lib. 7. §. Mobilia, & ego illi præsto consensum, nunquid ex eo consensu dicar incidisse in pœnam statuti? Resp. ℘ non. Ita determinat Bar. in l. Gallus. §. videndum, num. 10. ff. de li. & posthu. quem sequũtur communiter Doct. vt dicit Claud. in d. §. videndum. num. 10.

9 Sciendum est, quòd hoc statutum habet locum solummodo in alienatione voluntaria, non autem in necessaria. Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Alber. in secunda parte statutorum, quæst. 206.

STATVTVM VI.

Circa delationem armorum.

1 Quæro, stat statutum imponens aliquam pœnã ei, qui fuerit inuentus cum armis, nunquid ille, qui detulit arma, sed non fuit captus cum illis, poterit puniri pœna statuti? Resp. In hoc articulo variæ fuerunt scribentium opinio. nam aliqui tenent, quòd etiam si non sit captus, dicatur inuentus cum armis, & in eo locum habeat pœna statuti. Et dicit Ias. in l. 1. in princip. ff. quod quisque iuris, quòd hanc opin. tenent communiter Moderni, prout illum refert Claud. in l. possideri, §. Neratius, nume. 6. in fi. ff. de acq. poss. licet ego in libro meo Ias. ibi de hoc loquentem non inueniam Alij verò tenent, quòd imò si nó sit captus cum armis, non dicatur inuentus cum illis, & consequenter non sit puniendus pœna statuti, Et fuit opin. Bart. in l. si Barsatorem. C. de fideiusso. & dicit Bello. cons. 49. nu. 4. quòd illum sequuntur communiter Doct. Dicit etiam Claud. in d. §. Neratius, nu. 6. in fin. quòd hæc est magis communis opin. antiquorum. Ita etiam communiter teneri affirmat Alex. in l. 1. in princi. nu. 77. ff. de acq. pos. Cæpol. in l. si fugi tiui, nu. 81. C. de ser. fugi. Hanc etiam opin. esse magis communem, attestatur Aug. ad Ange. de malef. in verb. Fama publica, nu. 75. in fi. Amed. de syn. nu. 90. vbi etiã subdit, ℘ ita seruatur in practica Ias. in d. l. 1. in princ. num. 87. ff. de acq. pos. prout illũ refert Ripa ibi, nu. 53. & Viuius in lib. commu. opi. fol. 198. vers. Statutum disponens. Mars. in pract. cri. §. pro complemento, n. 24. vbi etiam subdit, ℘ ita seruatur. Ripa tract. de peste in Rubri. de conseruanda vbertate, nu. 104. Et ita etiam hodie nõ esse in vsu, vt portans arma puniatur, nisi quando reperitur per familiam, attestatur Ange. in l. 1. nu. 4. ff. ad l. Iul. de vi publi. Et ab hac opi. tanquam ve riori, & magis communi, & etiam consuetudine approbata non puto vllo modo recedendum. Et generaliter, quòd deferens vestes, aut res prohibitas ex ordinib. contra formam statuti, non incidit in pœnam, nisi deprehendatur cum ipsis rebus prohibitis, dicit esse communem opin. Ant. Gome. in l. Tauri 45. nu. 50. quem refert Villalob. in sua collecta communium opi. in litera S. nu. 112. Dicit tamen Bal. in d. l. si Barsatorem, num. 6. quòd consuetudo interpretatur hoc verbum, Inuentus, contra quem maleficium probatur, Sed suspicor verba Bal. in libro meo esse corrupta.

2 Sed quid si statutum puniat deprehensum cum armis, nunquid habebit locũ in eo, qui non fuerit captus cum armis, sed testib. conuictus, quòd ea detulit? Resp. Glo. in l. 1. in verbo, Deprehensus, C. vbi senato. vel clarissimus videtur velle, quòd sic, & illam dicit esse cõiter approbatam Ripa in loco præalle. nu. 105. Sed certè consuetudo seruat totum contrarium, vt attestatur Dida. in pract. q. 33. in fin. dicens,

ceus, & frequentior consuetudo in toto orbe Christiano est, quòd arma prohibita deferens nũquam ea amittit, nisi effectualiter cum illis fuerit deprehensus, etiam si constet illum arma detulisse. Et ita seruarem, si casus contingeret. Bene est verum, & si statutum diceret, quòd posset etiam procedi per inquisitionem, vt communiter dicitur in edictis, quæ fiunt in hoc ducatu: tunc vtique puniri deberet, etiam si non esset cũ armis deprehẽsus,

3 Quæro nunquid appellatione armorum censean tur etiam prohibita arma defensiua? Resp. quòd non, & est communis opi. vt ait Placa. lib. 1. delictorum, c. 8. n. 9. Reperio tamen, quòd Alber. in 2. parte statutorum, q. 115. Item quærit, dicit quòd vidit seruari contrarium, & illum refert Augustinus ad Ange. de malef. in verbo, Vno stocco ferreo, post numer. 5.

4 Et scias in hoc proposito, quòd licet de iure loquendo, appellatione armorum veniant etiam fustes, & lapides, vt est tex. in l. armorum appellatione, ff. de verbo. signi. nihilominus cum ex communi vsu loquendi, saxa, & lapides non intelligantur appellatione armorũ, edicta prohibentiam delatio nẽ armorũ non comprehendunt saxa deferentes. Et ita rescripsit Senatus prætori Alexandriæ, 13. Octob. 1558. P. N. Declarauit etiam Senatus in causa cuiusdam Benedicti de la Marthiola, & cultellus non venit appellatione armorum, 6. Octob. 1554.

5 Pone, in statutis, & edictis prohibentibus arma deferri de nocte, solet apponi tempus præcisum, puta, post pulsatam secundã horã noctis, vel post pulsatã tertiã cãpanã, quid si in nocte Iouis, aut Veneris sancti quibus non pulsantur campanæ, fuerit aliquis repertus cum armis prohibitis, nunquid tenebitur pœna edicti? Respon. quòd non. & ita tenent Doctores, vt dicit Alber. in secunda parte statu. q. 7. Item quæro retentis.

6 Quæro etiam, nunquid deferens arma prohibita ad vsum itineris, debeat puniri pœna statuti? Resp. quòd non, & ita obseruat hodie cõsuetudo, vt dicit Angel. in l. 1. nu. 3. ff. ad leg. Iul. de vi public.

7 Quæro etiam, nunquid ille, qui habet domi arma prohibita, puniatur? Resp. ex dispositione l. Iuliæ de vi publ. vtique videtur puniendus, iuxta tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi. publi. Sed certè hoc non est in vsu, vt dicit Ang. in d. l. 1. nu. 4.

8 Vlterius, quæro, nunquid clericus repertus cum armis prohibitis possit à iudice laico puniri? Dixi suprà quæstio. 36. vers. Vlterius quæro.

9 Scias autem, quòd regulariter portans arma prohibita debet ea perdere. Et ita seruatur de consuetudine, vt dicit Marsi. in pract. crimi. §. pro complemento, nu. 12. Dicit etiam Paris Put. de syndic. fol. 303. nu. 21. quod officialis, qui inuenit aliquem cũ armis prohibitis, potest illa frangere. Et subdit, & ita seruatur. & dicit Bald. in cap. 1. §. si quis rusticus, in fin. de pace tenenda, quòd si regulariter nõ licet deferre arma, multò minus deferri poterunt in palatio principis. Et ita seruatur, teste Mant. obseruat. 54. circa fin. Loquitur autem Bald. ibi in palatio communis Florentiæ, sed ego in palatiis Imperatorum, & Regum, semper vidi ab omnibus arma deferri.

STATVTVM VII.

Circa blada.

1 Statutum, quòd blada non exportentur extra territorium, valet etiam quo ad amissioncm rerũ. Et ita de consuetudine quotidie obseruatur, vt dicit Vitali. de malef. in rub. quid sit accusatio. num. 79. In hoc ducatu non solum est imposita pœna amissionis rerũ, sed etiam pœna furcarũ, & confiscationis bonorum, & super hoc est erectus Magistratus præfectorum annonæ, cuius ego nunc sum præses. Bene verum est, & raro seruatur rigor ipsarum constitutionum, vt scilicet fraudatores suspendantur, sed solent vt plurimum admitti ad compositionem. Dicit autem Bos. in tit. ude pœ. post nu. 20. & huiusmodi decretum est valde terribile. Et quòd quanuis videatur continere vtilitatem publicam, ne scilicet sequatur caritas frumentorum, tamen (si practicam attendamus) continet auaritiam, ex quo finis est, vt pro quolibet sac co frumenti extrahendo, soluatur quoddam vecti gal. Et & omni tempore conceditur extractio frumenti cum solutione dicti vectigalis, quæ res, & penuriam auget, & nobiles dimittit inanes, subdens, & ipse quotidie clamabat contra hoc. Sed certè credo ego, quòd si principes huius dominij, qui omnia cum summa maturitate constituere solebant, non animaduertissent id summo Reip. commodo cedere, tale decretum non condidissent, vel saltem postea illud abrogassent. Et proculdubio nisi esset hoc decretum, continuè in hoc dominio maxima esset frumenti inopia: licet enim ager huius dominij sit valde fertilis, tamen cum multi ex finitimis populis, vt sunt subditi Heluetiorum, & Genuensium, & Venetorum, semper inopia frumenti laborent: certè nisi per officiales huius magistratus prouideretur, ne blada ex hoc dominio extraherentur, sine mora totum illud frumentum, quod est prope confinia, exportaretur in vicinas prouincias, in quibus semper venditur longè cario ri precio, prout adhuc magna ex parte fieri videmus, etiam stante ipso decreto. Neque verum est, quòd omni tempore concedatur extractio cum solutione vectigalis. vt ipse dicit. Imo quando est suspicio penuriæ, semper solet extractio suspendi & interdici, vt quotidie experientia docet. Et ideo non video, quare tantum clamauerit, tanto magis cum videret neminem esse, qui de eius clamore curaret. Et ideo melius dicit Paris Put. qui ex patria mea fuit oriundus, in suo tract. synd. fol. 271. post n. 1. quòd in hoc felicissimo Mediolani ducatu sunt decreta optimè prouidentia circa omnia.

2 Quæro, nunquid talia statuta, prohibentia blada, aut carnes exportari, ligent etiam forenses? Resp. quòd sic, & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. in secunda parte statutorum, quæst. 1. nume, 13. Cum enim talia statuta vigeant ferè per totam Italiam, non videtur prætextu ignorantię excusandus qui contra ea deliquit. Vide quæ dixi infrà quæst. 85. versicu. Sed quid si delictum.

3 Item quæro, nunquid talia statuta, prohibentia, blada, aut merces extra territorium exportari sub pœna, ligent etiam portantem per transitũ? Resp. quòd non, & ita tenent omnes, vt dicit Alber. in loco prædicto, q. 9. Et dicit Ias. in l, cætera. §. sed & si quis ad opus, num. 21. ff. de leg. 1. quòd ita tenent communiter Doctor. quem refert Viuius in libr. communium opin. vers. Statutum prohibens, in quarta limitatione. Sed certè quicquid sit de iure, apud nos de consuetudine seruatur totum contrarium. Et illi, qui volunt per transitum conducere, tenentur impetrare licẽtiam à nostro Magistratu.

4 Vlterius quæro, an tale statutum comprehendat exportantem pro vsu suo? Respon. quòd non. Ita dixit

xit Bart. in d. §. sed & si quis ad opus, num. 4. & ita communiter receptum, est vt dicit Alciat. in l. lege censoria, in verb. Victus sui. ff. de verb. signific. Hãc etiam dicit esse cõmunem opi. Ias. in eo. §. sed & si quis ad opus. n. 7. ff. de leg. 1. prout illũ refert Viuius in loco prædicto. Sed certè quidquid sit de iure, apud nos seruatur oppositum, nam tales etiam pro vsu suo exportantes, puniuntur, prout cæteri omnes.

5 Sed pone, quòd statutum expressè permittat exportari pro vsu suo, modo aliquis exportauit animo cõsumendi pro vsu suo, deinde mutato proposito illud vendit, nũquid incidit in pœnam? Respõ. quòd non, & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in secunda parte statutorum, q. 206. Prædicta etiam, Et ita quotidie obseruatur.

6 Præterea quæro, nunquid stante hoc statuto, puniatur extrahens farinam? Resp. aliqui tenent, quòd non. Et ita tenere communiter Doct. affirmat Alber. in 2. parte statutorum, q. 5. subdens etiã, quod ita vidit de facto seruari. Contrariam autẽ sententiam, quòd scilicet tale statutum locum habeat etiam in extrahente farinam, tenuit Barto. a in l. quæsitum. §. illud, nu. 1. ff. de leg. 3. Et hanc dicit esse communem opin. Ripa de peste, in Rub. de remed. ad conseruandam vbertatem, fol. 24. nu. 75. prout illum refert Viuius in loco prædallegato, licet Ripa in eo loco loquatur in alio proposito, prout ego retuli infrà ver. Pone quòd ille. Bene verum est, quòd ego semper vidi seruari, & puniatur etiam extrahens farinam, aliàs de facili fieret fraus legi.

7 Sed hic quæro, si statutum puniat eum, qui fuerit inuentus exportare bladum, nunquid locum habeat non solum in eo, qui sit personaliter apprehensus, sed etiam in eo, qui sit testibus conuictus b? Resp. quòd sic, & est communis opin. vt dicit Ripa in loco prædallegato, nu. 104. prout illum refert Viuius, vbi suprà in tertia ampliatione. Sed certè Ripa in libro meo licet teneat hanc opi. fatetur tamen illam esse contra communem. Et patet ex his, quę dixi suprà hac ea. quęst. stat. 6. vers. Quęro stat statutum.

8 Pone, quòd ille, qui exportat bladum extra territorium, deprehẽsus est in itinere priusquam exeat, nunquid erit puniendus pœna statuti, perinde ac si exportasset? Resp. Aut statutum loquitur per verbum extraxerit, seu exportauerit, & non punitur, Aut loquitur per verbum extrahet, seu exportabit, & punitur. Et hanc dicit esse communem opi. Ripa de peste in loco prædallegato, fol. 24. numer. 71. & seq. Alber. autem in secunda parte statutorum, q. 4. nu. 6. dicit, quòd ipse vidit diuersimodè seruari. Mihi certè hæc distinctio nunquam placuit, nunquam enim possent tales delinquentes in flagranti crimine deprehendi, si antea quam exirent inuenti, non punirentur, cùm certum sit, quòd postquam exierunt, non possunt officiales illos extra territorium persequi, nec comprehendere: propterea apud nos indistinctè seruatur, quòd deprehensi in itinere, constitò quòd vellent illud exportare extra territorium, perinde puniuntur, ac si exportassent. Et illam distinctionem de consuetudine nõ obseruari attestatur Ripa vbi sup. post nu. 57. versic. Ego tamen.

9 Vltimò quæro, quid si stante hoc statuto aliquis exportet simul aliquas merces licitas cum illicitis, nunquid amittet solum illicitas, vel etiam licitas? Resp. Aliqui dicunt quòd omnes cõfiscantur, & siue sint ipsius portantis, siue alterius, modo sit sciens, & consentiens. Et hanc opi. dicit esse communem Boer. decis. 178. nu. 25. Aliqui verò dicunt, quòd solum illicitæ perduntur. Et ita communiter seruari attestatur Alberi. in loco prædallegato, quæst. 4. nu. 5. Et hæc opin. mitior est, & ideo tenenda, vbi verba legis, vel edicti aliud expressè non disponerent.

STATVTVM. VIII.

Quòd pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur.

1 Plerunque in ciuitatibus pro aliquo graui crimine, puta rebellionis, vel proditionis, vel huiusmodi, imponitur pœna delinquenti, vt eius bona deuastentur. Quæro nũquid tale statutum valeat? Resp. quod de iure loquendo non valet, sed tamen de consuetudine communiter seruatur contrarium, vt dicit Alber. in 3. parte statutorum, q. 3. & etiam q. 11. attestatur se vidisse ita teneri, & seruari. Ita etiam de facto seruari attestatur Paris Put. de syn. fol. 80. post nu. 1. vers. Officialis fuit.

2 Sed quæro, quid agendum sit, si delinquẽs habeat plures domos in communi cum aliis? Resp. debent bona diuidi, & destrui tantum illa, quæ contingent in partem delinquentis. Et hæc opin. placet cõmuniter antiquis Doctorib. vt dicit Alber. in 3. parte statutorum, q. 74.

3 Sed quid si delinquens habeat partem inferiorẽ vnius domus, & alius habeat partem superiorem, nunquid debebit tota domus destrui? Resp. quòd non, sed debet pœna commutari, & ita communiter tenetur, vt dicit Corset. in sing. suis, in verbo Communitas, vers. Duos fratres.

4 Sed pone, quòd compareat vxor condemnati, & pro interesse dotis suæ opponat se huiusmodi deuastationi, nunquid erit audienda? Respon. De iure certè videtur dicendum, quòd possit talem deuastationem impedire pro summa suæ dotis: nihilominus de facto contrarium obseruatur, vt dicit Alber. in 3. parte statutorum, in d. quæstio. 7. quem refert August. ad Angel. de malef. in verbo, Et eius bona, post nume. 10. Bona enim condemnati deuastantur iuxta dispositionem statuti, & fiscus de suo satisfacit vxori, & aliis creditoribus, licet Paris. de Put. in facti contingentia referat se iudicasse, quòd vxor debeat habere bona mariti pro eius dote, non autem accipere dotem à fisco, vt ipse asserit in tract. synd. in verbo, Publicatio bonorũ, num. 3. cuius contrarium apud nos obseruatur.

STATVTVM IX.

Augens, vel minuens pœnam.

1 Quæro, nunquid statutum duplicans pœnam pro maleficiis, habeat locum in blasphemia, iniuria verbali, & aliis delictis, quæ verbo, aut scripto committuntur? Dixi suprà hoc eo. libr. §. 1. versicu. Sed quæro.

Statu-

ADDITIO.

a Bart. Adde eundem Bart. in l. Cæsar. nu. 16. ff. de publican. & vectigalib. Ias. in l. nõ dubiũ. C. de legib. n. 40. & 45. Marat. in tract. de iudic. in prin. nume. 20.

b Testibus conuictus. Adde doctor. in l. j. ff. de acquir. possess. gl. in l. j. C. vbi senat. vel clariss.

Statutũ duplicáns pœnam percutienti in domo potestatis.

2 Hoc statutum habet locum non solum in percutiente in ipsa domo,sed etiã in percutiente in cõfinib.ipsius dom⁹.Ita tenuit Guid.de Suf.in suis quæstionib.statutariis,in fin. & ita communiter obseruatur,vt dicit Alber.in l.præsenti,in fi.C.de his qui ad eccles.confug.quem refert Barb. consil.33.post nume.5.lib.4.

Statutum pœnam duplicans in maleficiis commissis de nocte.

3 Pone,stat statutum, quòd in delictis commissis de nocte pœna duplicetur. Item stat aliud statutum, quòd in delictis commissis in platea, pœna duplicetur.Modo aliquis deliquit de nocte,&in platea: Quæro,nunquid debeat duplicari duplicatio, vel tantum duplicari illa simplex pœna, quæ pro illo delicto erat imposita?Resp.quòd debet tantummodo duplicari illa simplex pœna.Et est cómunis opi. vt dicit Augustʼ.ad Angel.de malef.in verb. In platea communis,post nu.20.

4 Quæro, quomodo intelligatur nox in terminis huius statuti?Respon.Aliqui dicunt,quòd illud delictum intelligitur commissum de nocte, quod cõmissum fuit ante Solis ortum. Et hanc dicit esse communem opin.Alexand.in l.more,nume.5.ff.de feriis.Alij verò distinguunt,quòd aut statutum expressè determinat, quando dicatur dies, vel nox, puta,ad sonum campanæ,vel huiusmodi,& dicunt illud esse seruandum:Aut verò expressè non determinat,& tenent standum esse arbitrio iudicis, qui considerabit,an esset tanta claritas, vt attribuendũ sit dici,an tanta obscuritas,vt sit attribuendum noctiʼ.In dubio autem mitiorem partem sequendam. Et hæc fuit opi.Ioan.And.in c. si perfodiens,de homicid. quam tenent communiter cano. vt attestatur Augustʼ. ad Ang. de malef. in verbo, De nocte, post nu.4.quam ego etiam sequerer in iudicando si casus contingeret, prout etiam illam secuti fuerunt tres doctores in regia camera summariæ,vt refert Afflictʼ.super prima parte consti. Regni Rub.5. nu.9.Et ita etiam iudicatum fuisse per Rotam Mãtuanam attestatur Natta consʼ.469.

5 Stante statuto,quòd ei qui sponte confitetur a delictum,diminuatur pœna, quæro , nunquid si quis primò negauit se delictum commisisse,deinde confessus est,debeat gaudere beneficio statuti? Resp. Barto.in l.eum qui,nu.4.ff.de iureiur.tenuit , quòd non,& eius opin. dicit esse communiter approbatam Socin.in l.non fatetur,post n.7.ff.de exceptio. quem refert Menchiaca lib.3.de testa.§.23. num.22. licet deinde referat Iasʼ.& Felin.attestantes commu nem opin.esse contra Barto. Certè opin. contra Bar.mitior est,& mihi magis placet,& ex Doctʼ. allega.per Iasʼ.in d.l.eum qui, nu.8. apparet eam esse etiam magis communem:satis enim est , verificari conditionem â statuto requisitam , quòd scilicet sponte confessus fuerit, quæ non impeditur per negationem primo loco factam.Et ideo si casus contingeret,ego contra Bart.intrepidè iudicarem.

STATVTVM X.

Puniens insultum.

1 Statutum puniens facientem insultum ad domũ, habet locum in faciente insultum ad porticum domus.Et ita communiter tenetur & seruatur , vt dicit Alberi.in 2.parte statutorum,q.208. Hanc etiã opi.communem appellat Augustʼ.ad Ang. de malef.in verb.fecit insultum,post nu.3.

2 Item quæro,an hoc statutum habeat locum si aliquis fuerit insultatus in domo,quam habebat communem cum alio? Resp. quòd sic , modo non esset communis cum ipsomet insultante. Ita tenet Bal. in l.1.nu.1.C.qui testa.fac. possʼ. cuius opi.cómunẽ appellat Aug.in loco præalleg.num.5.Militat enim non minus in domo communi , quam in propria, ratio statuti,quòd scilicet domus sua vnicuique tutum refugium esse debet.

STATVTVM XI.

Puniens percussiones,vel vulnera.

1 Si statutum puniat percutientem,vel vulnerantẽ, & aliquis plures percussiones , seu vulnera inferat, an sit pluribus pœnis puniendus? Dixi 7. q.84.versʼ. Scias etiam,& aliis seq.

2 Et quid si eodem ictu plura vulnera inferat cum bidente,vel alio telo bifurcato? Dixi in ea q. 84. versʼ.Hæc autem omnia.

STATVTVM XII.

Contra homicidas.

1 Quæro, nunquid valet statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio? Dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium,versʼ.Sed nunquid.

2 Statutum,quòd pro homicidio quis decapitetur, intelligendum est , quando homicidium fuit dolo cõmissum.Secus autem si culpa tantum interuenerit,vt dixi infrà q.84.circa prin.

STATVTVM XIII.

Contra fures.

1 Stante statuto,quòd pro tertio furto quis suspendatur,an computanda sint furta extra territorium commissa,& an ea pro quibus fur iam fuerat punitus?Dixi ſ.hoc eo.li.§.Furtum,ver.Sed pone,& seq.

STATVTVM VLTIMVM.

De statutis pœnalibus in genere.

1 Quæro, an statutum imponens pœnam nouam pro aliquo delicto, censeatur abrogasse pœnam iuris communis?Dixi infrà q.85.versʼ. Debet etiam,& in eadẽ q.per totam videnda sunt quæ in proposito statutorum pœnalium satis diffusè tractauimus.

ADDITIO.

a Sponte confitetur.Sponte cõfessum mitius puniri,quàm si testibus conuinceretur , notʼ.in l.j. C.ne tut.vel cur.vectig. conduc. & in authʼ.sed nouo iure.C.de pœn.iudic.qui malè iudic.c.vltʼ. & ibi glʼ.de furt.c.inter corporalia.versʼ.sanè quoniam. de translat.episc.notʼ.gl.in l.non omne.§. vltʼ.de re milit.Panor.in c.at si clerici. & ibi Felʼ. & Decʼ.in vj.notʼ.de iudic.Interdum etiam parcitur sponte confitenti,& se deferenti.l. edicto. in prinʼ.ff.de iur.fiscʼ.l.3.§.vltʼ. ff. de alienat.iudic. mutand.causʼ.factʼ.& ibi glosʼ.

QVÆSTIO LXXXIII.

1 *De pœnis arbitrariis.*

Casus,in quibus pœna iudicis arbitrio committitur, qui sint? ibid.

2 *Iudex malè iudicans ex imperitia , tenetur parti arbitrio iudicis.*

3 *Impostores puniuntur arbitrio iudicis.*

4 *Vim publicam seu priuatam committens , punitur pœna extraordinaria.*

5 *Compellens aliquem ad testandum , qua pœna puniatur?*

6 *Osculum inferens mulieri per vim,punitur pœna extraordinaria.*

7 *Partum exponens,punitur pœna extraordinaria.*

8 *Mittens præcepta vallis Iosaphat , vel huiusmodi , punitur extra ordinem.*

9 *Iniuriam*

9 *Iniuriam alteri facientes contra bonos mores,puniuntur extra ordinem.*

10 *Amouens terminos agrorum,qua pœna puniatur?*

11 *Iudex cuius arbitrio pœna est à iure commissa , an possit arbitrari pœnam mortis?*

11 *Et quid si statutum imponat pœnam centum , vel aliam maiorem,vel minorem arbitrio iudicis?*

13 *Iudex habens arbitrium in pœnis imponendis,debet illas imponere iuxta qualitatem delictorum.*

14 *Pœnitentiæ impositæ pro peccatis à sacris canonibus hodie sunt arbitrariæ confessoribus.*

DIxi etiam esse nonnulla crimina , in quibus nulla certa pœna est à iure imposita , sed relicta est imponenda arbitrio iudicis , quæ recensetFab.in prac.arbit.fol.435.& aliis seq.Et videri possunt apud Calic.in Marg.fisci,fol.95.& sequen.94. casus, in quibus à iure irrogatur pœna extraordinaria arbitrio iudicis imponenda.

2 Iudex malè iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio iudicis. Et hæc est communis mens Doctorum , vt dicit Bossʼ.in titu. de officialibus corruptis pecunia,nume.22.

In hac autem materia criminum extraordinariorum habemus duos titulos, alterum de extraordinariis criminibus , & alterum de crimine stellionatus. Et quia plerunque contingit tractari de pœnis imponendis in huiusmodi delictis , existimaui non incongruum fore , si aliquot exempla subiicerem.

3 Si quis impostura fecerit, poterit stellionatus postulari , inquit textʼ. in l.3.ff.de crim. stellion. Et proximis annis quidam impostores,qui torquibus adulterinis decipiebant viatores,fuerunt iussu senatus fustigati,& eiecti à Ducatu , 29. Martij.1558. P. N. Sic etiam quidam impostor Venetus Petrus de Nigris,qui mentitus erat sexum , & manus debilitationem , iussus fuit fustigari & eiici sub pœna triremium,28.Nouembris 1551.P. N. Nec omittendum est hoc loco memorabile arrestum latum Tholosæ 12.Septembris.1560.contra quendam Arnaldum de Tilla impostorem,qui finxit se esse Martinum Guerram,qui iam per multos annos aberat. Et ita cohabitauit cum eius vxore multis annis, & ex ea liberos suscepit , deinde cum rediisset Martinus Guerra,& res cum summa difficultate detecta fuisset,fuit Arnaldus suspensus, & flammis combustus. Et huius Arresti mentionem facit Papo lib. 22.tit.9. Arresto 20.cuius etiam processus libellus est apud me,Tholosæ impressus.

4 Vim publicam , seu priuatam committens hodie ex generali consuetudine punitur arbitrio iudicis.Et in specie de vi priuata,quòd ex vsu,& in praxi puniatur pœna arbitraria , attestatur Practʼ.Iod. c.100.nume.9.Scias autem,quòd lex Iulia de vi publica,punit vim inferentem cum armis:lex autem Iulia de vi priuata , punit inferentem vim sine armis. Faciens igitur insultum cum armis , punitur lege Iul. de vi publ.Et hoc etiam si solus,& non coadunato cœtu huiusmodi insultum fecerit. Et ita communiter tenetur, vt ait Grammat. super constit.Regni,fol.20.num.5.& 12.vbi etiam dicit,quòd ita obseruat communis vsus iudiciorum.

5 Compellens aliquem testari, criminaliter punitur arbitrio iudicis. Ita dicit glossʼ.in l.1.in verbo , Crimen, C.si quis aliquem testari prohi. Tu verò dic, quòd aut in tali coactione interuenit violentia cũ armis:& tunc puniendus est pœna legis Iuliæ de vi publica: Aut facta est violentia sine armis, & puniendus est pœna legis Iuliæ de vi priuata. Aut non interuenit violentia, sed solus metus , & tunc punitur arbitrio iudicis. Et ita in hoc articulo distinguunt Doctores, vt attestatur Iacobus de Sancto Georgio in d.l.1.nume.4.Hæreditas autem per metum alicui relicta,fisco applicatur, vt dixi suprà q.79.versʼ.Si testator.

6 Osculum inferens mulieri per vim , punitur pœna extraordinaria. Et ita conclusum fuit in consilio Neapolitano , vt refert Afflictʼ. decisʼ.276. Sereniss.Rex, Aliter tamen iudicatum fuit per Triultium , qui fecit cuidam Gallo,qui per vim osculatus fuerat mulierem nuptam , caput amputari , vt refert Bossʼ.in tit.de extraord.crimin.post nume.3. Gramat. autem consil,48.consuluit,quòd quidam qui osculatus fuerat puellam in via publica , cum qua præcesserat tractatus matrimonij , erat absoluendus.Et refert,quòd ita fuit iudicatum.Mihi placet,quòd pœna in huiusmodi casibus relinquatur iudicis arbitrio,iuxta facti,& personarum qualitatem. nunquam tamen imponerem pœnam mortis pro osculo,vel cum vi , vel sine vi illato , nisi plusquam magnæ circunstantiæ factum aggrauarent.

7 Partum exponens , punitur pœna extraordinaria , vt est textʼ. cum glossʼ. in verbo , Animaduersioni , C. de infan. expos. Senatus tamen in facti contingentia quandam Palosinam Puellam nubilem , quæ vt infamiam vitaret , puerum , quem pepererat exponi iusserat, absoluit , 16. Decembris 1547.

8 Puniuntur etiam extra ordinem illi , qui superstitione numinis alios terrent , prout faciunt illi, qui mittunt præcepta vallis Iosaphat , quorum vnus , qui appellabatur Carlettus, fuit positus ad catenam infamem , 10. Aprilis 1553. Et alius quidam Thomas mantellus , qui transmiserat quoddam præceptum sub nomine domini nostri Iesu Christi,iussus fuit renunciare præcepto,& fustigari, 10.Sept.1556.P. N.

9 Item puniendi sunt extra ordinem illi , qui iniuriam alteri faciunt contra bonos mores , veluti , si quis simo corrupto aliquem perfuderit , vt dicit textʼ. in d.l.j. ff. de extraord. crimin.prout quidam Paulus Comete, qui Amphoram stercore plenam in quandam mulierem proiecit , & fuit affectus duobus ictibus funis, licet haberet remissionem à muliere,& eius viro,17.Iun.1556.P. N.

10 Terminos mouens punitur arbitrio iudicis, vt est textʼ.in l.j.ff.de ter.amot.Vt tamen colligi potest ex legibus illius tituli , vera resolutio videtur esse, quòd ille , qui sciens esse terminos eos dolo malo mouerit causa iurium occupandorum, si est nobilis,relegatur ad tempus,si est vilis,fustigatur,& relegatur per biennium. Ille verò , qui illos mouet causa fines offuscandi , punitur pœna arbitraria. Qui autem illos mouet dolo malo , non quidem animo occupandi confinia , neque ea offuscandi, neque lites ad sui commodum suscitandi , sed alia ex causa , puta, vt lapides ipsos furetur, vel vt aliis negocium facessat , punitur pœnâ quinquaginta aureorum. Et hæc est communis opin. vt attestatur Plottus in repet.l.si quando, 726.

11 Sed quero, quando pœna est à lege iudicis arbitrio remissa , nunquid iudex ipse possit imponere pœnã mortis?Resp.Hæc quæstio est adeo dubia, vt indigeat decisione Imperatoris , vt dicit Maran.in

Universidad de Bilbao Biblioteca

a suo Spec.fol.26.post n.53.Nam gl.a in §. in summa, in verbo,Extraordinaria, Insti.de iniur. tenuit,q̃ posit hoc casu iudex arbitrari etiã pœnã mortis, & illam gl.in hoc communiter approbari attestatur Barb.cons.11.post nu.6.libr.1.quẽ refert Dec.in c.ex literis,post nu.14.de constit. Bolenc.in repeti.l.capitalium,§.famosos,nu.29.ff.de pœnis.Et dicit Alci.cons.472.in fin.quòd illam glo. sequuntur communiter Doctores.Hanc etiã opin. dicit esse communem Maranta in loco præallegato, quem refert Viuius in libro cõmuniũ opin.in verbo,Iudicis arbitrio.Et secundum opin.illius glos. iudicatũ fuisse in parlamento Parisiensi,attestatur Papo li. 24.ti.10.Arresto 2.Contrariam autem sententiam, quòd scilicet hoc casu non possit iudex arbitrari pœnã mortis,multi tenuerunt,adeò quòd Dec. sibi contrarius in l.qui iurisd.post n.9.vers.non obst. gl.ff.de iurisd.omnium iud.dixit, quòd illa gl.communiter reprobatur,Idem dicit Afflict. decis.276. post n.9.quem refert Pract.Carer. fol.566.nu.112. Grammat.cons.48.post nu.2.Chas. super consuet. Burgund.fol.43.nu.2.Petrus de Soncino inter consilia criminalia diuersorum,98.numer.13.libr.1.Carauita super 21.ritu magnæ curiæ,nu.15. in fi.Menchiaca controuers.vsu frequentiũ c.39.nu.26.Hanc etiam opin.dicit esse communem Felin.in c.inquisitionis.de accusat.prout illum refert Villalpand. in repet.l.22.c.9.nu.3.Et hæc opin. reuera est magis tuta,& mitior,ideoque mihi semper placuit,& non putarem in iudicando esse ab ea aliquo modo recedendum.Sed dato etiam, quòd esset vera opin. illius glossæ, illa tamen intelligenda est vt procedat,modo qualitas delicti aut circũstantiarũ sit talis,quòd de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponẽda, aliàs secus.Et ita illam gl.communiter limitari attestatur Affl.super 2.parte consti.Regni,rubr.10.nu.22. Hanc etiam esse communem opin.dicit Alexand. consil.121.in fi.li.7.quem refert Crauetta cons.224. post nu.2.vers.secundò aduertendũ,Dec.in d.c.ex literis,prout illum refert Crauetta cons.220.nu.14. Grammat.cons.39.post n.8.Don Ant.de Padilla in l.transigere,nu.27.C.de transact.

12 Præterea si statutum diceret, quòd pro tali delicto iudex imponat pœnã centũ,vel aliã maiorẽ,vel minorẽ arbitrio suo,hoc casu debet iudex imponere pœnam similem,& sic pecuniariam, non autem pœnam capitalem. Et ista est sententia omnium,vt dicit Aug.ad Ang.de malef. in verbo, Et ibi caput.nu.46.

13 Scias etiam,quòd iudex etiam habens arbitrium debet in pœnis imponendis seruare modum consuetum. Et si pro aliquo paruo delicto,puta, leui percussione, imponeret pœnã nimis excessiuam, puta,lib.200.poterit reus appellare,& superior reducet illam pœnam ad congruum modum.Et ita practicatur vt dicit Cagn.in l.vnica,nu.21.ff.si quis ius dicent.non obtemper.

Et nota in hoc proposito,quòdsi quis reperiatur condemnatus in contumaciã in pœnam arbitrio senatus imponẽdã,& petat à senatu declarari arbitriũ,non solet senatus id facere,nisi prius ille se in carceribus constituat,aliàs enim posset declaratio nem faciendã eludere,præsertim si senatus arbitraretur pœnã corporalem.Et ita in facti contingentia conclusum fuit in causa cuiusdam Rentij id petentis,qui pro blasphemia atroci fuerat cõdemnatus in pœnam arbitrio senatus imponendam, 4. Feb.1556.P.N.

14 Aliud est etiam genus pœnatũ arbitrariarũ,quę pœnitentiales appellantur.Et sunt illæ, quæ secũdum sacros canones imponi deberent per confessores in foro pœnitentiali, siue conscientiæ: nam hodie tales pœnæ prorsus abierunt in desuetudinem,& sunt remissæ arbitrio sacerdotũ.Et ita cõmuniter tenetur,vt dicit Abb.in c.at si clerici,§.de adulteriis,post n.5.de iud.quem refert Bermon. de concub.fol.28.nu.3.Item attestatur summa Angelica,in verbo,Confessio,§.6.in princip.Dec.in d.c.at si clerici,§.de adulteriis,nu.6.

ADDITIO.

a Nam glo,Hanc gl.sequuntur Bart.& Angel.in l. sacrilegi capite.ff.ad leg.Iul.pecul.Alex. cons.5. & cons.62.vol. j. Marsil. in l.de minore. in princip.ff.de quæst.Salic.in rub.C. eod. Intellige tamen quòd non liceat iudici arbitrari de pœna mortis,aut alia pœna sanguinis, nisi concurrãt qualitates & circunstantiæ quæ suadeãt talem pœnam imponi:vt per Io.de Imol.in c.vt inquisitionis.de hæretic.in 6.& in l.2.ff. de public.iudic.vide Bald.in l. j. in fin. C. de his qui latron. vel al.crimin.reos occult.

QVÆSTIO LXXXIIII.

1 *Puniri corporaliter nemo potest,nisi in delicto dolus interuenerit.*

Statutum disponens,quòd homicida decapitetur, debet intelligi de homicidio doloso,ibid.

2 *Plura delicta ad eundem finem tendentia an debeant pluribus pœnis puniri?*

Et quid si eodem tempore commissa fuerint?ibid.

Et quid si ante statuto puniente vulnera, seu percussiones?ibid.

Percutiens clericum plurib.vicibus eodem impetu an incurrat plures excommunicationes? ibid.

3 *Et quid dicendum,si cum eodem telo plura vulnera vnico ictu inferantur?*

4 *Et quid si delicta sint diuersi generis?*

Et quid si extent statuta,vnum puniens delationem armorum,aliud puniens insultum,& aliud puniens vulnera, an si quis insultum faciat,& vulneret cum armis,sit vnica pœna,vel pluribus puniendus?ibid.

5 *Vulnerans animo tantum vulnerandi, & deinde assumens animum occidendi,& occidens,an puniatur de homicidio tantum,an autem etiam de vulneribus?*

6 *Et an propter reiterationem delictorum, vel consuetudinem delinquendi quis possit grauius puniri?*

7 *Plures delinquentes contra vnum,an teneantur omnes insolidum?*

1 DIctum est de pœnis,nunc de sententiis pœna lib.videndũ est,nam in ipsarum pœnarum impositione multa sunt quæ iudicem præ oculis habere oportet,quæ quidem nos hoc loco breuiter attingemus.Et in primis quidem scias, quòd regulariter in pœnis criminalibus nunquam potest quis puniri corporaliter,nisi dolus interueniat.Ita dicit Bar.in l.1.§.1.n.1.ff.si quis testam. liber. & est communis sententia Doctorũ,vt dicit Cæpol.cõsil.crim.33.col.2.vers.q̃ sic probatur Neq; sufficeret lata culpa,nã in criminalib. cum agitur de imponẽda pœna mortis,vel mutilationis mẽbri lata culpa nõ æquiparatur dolo.Et hanc opi. dicit esse cõm Ias.in l.in actionib.n.23.& 26.ff.de in litẽ iur. quẽ refert Blan.in pra.cri.fo.56.n.137.& seq.Nunius de

de los corrigidores,fol.240. col.3.in prin.Bermon. loquendo in crimine adulterij, in tract. de concub. fol.58.nu.71.Diaz.reg. 540. vbi ponit hanc conclusionem pro regula.Claud. in l.j.nu.33.ff.de legi. Et loquendo de pœna mortis,vel mutilationis mẽbri imponenda,idem attestatur Cagn. in l.contractus, nu.10.ff.de reg iur.quem refert Villalob.in sua collecta communium opi.in litera L.verbo lata culpa. Sed certè hoc locum habet, nõ modo si agatur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis mẽbri, verũ etiam si agatur de imponenda quacunq; alia pœna corporali, secundum glo.quæ simpliciter loquitur in d.l.in actionibus,in verbo,Non etiam ob culpã,quã DD.sequũtur,teste Mars.cons.67. nu.40. Et ex hac conclusione infertur, q̃ si statutũ disponat,quòd homicida sit decapitandus,debet intelligi,dummodo homicidium sit commissum dolo,nõ autem culpa.Et est communis opi.vt dicit Ias.in d. l.1.nu.70.ff.de legi.& in d.l.in actionib.nu.26.quem refert Viuius in lib.communium opin. fol.239.ver. statutum disponens.Dec. in d l.in actionib. nu. 20. quem refert Plottus in repet. l.si quando nu.765. Curt.Iun.in l.si.nu.9.ff.quod quisque iur. Menchiaca controuers.illust.ca.96.nu.32.Et hoc receptissimum esse attestatur Alciat.in l.magna negligẽtia, ff.de verb.sign.Faciunt quæ dixi suprà hoc eo.libr. §.Homicidium.ver.Culpa dicitur. Pro culpa verò punitur,delinquens,quando culpa præcessit delictum,Et ita dicũt communiter Doctores, vt dicit Anan.in c.de infantibus,nu.4.de his qui filios occid.Reperio tamen aliquos tenuisse,q̃ etiam pro lata culpa possit quis corporaliter puniri,licet nõ eadem pœna,qua possit puniri pro dolo, sed alia leuiore.Et hanc opi. dicit esse cõmunem Maranta in suo Spec.fol.26.nu.59.in fi.quam ego etiam quã doq; vidi in senatu obseruari, sed regulariter pro culpa non solet aliquis corporaliter puniri. Quæ autem dicta sunt de pœna corporali,eadem locum habent etiam in pœna infamiæ:nam condemnatus propter culpam, non efficitur per talem sententiã infamis.Ità tenuit d.gl. in d.l.in actionib. in verbo, Non etiam ob culpam,& est communis opin.vt dicit Roman.ibi nume.16.Fama enim,& vita æquiparantur.Faciunt ea quæ dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium,vers.Idémque & multo.

2 Scias etiam,quòd regulariter plura delicta simul concurrentia,omnia puniri debent. Ita colligitur ex tex.in l.nunquam plura,ff.de priua.delictis.Hæc tamen conclusio non est ita generaliter intelligenda,sed pro clari resolutione distinguendi sunt aliqui casus.Primus est,quãdo quis plura delicta eiusdem generis cõmittit,puta,quia plures percussiones,vel plura vulnera infert alicui: & tunc si quidẽ id facit ex interuallo,omnes fatentur quòd plurib. pœnis est puniendus pro numero percussionum, illatarum,vel vulnerum.Et ita videtur sensisse gl.in d.l.nunquam plura,in verbo,occiderit, quæ in hoc cõiter approbatur, vt dicit Boer. decis. 82. nu. 10. præsertim si propter iterationem delicti interfit partis offensæ.Et ita de facto seruari attestatur Alber.in 2.part.statut.q.24.num.4.Si verò illa inferat eodẽ tẽpore, tũc aliqua est controuersia inter scribentes,nã gl.præallegata in d. l. nunquã plura, videtur tenere, q̃ quando non interuenit separatio delictorũ, vnica tantum pœna puniri debeat. Sed Bar.in d.l.nunquam plura, post nu.4.post Dyn. reprehendit illã gl.& dicit q̃ si illa glo.esset vera,destrueret totũ mundũ,& q̃ est contra tex.illius legis. Et dicit Soc.cons.63.nu.9.lib.1.quòd in hoc communiter Doctores videntur sequi opi.Dy. & Bart. q̃ scilicet etiamsi percussiões vel vulnera eodem tempore illata sint,debeat pro eorũ numero pœna multiplicari.Et illum refert Placa lib. 1.delicto. c.1.nu.18.refert etiam,atq; ita frequentiori calculo hanc quæstionem diffiniri attestatur Didac.lib. 2.resolutionum.c.10.nu.8.Cæterum Iacob. de Arena in l.itẽ apud Labeonẽ.§.conuicium, ff.de iniur. dixit in hoc articulo esse distinguendum,iuxta verba legis,vel statuti:vt si quidem statutum imponat simpliciter vulneranti vel percutienti pœnam 100. librarũ, eo casu etiam si plura vulnera eodẽ tempore illata fuerint, vnica tantum pœna 100. librarum imponenda sit: si verò statutum imponat pro quolibet vulnere pœnam 100.librarum, tũc puniẽdus sit in tot 100.libris, quot vulnera intulerit. Et hanc opi.Iac.de Aren.dicit esse cõmunem Florian. in l.4.ff.ad l.Aquil,prout illum refert Placa in loco præall.Et ex hac opin.Iacob.de Aren. infertur, q̃ cum ex dispositione c.si quis suadente, percutiens clericum incidat in excommunicationem, vt dixi suprà q.77.vers.Percutiẽs clericũ, si quis percutiat clericũ eodem impetu 4. aut 5.vicibus, vnã tamen excommunicationem tantũ,nõ plures incurrit. Et hanc dicit esse cõmunem opi.Didac.in d.c.10.post nu.8.vers.quartum si eiusdem.Placa in d.c.1.nu.10. Sed certè hanc distinctionem Iacobi pariter reprobat Bart.in d.l.nunquam plura,nu.11.tenens, quòd indistinctè pœna pro numero vulnerum multiplicanda sit,subdens, quòd ita obseruat consuetudo. Et ego statim dicam.

3 Hæc aũt omnia locũ habẽt,quãdo huiusmodi vulnera plurib.ictibus illata fuerũt:sed quid si quis vno ictu plura vulnera inferat,quia cũ bidente, vel alio instrumẽto bifurcato eodẽ ictu aliquẽ in diuersis corporis partibus vulnerauit?Resp.q̃ pro vnico tantũ vulnere puniendus est,secundũ cõem opi.antiquorũ,vt dicit Alber.in 2.parte statutorũ,q.38.licet ipse ꝟium teneat,quã etiã opi.dicit esse cõem, & quotidiè in practica obseruari.Viuius in lib.cõmuniũ opi.vers.statutũ imponens.Ang. aũt de malef.in verbo,Et dictũ Titium,nu.2.refert pariter in hac quæst.Iacob.de Are.distinxisse eo modo,quo suprà dictũ est:& subdit,q̃ opi.Iacob. communiter tenetur,referens ita attestari Florian. in d.l.4.ff.ad l.Aquil.quẽ tamen in libro meo nõ reperio hoc dicẽtem.Et affirmat quòd illã vidit in practica semper obseruari.Hoc idẽ attestãri Floriã dixit Barb. in Apost.ad Bar.in l.gemina,sub n.1.in verbo,Egò puto.ff.arbo.furtim cæsarum Bar.autẽ in d. l.si gemina,n.1.tenuit,q̃ etiam hoc casu debeat indistinctè p̃ pluribus vulneribus puniri.Alex.in l.quòd dicitur,la 1.in fi.ff.de verb. ob.dicit, q̃ distinguendũ est,vt per Bar.in d.l.si gemina,deinde subdit, q̃ oẽs cõcludũt esse inspiciẽda verba statuti,an loquatur de percussionibus,aut de vulnerib. Ego certè semper vidi in practica obseruari opi.Bart.vt scilicet siue statutũ loquatur per verba,Si percusserit,vel vulnerauerit, vel per verba, Quòd pro qualibet percussione,vel vulnere,&c. semper puniat delinquẽs secundũ numerũ percussionũ, vel vulnerũ. Et hoc siue illata sint eodẽ ictu siue pluribus.Poterit tñ iudex vbi in huiusmodi casib.dubitari contingat, informare se à peritis super interpretatione, q̃ talia statuta habuerunt à cõsuetudine,& secundum illam iudicare,quia minimè mutanda sunt,&c.

4 Alius est casus, quando delicta sunt diuersi ge-

neris:& hoc casu si committantur ex interuallo,res nullam habet difficultatem,quin omnia punienda sint,vt habetur in d.l.nunquam plura: si verò facta sunt eodem tempore,& ad eundem finem tendant, punitur delinquens solùmodo pœna maioris delicti.Et pôt poni exemplum,si extent in ciuitate tria statuta,vnum puniens delationem armorũ in centum,aliud puniens insultũ in centum,aliud puniés vulnus in centũ,& aliquis insultet alium cum armis & vulneret, certè non est in omnib. istis pœnis puniendus,sed solummodo puniri debet in centũ pro vulnere,quia pœna insultus,& armorum confundi
a tur cũ pœna vulneris. Ita colligitur a ex gl. in l.qui de crimine,in verbo,Plurima.C.de accu. quam sequuntur omnes scribentes,vt dicit Marsi. in l.si in rixa,nu.15.ff.de icar.Prac.Iod.c.77. nu.4. Io. Arno. dialogo 47.per constitutionem. Hanc etiam dicit esse cõmunem opi.Iafred.decis.95.quem refert Vinius in lib.commun.opin. vers. Statutum puniens, Et illa gl.solet allegari, ꝙ minora delicta confunduntur cum maiori, ita ꝙ solum maius delictũ punitur.Et dicit Marsi.in l.vnica,nu.54.C.de raptu virgin.ꝙ illam gl.sequuntur Doctores. Et ita seruauit Senatus in quodam Io. Baptista de Furnariis , qui proiecerat pilam ferream in suum aduersarium,& deinde prior ensem euaginauerat,quem vnica tantum pœna iusit puniri,1559.

5 Sed pone,aliquis aggressus est alium animo tantum illum vulnerandi,& vulnerauit , deinde ex aliquo dicto vel facto illius superuenit impetus vulneranti,& mutato proposito illũ occidit , nunquid erit puniendus de occiso tantum,an aũt de vulnerato,& etiam de occiso? Resp.Bar.in d.l. nunquam plura,n.5.dicit,ꝙ ex quo fuit duplex impetus,s.primò vulnerandi,& deinde occidẽdi, dẽt de vtroque teneri.Sed certè vniuersalis consuetudo contrariũ obseruat,vt dicit Ang.in d.l.nunquam plura, nu.7. quem refert Anan.in c.fi.post nu.5.de colluſ. deteg. Nam ex vnitate rixæ minus delictum cum maiori confunditur.Et quamuis fortè opi.Bart. sit de iure verior,nihilominus ab hac opi. quam consuetudo approbauit,nullo modo esset in practica recedendũ:nam pœna homicidij, quæ est pœna mortis,& confiscationis bonorum,absorbet omnes alias pœnas corporales,& pecuniarias.

6 Sed hic incidenter quæro,nunquid propter reiterationem delictorũ,vel consuetudinem delinquendi,reus possit grauius puniri?Resp.Bart.in l.1.num. 2.C.de superexactor.li.10.dicit,quòd licet aliàs crimina non essent capitalia, potest tamen reus propter consuetudinẽ delinquendi puniri pœna mortis.Et secundum hanc opi.aliquando fuisse practicatũ in sacro conci.Neap.attestatur Grammat.cõs. crim.17.nu.16.& voto 17.per totum,vbi refert fuisse ad mortem condemnatũ quendam , qui eodem tempore quinque vxores habebat.Idem etiam practicatum fuisse per parlamentum Parisiense refert Papo lib.24.tit. 10. Arresto 9.Sed idem Grammat. decis.16.nu.7.dicit,ꝙ quicquid sit in puncto iuris, hoc,in practica non recipitur , vt scilicet propter cõsuetudinẽ delinquẽdi pœna ordinaria augeatur. Et hæc opi.mitior est , & illam sequi solet senatus, qui nunquam in delictis non capitalibus , propter quãcunq; reiterationem solet pœnam mortis imponere,sed tantũmodo , vel torturam atrocius inferre , vel ad extraordinariè puniendum grauius arbitrari.

7 Vltimò quæro, nunquid plures delinquentes simul contra vnum,teneãtur omnes insolidũ?Resp. quòd sic,vt est tex.in l.si plures,ff.de iniur.& est cõmunis regula,vt attestatur Natta cons.79.nu.10.

ADDITIO.

a Ita colligitur.Idem tenet Bart.in l.quẽadmodũ. ff.ad l.Aquil.& l.inficiando.§.illud.ff.de furt.circa fin.Io.And.in addit.Spec.in tit. de homicid. super rub.Bal.in l.quicunq;. C. de seruis fugit.l. diuortio.ff.solut.mat.l.aduersus.in fi. C. de furt. Anchar. cons.272.

QVÆSTIO LXXXV.

1 *Iudex an debeat imponere delinquenti pœnam loci originis.domicilij, vel delicti?*
2 *Et quid si delinquens sit forensis,an possit puniri secundũ statuta loci,in quo deliquit?*
3 *Et quid si illud delictum non sit à iure communi prohibitum ?*
4 *Et an statuta,pro delictis pœnas imponentia,ligent etiam subditos delinquentes extra territorium?*
5 *Et an pœnæ statutorum pro delictis impositæ,tollant pœnas pro eisdem delictis à iure communi impositas ?*
6 *In pœnis alternatiuè impositis cuius sit electio , iudicis an rei.*
7 *Et quid si statutum disponat , quòd quis pro delicto condemnetur in centum libris, quas si non soluerit intra decem dies,amputetur ei manus, an eo casu possit iudex omittere pœnam corporalem , & exequi pecuniariam?*
8 *Et quid econuerso,stante statuto quòd non comparens ponatur in banno,de quo non eximatur , donec soluerit mille,an si ipse velit stare in banno possit iudex eum cogere ad soluenda mille?*
9 *Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua speciali constitutione,debent omnes qualitates verificari,de quibus in ipsa constitutione fit mentio.*
10 *Iudex an possit ex causa minuere pœnam ordinariam pro aliquo delicto à iure communi,vel statuto impositam?*
11 *Et an possit illam commutare,si delinquens nõ est capax illius pœnæ?*

1 SED quoniam plerunque propter diuersitatẽ fori originis,domicilij,vel delicti,& eorum locorum iura,vel statuta diuersas pœnas imponẽtia, in faciẽdis ordẽnationib. dubitari solet, quæ pœna sit ꝓ delictis imponẽda, videam⁹,an iudex debeat imponere pœnã loci originis vel loci delicti,& an pœnam iuris cõmunis,vel statuti.Et quia materia est valde intricata,distinguendi sunt nõnulli casus.

Primus est, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem,qui est sibi subditus etiam ratione originis,seu domicilij.Et hic casus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin sit puniendus secundum leges, & statuta ipsius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pœna imposita à iure communi , & alia à statuto, debeat iudex imponere pœnam statutariam , vel pœnam iuris communis, dixi infrà , versi. Debent etiam.

2 Secundus est casus,quando iudex loci delicti procedit contra forensem, qui deliquit in suo territorio:Et hoc casu,si quidem pro eo delicto non reperitur imposita alia pœna per statuta locorum, quã ea,quæ est imposita à iure communi,nulla etiã est controuersia, quò minus puniri debeat secundum dispositionem iuris communis. Et in hoc pariter nemo dubitat.Punctus est,quando statutũ loci delicti imponit pro eo delicto aliam pœnã, nunquid possit iudex ipsius loci delicti cõdẽnare huiusmodi forensem in pœnam statuti:& sic an statuta pœnalia super delictis , ligent etiam forenses? In qua quidem quæstione aliqui simpliciter dicunt,quòd iudex loci delicti potest punire delinquentẽ,etiã si non sit de iurisdictione sua,non solùm secundum iura communia,sed etiam secundum statuta sua. Et ita tenere communiter Legistas dicit Feli. in c. à nobis,el 1.num.1.de sentent.excommun. Ita etiã communiter teneri attestatur Abb.in c.fin. nume. 24.de foro compet.Hanc quoq; opin. dicit esse cõmunem Felin. in d.c.fin.numer.24.Et illam vbique seruari attestatur Alber. in tertia parte statut. quæst. 1.Bar.autem in l.cunctos populos,nu. 21.C. de summa Trin.distinguit,quòd,aut tale delictum est prohibitum etiam à iure communi , & eo casu potest forensis delinquens puniri etiam pœnis cõtentis in statuto: Aut verò non est delictũ de iure communi,sed solũmodo secundum statuta ipsa ciuitatis , vel loci , & tunc non punitur nisi fuisset sciens,vel in ignorantia supina. Et hanc opi. Bart. ostendit esse communem Iaſ.in d.l.cunctos populos,in prima lectu.nume.30.prout illum refert Bos. in tit.de pœnis,nu.18.licet in libro meo aliter loquatur,quinimo (ni fallor) in 2.lect.n.67. concludit,ꝙ in iudicando melior est opi.contra Bar.Hãc etiam opi.Bart.dicit esse æquiorem,& magis communẽ Marsil.in l.fi.nu.81.ff.de iurisd.om. iud. Plus dicũt Moder.super consuet.Paris.§.30. post n. 150. ꝙ hæc est communis,& vera conclusio, quòd etiã forenses,& alij probabiliter ignorãtes pœnas à statuto loci vltra ius commune impositas, nihilominꝰ subiiciũtur pœnis statuti loci,in quo delinquũt, ex quo intendunt delinquere,& cõmittũt crimen à iure communi prohibitũ.Et illũ refert Didac.in repet.c.alma mater,fol.493.col.2.de sent. excom. in 6.Hanc etiam dixit esse opin.communiter Doctorũ Gandin.in titu.de pœnis reorum , nu. 16.Et generaliter ꝙ delinquens debeat puniri pœna imposita à statuto loci,in quo punitur,dicit esse cõmunem cõclusionem Marian.in c.postulasti, n.16. de foro comp.Hoc tamen intellige,vt procedat in pœnis secularib.secus autẽ in pœna spirituali,prout est pœna excommunicationis à statuto impositа:illa enim non ligat probabiliter ignorantes,etiã in actu à iure communi prohibito,& damnato.Et hanc opi.dicit esse communem Crott. in repe.c.vt animarum,in fin.principij,de constitu.in 6. prout illum refert Didac.in loco prælle.Et licet in puncto iuris hæc limitatio vix posset sustineri, cũ nõ videatur subesse aliqua probabilis ratio differentiæ inter pœnam excommunicationis,& alias pœnas: nihilominus cum hæc opin.magis faueat animabus , crederem non esse ab ea in iudicando recedendum.

3 Sed quid si delictũ,de quo agitur,non quidem sit prohibitum à iure communi , sed tamen per totã prouinciam,vt plurimũ vigeant statuta illud prohibentia,prout est in extractione frumenti,quæ cõmuniter per totam Italiam est prohibita per statuta ciuitatũ,vt dicit Bar.in loco prælleg.Resp.Bar. ibi tenet,quòd possit forensis etiã hoc casu puniri pœna statuti id prohibentis,nec possit se excusare prætextu ignorantiæ.Et dicit Corn. cons. 64.in fi.lib.3.quòd in hoc omnes concordant. Hanc etiã dicit esse communem opi.Legistarum Imola in l. fin.§.licet quis.ff.de publica.Videtur enim eo casu talis forensis delinquens contra huiusmodi statuta esse in supina ignorantia,meritò non est excusandus.Ego tamen,quicquid sit de rigore iuris,dicerẽ in prædictis casib.stãdum esse iudicis arbitrio, qui inspecta facti,& personarum qualitate pro sua religione decernet , an forensis plectẽdus sit pœna statuti,vel in totum excusandus , vel saltem pœna ex aliqua parte tẽperanda.Et ita ego in hoc ducatu sæpissimè vidi excusari forenses , qui morã non traxerant in dominio , à pœna imposita cõtra deferentes archabusios rotatos,& huiusmodi:& cõsulerẽ(vbi aliquo modo posset ignorãtia dici probabilis) vt iudices semper in mitiorẽ partem inclinarent.Vide quæ dixi suprà,q.82.statut.7. vers. Quæro nunquid.

4 Tertius est casus,quando iudex originis vel domicilij procedit contra subditũ suum , qui deliquit extra territoriũ,an scilicet possit imponere pœnã statuti loci originis, vel domicilij. Et sic an statuta imponentia pœnam pro delictis , ligent subditos delinquentes extra territorium,super quo opus esset decisione Cæsarea,vt dicit Ang.in l.fin.ff.de iurisd.omn.iudi.prout illum refert Euerard. cons.45. col.3.vers.Non obest.etiam,licet Ang. in li.meo id non dicat.Et in hac quæst.Barto.in d.l.cunctos populos , nu.47.& seq.tenuit, ꝙ quando statutum expressè loquitur de delinquẽtibus extra territoriũ, comprehendat etiam eos , qui extra territorium delinquunt.Et in hoc opi.Bart.communiter approbari dicit Soci.cons.302.nu.4.in fi.lib.2.Quando vero statutum simpliciter loquitur , tunc dicit Bart. quòd iudex originis , vel domicilij non potest punire subditum delinquentem extra territorium,nisi secundum pœnam impositam à iure communi, vel secundum statuta loci,in quo deliquit, non aũt secũdum statuta ipsius loci originis, vel domicilij. Et hanc opi.dicit esse communem Alex. cons. 111. post nu.1.col.2.vers.Et cum sit,lib.2. quem refert Paris.cons.159.nu.6.lib.4. & Rui. cons. 84. in fi.lib.4.& Afflict.super 3.parte consti.Regni,Rub. 55.post nu. 19.& Rochus de consue.fol.114.nu.20. & Bos.in tit. de pœn.nu.19.Idem attestatur Aug.ad Ang. de male.in verbo,Hæc est quædam inquisitio,nu.84. Ita etiam cõiter teneri attestatur Fel.in c.à nobis,el 1. nu.6.de sent.excom.quẽ refert Paris.in d. cons.159. nu.7. & seq. Duẽnas reg.146.Et ita pluries vidi apud nos obseruari,quia scilicet vbi poterat haberi notitia statutorũ loci delicti, semper fuit imposita illa pœna , licet per constitutiones huius ducatus alia pœna esset imposita.Et in specie ita cõclusum fuit in senatu in causa cuiusdã Thomæ Bolognini, ɔ quẽ procedebatur pro vulnerib.animo deliberato illatis cuidã in castris Senarũ 15. Octobris 1556. D. P. Et memini,quòd cum illust.Alexander Vicecomes,tunc Senator,& Prætor Cremonæ,condemnasset quẽdam Adam Tinctum Cremonensem pro vxoricidio per eum commisso super territorio Brixiensi,in amputatione capitis abque bonorũ confiscatione,& fisco reclamante fuisset ei concessa restitutio in integrũ:Senatus intellecto ꝙ licet statutum Brixiæ pro eo delicto imponeret pœnam cõfiscationis bonorum,nihilominus ex consuetudine illius curiæ non solebat talis pœna imponi , & ꝙ prius idẽ Adã fuerat pro eodem delicto à Prætore Brixię cõdemnatus solũmodo in amputatione capitis,omissa bonorũ confiscatione,cõfirmauit sententiã latam per ipsum illust.Vicemcomitem,& fisco silentium imposuit 19. Decemb. 1548. P. N.Et

ideò à prædicta distinctione non recedas in iudicando, quânis (vt dixi) Marian.in d.c.postulasti, nume.16.generaliter dicat communem conclusionem esse,quòd delinquens debeat puniri pœna imposita à statuto loci, in quo punitur.

An autem possit iudex loci domicilii,vel originis procedere contra subditum, qui deliquit extra territorium, per viam inquisitionis, dixi §. quæst. 39.versic.Sed quæro.

5 Debet etiam iudex aduertere, quia si pro aliquo maleficio sit imposita aliqua pœna per ius commune,vel aliam legem antiquam, postea fuit condita lex noua vel statutum, imponens aliam pœnam pro eodem maleficio: eo casu imponenda est pœna statuta à lege noua,non autem à lege antiqua,vel à iure commnni,Bene verum est, quòd in hoc articulo variæ fuerunt aliquando opi. Doctorum:nam aliqui tenuerunt, quòd per statutum imponens pœnam nouam, non intelligatur sublata pœna iuris communis.Et ita post nonnullos antiquos tenuit Bart. in l.j.nu.1. ff. de vi bono. rapt. Et hanc opi. communiter teneri attestatur Cyn. l. sepulchra.C.de sepul.viol.quem refert Ancharan. in c.generi.de reg.iur.in 6.& Caccialup.in repet.l.omnes populi,nu.90.ff.de iusti.& iure. Idem dicit Bal. in l.non est nouum,ff.de legib.quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et ibi caput, nu.9. Et hanc opi.teneri per doctor.attestatur Ang.in d. l. qui sepulchra,vers.in tex.ibi,nihil enim. Hanc etiam dicit esse communem opi.Abbas in c.de causis,nu.14. de offi.deleg.Idem dicit Saly. in d. l. qui sepulchra, post num.6.vers.quæro nunc,C.de sepul.viol.prout illum refert Ana.in c.fi.nu.16.de collu.deteg.qui tamen hoc explicatè non attestatur,imò dicit,quòd licet quò ad natiuitatem sit dubium, tamen quò ad executionem omnes tenent, quòd pœna statuti tollat pœnam iuris communis, Berous in d.c.de causis, post nume.75.Contrariam autem opi.quòd scilicet per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris communis,tenuit Bal.in l.data opera,num.19.& seq.C.qui accus.non poss.subdens, quòd fatuus esset iudex,qui aliam pœnam imponeret quam statutariam,& dicit Pract.Carer.fol.519.num.14.quòd hanc opin.tenent omnes Doctor. Hanc etiam opi. dicit esse communem Dec.in d.c.de causis,nu.14.in fi.prout illum refert Alci.cons.453.post nu.5.vers.nõ obest igitur.Marsil.in pract.crim. §. quæritur,post nu.6.quem refert Viuius in li. communiũ opi. in verbo,statutum imponens. Dicit etiam Blanc. in pract.crim.fol.72.nu.61.& seq.quòd hæc opin.videtur magis cõmuniter recepta,& quòd ita communiter practicatur.Et dicit Alber. in prima parte statutorum, q.8.nu.10.in fin.quòd totus mundus ita obseruat, licet dicat, quòd in hac quæstione opus esset decisione Imperatoris, quem refert Aug. ad Ange.de malefi.in verbo,Et ibi caput,post nu.9.& Marsi.cons.61.nu.19.refert etiam Anto. Gomes. lib. delictorũ,c.1.nu.38.in fi.subdens quòd licet contraria opinio sit magis communis,tamen ista seruaretur iudicando,& consulendo. Hanc etiam opi.cõmuniter seruari attestatur Gand.in tit.de aliquibus quæstionib.nume.4.Idem dicit Paul.de Castro in l. 1.§.dixerit aliquis,num.6.ff. de publicanis, quem refert Grammat.cons.35.num.56.& Roland. cons. 35.nu.48.lib.2.Et dicit Rota Senen. decis. 9. posita post consilia criminalia diuersorum lib.2.num.3.q̃ hæc opi.prævaluit,& est approbata per vsum.E ita in hac prouincia indistinctè obseruatur.Cum itaq; hæc opi.sit proculdubio magis communis,& à cõmuni consuetudine approbata, non esset ab ea in iudicando recedendum. Et hæc conclusio multò magis procederet,vbi pro aliquo delicto iudex imposuisset pœnam statutariam:nam eo casu proculdubio non posset postea imponi delinquenti pœna iuris communis, etiam si esset maior quàm statutaria. Cùm enim vtraque pœna tendat ad vindictam,vna per aliam tollitur.Et in hoc omnes cõcordãt,vt dicit Bar.in d.l.j.in vlt.verb. ff.de vi bon. rapt.quê refert Ana.in d.c.fin.n.16.de colluſ. deteg.

6 Solet etiam plerunque in facto dubitari,nunquid quando à lege vel statuto sunt impositæ plures pœnæ alternatiuè pro aliquo delicto, sit eo casu electio iudicis an rei.Et in hoc quidẽ articulo gl. in c. sicut Iudæi,in gl.fi.de Iudæis,videtur simpliciter tenuisse quòd electio sit ipsius iudicis. Et illam glos. communiter teneri per Doctor. affirmat Anan.in eo.c.sicut Iudæi,post n.17.Idẽ videtur sensisse gl. in c.à crapula,in gl.fi.de vita & honest.clericorũ, quã dicit sequi cõmuniter Doct.Abbas in eo.c.à crapula,nu.4.Tu verò pro clariori intelligentia inhærendo dictis Bart.in l.1.§. expilatores,nu.2.ff.de effractor.distingue tres casus.Primus est,qñ verba legis, vel statuti sunt directa ad iudicem, puta, si aliquis cõmiserit tale maleficiũ,iudex faciat illũ fustigari, vel condemnet in scutis X.& tunc electio est iudicis Et dicit Ripa in c.inter cæteras,nu.59. de rescrip.q̃ cum hac conclusione transeunt communiter Doc. Et ratio est,quia lex dirigendo verba ad iudicem, censetur etiam ei dedisse arbitrium eligendi. Secundus est casus,quando verba legis vel statuti diriguntur ad reum,puta,ille, qui fecerit tale maleficium,soluat 10.aureos,vel relaxet fisco tertiam partem bonorum suorũ mobiliũ:& tunc ex quo lex dirigendo verba ad reum, videtur etiam ei dedisse optionem,dicendum est,q̃ arbitrium eligendi spectat ad ipsum reum,& ita tenent communiter Doctores vt dicit Ripa in d.ca.inter cæteras, nu. 65.qđ ita tenent communiter Doct.Tertius est casus,quãdo verba non sunt directa,neque ad iudicem, neq; ad reum,sed sunt impersonaliter prolata: & in hoc est difficultas.Bart.in loco prælleg.primò dicit se dubitare, deinde subdit, quòd putat in dubio electionem esse ipsius rei: Gloss. autem communiter sentiunt,quòd electio sit iudicis. vt attestatur summa Siluest.in verbo,Pœna,nu.7.Tu verò dic, quòd aut vtraque pœna est corporalis,puta,quia lex dicat,quod pro tertio furto quis suspendatur, vel decapitetur.& hoc casu omnes ferè cõcordant,q̃ electio sit iudicis,nõ rei,quinimò q̃ non potest iudex etiam si velit, relinquere ipsi reo optionẽ, vt dixi j.q.99.vers.Item quæro,Aut vtraq; pœna est pecuniaria,puta,q̃ furto sit pœna 10.aureorũ, vel amissionis tertiæ partis bonorũ mobilium: & hoc casu omnes tenent,q̃ electio sit rei,vt attestatur Cæpol. in l.si fugitiui,nu.51.C.de ser. fugi. qui tamen ponit exemplũ iudicio meo valde absurdũ, scilicet si lex pro delicto imponit pœnam 100.aureorũ,vel quinquaginta.Ego certè talẽ legẽ,vel statutũ nunquam vidi.Aut altera pœna est corporalis, altera pecuniaria.Et hic casus ꝓximis diebus contigit in quodã Lãcelotto Ferr.qui executionẽ quandam prohibuerat,pro quo delicto est à cõstitutionibus huius ducat⁹ imposita pœna triũ ictuũ eculei,vel 200. aureorum.Et post multa Senatus censuit his casib. essein arbitrio rei, an velit soluere pœnam pecuniariam, vel subire corporalem. Et ita rescripsit prætori Vigleuani 4.April.1561.P.N. Quæ tamen omnia intellige vt procedant,nisi aliud ex verbis ipsius legis,vel statuti colligi posset,puta,quia lex diceret secundum qualitatem personarum,vel inspecta facti qualitate,vel huiusmodi:nam hoc casu,cum adhibenda sit causæ cognitio, dicendum est,quòd indistinctè electio ad iudicem pertineat.

7 Sed hic quæro,pone stat statutum, q̃ vulnerans puniatur in centum libris,quas si non soluerit intra decem dies,amputetur ei manus dextra. Modò condemnatus non soluit in termino, nunquid poterit iudex omittere pœnam corporalem, & facere executionem pro centum libris in bonis rei? Resp.quòd sic.Ita tenet Bar.in l.cum duob. §.fi.n. 2.ff.pro socio,cuius opi.Doct.sequuntur. Et de illa doctrina multum exclamant,vt dicit Aug.ad Angel.de malef.in verbo,Quas si non soluerit,nume. 18. & ita in facti contingentia consuluit Corn. cons.5.lib.3.

8 Succesiuè quæro,pone stat statutum, quòd non comparens ponatur in banno,de quo non eximatur, donec soluerit condemnationem librarum mille.Modò quidam vocatus non comparuit, & fuit positus in banno,& condemnatus in mille,nũ quid si ipse vult stare in banno,& non soluere condemnationem,poterit eo non obstante fiscus facere executionem in bonis ipsius pro summa librarum mille?Respon.quòd non,& ita in practica seruatur,vt dicit Bald.in auth.bona damnatorum,in fi.C.de bo.proscr.licet relinquat cogitandum, an sit verum de iure.Sed certè ego credo hoc etiam de iure procedere.Mens enim statuti videtur esse, vt ille principaliter sit positus in banno, & deinde sit in eius facultate soluendo lib.mille ab ipso banno se eximere,vnde cum ipse eligat stare in banno, videtur plenè satisfactum dispositioni ipsius statuti.

9 Vbi agitur de imponenda pœna alicuius specialis constitutionis,oportet quòd in illo casu verificentur omnes qualitates in ipsa constitutione expressæ,aliàs pœna non committitur. Est doctrina Ioan.And.in ca.1.de homicid.in 6.quam dicit esse sing.& ab omnib.approbatam Tortus inter consilia Anton,de Butr.consil.vlt.num.1.in fin.Vide quæ dixi suprà hoc eo.lib. §. Assasinium, circa princ.

10 Vlterius quæro,nunquid iudex possit ex causa minuere pœnam ordinariã impositam à iure pro aliquo delicto?Resp.q̃ sic,siue agatur de pœna imposita per ius commune,in quo ferè omnes consentiunt.& ita esse communem opi.attestatur Deci.in c.de causis,nu.18.de off.deleg.quem refert Public.super consue.Aluer.fol.163.nu. 9. & Viuius in lib.commun.opin,in verb. Iudex, vbicunque: siue etiam agatur de pœna imposita à statuto, quo casu,licet aliqui tenuerunt contrarium,magis tamen communis opin.est,quòd possit iudex etiam pœnas statutarias ex causa minuere,vt attestatur Areti.in c.qualiter & quando,el 2.nu. 24.de accu.quẽ refert Dida.lib.2.resolut.c.9.nu.8.& Placa lib.1.delict.c.33.nu.5.Dec,in d.c. de causis,nu. 19. quem refert Menchiaca controuer.illustr.c.14.nu. 4.Blanc. in pract.crimi fol.73.num.71. & seq.Tiraq.de pœnis,in præfatione,n.22.quem refert Taeg. in pract. crim.c.13.nu.17.Sed hæc quidem conclusio intelligenda est,vt procedat in maioribus magistratibus:illi enim possunt pœnas statutarias minuere ex causa,siue talis causa sit cohærens delicto, siue sit causa extrinseca,sed minores magistratus bene possunt minuere pœnam ex causa cohærente delicto,sed si volunt pœnam alterare ex causa extrinseca,debent principem consulere.Ita videtur colligi ex decisio.Bal.in auth.hodie iurant.C. de iudic. Et hanc limitationem dicit esse communiter receptam Blanc.in loco prælallegato,post nu.90.Hanc etiam dicit esse communem opi.Dec.in d.c.de causis,in loco suprà per me allegato,prout illũ refert Boss.in tit.de pœnis,nume..10.& hoc, nisi consuetudo prouinciæ aliter se habeat,prout in Francia, vbi ex consuetudine illius regni omnes pœnæ criminales sunt in arbitrio iudicantis, vt attestatur Pract.Millei,fol.128.nu.47.& fol.147.nume.30.nam eo casu talis consuetudo sequẽda est. Scias etiam, quòd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat ante sententiam,prout loquitur gl. in l.quid ergo. §.pœna grauior,in verbo,Oneraſſet, circa princi. ff.de infam. quam dicit esse communiter receptam Didac.pract.q.35.circa fin.secus autem post sententiam.Caueant tamen iudices,ne id sine iusta causa,& iure approbata faciant,ne aliquid eis deterius contingat:nam iudex,qui in causis criminalib.minorem pœnam imponit,quàm de iure imponere debeat, est infamis, l.seruos. C.ad legem Iul.de vi publ.prætereaq̃; debet puniri eadem pœna.qua erat puniendus reus,vt colligitur ex tex.in l.3.in fi.C.ne sanctũ baptis.reiteretur.Et refert And. de Isern.quòd Rex Carolus primus fecit quendã iudicem furca suspendi,ex eo, q̃ quendam reum, qui erat condemnandus in amputatione capitis, condemnauit tantum in amputatione manus,quẽ refert Paris Put.de synd.fol.358.post nu.3.& Afflict. super 2.parte constitutionum Regni, Rub.3.nume. 22.& Chass.super consue.Burg.fol.45. numer.29.& Pract.Carer.fol.515.numer.10.Prætereaq̃; debet iudex,qui minuit pœnam à iure vel statuto impositam,exprimere causam in sententia, propter quã moueatur ad illam minuendam,prout se frequenter vidisse de facto fieri,attestatur Iac.de Beluis.in pract.cri.fol.46.in Rub.de fuga reo. numer.62.Puto tamen sufficere,quòd iudex dicat ex iustis causis animum suum mouentib.id facere, absq; eo, q̃ in specie causam ipsam exprimat,quam sententiã communem esse dicit Menchiaca cõtrouer. illust. c.14.nu.5.Ex quibus autem causis possit iudex pœnam à lege impositã minuere,dixi sup. q. 60. Item scias,q̃ quando pœna ordinaria ex aliqua causa minui debet, non potest de iure imponi pœna corporalis.Sed hoc de consuetudine non seruatur:nã plerunque senatus minuendo pœnam ordinariã transmittit delinquentes ad triremes ad tempus, & quandoque etiam in perpetuum, prout etiam seruat consi.Neap.vt per Gram.decis.8.& alibi plurib.in locis.Et ita practicari attestatur Nunius de los corregidores,fol.105.col.4.in prin.

11 Non omitto etiam circa hanc pœnarum impositionem,quòd quando delinquens non est capax pœnæ,quæ à iure imponitur pro delicto, tunc potest iudex illam pœnam in aliam commutare. Et ideo,si ex forma statuti propter falsum testimonium sit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manum dextram, vel habeat illam aridam,debet officio iudicis illa pœna in aliam commutari.Et ita dicunt Doctores, vt attestatur Bald.in l.nouerint,nu.5.C.vt intra cer.temp.Anan. in c.2.nu. 2. de calum. Vide in hoc proposito quæ dixi suprà,quæst.69.vers.Sed quid si reus, Et ita vidi quandoque per senatum iussum fuisse fustigari

quendam Laurentium Blancum,pro delatione arm orũ prohibitorũ, eo quia cũ esset gibbosus, nõ potuit affici pœna edicti,quæ erat trium ictuũ funis, & aliàs sæpissimè vidi mutari ex hac causa ictus funis in fustigationem, vel alligationem ad catenam infamem, vel exilium, iuxta qualitatem facti,& personarum.Visum quoque est senatui,ꝙ pœna ictuum funis publicè non sit irroganda mulieribus.Et ideo iussit admitti ad compositionem quasdam meretrices,quæ ludum prohibitum luserant,2.Ianuarij 1551.P.N.Et quandoque etiam vidi mutari pœnam triremiũ in exilium, vt in Ioan. Angelo de Portu,9.Martij 1558.A. C. Bene verum est,quòd in hoc ducatu non liceret iudici inferiori hoc facere, nisi consulto senatu. Et propter hoc fuit grauiter reprehensus quidã prætor,qui fecit alligari catenæ infami quendam Antonium Rauarium condemnatum in pœnam duorum ictuum funis, sub prętextu,quòd esset herniosus,29.Augusti.1559.P.N.

QVÆSTIO LXXXVI.

1 *Vnus pro alio puniri non debet.*
2 *Dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum*
3 *Pater non tenetur pro filio,neque etiam in legitima.*
4 *Quicquid facit filius occasione patris,vel famulus occasione domini,& eo sciente, præsumitur factum de eius voluntate.*
5 *Statutum,quòd vnus pro alio puniatur,an valeat?*
6 *Et an valeat statutum,quod dominus teneatur pro familia?*
7 *Et an quòd filij,vel nepotes amittãt bona propter aliquod delictum parentum?*
8 *Et an quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam.*
9 *Et quid si stante hoc statuto filius fuerit in contumaciam condemnatus?*
10 *Et an valeat statutum,quod villa teneatur pro delictis commissis in suo territorio?*

1 DEbet etiam iudex animaduertere, ne aliquẽ puniat pro delicto alterius:nam regulariter vnus pro alio puniri non debet.

2 Hinc infertur,quòd dominus non tenetur a pro delictis famulorum suorũ,secũdum Bartol. in l. ne quid,n.1.ff.de incen.rui.naufragio. Et est commu. opin.vt dicit Curt.Iun.in l. 1. post numer. 13. C.de ser.fugi. Non enim debet culpa seruorũ, vel quomodocũq; subditorum esse nociua dominis suis. Et est commun.opin.vt dicit Cur.Iun.in d. l.1.n.13. Hoc tamen intellige vt procedat,nisi dominus teneret in domo viros notoriè scelestos:nã eo casu vtique teneretur pro eorũ delictis:Et ita sentit tota iuris schola,vt dicit Placa lib.1.delictorũ, c.14.n. 1.in fi.& n.3.dicit,ꝙ hæc est recepta omniũ sentẽtia,& ideo quando dominus molestatur pro delicto cõmisso à famulis suis,bonũ est, ꝙ probet ipsos fuisse reputatos communi opi.pro hominibus bonæ vocis,conditionis,& famæ:nã hoc ipsum valde excusaret.Scias etiã,ꝙ quidquid facit famulus occasione domini,eoq; sciente,censetur fecisse de eius voluntate,Et est cõmunis opin.vt dicit Curt. Sen.cons.41.nu.10.secundum quam videtur consuluisse in facti contingentia Grammat.cons. crim.8. Cæterũ de his delictis,quæ famulus facit domino inscio,vel prohibere non valente dominus non tenetur.Et est communis op.vt dicit Cagnola in l. culpa caret,post n.13.ff.de reg.iur.

3 Secundo infertur, ꝙ neq; etiam pater b tenetur pro filio.Et ideo si filius fuerit condemnatus pro aliquo delicto,eo tenebitur pater soluere huiusmodi condemnationem,neq; etiã ex legitima debita ipsi filio post mortem patris.Ita tenuit Cul. in l.si qua pœna,ff.de his qui sunt sui vel alie.quẽ sequũtur communiter DD.vt dicit Laur. Palat. de stat. exclu.fœ.in 1.par,principali,post nu. 15.Ita etiam cõiter teneri attestatur Imol.in c.Raynutius,n.42. de testa.Hanc etiã opi. dicit esse cõem Viuius,qui alios refert in libro cõmunium opin.fol.208.vers. statutũ disponẽs,in 1.limit. Quinimò pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduẽticio ipsiusmet filij,neq; etiam in eius proprietate,licet sit tota filij.Ita tenuit Bart.in l.si finita.§.si de vecti galibus,nu.12.& seq.ff.de damno inf. quem sequuntur communiter Doctores,vt attestatur Maranta in suo Specu.fol.181.nu.35.Vide quæ dixi suprà q. 78.vers.Sed quid in aduenticiis.

4 Scias tamen,ꝙ quidquid facit filius occasione patris,& eo sciente,præsumitur factum de eius volũtate.Et est communis opi. vt dicit Curt. Sen. in d. cons.41.nu.7.vbi in facti contingentia consuluit,patrem teneri pœna extraordinaria de homicidio commisso per filium eo præsente,& non prohibente.Vide quę dixi infrà quę.proxima,vers.Dictũ est.

5 Et hæc quidem omnia de plano procedunt secũdum dispositionem iuris communis. sed quæro, nunquid valet statutum, quòd vnus pro alio teneatur?Resp.quòd valet statutum ex causa,ꝙ vnus puniatur pro alio,modo non corporaliter. Et est cõmunis opin.vt dicit Anan.in c.2.de delict.puerorum,Feli.in c.cognoscentes.nu.2.de consti. Berous in d.c.cognoscentes.nu.18.Didac.lib. 2. resolut.c.8. n.7.Et dicit Alber.in 1.parte statutorum,q. 47.nu. 8.ꝙ quidquid sit de iure communi, talia statuta fiunt,& seruantur,& tolerabilia sunt, maximè vbi solummodo imponunt pœnã pecuniariam.Quinimò potest etiam pœna infamiæ aliquis pro alterius culpa puniri,vt est exemplum in l.quisquis,C. ad l.Iul.maiesta.& est communis opi.vt attestatur Didac.in d.c. 8. post nu. 7.Quod certè durissimũ est:nã apud bonos viros honor,& vita æquiparantur.Potest tamen tolerari in crimine læsæ Maiestatis propter eius immanitatem, iuxta ea quæ dixi suprà hoc eo.li.§.Læsæ Maiestatis.

6 Et ex hac conclusione infertur, quòd valet statutum,disponens quod dominus teneatur pro familia delinquente,& ita communiter tenetur, vt dicit Albe.in 1. parte statutorum,q.50.Intellige quò ad pœnam pecuniariam, non autem quò ad corporalem,vt statim dixi.

7 Infertur etiam,quòd potest lex humana propter publicam vtilitatem, & ex causa,statuere, quòd propter parentũ culpam,filij, vel nepotes, pœna amissionis bonorum, vel alia simili afficiãtur.Et est communis opi. vt ait Didac. in d.c.8.post nu.1. vers.4.poterit.

8 Valebit igitur proculdubio statutum,disponens, quòd pater teneatur soluere condemnationẽ pro filio

ADDITIONES.

a Non tenetur. Fallit si ex facto serui dominus cõmodum sentit: vt est communis sententia, secundum Menoch.cons.53.nu.15.

b Neque pater.Etiamsi filius fuerit per contumaciam condẽnatus pater non tenetur soluere vsque ad legitimã,ex statuto,vt per Moron.tract. de fide,treug.& pac.q.83.nu. 1. limita tamen vt ibi per eum.nu.4.& seq.

filio vsq; ad legitimam.Et est communis opi. vt attestatur Alex.in l.lex Cornelia, n.8.ff.de vulg.Vbi etiam subdit,quòd ita seruatur in practica, quem refert Iaf.in auth.nouissima,nu.8.C. de inof. testa. Socin.in l.cum filiusfamil.n.8.de verb. oblig. Gomes in §.actiones,num. 24.Iustit.de actionibus,Didacus in loco prælegato,Marsil. singul.362.statutum volens,& sing.481.communis opi.quem refert Viuius in libro communium opi. versic. statutum disponens.

9 Sed quæro,nunquid hoc statutum habebit locũ cõtra patrem,etiam si filius super ipso delicto seu amputatione se nõ defenderit, sed fuerit in cõtumaciã condemnatus,virtute alterius statuti,disponentis,quòd contumax habeatur pro cõfesso,& cõuicto?Respõ.ꝙ non,sed tantummodo tenetur,quãdo filius est per veras probationes conuictus. Ita dicit Bart.in d.l.cum filiusfa.nu.4.cum quo transeunt cõiter Doctores,vt dicit Iaf.in ea.l. cũ filiusfa.nu.18.Nam vbicunq; ex statuto pater obligatur pro delicto filij,vel filius ex delicto patris: ita demũ vnus pro alio tenetur,si verè cõstat de delicto, secundum Bart.ibi,qui in hoc cõiter approbatur, vt ait Socin.cons.57.post nu.10.li.3.Hoc tamẽ intelige vt procedat,quando verba statuti ita sunt cõcepta,vt appareat statuentes voluisse patrẽ ex ipso delicto filij teneri, puta,quia dicat,qđ vbicũq; filius aliquod delictũ cõmiserit,pater teneatur ad soluendũ,&c.nam eo casu vtique opus est,vt de ipso delicto verè appareat,sed vbi statutum non delictũ,sed condemnationem tantummodo respiceret,puta,quia,diceret quod pater teneretur soluere quãcunque condemnationem factam contra filium, eo casu secuta condemnatione, siue contra filium præsentem,siue in eius contumaciam, potest pater cogi ad illam soluendam. Ita distinguit Bar.in d.l.cũ filiusfa.n.3.Et hãc distinctionẽ dicit esse cõmunẽ Fel.in c.cũ Bertoldus,num. 2.de re iudi. quem refert Boss.in tit.de carce. fideiuss. relax.nu. 58.Cæterum si filius compareat, & eius confessione,vel aliis probationibus constet de maleficio, tunc vtique pater tenebitur virtute huius statuti, etiam si in eo iudicio citatus non fuerit.Et est cõmunis opi.vt dicit Alex.in d.l.cũ filiusfam.in prin. nu.6.in fi.quẽ refert Iaf.ibi post numerum 14.versiculo,prima conclusio.

10 Ex hac etiam conclusione infertur, valere statutum,quòd villa teneatur pro maleficio commisso in eius territorio,de quo dixi suprà q.82.statuto 1.

QVÆTIO LXXXVII.

1 *Sciens delictum committendum,& non reuelans, an sit puniendus?*
2 *Et quid in crimine læsæ Maiestatis?*
3 *Et an quis puniri debeat,ex eo quòd potuit prohibere delictum,& non prohibuit?*
Et quid de iure canonico? ibid.
Et quid in foro conscientiæ?ibid.
4 *Et quid si talis sciens delicto consensit.*
5 *Ratificans delictum commissum,an sit puniendus?*
Et quæ requirantur ad hoc,vt ex ratificatione quis puniri possit? ibid.

1 PRæcipuè verò debet iudex aduertere in sententia condemnationis ferenda, non modo quis sit titulus delicti commissi,sed etiã quæ sit illa qualitas,de qua delinquentes imputantur:sæpissimè enim contingit,ꝙ in eodem crimine multi interueniunt,qui tamen omnes diuersis pœnis sunt puniendi.Potest autem quis imputari,aut quòd delictum ipsum propriis manibus commiserit,aut quòd sciens,ac particeps fuerit,aut quòd de delicto faciendo tractauerit,aut consilium seu mandatum dederit, aut auxilium præstiterit, aut maleficio astiterit,aut illud postea ratum habuerit. Aliter etiam punitur delinquens,qui maleficium tantummodo attentauit,aliter maleficio iam consumato:de quibus omnibus quia super eis quotidie in practica disputari cõtingit, breuiter videamus. Et in primis quæro,nunquid ex sola scientia delicti committendi quis puniatur? Respõ.quòd regulariter sola scientia nõ est punibilis,& in hoc nõ est difficultas,præsertim in eo,qui nõ habet facultatẽ prohibendi. Et ita tenent Doctor. vbique vt attestatur Carauita super 4.ritu magnæ curiæ,num.2. Communis enim est Doctorum sententia,ꝙ non tenetur quis obuiare delicto etiam clamando,vel reuelando,vt dixi infrà versiculo,Dictum est.

2 Punctus est tantum in crimine Læsæ Maiest. nam Bar.in l.vtrũ.ff.de parricid.tenuit,quòd sciens tractatum proditionis contra principem, vel contra patriam, & illum non reuelans,debet puniri pœnã mortis.Et ita tenere cõmuni consensu Doct.at testatur Placa li.delictorũ,c.22.n.17.Hanc etiã opi. cõem appellat Menchiaca:controuers. illus. c. 16. post nu.1.Et hanc opi.in pract. obseruari affirmat Ang.de malef.in verbo,*Et hai tradito la tua patria*,n. 10.& in §.publicè,circa fi.vers.& singulariter,Instit. de publ.iud.quẽ refert Mars.sing:164. nemo debet & Capic.decis.130.n.65.& decis.55.n.18. & Soc.Iunior.cons.105.nu.43.lib.3.& Carauita super.d.ritu 4.post n.4.& Taeg.in pract. cri.c. 5. nu. 9. Idẽ dicit Fel.in c.1.post n.4.de offic.deleg.quem refert Cotta in verbo,Scientia sola.Et secundum hanc opi.se iudicasse in facti contingentia refert Aug. ad Ang. de malef. in loco prællega. & fecisse decapitari quendam potentem dominũ,qui suo principi tractatũ contra eũ committendũ non reuelauit. Ita etiam seruatum fuisse Mediolani attestatur Boss.in tit.de crim.Læsæ Maiest.n.6.& seq.Multi tamen tenuerunt contra Barto.scilicet quòd imò sciens talem tractatum,& non reuelans,non sit puniendus pœna mortis. Et hanc opi.dicit esse communem Cagnol.in d.l.culpa caret,n.21.Alcia.in l.facere.ff. de verb.sign.& in l.bona fides.nu.20.ff. depos.& in l.4.§.Cato,nu.30.ff.de verbo.obl.quem refert Gigas de crim.Læsæ Maiest.fol.180.nume.10.Roland. cons.88.nu.10.li.2.Quinimò Carer. in pract.cri.fol. 253.nu.20.dicit,quòd cæteri omnes sequũtur opi. contra Bart.Et exclamat Bal. in quodam cons.ꝙ anima Bar.propter illud dictum cruciatur in inferno,& deplorat memoriã domini Donati de Barbadotis,qui propter solam scientiam fuit decapitatus.Et illum refert Igneus in l. fideicommissum n. 34.& post nu.47.ff.ad Sylle.& Placa li. 1. delictorũ, c.28.n.30.& Restaurus de Imperatore,q.118.nu.6.& Roland.consil.68.nu.35.libr. 2. Breuiter licet opin. Bartol.prima facie videatur ex vna parte multum rigorosa,tamen ex alia habet in se magnam æquitatem.Quomodo enim poterit princeps de subditis suis confidere,nisi pro certo teneat, ꝙ cùm sciuerint aliquem contra eius vitam,aut statum moliri,id statim ipsi sint notificaturi.Certè nemo negabit,quòd si famuli scirent aliquos decreuisse de nocte ingredi domum,& dominum suum trucidare,idq; ei nõ notificarent,dicerentur rei eius mortis,argumen.text.in l.1.§.occisorum, ibi, quid ergo

Universidad de Navarra Biblioteca

go,si dominus.ff.ad Sylle. Cur ergo non idem dicendum est etiam in subdito versus principem,tãto magis cũ in hoc ẽt versetur publica vtilitas: nã ex vita,& salute principis,& eius statu quiete dependet salus,& quies populorum ei subditorum. Teneo ergo cum Bart.in duobus casibus prædictis,scilicet in tractatu, qui fiat contra personam principis,vel contra eius statum:in aliis autem casibus,etiam si sint comprehẽsi in capite Læsæ Maiestatis non putarem esse puniendum pœna' mortis subditum non reuelantem,sed alia pœna extraordinem arbitrio ipsius principis. Consulo etiam principibus,vt in huiusmodi casibus,potius humanitate,quàm seueritate vtantur,& ex quacunque iusta, vel probabili causa illos excusent à pœna mortis.

3 Dictum est,quòd ex sola scientia delicti quis nõ punitur,Quæro nunc,an ille,qui potuit prohibere, ne delictum cõmitteretur,& non prohibuit,sit puniendus? Resp.quòd de iure ciuili nemo tenetur obuiare delicto,nec malefactorem indicare.Et est communis opinio,vt dicit Gratus consil.1.post n. 47.lib.1.Carer.in prac.crim.folio 252.numer. 19.& fol.379.nu.63.prout illum refert Placa lib.1.delictorum,c.28.numero 29.Bolenc.in repe.l.capitalium, §.famosos.numer.92.ff.de pœnis.Didacus sub regula,peccatum.folio 109.in fin.Pract. Iodoc. c.80. nu.6.Berous in c.1.nu. 48. de offi. deleg. Nouel.in tract.ad defensam,fol.105.nume.99.& seq. Et ideo dicimus,q̃ non tenetur quis alium insultatum defendere,neque prohibere quin offendatur, etiam quòd licitè id facere posset. Ita dicit glos. in d.l. culpa caret,in glo.1.ff.de reg.iuris.quam dicit passim esse ab omnibus receptam Placa lib.1.delictorum.c.22.post n.17.Hanc etiam dicit esse communem opi.Claud.in repet.l.vt vim,nu.168.ff. de iust. & iure.Bertrand.consil.297.nume.8.lib.8.Et quòd

a quis non teneatur,a obuiare delicto, neq; aliũ,etiã si possit,defendere, etiam clamando vel reuelando,dicit esse cõmunem opi.Dec.in d.l.culpa caret, nu.4.& seq.Cagnol.in ea.l.culpa caret,nu.10.De iure autem canonico,gl.in d.l. culpa caret,tenuit, q̃ quis tenetur obuiare delicto. Et hanc dicit esse cõmunem sententiam canonistarum Placa in d. c.18. post nu.31.Sed certè Dec.in c.1.n.8.de offic. deleg. dicit quòd in contrarium est communis opi. modernorum,quem refert Berous in d.c. 1. post n.75. & Pract.Cõradi,fo.333.nu.1.Et hanc opin.q̃ etiam de iure canonico nemo teneatur obuiare delicto, dicit tenere cõmuniter Doctores,Ias.in d.l.vt vim, n.31.quem refert Aposti. ad Dec.in d.l.culpa caret, sub n.12.& Viuius in li.communium opi. in verbo, Defendere offensum.Dicit tamen Cagn. in loco prælleg,quòd quando aliquis commodè,& sine suo periculo potest prohibere,& non prohibet,tenetur,& quòd hæc concluſio videtur per Doct.cõmuniter isto casu approbata, secundum quam in facti contingentia consuluit Curt.Sen.cons.41.contra patrem,præsentẽ homicidio patrato per filiũ, qui potuit prohibere,& non prohibuit,de quo mẽtionem feci suprà q. prox.vers. Secundo infertur. Quod tamen ego non credo verum, imò Doctores expressè dicunt totum cõtrariũ: propterea nõ puto recedendum esse à communi opinione,quod scilicet nũquam quis puniatur ex eo,quod delictũ nõ prohibuerit,etiam si prohibere potuerit, excepto tamen casu læsæ Maiest. de quo suprà dictum est versic.Punctus est. Cæterum in Gallia seruatur, q̃ si in conspectu multorum,qui rixantes prohibere potuerunt,ne se offenderent,homicidium commissum fuerit,teneãtur omnes obtinere à principe literas,quas vocant innocentiæ,aliàs præsumuntur esse in culpa.Et hoc ita ordinatum esse in communi totius Galliæ praxi attestatur Igneus in l.1.§.serui appellatione,nu.136. ff. ad Sylle.quæ pract.mihi non displicet,& vbi viget,seruanda est. Sed præsupposita pro vera contraria opi.q̃ scilicet quis teneatur prohibere,& defendere,&c.nunquid si quis nõ fecerit,tenebitur in foro conscientiæ ad emendationem damni? Resp.quòd non,& hæc est communis theologorum resolutio, vt dicit Ioan. Medina de restitu.& idem attestatur Didacus in dict.regula,peccatum.folio 111.in principio.

4 Hæc autem omnia,quæ de scientia,& de eo,qui prohibere potuit,neq; prohibuit,dicta sunt,intelligẽ vt ꝓcedãt,quando sciens delictum committendum,illi non consensit:sed quid si ille consentiat? Resp.Aut est tantummodo simplex consensus, & non punitur: Aut verò quis cõsentit delicto per viã auctoritatis,& defensionis, & tũc plus puniri debet,quàm ipse delinquens. Ita dicit gl.in clem.1.in verbo,Defensionis.de pœnis,& est communis conclusio,vt ait Bolenc. in repet.l.capitalium,§.famosos,n.114.ff.de pœnis.Et potest poni exemplum in prælato qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diœcesi falsa dogmata prædicantem,Item in domino ciuitatis, aut villæ,qui nõ persequatur latrones spoliantes,& occidentes eos,qui transeunt persuũ territoriũ. Quod tamen intellige, vt procedat in similibus grauioribus delictis:cæterum in aliis minoribus criminibus,non maiori,sed tantum pari pœna punitur.Et ita intelligũt communiter omnes,vt dicit Pract.Conradi,fol.332.nu. 8.Illud autẽ, quod dici solet,q̃ agẽtes,& consentientes sunt pari pœna puniendi, intelligendũ est, quando consensum,& auxilium præstiterunt ex proposito ad committendum maleficium.Et ita dicunt omnes, vt attestatur Mantua cons.251.nu.24.libro 1.

5 Quæro,nunquid ex eo solo, quòd quis delictum iam cõmissum ratificauerit,debeat puniri? Respõ. Aliqui dicunt simpliciter,q̃ sic,& hanc opin. attestatur esse cõmunẽ Bal.in l. obseruare. §. proficisci, num.9.ff. de offi.proconsl.licet ipse validis rationibus videatur in contrariã sententiam inclinare.Et illũ refert Aug.ad Ang.de malef. in verb. Et Sempronium,num.36.Tu verò distinguendo dic, quòd quædam sunt delicta,quæ solent committi principaliter propter libidinem ipsius delinquentis, vt est adulterium, stuprum,& huiusmodi. Et in talibus delictis nõ habet locũ ratihabitio, & in specie in

ADDITIO.

a Non teneatur. Addè Io.Igneum. in l. j. §.seruí. nu.131.& seq.ff.ad Syllan.Apostillat.ad Dec.in c. j.de offi.deleg.Alber.in l.metũ.§.sed licet. ff.qđ met.cauſ.Fel.in d.c.j.vers.cõclude ergo.Et Abb. ibi,vers.aduerte Ias.in l.vt vim.ff.de iustit.& iur. Ang.Aret.in §.iuris præcepta.Instit.de iustit.& iur.Sunt tamẽ casus traditi per Bart.& alios in d.l.vt vim,in quibus quis tenetur obuiare delicto.Vtcunque tamẽ quis defenderet extraneũ & eum defendendo occideret alium,non veniret puniendus secundum Ias. in l. vt vim. vers. sed pulchrum dubium. vbi dicit hanc esse communem opin.

in adulterio,quòd nõ possit ratum haberi, tenuit gl.in l.1.§.dejecisse,in verbo,Mandato.ff.de vi,& vi armata. Et ita communi consensu receptum esse ait Placa lib.1.delictorum,c.18.post nu.1.Quædã autem sunt delicta,quæ principaliter committi solent ad offensam,& iniuriam alterius,vt est homicidiũ,& talia delicta possunt rata haberi per aliũ. Et hæc sententia est frequẽtius à Doctoribus recepta,vt dicit Placa in loco prælleg.num.2.in fi.Sed certè si appareret adulterium cõmissum fuisse non propter libidinem adulterantis,sed propter iniuriam mariti ad alterius instantiã, vtiq; dici posset gestũ nomine illius,& consequenter posset ratum haberi.Scias aũt, quòd ad hoc,vt ratificatio delicti obliget ad pœnã,duo requirũtur.Primũ, q̃ delictũ fuerit commissum nomine meo. Secũdum, q̃ ego sciens illud commissum fuisse meo nomine,illud tãquam meo nomine factum ratificem. Ita dicit gl.in d.§.dejecisse,in verbo,Ratum habuero,& est communis sententia,vt attestatur Aret. consil. 165.post nu.3.ver. Circa primum.Et q̃ requiratur delictũ fuisse nomine meo cõmissum, tenuit gl.in clem.1.in prin.in verbo,Rata.de pœn.quam sequũtur communiter Doctores, vt dicit collegiũ Floren.inter consilia Curt.Sen.cons.21.post nu.6.Benè verum est,quòd in dubio ex eo,quòd quis ratum habet aliquod delictum,censetur illud ratum habere,vt nomine suo gestũ.Et ita dicũt Doctores vt ait Salyc.in l.nõ ideo minus post n.31.C.de accusat.Et sic opus est,q̃ ratum habens probet, quòd non fuerit gestum nomine suo,quod nota.

QVÆSTIO LXXXVIII.

1 *Consilium dans alicui vt delinquat,qua poena sit puniendus?*

2 *Exhortans aliquem ad delinquendum qua poena puniri debeat?*

1 QVæro, nunquid ille, qui consilium dedit alicui,vt delinqueret,debeat puniri eadem pœna,qua ipse principalis delinquẽs? Resp. Aut ille, cui cõsiliũ dedit,nõ erat aliàs delictũ ipsum commissurus,& tunc consulens pari pœna cum delinquente punitur? Aut verò ille nihilominus erat patratu

a rus,delictum,& eo casu consulens non est pari pœna cum delinquente puniendus, sed mitiori.a Et hæc est communis opi.vt dicũt scribentes in c.1.de offic.deleg.& in specie Imola.nu.9.& Felin. nu.8.& Dec.nu.9.prout illum refert Hipp. Rim.inter consilia criminalia diuersorum,cons.105.nu. 43. libr.1. Berbet. in Viatorio Iuris, in rub.de homicid.col. 6.vers.Supereſt videre,Felin.in c.sicut dignum,nu. 7.de homic.Dec.in l.consilij,nu.4.ff.de reg:iur.quẽ refert pract. Cõradi fol. 332. post nu. 1.Cagnol.in d.l.consilij,nu.6.Carer.in pract.crim.fol.343. n.163. Berous in d.ca.1.nu.85.vbi dicit, quòd hæc est communis opi.Legist.& Canonist. Didac. in repet.clẽ. si furiosus,fo.291.col.2.in fi.& in repe.c.peccatum. fol.291.Bolen.in repet.l.capitalium. §.famosos,nu. 94.&seq.ff.de pœn.Duennas reg.149.Placa lib.1. delict.ca.17.nu.1.& 7.& in fi.Boer.decis.262.post n. 2.Bossiu titu.de mand.ad homid.num. 59. Taeg.in pract.crim.c.11.nu.7.

2 Hoc autem,quod dictum est in consulente, locũ habet etiam in exhortante:nam exhortans aliquẽ vt cõmittat delictum,tenetur & ipse, si ille aliàs non fuisset commissurus:si verò fuisset aliàs commissurus,nõ tenetur.Et ita tenent cõmuniter DD. vt dicit Alberic.in l. ob hæc verba,in fin.ff.de his, qui no.infa.Senatus tamẽ solet huiusmodi exhortatores,seu persuasores delictorũ prius torquere super mãdato,& vbi negẽt mandatũ dedisse, illos punire extraordinem.Et ita seruatum fuit in quadam Ambrosina Monina,quæ persuaserat adultero,vt virum suum interficeret,nam prius torta super mandato,cum nihil falsa fuisset,iussa fuit fustigari,30.Ian.1548.P.N.

ADDITIO.

Mitiori.Addè Roch.Cur.in repet.c.fi.de cõsue. vers.contra tamen. vbi dicit hoc singulare pro amico liberando à pœna mortis.Ex quo infertur quòd iudex non poterit arbitrium suũ extendere vsque ad mortem, & sic limitatur gl.in §.in summa.Instit.de iniur.

QVÆSTIO LXXXIX.

1 *Mandans fieri delictum, an puniatur eadem pœna qua principalis delinquens?*

2 *Statutum puniens committentem delictum,an habeat locum in eo,qui mandauit illud committi?*

3 *Mandans committi homicidium,tenetur de homicidio propter mandatum,non autem ex mandato.*

4 *Mandans an debeat puniri in loco dati mandati,vel in loco patrati delicti?*

5 *Mandans vulnerari,si sequatur mors,an teneatur de homicidio?*

6 *Si dominus dicat famulo,Vade,& non reuertaris,donec sentio nouum de tali,&c.an præsumatur mandatum.si famulus illum occiderit?*

7 *Si dominus post acceptam iniuriã loquatur alicui ad aurem,si ille postea iniuriantem interfecerit,an præsumatur mandatum?*

1 SVccessiuè quæro,nunquid mandãs a fieri delictum,debeat puniri eadẽ pœna,qua punitur ille,qui maleficiũ propriis manib. committit? Resp. In hoc articulo magna fuit aliquando controuersia inter scribentes:nam aliqui dixerunt,q̃ aut mãdatarius erat aliàs facturus delictum, & eo casu mandans non tenetur:aut verò nõ erat aliàs facturus,& tenetur.Sed certè hæc distinctio communiter reprobatur,vt dicit Ias.in l.1.post num. 22.C.de ser.fug.nam quando mandatum cadit in delictũ, non est adhibenda distinctio,an mãdatarius esset facturus vel non,vt dicit glos. approbata in l. 1. §. persuadere,in gl. magna, ff.de seruo corrup.& est communis.regula,vt ait Gomes.in §.pœnales.post nu.10.Instit.de actionib.Et ideo Bart. in l. non solum,§.si mandato,nu.19.ff.de iniur.tenuit indistinctè, q̃ mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus est mãdatarius ipse,qui delictũ commisit. Et illa doctrina Bart.est communiter approbata, vt dicit Curt.Iu.cõs.237. nu.5.Cotta in verbo, Mãdans homicidium.Hanc etiam opi.dicit esse cõmunem Gand.de malef.in ti.de transact.& in ti.de pœnis,prout illũ refert Pract.Carer.fol.331.post n.123. ver.

ADDITIO.

a Mandans.Statutũ disponens per verba in rem cõcepta,puta pro homicidio, vel pro furto sit pœna mortis:tunc ẽt mãdans tenebitur ea pœna:sed si in personam loqueretur,puta si homicidiũ cõmiserit,tunc mãdans propriè nõ videtur feciſſe homicidiũ:& sic nõ punietur pœna ordinaria qua punietur mandatarius, sed alia mitiore.Bart.in l.aut qui aliter.§.fi.n.3. ff.quod vi aut clam. Dec.in l.is damnum dat.n.3.& seq. ff.de regul.iur.

ver.sequitur etiam,& quinto, Ias. in l.si quis mihi bona,§.sed quid si mandauit,n.16.ff.de acquir. hæred.& in d.l.i.n.22.C.de ser.fug.quem refert Pract. Carer.fol.310.nu.75.& Dida.in repet.clem.si furiosus,fol.291.verficul.hæc vero distinctio.& Practica Conradi,fol.326.num.11.Et hæc opin.tenenda est tanquam verior,& magis communis,quàm etiam vidi seruari in quodam Augustino Marentino,qui mãdauerat filio suo,vt vxorem suam interficeret, prout ille interfecit,& fuit patri mandanti caput amputatum,3.Aprilis,1558.P.N.

2 Sed quæro,nunquid statutum puniẽs facientem delictum,habeat locum etiam in mãdante fieri illud delictũ?Resp.Aut statutũ loquitur in personam, puta,si quis occiderit,si quis vulneraverit, &c.& non comprehendit mandantem. Aut verò loquitur in rem,scilicet in ipsum maleficium,puta, pro homicidio sit pœna mortis, & hoc casu vtique comprehendit mandãtem.Et hæc est doctrina Bartoli in l.sed & si vnius,§.seruus,num. 2.& seq. ff. de iniur.& in l.aut qui aliter.§.fin.numero tertio, ff. quod vi aut clam,quam dicit esse communiter approbatam Decius in l.si quis id quod,nume 38. & sequent ff.de iurisdict.omnium iud.Cur.Iun.in l. 2.§.si procurator,num. 4. ff. quod quisq; iur.Hanc etiam opi.dicit esse cõmunem Alex.in l.1.in principio nu.23.ff.de verb.oblig.quem refert Aug. ad Angelum de maleficiis in verbo, Sempronũ,post numerum 33.& Bologn.consilio 34.column.4.versi.quod autem constitutio. & Boss. in tiru. de pœnis,nu.14.Ias.in d.l.si quis id quod,nu. 36.in fi.& in l.si is qui pro emptore,n.361.ff.de vsuca. Pract.Carer.fol.302.num.59.Placa in lib.1.delictorũ, c.1.n.8. & c.15.num.22.Villalpand.in repet.l.22.c.99.nu.6. Taeg.in pract.crim.c.10.nu.20.Mandans enim non dicitur propriè facere,sed interpretatiuè, secundũ Barto.in locis prælegatis,cum quo est communis opi.fere omnium scribentium, vt dicit Vinc. Paleot.inter consilia Alex.consi.65.num.11.li.4.Bene verum est, quòd ex antiquis multi tenuerunt contrarium,scilicet quòd etiam si statutum loquatur in personam,puta,quicunq; fecerit homicidiũ, &c.comprehendat nihilominus ipsum mandantẽ. Et hanc opi.esse magis communem dixit Gand.in tit.de transact.in fi.vbi etiam subdit, quòd ita cõmuniter obseruatur,quem refert Albe. in 3. parte statutorum,q.44.nu.15.Ita etiam seruare iudices, & assessores attestatur Pract.Carer.fol.305.n.62.Vide quæ dixi sup.q.58.ver.Vnum autem volo.Et certè si statuta receperunt talem interpretationem à consuetudine,minimè sunt mutanda,&c.Sed circũ scripta consuetudine,opini.Bart. proculdubio est magis communis,vt ex prædictis apparet.Et ideo non esset ab ea in iudicando, aut consulendo recedendum.

3 Scias autem,quòd mandans homicidiũ commiti,tenetur de homicidio propter mandatũ,non autem ex mandato.Ita dicit Bar.in d.l.non solum,§. si mandato,post nu.9.& est communis opi. vt dicit Marian.in c.proposuisti,post nu.22.vers.Nono quæro,de foro compe.Boss.in tit.de foro compet.nu. 109.Vtilitas autem huius conclusionis potest esse maxima,quia cũ teneatur de homicidio propter mandatum,sufficit quòd in inquisitione vel accusatione ponatur locus,& tempus secuti homicidij, absq; eo quòd ponatur locus,& tẽpus dati mãdati. Item poterit puniri in loco homicidij, vt infrà statim dixi.In hoc autem proposito videndum est elegans consilium Nattæ 422.vbi consuluit, quòd licet ignoretur nomen mandatarij, potest procedi contra mandantem.quod nota.

4 Quæro,in quo loco mãdans debeat puniri, an in loco mandati, an autem in loco commissi delicti? Dixi in d.q.38.vers.Quæro etiam.

5 Pone,aliquis mandauit Titio,vt vulneraret Sciũ, & Titius illũ occidit, nunqnid mandans erit puniendus pœna homicidij?Resp.Aliqui dicũt, quòd non.Et hanc opi.dicit esse communem Deci. cons. 482.nu.16.& cons.622.circa fin.secundum quam refert etiam consuluisse Ant. de Rosellis, Franc. de Capitib.listæ,& Ang.de Cast.inter consi.crimi.Cæpol.cons.35,36.37.38.Sed certè hæc opin.mihi nunquam placuit.nam (vt dici solet) vulnera non dãtur ad mensuram:propterea ego dicerem,q; si fuit mãdatum ad percutiendum alapa vel baculo,tũc si mandatarius occidat, non tenetur mandans de homicidio,quia facilè poterat ille percutere,& nõ occidere.Et ideo puniendus est mandãs tantũmodo pœna extraordinaria.Et hanc esse cõem opi.attestatur Placa li.1.delict.c.15.n.1. secundum quã cõsuluit Gram.cons.crim.20.Idem etiam dicerem,si fuit mãdatum ad sfrisandum,prout in casu in quo consuluit Deci.in cons.622.Apparet enim,q; iussit fieri actum, ex quo de sui natura non solet sequi mors, maximè cum sfrisatio fiat in facie cæsim, quo quidem modo nunquã solet quis ad mortem vulnerari.Idemque si mandasset famulo, vt daret alicui vno gnoccum,vt in casu Ias.cõs.188. li.2.Sed si mandatum fuit ad vulnerãdum,tunc ego dico, q; si ille occidat, ipse tenetur de homicidio, quia nulla ferè est pars corporis præter faciem, in qua vulnera nõ possint esse lethalia,vt experiẽtia quotidie docet.Et hanc opi.dicit esse communẽ Boss. in titu. de mandato ad homicid. nu.10. secundum quam consuluit Cæpolla cons.crim.34.

6 Sed hic incidenter quæro,pone, quòd dominus, qui ab aliquo iniuriã accepit,dicat famulo,Vade, & nõ reuertaris domum donec sentio nouum de tali,nunquid si famulus postea illum occiderit,erit ex eo præsumendum mandatum occidendi ab ipso domino præcessisse?Respõ. q; sic, Ita tenet Bar. in l.si quis mihi bona.§.sed si mandauit, aliàs incipit,pater Seio,n.2.ff.de acquir.hęred.qui in hoc ab omnibus indifferenter approbatur, vt dicit Ias.in d.§.sed si mandauit,nu.12.& seq.& in l. 1. nu.28.& sequẽ.C.de ser.fug.& Marcus decis.423.n.1. & Marc. cons.132.in primis verbis.Hanc etiã dicit esse cõmunem opin.Boss.in tit.de mandato,ad homici.n.50. & refert ibi Bar.q; iste casus contigit Florentiæ,& quod dominus fuit decapitatus.Et illud dictũ Bar. refert Rui.cons.6.nu.1.li.5.vbi tamen cõsuluit in facti contingentia pro patre, qui dixerat filiis suis: *Taci,taci,non state a far cianzema andate,& ammazzate ne due,ò tre di loro*,&c.refert Chass.cons.58.nu.8.vbi tamen dicit,q; illa decis.est nimis rigorosa. Hãc ẽt opi.dicit esse cõem Aug.ad Ang.de malef.in verb. Et Semproniũ,nu.42.quem refert Pract. Conradi, fol.326.in 10.ampliatione,Alex.cons.28.n.5.li.4.quẽ refert Placa lib.1.delicto. c.14.nu.5.qui etiam eo.li. c.15.nu.3.affirmat hanc sententiã frequentiori calculo receptam esse,Pract.Carer.fol.395.nu.37.& sequen.quem refert Didac.in repet.clem. si furiosus, fol.287.post nu.3.de homicid. Duennas regu.307. Et hoc locum habet,siue iniuria facta fuerit principaliter ipsi domino, siue facta fuerit ipsi famulo. Et hęc est communis opin.vt dicit Carer.in loco prælegato,nu.41.Quod tamen intellige secundũ ea,quæ dixi j. statim,vers.Sed quid si dominus.

7 Sed quid si dominus post acceptam iniuriã ab aliquo,loquatur ad aurem famulo,vel consanguineo suo,& paulò post talis famulus,vel consanguineus illum interfecerit,nũquid tenebitur dominus de homicidio,tanquam si mãdatũ præcessisset?Resp. q; secundum aliquos tenetur,ex quo propter brevitatem temporis præsumitur ad id mandatum dedisse.Et ita allegatur tenuisse Bar. in l. si ventri. §.fi.nu.1.ff.de priuil.credi.cuius opin.dicit esse cõmunem Placa in d.c.14.post num. 5.versi. His sanè præmissis.Sed certè ego ex eo solo non punirem dominum pœna homicidij,nisi alia concurrerent, puta,q; dominus solitus esset talia facere, & quòd iniuria esset talis,pro qua verisimiliter debuisset mãdare illum occidi.Et in dubio crederem tutius esse torquere dominum,& etiam punire pœna ex traordinaria,quàm pœna mortis.

QVÆSTIO XC.

1 *Auxiliator an sit puniendus eadem pœna,qua principalis delinquens.*

2 *Et quid si delictum fuit animo deliberato patratum? Et an præstans auxilium post maleficium, dicatur pro priè auxiliator?ibid.*

3 *Et an in inquisitione expresè sit facienda mentio de auxilio,ad hoc, vt contra auxiliantes sequi possit condemnatio?*

4 *Et quando sunt plures duobus,an sufficiat dicere, quòd alter alteri auxilium præstiterit?*

5 *Et an requiratur quòd in specie dicatur,quòd auxilium præstiterint assistendo?*

6 *Et an priusquã procedi possit de auxilio, necesse sit quòd constet de principali?*

7 *Et an si delinquens aliàs fuisset delictum commissurus, debeat auxiliator mitiùs puniri?*

8 *Assistens maleficio an dicatur præstare auxilium?*

9 *Receptator qua pœna puniatur?*

1 QVæro,nunquid præstans auxilium delinquenti,puniatur eadem pœna?Hæc est ardua quæstio,in qua Doctor.variè locuti sunt,Bar.enim in l. is qui opem,nu.5.ff.de furtis,videtur tenere, quòd indistinctè auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinquens.Et hanc opi. dicit esse cõmunem Corn.cons.8.in fine litera A.lib. 3. quem refert Dec.in c.1.nu.11.de offi.deleg. relatus per Crauettam cons.220.post nu.12.vers.sed arguitur, Socin. cons.188.post nu.7.vers.si diceremus,lib.9.quem refert Pract.Conradi,fol.330.nume. 4.Bologni.cons. 5.col.fin:versi. Secundò de hoc.Et hoc etiam si manum maleficio nõ apposuerit,prout esse communem opin.attestatur Dec.in loco prælegato.Alij verò dicunt, quòd aut auxiliator dedit immediatam causam delicto,& punitur eadem pœna: Aut verò non fuit immediata causa delicti, & puniendus est mitiori pœna extraordinaria.Et hanc opi. dicit esse communem legistarum & cano.Socin.in d.cons.188.lib.2.prout illum refert Dida. in repet. Clem.si furiosus,fol.281.nu.2.& Placa lib.1.delicto. c.16.n.2.in fi.Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Prac.Carer.fo.272.nu. 69. Quinimò etiam si propter aliquam qualitatem veniret principali delinquenti imponẽda maior pœna quàm auxilianti,adhuc esset auxiliator eadem pœna puniendus,dummodo tempore cõmissi delicti sciuisset illam qualitatem aggravãtem delictum.Et hãc dicit esse communem op.Pract.Conradi, fol.330.

2 Aut verò non præcesit aliquis tractatus vel deliberatio,& tunc placet opinio contraria, quòd si quidẽ auxiliator præbuit causam delicto,puniatur eadẽ pœna.Et in hoc membro omnes Doctor.ita cõcludunt nemine discrepãte,vt dicit Gratus cõs. 52.num.3. lib.2.Si verò non præbuit causam,delicto,puniatur mitiori pœna,quã ipse principalis delinquens,præsertim si præstitit auxilium post cõmissum delictũ,nam reuera propriè loquendo præstans auxilium post commissum delictũ,nõ dicitur verè auxiliator,vt dicit Bar.in l.3.§.si quisquã.ff.ad Sylle,& est communis opi.vt attestatur August.ad Ang.de malef.in verb.Et Andream,nu. 5. Et ideo regulariter non est puniendus ea pœna,qua principalis,sed mitiori.Et hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam dicit Placa libr. 1. delict.c. 16.nu.15.Aut est dubium,nunquid præcesserit tractatus,siue deliberatio,saltem respectu auxiliatoris:& tũc auxiliator est in primis torquẽdus super ipsa deliberatione, aut tractatu, aut scientia delicti.Et ita in facti contingentia cõsuluit Mãtua cõs. 67.li.1.Et vbi nihil fateatur,debet adhuc pro ipso auxilio puniri pęna extraordinaria.Maxima enim est suspicio contra eum,qui præstitit auxiliũ delinquenti,etiam post cõmissum delictũ,q; fuerit particeps,& cõscius ipsius delicti cõmittẽdi. Et ita seruauit senatus in causa cuiusdam Baptistæ Mantuani,qui erat imputatus de assistentia ad vulnera illata animo deliberato:fuit enim bis tortus super scientia,& cũ perstitisset in negativa,fuit absolutus, vlti.Febr.1543.Et ideo miratus sum,q; quidã Hier. Lampugnanus,qui comitatus fuerat post delictũ quosdam,qui homicidium animo deliberato commiserant, non fuerit tortus,sed simpliciter iussus puniri pœna pecuniaria arbitrio prætoris Cremonæ,9.Iulij 1543.Sed fortè apparebat ex processu,q; ignorabat tractatum, & deliberationẽ homicidij committendi. Sed hoc intellige vt procedat, nisi qualitas facti,& personarũ aliud suaderet, puta,si nulla alia esset suspicio contra eum, neq; affinitatis, neque amicitiæ, vel huiusmodi, & auxilium

fuisset valde remotum ab ipso actu maleficij, prout contigit in eo, qui commodauerat baliſtam alteri, cū qua ille deinde aliū interfecit, de quo per Boer. deciſ. 166. nume. 2. vbi refert, quòd fuit liberatus, & ſine impenſa relaxatus. Sed certè ille notarius me iudice non euaſiſſet ſine tortura, cum (vt in themate illius deciſionis præſupponitur) ipſe in ſuo examine negaſſet illam commodaſſe, neque ſuam eſſe ex quo mendacio vtique poterat iuſtè torqueri, iuxta ea quæ dixi ſuprà, q. 21. verſi. Mendacium.

3 In hac autem materia exilij ſcire debes, quod in accuſatione, vel inquiſitione debet expreſsè fieri mentio de auxilio, aliàs non poſſet ſuper eo ſequi condemnatio, etiam ſi de auxilio præſtito conſtaret: quæ tamen opin. mihi non placet: nam in criminalibus, licet iſta qualitas auxilij, aut alia non ſit expreſſa in libello, ſufficit quod iuris præſumptione ex narratis in ipſo libello colligatur, prout communiter concluditur, teſte Soci. conſ. 188. in vltimis verbis, lib. 2. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi ſuprà, q. 66. verſi. Sed quid ſi pro parte.

4 Item aduerte, quòd quando ſunt duo tantum, ſolet dici in inquiſitione, Alter alteri auxilium, & fauorem præſtitit, &c. Sed quando ſunt tres, vel plures, tunc debet dici, Vnus alij, vel aliis auxiliū præſtitit, &c. aliàs inquiſitio non procederet: nam verbum, alter alteri, ſecundum rectum ſermonem, nō conuenit niſi duob. Ita dicit Bald. in l. ancillæ, nu. 3. C. de fur. ſubdens, quòd ita fuit in facti contingentia iudicatum; & bene. Et ita in practica ſeruari atteſtatur Ang. de malef. in verb. Dicto maleficio ſemper aſtitit, nu. 7.

5 Aduerte etiam, quia ſi duo ſimul vulnerarunt aliquem, vel aliud maleficium fecerunt, ad hoc vt poſſint puniri, non ſolum tanquam principales, ſed ēt vt auxiliatores, nō ſufficit, q. in accuſatione, vel inquiſitione dicatur, q. alter alteri auxilium, vel fauorem præſtitit: (nam illa verba intelligerētur, quòd auxilium præſtitit vulnerando, vel percutiendo, & ſic ſolummodo poſſet de vulnere puniri, non autē de auxilio) ſed requiritur, quòd expreſsè dicatur, quòd alter alteri auxilium præſtitit aſsiſtendo, vt alius delictum facilius committeret. Ita dicit Bart. in l. qui ſeruo. §. fi. nu. 2. ff. de furtis, cuius opi. in practica obſeruatur, vt atteſtatur Aug. ad Ang. de malef. in verbo Dicto maleficio ſemper aſtitit, poſt nume. 4.

6 Scias etiam, q. quando proceditur contra aliquē, tanquam q. præſtiterit auxilium delicto, debet primò in proceſſu conſtare principalem deliquiſſe, aliter quàm ex ipſius contumacia: talis enim contumacia non nocet ei, qui eſt de auxilio imputatus. Ita dicit Bart. in l. is qui rem. §. ſi tu Titium, nu. 2. ff. de furt. quem ſequuntur cōmuniter Doct. vt dicit Alex. conſil. 99. poſt nu. 4. verſ. Præterea iſte, lib. 1. Et idem Alex. in Apoſt. ad Bart. in loco prælleg. dicit, quòd omnes eum ſequuntur, & quod ita tenetur, & practicatur. Sed certè in hac prouincia hoc non practicatur, neque tenetur: nam ſecuta condēnatione contra principalē contumacē, & quandoq; etiā ea non ſecuta, ſemper proceditur contra auxiliatores, nulla facta diſtinctione, an aliter quā per contumaciā conſtet principalē delictū ipſum commiſiſſe, & eſt iudicio meo optima practica.

7 Item ſcias, quòd licet in materia auxilij non diſtinguatur, an delinquens aliàs fuiſſet facturus, vel non: nihilominus vbi delinquens aliàs facturus fuiſſet, & auxiliator illi ſimplicem fauorē præſtitit, eſt mitius puniendus. ita dixit Ioan. And. in c. felicis, de pœnit. in 6. propter quam decis. dicit Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, Et Sempronium, nu. 44. quòd euaſit vnum à furca, qui dederat auxilium cuidam furi, &c.

8 Quæro, nunquid ille, qui aſsiſtit armatus vulneranti, vel occidenti, dicatur ei præſtare auxilium? Reſp. quòd ſi non eſt à longè, ſed iuxta homicidā, vel cum eo, vtiq; dicitur ei præſtare auxilium. Et hoc fuit dictum Innoc. in c. continentia, de clerico percuſſore, quod ſequuntur communiter vbiq; Legiſtæ & Canoniſtæ, vt dicit Alex. conſ. 138. nu. 4. li. 6. Et licet aliqui dicant, quòd aſsiſtens maleficio nō debeat puniri, niſi appareat, quòd id fecerit ex propoſito, prout etiam in facti contingentia conſuluit Ioan. de Amicis, conſ. 53. & Riminal. conſ. 13. nihilominus, vbi ex aſsiſtētia delinquēs potuit redi audacior, plerūq; vidi per ſenatū puniri aſsiſtentes, ſaltē aliqua pœna extra ordinaria, prout etiā reperio in facti contingētia ſeruaſſe conſ. Neap. teſte Gramma. voto 21. Et quandoq; etiam vidi illos torqueri, & interrogari, an ſcienter, & tractatè maleficio aſſiterint, vt ſeruatum fuit in Io Ambroſio Caymo, 28. Iun. 1554. B. P. Si tamen appareret, q. aliquis aſtitiſſet animo rixantes inter ſe diuidendi, & ſeparandi, nō eſſet aliquo modo puniendus. Et poteſt poni exemplū in eo, qui accurrit cum bladili ad diuidendā rixam, in qua deindę ſecutū eſt homicidiū, pro quo conſuluit Mantua conſ. 281. lib. 1.

Item quæro, nunquid præſtans auxilium delinquenti poſt maleficium commiſſum, dicatur propriè auxiliator, & puniatur de auxilio? Dixi ſuprà, verſ. Aut verò.

9 Quæro ēt, qua pœna puniatur receptator? Reſp. In furibus, ſeu furtis receptatis dicimus, quòd receptatores tenentur eadē pœna [a], qua ipſimet fures, & videtur tex. in l. eos. C. de furt. & dicit Bal. in ead. l. eos, quòd vidit, quòd vna mulier fuit ſuſpenſa, quæ præſtabat furibus domum, & in ea recepta bat res furatas, & illū refert Auguſt. ad Angel. de malef. in verbo, Et veſtem cœleſtem, poſt nu. 21. & in verbo, Dicto malef. ſemper aſtitit, poſt nu. 23. Pro defenſione tamen eius, qui imputatus ſit receptaſſe res furatas, videri poſſunt ea, quæ in facti contingentia ſcripſit Bald. conſ. 410. li. 2. & conſ. 48. lib. 3. & conſ. 382. num. 8. & ſequen. lib. 5. Rimina. conſ. 80. Rolan. conſ. 45. in primo dubio. lib. 1.

a Eadem pœna. Fallit ſi ſine culpa & coactè facit ſecundum Socin. conſil. 90. nume. 9. vol. 3. Item ſi ſcienter reteptat ſine aliquo lucro vel ſpe lucri non tenetur ſtatuto de furtis ſecundum Crauet. conſ. 18. nu. 22. Marſil. conſ. 53. nu. 30. vol. 1. Itē fallit in recipiente & nō abſcōdente: recipere enim dicitur quando furem vel rē furatam abſcondit Bartol. in l. 1. ff. de ſeruo. corrupt.

ADDITIO.

QVÆSTIO XCI.

1 *Cogitatio an ſit aliquo caſu punibilis?*
2 *Tractatus de delicto committendo an ſit puniendus?*

1 QVæro, nunquid ex ſola cogitatione aliquis puniatur? Reſpon. regulariter, quòd non, vt eſt tex. in l. cogitationis. ff. de pœnis, & eſt communis opin. vt dicit Bolen. in repet. l. capitalium. §. famoſos, nu. 79. & ſeq. ff. de pœnis. Et hæc quidem cōcluſio de iure ciuili nullam habet difficultatem, nā ex ſola cogitatione quis non punitur, neq; etiā in

in crim. læſæ maieſt. niſi ad aliquem actū exteriorē proceſſum fuerit, vt voluit gloſ. in l. quiſquis, in verbo, Eadem enim. C. ad leg. Iul. maieſt. quam omnes ſcribentes ſequuntur, vt dicit Foller. in pract. crim. fol. 396. num. 70. De iure tamen canonico ſecus eſt: nam in aliquibus caſibus etiam ex ſola cogitatione quis punitur. Et poteſt poni exemplum in hæreſi, nam cum illud delictum ſola mentis cogitatione perficiatur, ſolent inquiſitores punire etiam hæreticū in mēte, vt dicit Bal. in l. ſi quis nō dicam rapere, poſt nu. 1. verſ. & cleri. venio ad oppoſitionem C. de epiſc. & cler.

2 Sed pone, quòd quis non ſteterit in meris terminis cogitationis, ſed vlterius etiam proceſſerit ad tractatum cū aliquo de ipſo maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide quæ dixi ſuprà q. 38. verſ. Vidi aliquando.

QVÆSTIO XCII.

1 *Affectus, conatus, vel attentatum an puniri debeat, perin de ac ſi ſecutus eſſet effectus?*
2 *Et quid in atrociſſimis?*
3 *Et quid ſi non fuerit deuentum ad actum proximum?*

1 QVæro, nunquid conatus, ſiue attentatum ad delictum committendum, debeat puniri, etiā ſi non ſit ſecutus effectus? Reſp. q. de iure communi punitur affectus, & conatus ad delinquendum, etiam ſi non ſequatur delictum. Et eſt communis opin. vt dicit Ioan. de Lignano conſ. 20. nu. 15. inter conſil. crimi. diuerſ. lib. 1. tamen de generali conſuetudine non punitur affectus, neque conatus, ſiue attentatum, niſi ſequatur effectus. prout de hac generali conſuetudine atteſtatur Specul. in tit. de accuſatore. §. 1. nu. 7. in fi. quem refert Alex. conſ. 15 poſt nu. 2. lib. 1. & conſ. 140. nu. 2. lib. 2. & Corſe. in repertorio Abb. in verbo, Affectus. & Iaſ. in l. 1. §. fi. in fin. ff. quod quiſque iur. & Boer. deci. 316. nu. 3. & Carer. in pract. fol. 186. nu. 8. & Bertran. conſ. 169. nu. 1. lib. 3. in prima part. & conſ. 31. nu. 3. eo. vol. & conſil. 10. num. 8. & 9. lib. 6. & conſ. 228. nu. 6. lib. 7. De hac etiam generali conſuetudine Italiæ atteſtatur Gand. de malef. in tit. de reb. non portand. circa fin. Bald. conſil. 361. in fi. lib. 1. & conſil. 443. nume. 3. lib. 3. & l. is qui cum telo, C. ad leg. Corne. de ſicariis, quem refert Bolenc. in repet. l. capitalium, §. famoſos, nu. 75. ff. de pœnis. Angel. in d. l. 1. §. fin. nu. 3. & conſ. 14. nu. 3. vbi dicit, quòd iſta conſuetudo eſt approbata per totum mundum, quem refert Maranta in ſuo Specu. fol. 26. nu. 54. Fulgo. conſil. 149. poſt nu. 4. verſ. ſupereſt de tertio, Catald. de ſyn. q. 198. vbi ſubdit, quòd cum hæc ſit generalis conſuetudo, nō indiget probatione, Auguſt. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ex interuallo, poſt nume. 16. & in verbo, Vna alia percuſſione, poſt nu. 5. & in verb. Sempronium, nu. 4. quem refert Gramm. deci. 2. nu. 8. referens ita fuiſſe iudicatū in cauſa veneni, Petrus de Soncino inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ. 98. nume. 10. lib. 1. Marſil. conſil. 51. nume. 14. Boer. deciſ. 316. n. 3. Riminal. conſil. 281. in fin. Igneus in l. & ſi certus. §. ſi vnus, nu. 63. ff. ad Sylle. Gomeſ. in §. item ſi quis. poſt nu. 29. Inſtit. de actio. Afflict. ſuper prima parte conſtitu. Regni, Rub. 41. in principio, num. 6. & ſuper prima parte, Rub. 11. num. 2. vbi loquitur etiam in atrociſsimis: Didac. in repe. Clement. ſi furioſus, fol. 281. num. 11. de homicid. Foller. in pract. crim. canō. fol. 235. nu. 4. Gramm. voto 19. nu. 4. & voto 20. num. 9. & conſilio criminal. 25. nu. 5. & ſuper conſtit. Regni, fol. 14. nume. 6. Mantua centuria prima, nume. 5. Michellus patrocinio 10. nu. 1. vbi loquitur in aſſaſsinio, Villalpand. in repet. leg. 22. cap. 9. num. 9. Et licet aliqui ex prædictis videantur loqui de ſtatutis, per quæ ſublatæ ſunt leges puniētes conatū, eſt tamen abſolutum, quod etiam abſque ſtatutis ita eſt generali conſuetudine totius mundi introductum, vt in ſpecie atteſtatur Angel. in loco præallegato, & Ioſephus Fontanellus inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi. 97. nu. 9. & ſequen. lib. 2. & Maranta inter eadem conſilia criminalia diuerſorum, conſil. 98. circa princip. eod. vol. 2. & alij multi ex prædictis. Et de conſuetudine Franciæ atteſtatur Pract. Millei, fol. 50. num. 35. & fol. 111. nu. 25. Idē in ſpecie loquendo de pœna legis Corneliæ de ſicar. atteſtatur Bart. in pluribus locis, quos refert Igneus in l. 1. §. ſi dominus, num. 6. ff. ad Sylle. in d. §. ſi vnus, poſt nu. 63. Pract. Iodo. c. 67. nu. 19. & dixi ſup. hoc eo. lib. §. Homicidium, verſic. Punitur etiam, & verſ. Vltimo quæro. Idem loquendo de pœna l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cler. atteſtatur Mantua conſ. 31. nu. 2. lib. 2. vbi conſuluit, quòd quidam, qui appoſuerat ſcalas nocte ad domum mulieris, vt eā violaret, non debeat puniri pœna mortis, ſed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuiſſe per conſ. Neap. refert Afflict. deciſ. 276. in quo tamē propoſito videnda ſunt ea, quæ dixi ſuprà q. 68. ver. Aſcendens cum ſcalis. Adde, quòd hanc eandem opin. quòd ſcilicet non puniatur conatus, niſi ſecutus ſit effectus dicit eſſe communem Barb. conſ. 33. lib. 2. prout illum refert Apoſti. ad Dec. in l. non vult hæres, ſub num. 4. ff. de regul. iuris. Grammat. voto octauo, nume. 15, Et ſecundum hanc opin. pluries vidi in ſenatu iudicari, & in ſpecie de pudicitia attentata Petrus Vicarietus, qui puellæ nubilis lectum aſcenderat & pectus tetigerat, neque vltra progreſſus fuerat, habita remiſsione, fuit abſolutus. 3. Iunij 1547. P. N.

2 Scias tamen, quòd (ſecundum aliquos) hæc concluſio, quòd conatus non puniatur, niſi ſecuto effectu, locum non habet in delictis atrociſsimis: nā in illis punitur affectus. etiā quòd effectus non ſequatur. Ita dicit gl. in d. l. 1. §. hæc autē verba, in verbo, Putamus, ff. quod quiſq; iur. Et hanc dicit eſſe communem opi. Fel. in c. 1. poſt nu. 1. verſ. limita ſecundò, de offi. deleg. Dida. in d. Cle. ſi furioſus, fol. 276. num. 6. Et ideo ſecundū eos in crimine læſæ Maieſt. ac oppugnatæ patriæ, & ſimoniæ, & in volente aliquē veneno perimere, punitur conatus licet nō ſequatur effectus. Et hanc eſſe communem opin. dicit Boer. de ſeditioſis, in ſeptimo præſuppoſito, nu. 42. Idem atteſtatur Igneus in l. 1. §. occiſorū, nume. 41. ff. ad Sylle. ſe pluries vidiſſe obſeruari in latronibus, graſſatoribus, & in veneficio, & in l. ſi ſequēs. §. cum ex parte, n. 10. eod. tit. refert fuiſſe capitali ſupplicio affectum quendam nobilem, qui ſæpius conſpirauerat in necem agnati ſui proximi liberis carentis, pluriéſque attentauerat illum interimi facere veneno, & ſagitta, licet illum occidere non potuiſſet, & quidam forenſis, qui de mandato alterius inſultū fecerat in quendam Papienſem animo eum occidendi, confeſſus delictū fuit laqueo ſuſpenſus, nullo facto proceſſu, neq; datis defenſionib. 25. Apri. 1547. Et in plurib. caſib. punitū fuiſſe conatū, non ſecuto effectu, refert Papo li. 23. ti. 10. per totū. Sed certè videtur, q. ſecundum alios de generali conſuetudine etiam in atrociſsimis minus punitur, qui actū non perficit, licet deuenerit ad actum proximum. Et ita atteſtatur Afflict. ſuper tertia parte conſtit.

Universidad de Navarra Biblioteca

Robri.24.in princ.post nu.15.Bertran.consil.228.n.6.lib.7.Quinimò hanc opin.dicit esse communem Marsil.cons.105.nu.1.loquens in assassinio.Idem in assassinio attestatur Taeg.in pract.crim.c.10.nu.7. & generaliter loquendo in atrocibus, in ea practi. crim.c.7.nu.2.Grammat.voto octauo,col.fin.prout illum refert Didac.in d.clem.si furiosus,fol.276.ver. verum circa.Ego autem dico sic,Aut lex,vel statutum in huiusmodi atrocissimis expressè punit solũ conatum,& seruanda est, Aut non punit expressè conatum,& standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur,nisi sequatur effectus,Et hęc opin.iudicio meo tutior est: nihilominus quia plu-ries vidi in his casibus diuersimodè iudicari, quãdoque puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria,& quandoque pœna extraordinaria,cre derem in practica posse iudicem adhærere cui opi-nioni maluerit,inspecta facti,& personarum qualitate: consulo tamen, vt semper in mitiorem partẽ inclinet.In his verò,quæ atrocissima non sunt,nul-lo modo debet iudex pro solo conatu pœnã mor-tis imponere,nisi id expressè(vt dixi)statuto vel le-ge caueatur,& eo etiã casu,non nisi deuentum fue-rit ad actum proximum,& immediatum ipsi male-ficio.Regulariter autẽ nõ debet iudex conatum im punitum relinquere, sed semper aliquam pœnam extra ordinẽ infligere. Et nota q̃ in illis casibus,in quib.ille,qui deuenit ad actũ proximum, nõ potest puniri pœna ordinaria: debet tamen acrius puniri pro motu iudicis, q̃ ille, qui deuenit ad actum re-motum.Et ita tenet consuetudo, vt dicit Bald. in l. data opera,nu.77.C.qui accus.non poss.

3 Scias etiam,quòd in omnem casum dispositio d. l.si quis non dicam rapere,& similium,quæ expres-sè puniunt solum conatum, etiam non secuto effe-ctu,semper intelligenda est vt procedat, quãdo de-uentum est ad actum proximum maleficio. Et est communis opi.vt Dicit Gramma.cons.36.nu.19.

QVÆSTIO XCIII.

1 *De forma sententiarum criminalium.*
Et an pronunciari debeant ab ipsomet iudice?ibid.
2 *Et an in sententiis criminalibus iudex teneatur exprime-re causam?*
3 *Et an valeat sententia,Condemno Titium in centum,quæ si non soluerit,amputetur ei manus?*
4 *Et quid si iudex condemnet reum in maiori summa, quã statutum disponat,an sententia sit nulla?*
5 *Et quid si iudex apposuerit clausulã,Saluo,& reseruato?*

1 DIctum est de pœnis, quæ secundum delictorũ qualitates imponi debent , nunc de forma ipsius sententiæ proferendæ aliqua breuiter subii-ciamus.Et in primis scire debes,q̃ licet de iure sen-tentia ferri debeat,& pronunciari ore ipsiusmet iu dicis,vt dixi §.lib.prox.nihilominus de consuetudi-ne Italiæ notarius legit sententiam , & iudex dein-de dicit,Ita absoluo,vel, Ita condemno. Et ita ob-seruatur,teste Vital.de malefic. in Rubri.de pœnis condemnatorum,nu.26.

2 Fuit aliquando dubitatum,nunquid in sententiis criminalibus iudex teneatur exprimere causam.In quo quidem articulo magna est inter Docto.alter-catio:sed quidquid sit de iure,Albe.in l. properan-dum,§.illo,nu.34.& seq.C.de iud.dicit, quòd contin-uè seruatur de facto,quod inseratur causa,quia iudices maleficiorũ ponunt in sententiis suis,Quo-niam talis accusatus fuit de tali maleficio , & no-bis constat per testes , vel per eius confessionem, q̃ illud maleficium commisit, ideo illum condem-namus &c.Vel econuerso.Quia repertus fuit inno-cens,illum absoluimus.Et illud dictum Alb. refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Et quia nobis, nu. 4.subdens,quòd si ista sunt in obseruantia, non re-cedamus ab ipsa.Apud nos certè non seruatur ta-lis practica,nisi quando rei in contumaciam condẽ nantur,vt dixi suprà q.44.vers.Videamus: sed quã-do sunt præsentes , non dicitur, nisi viso process-su, Condemnamus,vel absoluimus, & sententia valet, & tenet,Vide in hoc proposito ea,quæ dixi §.q.85. vers.vlterius quæro.

3 Quæro nunquid valeat sententia hoc modo con-cepta,condemno Titium in centum,quæ si non sol uerit,amputetur ei manus?Resp.q̃ de iure hęc quæ-stio non caret difficultate: tamen consuetudo ob-tinuit,quòd tales sententiæ valeãt , & ita practica-mus,vt attestatur Bal.in l.cum iudex,in fi.C.de sen. quem refert Aug.ad Ang.de malef.in verbo,Quas si nõ soluerit cum quarto pluri,nu.4.Idemque si di-cat , Condemno te in centum quæ si non solueris intra 10.dies,cõdemno te, vt soluas in quadruplũ. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Specu. in 2.parte in titu.de sent.§.species autem,nu.5.vbi dicit,quòd quia sic consuetum est fieri,ideo sic ob-seruandum est.Et illum refert Aug.in loco præalle-ga.Vbi tamen non vigeret statutum vel consuetu-do id disponens , non crederem talem sententiam valere,neque ego ita iudicarem.

4 Quæro,si iudex condemnauit aliquem in maiori summa,quàm statutum disponat,nunquid illa sen-tentia sit nulla? Resp.quòd quantum ad summam, in qua iudex excesit dispositionem statuti,omnes fatentur,quòd est nulla,vt dicit Ioã. de Canemor-tuo.cons.33.nu.2.inter consi.criminalia diuersorum li.2.Quinimò multi tenuerunt, quòd etiam in totũ vitietur. Et hanc opin.communiter approbari at-testatur idem Ioan.de Canemortuo in loco præal-leg.Et iudex,qui malè iudicauit , tenebitur versus rempublic.ad interesse, prout quandoque in facto vidi obseruari.

5 Sed pone,quòd iudex nõ sit valde expertus, præ-sertim in pœnis statutariis,nunquid poterit pronũ-ciare hoc modo,Condemno Titium ex tali causa in centum,saluo,& reseruato quòd si cõdemnatio esset in plus,vel minus,quàm esse deberet ex forma statutorum,illam ex nunc reduco ad debitam quã-titatem?Resp.q̃ sic.Ita tenet Bald.in l.certa,in vlti-mis verbis,C.quando prouo.non est necesse, vbi e-tiam subdit,quòd ita de facto seruatur,quem refert Alex.in l.iudex posteaquam post nu.26.ff.de re iu-di.& Marsil.in rub.de probatio.nume.429. & Aug. ad Ang.de malef.in verbo,Saluo,& reseruato,post num.4.subdens,quòd si ita obseruat ordo iudicio-rum,fatuus esset iudex,qui recederet ab ista obse-ruantia.Sed certè apud nos hæc practica non serua tur: quinimò iudex,qui ita iudicaret , reputaretur fatuus , prout etiam illam in practica non seruari attestatur Amed. de synd. numero centesimosexa-gesimosecundo. Benè vidi ab aliquibus apponi in fine condemnationis clausulam,Et in omnibus , & per omnia iuxta formam statutorum superinde disponentium,quæ fortè idem operaretur. Bartol. autem in dict.l. iudex,postea quàm,numero quin-to, dicit, quòd si ista clausula apponitur in sen-tentia,aut verbum , Condemnamus , est magnæ importantiæ,ex quo iudex ostendit animum suum quòd nõ intendit imponere maiorem vel minorẽ pœnam

pœnam,quàm imponi debeat:secus aũt(secundum eum)si illam apponat post verbum , Condemna-mus. Et dicit Amed.de syn.n.235.quòd ita conclu-dunt communiter DD.Sed certè (cum reuerentia tanti Doct.)ista consideratio est nimis subtilis,me rito(vt dixi)recesit ab aula.

QVÆSTIO XCIIII.

1 *De appellatione in causis criminalibus , quibus casibus permissa non sit.*
2 *Et quid si delictum sit notorium?*
3 *Statutum disponens, quòd in causis criminalibus non li-ceat apellare,valet.*
4 *Appellatio vnius in criminalibus an prosit alteri?*
5 *Clericus an possit prò condemnato appellare?*
6 *Pendente appellatione à sententia banni,an possit bannitus impunè offendi?*
7 *Si condemnatus in pœnam capitis, & bonorum confisca-tionem pendente appellatione decesserit, an extinguatur bonorum confiscatio?*
8 *Et quid si decedat pendente tempore ad appellandum?*
9 *Iudex primæ causæ an sit citãdus in causa appellationis?*
10 *Pendente causa nullitatis sententiæ supersedendum est ab eius executione.*
11 *Et an in causa huiusmodi nullitatis possit interuenire pro-curator,*
12 *De literis admittentibus condemnatos in contumaciam ad nouas defensiones.*

1 DIctum est de sententiis:quæro nunc, nunquid in causis criminalibus licitum sit appellare? Respond. Aut reus est plenè de ipso delicto convi-ctus,& etiam illud est sponte confessus:& hoc casu non potest appellare,l.2.C.quor.appel.nõ recip.Et quãtum sit in illis quinq; criminibus exceptis,vide licet homicidij,veneficij,adulterij, maleficij, & vis publicæ , de quibus in d.l.2.omnes conueniunt,q̃ in illis non sit deferendum appellationi,vbi à iudi-ce rei illorum criminum argumentis cõuicti sint, & testibus superati,& propria voce cõfessi. Et hãc dicit esse communem omnium Doctorum senten-tiam,Igneus in l.Et si certus,in prin.nume.19.ff.ad Syllei. Sed certè tenendum est,quòd non solum in illis quinque, sed generaliter etiam in omnibus a-liis conclusio locum habeat.Et ita hanc esse com-munem opin.attestatur Imola in l.fi.§.iussus,n.8.ff. de appel.But.in tract.de notorio, articulo 4.nu.56. quem refert Duennas reg. 156.in fi.Dec.in ca.cum speciali,§.porro,nu.4.de appell.quem refert Dida. pract.q.23.nume.5. Si ergo talis reus conuictus , & sponte cõfessus appellat, reiicienda est appellatio, neq; debet ab executione supersederi.Et ita de cõ suetudine seruatur,vt dicit Bar.in l.qui vltimo, in fi.verbis,ff.de pœnis,prout illum refert Affli.super 2.parte constit.regni,rub.10.nu.56.licet Bar.ibi lo-quatur de expectandis decem diebus,de quibus e-go dixi infrà q.96.circa prin.Aut est confessus tan-tum,& non conuictus,& tunc si non reuocauit suã confessionem,non auditur appellãs, sed potest iu-stè tradi morti,secundum gl.in c.Roman.§. sin au-tem.in verbo,vel de quo,de appel.insexto,q̃ sequi-tur communis practica assessorum,vt dicit Bal.in l. 1.post nu.10.vers.interdum autem, C. ne ex delicto defunctorum,&c.quem refert Aug.ad Ang.de ma-lef.in verbo.Præsente Caio,post nu.21.& Apost.ad decis.Tholos.176.Hãc etiam opi.dicit esse commu nem Didac.in d.q.23.fol.167.col.3.vers.secunda cõ clusio.Dicit etiam Pract.Carer.fol.17.nume.17.& fol.32.post nu.46.& fol.65.post nu.101.& fol.136.nu. 175.quòd hodie ex consuetudine iudices obseruãt, quòd ex sola confessione spontanea, vel etiam ex-torta,& perseuerata exequuntur sententias capita-les non admissa appellatione,licet secundum eum malè faciant, & contra ius canonicum,& ciuile.Et licet aliqui dixerint,q̃ hoc locum habet solummo-do de iure canonico,vt scilicet confessus tãtùm nõ possit appellare: tamen magis communis opi.est, q̃ in hoc non sit differentia inter ius canonicum & ciuile,sed quòd vtroq; iure ille,qui est solummo-do confessus,& non conuictus,non audiatur appel lans , nisi adducat in appellatione causam proba-bilem contra suam confessionem.Et ita esse com-munẽ opi,attestatur Boss.in ti.de appell.post n 27. Bal.autẽ in l.2.n.11.C.quorũ appell.non recip.tenet q̃ ad hoc vt possit reiici appellatio , requiratur v-trũq; scilicet q̃ sit confessus,& conuictus. Et hanc dicit esse veram,& cõmunẽ opi.Ant. Gomes.ca.13. delictorũ,nu.31.etiam si agatur de causa criminis læsæ Maiest.alias(secundum Bal.) tenet appellatio. Et potest iudex à quo ei,si velit,deferre : sed si pu-tat ei non esse deferendum, potest exequi senten-tiam suam:& subdit, quòd ita seruatur de consue-tudine, quem refert Xuares in suo volu.repetitio. fol.506.nu.5.in fi.Et ita reperio etiã cõclusum fuis-se per Curiam Tholosan.in dicta decisione 176. q̃ dato,quòd appellatio valeret, potest iudex à quo priusquam sit ei inhibitum per iudicem ad quem, sententiam exequi.Dicit etiam Angel. de malef.in verbo,Præsente Caio,& appellante,nu.18. q̃ quan-do reus est sponte confessus,& conuictus, vel deli-ctum est notorium,potest iudex sentẽtiam exequi, appellatione interposita non obstante , & quòd si aliter facit,peccat, & quòd ipse de facto ita Nur-siæ obseruauit.

2 Solet etiam dici,q̃ quando delictum est notoriũ, non admittitur appellatio.Et quod criminosus ma nifestus non audiatur appellans,dicit communiter teneri Anan.in c.quàm pernicioſum,post nume.1. de vsur.Puto tamen in hoc esse distinguendum,iux ta ea quæ dixi §.q.9.vers.Quæro nunquid.

3 Cæterum in hoc ducatu hæc omnia sunt super-flua,cum per cõstitutiones sublata sit in causis cri-minalib,omnis appellatio,&dictio nullitatis,prout etiam in cons.Flandriæ obseruari attestatur Pract. Iod.ca.149.nu.2.etiam si reus non sit proprio ore crimen confessus.Et talis constitutio, seu statutum valet,& est obseruãda.Licet enim aliqui tenuerint, quòd non valeat,ex quo appellatio est species de-fensionis,quæ est de iure naturali,& consequenter à lege seu statuto tolli posse non debet: (quando opi.dicit esse magis cõem Nicel.in concord. gl.c.6. col.antepe.& pe.)nihilominus vsu,& consuetudine receptum est talia statuta valere.Et ita cõiter ser-uari attestatur Alber.in 4.par. statu.q.53.nu.4. quẽ refert Aug.ad Ang.de malefic.in loco præallegato post nu.25.licet reuera Alberi.ibi loquatur in statu-to disponente,quòd bannitus non audiatur etiam ad sui defensionem: sed ab hac consuetudine nullo modo est in practica recedendum.

4 Quæro , nunquid in criminalibus appellatio v-nius prosit alteri?Repond.quòd sic. Et ideo si plu-res complices sint condemnati , & vnus appellet, eius appellatio aliis prodest. & est communis opi. vt dicit August.ad Angel.de malefic.in verbo,Præ-sente Caio,nu.33.

Regulariter autem in criminalib.potest quilibet

depopulo pro reo condemnato appellationem interponere,vt est tex.in l.non tantum, ff.de appel.

1 Sed an etiam clericus poterit pro huiusmodi cõdemnato appellare?Respond.Aliqui dicunt, quòd non.& dicit Specul.de aduoc.§.1.nu 8.quòd tutius est,quòd clericus à talib.causis abstineat. Contrarium tenuit gloss.in l.addictos,in verbo,Quibus.C. de episc.aud.quam Docto.sequuntur,vt dicit Aug. ad Ang.de malefi.in verbo,Præsente dicto Caio,n. 5.Et hæc opin.verior est: cum enim appellatio veniat ad defensionem rei, meritò posse debet clericus illam interponere.

6 Præterea quæro,nunquid pendente appellatione à sententia banni, possit bãnitus impunè offendi? Dixi suprà hoc eo.lib.§.Homicidium, versicu.Successiuè quæro.

7 Sed pone,quòd Titius fuit condemnatus in amputatione capitis,& cõfiscatione bonorum,appellauit,& pẽdẽte appellatione decesit:certum est,q respectu pœnæ corporalis crimen habetur pro extincto,vt dixi ſ.q.51.versicul.Quæro.nunc.Quæro, an etiam sit extincta cõfiscatio bonorum?Resp.aut sentẽtia est cõcepta per dictionem,Cum,puta,cõdemnamus Titium, ad mortem cum cõfiscatione bonorum:& eo casu cum publicatio bonorum sit accessoria ad pœnã corporalem, extinguitur morte,sicut & ipsa condemnatio corporalis. Aut verò sententia est concepta per copulatiuam,puta,condemnamus Titium in amputatione capitis , & in confiscatione bonorum , & hoc casu etiam si reus moriatur pendente appellatione, non extinguitur confiscatio bonorum.Ita distinguit Bartol.in l.3.in fi.C.si penden.appel.mors interuenerit.Et hanc dicit esse communem sententiam Aug.ad Angel. de malef.in verb.qui dñs iudex n.49.& in verb.Et eius bona,nu.3.Vide quæ dixi in d.q.51.vers. Scias etiã.

8 Sed quid si condemnatus decedat non quidem interposita appellatione, sed pẽdente tempore ad appellandum , nunquid erit locus bonorum confiscationi? Respond. In hoc articulo variæ fuerunt opi.doctorum: Tu videre potes distinctionem traditam per Ang.de malef.in verb.Præsente Caio, & appellante,nume.85.quam dicit ipse esse ex mente omnium.Et quia nimis longa est,eam hîc non trãscribo.Quid autem dicendum sit, si reus post condemnationem admissus fuerit ad nouas defensiones,& pendente hoc secundo processu decesserit, dixi ſ.q.44.vers.Dixi quòd.

9 Quæro nunc, an in causa appellationis citandus sit iudex,qui primam sententiam protulit ? Respõ. Aliqui dicunt,quòd est citandus aut iudex,aut syndicus fisci,cuius interest.Et dicit.Ange.de malef.in verbo,Præsente Caio,& appellante, n.27.quòd ita videtur practicari.Alij verò dicunt, quod quando iudex,qui primam sententiam protulit, processit ex officio,semper est citandus in causa appellationis.Et hanc opi.dicit esse communem Carauita super ritu 160.magnæ curiæ, post nume.14.subdens tamen , quòd in regno Neapol. nullo casu citatur primus iudex , sed eius loco procurator fiscalis illius curiæ.Apud nos autem,ex quo non datur appellatio,non seruatur hæc practica,nec alicubi vidi vnquam citari iudicem , nisi ageretur etiam de condemnãdo ipso iudice propter sordes, vel iniustitiam.Benè citandus est fiscus , cuius interest , in causa appellationis , prout etiam citatur in causa principali, iuxta ea quæ dixi suprà q.31.versiculo. Vlterius quæro.

Potest etiam dici de nullitate sententiæ criminalis.Causas verò nullitatis,quæ deduci possunt contra sententiam,potes per te videre in discursu materiæ & præsertim suprà q.50.& seq.

10 Scias autem,quòd pendente nullitate sentẽtiæ criminalis,non fit eius executio,quæ contineat pœnam irretractabilem,etiam si cognitio talis nullitatis requireret altiorem indaginem. Et est communis opi.vt attestatur Ias.in l.3.§.si seruus.nu.9. ff. de acquir.poss.prout illum refert Boss.in tit.de nullitate aduer.sent.num.4.Videtur enim,quòd pendente causa huiusmodi nullitatis non calumniosæ,bannũ sit suspensum,prout tenuit Alex.in d.l.3. §.si seruus. num.7.cuius opi.dicit esse communem Affli. super 2.parte const.Regni,rub.1.num.15. & consequenter non potest interea bannitus impunè occidi. Et ita communiter concluditur,vt dicit Boss.in loco prealleg.nu.5.Vide quę dixi ſ.hoc eo.lib.§.Homicidiũ, vers.Successiuè quæro.

11 Quæro, an in causa nullitatis sententiæ criminalis possit interuenire procurator?Dixi ſ.q.32.versi. Quæro,an in causa.

12 Est etiam alius modus veniendi contra sententiam criminalem,scilicet quando condemnatus in cõtumaciam admittitur ad nouas defensiones.Talis autem admissio non fit nisi per principem : & hoc ex stylo,& consuetudine inolita,vt dicit Pract. Iod.fol.83.nume.3.& in hoc Ducatu nõ fit nisi per principem,vel per senatum,qui repræsentat personam principis,& cui princeps commisit omnia ad iustitiam pertinẽtia.Et ita declarauit senatus obseruari debere,& grauiter reprehendit commissarium Pontremuli , qui ad nouas defensiones admiserat sua auctoritate quẽdam bãnitũ pro fratricidio , vltimo Octob.1550.P.N. Et de hac materia literarũ admittentium ad nouas defensiones nos habemus decretum in nouis constitutionibus,in tit.de accusa.in fi. per quod datum est senatui arbitrium illas cõcedẽdi,vel denegãdi , iuxta facti & personarum qualitatem.Regulariter autem,senatus illa cõcedit nisi indicia sint adeo vrgentia, vt reus verisimiliter se tueri non possit , nisi producendo falsos testes, prout seruatũ fuit in causa Alex.Buccæ,20. Septẽb. 1558.P.N.& Nicolai Coduri,5.Iul.1558.Et scias,quòd extat senatusconsultum conditum de anno 1548. 26.Octob.P.N.quòd admissi ad nouas defensiones pro causa,quæ constitutionem personalem requirat,teneantur cõstituere terminũ 10. dierum à die cõcessionis admissionis , aliàs admissio habetur pro nõ facta.Et ideo ex stylo senatus semper apponitur in ipsis literis terminus 10.dierum eas impetrãtibus ad eas præsentandum , & personaliter se constituendum,quem terminum ego nũquam vidi prorogari,nisi semel cuidam Perino Bertono , qui propter abductionem cuiusdam quantitatis casei fuerat capitaliter cõdemnatus,& hoc me cõtradicẽte vnà cum nõnullis aliis senatoribus,quibus placebat ordinum obseruãtia:sed cõtrariũ placuit maiori parti.Hãc autem admissionem, vt scilicet reus etiam postquam propter contumaciam fuit bãnitus,tanquam confessus,& conuictus , sit nihilominus audiendus , si velit innocentiam suam demonstrare,dicit esse de iure faciendam Grammat.super prag.Regni,fol.198.num.18. & ibi refert per consil. Neapo.in facti contingentia ita fuisse decisum , & admissum quendam medicũ condemnatũ in amputatione manus.Et ita in facti cõtingẽtia cõsuluit etiam Natta consil.444.Vide quæ dixi j.q.96.ver.

Quæro

Quæro nunquid. In hoc autem Ducatu per nouas constitutiones in tit.præalleg.talis admissio remissa est arbitrio senatus,qui intellectis indiciis quandoque illam concedit, & quandoque etiam negat. Regulariter autem istæ literæ non conceduntur nisi petentibus.dicit tamen Boss.in tit. de literis principis,&c.nume.4.quòd præses Marlianus eas quandoque concedebat etiam non petentibus. Et ego etiam semel vidi,q cum fuissent concessæ literæ ad nouas defensiones cuidam Io. Calmo Cerdoni capitaliter condemnato ad furcas pro robaria , qui fuerat deinde captus per prætorem Varisij,& eius agentes non curarent eas(vt dicitur)leuare,& præsentare, senatus iusit eas transmitti ex officio ad ipsum prætorem,cui mandauit,vt eas exequeretur etiam illo non petente,4.Septembris 1557.P.N.

An autem admissus ad nouas defensiones statim facta admissione recuperet bona confiscata, & an ipsi incumbat onus probandi innocentiam suam, dixi ſ.q.44.vers.Dixi quod,& seq.

QVÆSTIO XCV.

1 *Quæ sit forma exequendi sententias criminales pecuniarias?*
Et an condemnato detur dilatio ad soluendum, prout fit in causis ciuilibus?ibid.
2 *Et quid si reus non habeat modum soluẽdi,an luere debeat in corpus?*
3 *Et quid si non in fraudem legis deliquerit?*
Et an id seruandum sit etiam contra officiales in eodem syndicatũ?ibid.
4 *Et quid si pars,cui venit applicanda pars pœnæ pecuniariæ,nolit consentire quòd fiat commutatio in corporalem?*
5 *Et quid agendum,si condemnatus offerat cedere bonis?*
6 *Et quid si in solutione deficiat in vno nummo?*
7 *Et quid si reus sit soluendo,malit tamen subire pœnam corporalem?*
8 *Iudex an possit mulctam propter paupertatem remittere?*
9 *Quando pars pœnæ applicatur parti offensæ,& pars fisco an tota fisco solui debeat?*

1 QVæro,quę sit forma exequendi sentẽtias criminales?Respond.quòd si quidem condemnatio est pecuniaria,& reus in carceribus detẽtus, solet retineri,donec soluerit ipsam condemnationem,nec relaxatur , etiam si offerat idoneam cautionem.Et aduerte,quia licet in ciuilibus condemnatus in pecunia habeat terminum 4. mensium ad soluendum,vt dixi infrà lib.proximo , aliud tamen est in criminalibus: nam ille , qui est pro crimine cõdemnatus ad soluendum pœnam pecuniariam, non habet huiusmodi terminum quadrimestris ad soluendum.Et hæc est communis opinio,vt ait Ias. in l.debitoribus,nu.16.& seq.ff.de re iudic.quem refert Boss.in tit.de senten.nu.111.sed compellitur ad soluendum statim,vel intra modicum tempus arbitrio iudicis.Quãdoque etiam si dubitetur, an reus habeat modum soluẽdi,vel timeatur,ne bona eius mobilia occultè aliò transferantur,solet (fisco instante)fieri apprehensio bonorum condemnati.Si verò reus , condemnatus in pœnam pecuniariam, est extra carceres:tunc si quidem in princip.processus præstitit fideiussorem de se consignando,vocatur fideiussor,qui eum consignet,& vbi sit cõsignatus:non dimittitur donec soluerit,vt suprà dixi. Si verò præstitit fideiussorem de iudicato soluendo, vocatur fideiussor vt soluat,& contra eum , si non soluit,cõceditur executio.Et scias, quòd cõtra fideiussorem de iudicato soluendo potest executio fieri sine nouo processu.Ita tenet Barto.in l.1.num. 2.ff.iudicat. solui , & ita concludunt communiter DD.vt ait Cagnol,in l.nemo alienæ,in fin.ff.de reg. iur.Vide quæ dixi ſ.q.46.versiculo. Vbi verò , & seq.Sin autem reus non sit in carcere,neque sub fideiussore,tunc secura condemnatione statim conceditur contra eius personam,& contra eius bona executio realis,& personalis,&c.Et ita hodiè seruatur, vt dicit Carauita super 134. ritu magnæ curiæ, nume.1.licet fortè(secundum eum) deberet obseruari ordo traditus in l.à diuo Pio,§.in venditione, ff.de re iudica.

2 Sed quid si reus non habeat modum soluendi? Respond.quod hoc casu seruanda est regula,quòd qui non habet in ære, luat in corpore,l.fin. ff. de in ius vocan.Et ita solet communiter dici, vt ait Berous in c.cognoscentes,num.42.de constit.Et poterit iudex,qui videt reum non esse soluendo, commutare pœnam pecuniariam in corporalem.Et ita quotidie obseruatur.Benè verum est,quod hęc cõmutatio in hoc ducatu non fit nisi per senatum. Et ideò fuit grauiter reprehensus quidam prætor, qui fecit fustigari inconsulto senatu quendam Anthonium Rauarium, qui non habebat modum soluendi pœnam pecuniariam , in quam fuerat pro blasphemia condemnatus,29.Augusti 1559.P.N.

3 Et scias,quòd licet aliqui dixerint, quòd hæc regula locum non habet , nisi in eo , qui deliquit in fraudem legis , sciens se non posse soluere pœnam pecuniariam:communiter tamen DD.tenent contrarium,scilicet quòd indistinctè locum habeat , sive deliquerit ea cogitatione,siue non,vt attestatur Saly.in l.fi.post num.4.C.de sepulch. violat. Et nota,quod hæc conclusio de rigore iuris seruanda esset etiam contra officiales , qui condemnantur in syndicatu,vt scilicet si non possunt soluere pœnam pecuniariam,in qua fuissent condemnati, punirentur pœna corporali: nihilominus de consuetudine hoc non seruatur contra ipsos,sed solummodo tenentur in carceribus,donec soluerint,vt dicit Bald. in cap.1,§.iudices,nu.2.de pace iur.fir.vbi etiam Apostil.attestatur,quod ita obseruat practic.& illum refert Paris.Put.de synd.fol.300.nume.12.Amed.de synd.nu.160.& Apostil.ad Bar.in l.si iudex, in verbo.Si iudex , ff.de variis & extraord.cognit.& Iac. de S.Georg.in l.si filiusfa.nu.5.ff.de iud.& in l. mancipia.nu.9.C.de seruis fugt.vt plurimum tamen officiales,tam in principio officij,quàm tempore syndicatus præstant idoneos fideiussores , qui deinde compelluntur ad soluendas condemnationes contra eos secutas. Et sic ista quæstio rarò contingit in practica.

4 Sed quæro,quid si pars,cui in totum vel pro parte venit applicanda pœna pecuniaria,nolit consentire,quòd iste condemnatus,qui reuera non est soluendo,possit luere in corpus?Respond. q hoc casu non debet iudex aliquid decernere,sed permittere, quòd condemnatus stet in carceribus. Et hæc est communis opi.vt dicit Boer.decis.349.post nu. 8. col.3.vers.secundò si is.

5 Sed pone,quòd iste,qui est condemnatus ex delicto in pœnam pecuniariam,offerat cedere bonis, nunquid erit audiendus?Respond.quòd non,sed opus est quòd luat in corpore.Et ita tenent communiter Doctores,vt dicit Alberic.in 2. parte statutorum,quæstio.196.Item quæro , an in pœnis. Hanc

etiam dicit esse communem opi. Cæpolla cõsil. crimi. 9. versicul. & ex prædictis apparet, quem refert Didac. lib. 2. resolu. c. 1. n. 8. Dec. in l. si quis id quod. num. 22. ff. de iurisd. omn. iud. licet secus sit in debitore ex contractu, vt dixi infrà lib. 7. §. obligatio. Regulariter enim in obligationibus descendentibus ex maleficio, non potest quis vti beneficio cessionis bonorum. Et ita tenent communiter Doctor. vt attestatur Alb. in Rub. C. qui bo. ced. poss. post n. 14. ver. vltimò quæro.

6 Quæro, quid si iste reus in soluẽda pœna in vno nummo contumaciter deficiat, nunquid adhuc opus erit, vt luat in corpore? Resp. quòd sic. Ita tenet Bald. in d. l. fi. in vltimis verbis, C. de sepulch. viol. & est communis opi. vt dicit Gomes. in §. pœnales, n. 38. Insti. de actio. subdens, quòd licet hæc opi. sit dura, tamen quia communis, non est ab ea in iudicãdo recedendum, & illum refert Boer. in d. decis. 349. post nu. 8. vers. quinimò si talis, & Viuius in lib. cõmunium opi. in verbo, Cedere volens.

7 Quæro etiam, quid si reus sit soluẽdo, malit tamẽ subire pœnam corporalem, quàm pecuniariam, nunquid erit audiẽdus? Resp. quòd non, sed cogendus est soluere pœnam pecuniariam. Et est communis opin. vt dicit Dec. in d. l. si quis id quod, num. 22. & sequenti.

8 Hæc autem omnia locum habẽt in cõdemnatione pecuniaria per sentẽtiam diffinitiuam prolata: sed si esset multa fisco debita, eo casu nó esset necesse propter paupertatem rei illam commutare in pœnam corporalem, sed posset iudex illam diminuere, & etiam remittere. Et hæc est communis opi. vt attestatur Menchiaca controuers. illust. c. 24. nu. 15. Et ita sæpenumero per senatum fieri vidi, & etiam magistratus solet sumptis informationibus de paupertate, multatos admittere ad compositionem, quæ non sit minor quarta parte totius multæ.

9 Solet etiã quandoque in hoc proposito dubitari quando pars pœnæ applicatur fisco, & pars delatori, vel notificanti, vel alteri priuato, an debeat tota solui fisco, an autem cuique sua pars? Tu dic, quòd tota debet solui fisco, & postea ille, qui debet habere partem, debet ire ad fiscum, & suam partem petere. Ita dicit Bartol. in l. si quis delatorem, §. senatus, num. 2. ff. de iure fisci, & ita de consuetudine obseruatur, prout etiam se multoties practicasse attestatur Angel. de maleficiis, in verbo, Dandis, & soluendis, numero primo, & ita sæpius conclusum fuit in magistratu.

QVÆSTIO XCXVI.

1 *Sententia capitalis an statim executioni mittenda sit contra condemnatum, an autem expectandi sint decẽ dies dati ad appellandum?*
2 *Et quid si reus sit crimen confessus?*
3 *Bannitus & condemnatus in contumaciam, si veniat in fortiam officialis, an statim sit contra eum facienda executio condemnationis?*
4 *Et an eo casu debeat iudex prius inquirere de veritate criminis?*
5 *Et quid si bannitus velit contra bannum aliquam exceptionem proponere?*
6 *Et an possit iudex exequi sententiam contra bannitum, qui per vim ductus fuerit in eius territorium?*
7 *Iudex secularis ad quem remittitur delinquens condemnatus à iudice ecclesiastico, an debeat statim exequi, vel super ipso crimine de nouo cognoscere?*
8 *Et quid è conuerso?*
9 *Iudex territorij an possit exequi sententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij?*
10 *Mortuo condemnato ante executionem, quid facere debet iudex?*
11 *Condemnatus ad mortem an possit testari?*

1 NVnc de executione sententiarum corporalium videamus. & in primis quæro, nunquid lata sententia capitali contra aliquem, debeat statim eius executio fieri, an autem sit differenda, donec lapsi sint decem dies, quod est tempus à iure communi concessum ad interponendam appellationem, vt dixi infrà, libro proximo? Respon. quòd est differenda executio, donec lapsum sit tempus ad appellandum. Ita tenet Barto. in l. qui vltimo, in fi. ff. de pœnis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Paris. Put. de synd. fol. 162. post nu. 11. vers. Et licet glos. Hanc etiam dicit esse communem opin. Felin. in c. quærenti, nume. 3. de offic. deleg. quem refert Dida. pract. q. 23. post nume. 4. versicul. Sexto est omnino. & Boss. in tit. de appel. num. 4. Card. Alexand. in cap. sicut, colum. 1. versic. Si verò, 2. q. 1. Sed certè quidquid sit de iure, contrariùm seruatur de consuetudine. nam sententiæ capitales immediatè mittũtur
a executioni, a non expectatis dictis decem diebus, vt attestatur ipsemet Bart. in loco præallegato, quẽ refert August. de malef. in verbo, Et ibi caput, nu. 25. & Marian. in repet. capit. qualiter & quando, nu. 267. de accusa. & Carauita super ritu 259. magnæ curiæ, num. 3. & Diaz reg. 110. Abb. in d. cap. quærenti, num. 4. Gul. de Bened. in 2. parte cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque. 1. nu. 267. Paris. Put. in loco præalleg. Foller. in practi. crimi. fol. 350. nume. 5. Et in specie in patria Delphi. ita seruari affirmat Guido Papæ decis. 74. in fi.

2 Et hæc quidem consuetudo maximè locum haberet in eo, qui esset confessus delictum de quo etiam aliter liquebat: nam hoc casu fortè non erraret iudex, qui sententiam capitalem exequeretur intra tempus datum ad appellandum, vt dicit Bal. in l. obseruare. §. proficisci, post nu. 9. versicu. XII. quæritur. ff. de offic. proconsul. vbi etiam subdit, q ita seruat consuetudo, quem refert August. ad Angel. de malef. in verbo, Et ibi caput, nu. 26. & Amed. de synd. post nume. 242. versicul. Sic etiam, & Paris. Put. de synd. fol. 163. nume. 16. Ego verò dicerem, q in casibus, in quibus iudex tenetur deferre appellationi

ADDITIO.

a Mittuntur executioni. Sententia enim in causa criminali lata incontinenti est exequenda. l. cum reis. C. de pœnis. & 2. quæst. j. cap. sicut. Fallit tamen si princeps ex iracundia tulisset sententiam. quo casu per 30. dies expectari debet & differri executio. l. si vendicari. C. de pœnis. cap. cum apud. 11. quæst. 3. & ibid. gloss. Item vbi sententia esset lata contra mulierem prægnantem: quo casu executio differtur donec pepererit. l. Imperator. ff. de stat. homi. & l. prægnãtis. ff. de pœnis. Item differtur executio propter insigne aliquod artificium, vel excellens robur delinquentis. text. in l. ad bestias, ibi, sed si eius roboris vel artificij, &c. ff. de pœn. quem tex. dicit singul. Ias. in lege prima versiculo. item propter. ff. de legib.

tioni in causis criminalibus, semper deberet differri executio, vbi verò non posset appellari, vel iudex non tenetur appellationi deferre, crederem iudicem non malè facere, etiam si non expectato lapsu temporis ad appellandum, sententiam suã exequeretur. Sed in omnem casum non puto recedendum à consuetudine prouinciæ.

3 Quæro, nunquid si bannitus, & condemnatus in contumaciam, veniat in fortiam officialis, qui eũ condemnauit, debeat statim sententia contra eũ lata executioni mandari? Resp. Aliqui dicunt, q sic. Et in hoc traditur forma, quam iudex seruare debet, vt scilicet faciat bannitum recognoscere bannum, & fateri se esse eum, qui in ipso banno est nominatus, deinde sententiam exequatur. Ita dicit Barto. in l. Diuus, n. 5. ff. de cust. reor. subdens, se ita sæpius practicasse, & in l. inter stipulantem. §. 1. §. n. 13. ff. de verb. obli, vbi dicit, quòd boni assessores ita seruant, quem refert Salyc. in l. quicunque post nu. 2. C. de requir. reis, & Igneus in l. leg. Cornelia, nu. 61. ff. ad Syll. Hãc etiam dicit esse communem practicam Ang. in d. l. inter stipulantem, §. 1. nu. 4. prout illum refert Pract. Carer. fol. 43. nu. 64. Io. Arno. commentario 42. & epit. 87. ponã casum. Et dicit Gramm. siue Bartholomæus Vinciguerra super const. regni, fol. 54. nu. 8 quod ita in practica ab antiquo introductum extitit. Et adde, q si neget se esse illum, de quo in bãno, poterit iudex illũ torquere, vt cõfiteatur se esse personã descriptam in banno. Et hæc est communis practica, vt dicit Marsi. sing. 72. incip. per totam ferè, quem refert Roland. cons. 60. nu. 27. libr. 2. Dicit etiam Nellus de bannitis, in tertia parte primi temporis, quæst. vlt. quòd rectores solent ex communi obseruantia facere etiam vt bannitus confiteatur se delictum illud commisisse: quam tamen practicam dicit esse plenam periculo, Boss. in titu. Banniti quid amittant, nume. 18. licet dicat, quòd Senatus aliquando illam obseruat. Multi tamen tenent contrarium, q scilicet deberent de iure non obstante banno audiri, quinimò dicit Alberi. in l. in eos. circa princip. ff. de custo. reorum, quòd deberent quasi re integra audiri, licet de quadam prava consuetudine ciuitatum statim executioni mandentur. Et dicit Ias. in d. l. inter stipulantem. §. 1. in fi. quòd hæc practica cõmuniter reprobatur, & quòd in hoc Bart. communiter damnatur. Sed quidquid sit de iure, ego semper vidi practicam Bart. ab omnibus obseruari, & ideo putarem minimè mutandam esse, &c. Vide in hoc proposito quæ dixi suprà, q. 94. versi. Est etiam.

4 Sed nunquid debet iudex, priusquam talem sententiam exequatur, inquirere veritatem criminis? Respon. quòd non, quia cùm ex dispositione statutorum ille habitus sit pro confesso & conuicto, supinus esset iudex si eũ admitteret ad nouum processum faciendum, aut ipse vlterius inquireret. Et ideo absque vlla alia inquisitione criminis debet fieri executio banni, & sententiæ. Et hæc est communis opi. vt attestatur Anto. Gomes. super leg. 76. Tauri, n. 13. Et ita etiã cõmuniter seruatur, vt dicit Imola in l. is qui reus, circa princ. ff. de publ. iud. In aliquibus tamen locis contrarium seruatur, quia scilicet prius discutitur causa banni siue condemnationis. Et ita seruatum semper fuisse in parlamento Rothomagensi attestatur Igneus in l. 3. §. fi maritus, nu. 15. ff. ad Sylle. Reperio etiam quòd Boss. in tit. de confessis per torturam, nu. 23. & in tit. de requiren. reis, post num. 1. dicit, quòd Senatus vtitur alia practica, quia scilicet quando tales banniti veniunt ad manus iustitiæ, si ex qualitate indiciorũ res non sit clara, non damnantur, sed torquentur. Sed certè ego nunquam hoc vidi seruari, nec audiui seruatum fuisse: nam nisi talis condemnatus petat ab ipso Senatu se admitti ad nouas defensiones, semper sententia contra eum lata executioni mittitur. Benè verum est, quòd licet post admissionem nihil probet, quòd releuet: si tamẽ indicia cõtra eum existentia fuissent valde debilia, non fit executio sententiæ, sed vel torquetur, vel commutatur pœna, & mitigatur. Et credendum est etiã Boss. iũ ita in tellexisse, vt colligitur ex iis, quæ ipsemet dicit in titulo, de literis Principis, &c. circa fi.

5 Sed pone, quòd bannitus velit opponere aliquam exceptionem contra bannum, nunquid erit audiẽdus? Respond. quòd de iure talis bãnitus captus, licet ex forma statuti habeatur pro confesso, & conuicto, potest nihilominus per viam exceptionis impedire executionem, modo exceptio sit talis, quę si fuisset opposita à principio ante bãnum, non fuisset compulsus iudicium suscipere. Ita dicit Bartol. in l. non videtur, la 1. in fi. ff. de iudic. & est communis conclusio, vt dicit Rolan. in d. cons. 60. nume. 30. lib. 2. Sed apud nos de consuetudine, & ex ordinib. huius ducatus, nunquam auditur bannitus ad aliquid opponendum, nisi sit à principe, vel Senatu ad nouas defensiones admissus, vt dixi ẽ. q. 94. vers. Est etiam alius.

6 Sed quid si bãnitus exisẽs extra territoriũ iudicis banniẽtis, per vim ductus fuerit in eius territorium, nũquid sententia poterit cõtra eum mitti executioni? Respond. quòd non, sed debet pristinæ libertati relaxari. Ita dicit Bald. in Auth. item nulla communitas, circa fi. C. de episc. & cler. & est approbata Doctorum sententia, vt attestatur Roland. cõsilio 60. nume. 9. lib. 2. Quod quidem ego intelligo, vt procedat, quando ita per vim capitur, & ducitur à priuatis, sed si fuisset extra territorium iudicis cõdemnantis captus à iudice alterius territorij, & remissus ad iudicem bannientem, credo quòd posset contra eũ exequi sentẽtia. Licet enim iudices diuersorum territoriorum, præsertim sub diuersis Principibus existentium, hodie ex consuetudine non teneãtur delinquẽtes, & bãnitos inter se remittere, vt dixi suprà q. 38. versi. Sed certè: nihil tamen prohibet quò minus talis remissio fieri possit. Et ideo nõ cõfidãt bãniti super consil. Roland. suprà allegato, quia ego vidi plures bãnitos ita captos, & remissos, ductos cõtra eorum voluntatem in territorium iudicis bãniẽtis decapitari, & suspendi. Quinimò recordor, q superioribus annis quidam sicarij bãniti ab hoc ducatu, qui traditi fuerunt nó à iudice, sed à carcerario loci Viarolæ agri Brixiensis prætori Cremonæ, iussi fuerunt illicò suspendi, 10. Ian. 1556. Et licẽt superinde fuerit exclamatum per Venetos quibus res aliter, quam se habebat, significata fuerat: tamen re intellecta, acquieuerunt.

7 Quæro etiam, si iudex ecclesiasticus aliquem cõdemnauit, deinde illum remisit curiæ seculari puniendum, nunquid debet iudex secularis, cui facta est remissio, sententiam ipsam statim exequi, an autem super ipso crimine de nouo cognoscere? Resp. quòd regulariter non tenetur stare processui facto coram iudice ecclesiastico, sed debet ipse de nouo cognoscere. Et hæc est communis opin. vt dicit Fel. in c. at si clerici, in principio nume. 14. de iudic. quẽ refert

refert Afflict.super 1.parte constit.regni,Rub.27.n. 32.& Curt.Iun.in l.magistratibus,n.4.de iurisd.om. iud.Scias tamen, quòd hæc conclusio intelligenda est,vt procedat in illis criminibus,in quibus si reus fuisset laicus,potuisset iudex secularis cognoscere: secus autem vbicunque crimen,de quo agitur, est merè ecclesiasticum,& sic tale,de quo iudex laicus nullo modo cognoscere potest. Et ideo si inquisitor,aut alius iudex ecclesiasticus cõdemnet aliquẽ tanquam hæreticum,deinde illum tradat iudici seculari puniendum,non poterit iudex secularis de illa condemnatione cognoscere,cùm crimen hæresis sit merè ecclesiasticum,vt dixi suprà hoc eo.lib. §.Hæresis,vers.Hoc crimen,sed debet ipsius inquisitoris sententiam exequi. Et hæc est communis opi.vt dicit Cagno.in l.cum quædam puella, in prin. post nu. 33.ff.de iurisd.omnium iud.Et licet Bart.in d.l.magistratibus,nu.4.tenuerit contrarium,& hoc idem quasi omnes legistæ teneant pro communi, vt dicit Imola in c.1.nu.16.de offic.ord.quem refert Pract.Carer.fol.597.nu.63.& hanc dicat esse cõmunem opi.legistarum,Menchiaca in prima parte de testam.§.6.post nu.16.vers.denique,& illam esse vsu receptam attestetur Pract.Iodoci c.61.nu.54.Nihilominus communis opin. præsertim canonistarum videtur esse contra Bar.& hanc communem appellat Berous in c.at si clerici,n.79.& seq.de iud. Boss. in tit.de hæret.nu. 35.Simancas de hæret.ca. 36.nu. 3.Refert tamen Igneus in l.1.§.cum Dominus, nu. 41.ff.ad Sylle.quòd contrarium obseruari vidit per senatum Mediolani tempore suo,& quòd fuerunt absolutæ quædam mulierculæ condemnatæ de hæresi ab episcopo Parmensi, & inquisitore,quas cõpertũ fuit semper de fide rectè sensisse: & refert idẽ etiam in Gallia contigisse.Hodie tamen regnante catholico rege Philippo,semper vidi seruari,vt lata sententia de hæresi contra aliquem per iudices suos ecclesiasticos,statim quod remittitur iudici seculari,absque alia cognitione traditur flammis cõburẽdus.Et ita iussit senatus exequi in causa cuiusdam Vincentij Gambæ,2.Iulij 1554.A.C. & aliàs sæpe,quod & in Hispania vsu receptum esse attestatur Simancas in d.c.36.nu.3.Adde, q̃ neq; etiã pòt hoc casu iudex secularis pœnam pro hæresis crimine impositã cõmutare.Et est cõis opi.vt dicit Boss. in tit.de hæret.nu. 37.Et ita semper vidi seruari. Si verò esset crimen seculare vel mixtum, super quo potuisset iudex secularis cognoscere, non tenetur ipse iudex secularis præstare auxilium episcopo,ni si fiat sibi fides de processu.Et hęc est cõmunis opi. vt dicit Alc.in d.c.1.nu.119.de offic.ordin.

8 Quid autem dicendum sit è conuerso si iudex laicus remittat clericum ad iudicem ecclesiasticum, an teneatur iudex ipse ecclesiasticus stare processui facto coram iudice seculari remittente, dixi s. q.36.vers.Vltimo quæro.

9 Item quæro,nunquid iudex vnius territorij possit exequi sententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij?Resp.Aliqui dicunt, q̃ non, nisi ad literas illius iudicis, qui sententiam protulit.Et hæc est communis opi.vt dicit Paul. de Cast. in d.l.cum quædam puella,nu.5.ff.de iurisdi.omniũ iudic.quem refert Sapia ibi,post nu.28. Vide quæ dixi suprà quæst.54.versi. Sed hoc intellige vt procedat,quando territoria sunt sub diuersis principibus,secus autem si sint subdita eidem principi: nã eo casu vtique potest illam exequi non modo ad requisitionem iudicis,qui sententiam protulit, sed etiam à seipso,si videat quòd executionem meretur.Et est communis opi.vt ait Boss.in titu.de foro compet.nu.86.quæ mihi etiam placet.Intelligendo tamen,quòd sint etiam sub eodem præside prouinciæ: non enim potest officialis in hoc Ducatu exequi sententiam latam per officiales in Regno Neapolis,licet ambo sint sub eodem Principe, quia in omnibus & per omnia habentur tanquam regna, & dominia separata.

10 Sed hic quæro,pone quòd reus,qui est de crimine confessus,vel conuictus, vel etiam condemnatus,ante executionem moriatur,vel naturali fato, vel quia sibi ipsi manus intulerit,quid debet iudex hoc casu facere?Dixi suprà quæst.51.versic. Sed hic incidenter.

11 Sed hic incidenter quæro, nunquid condemnatus ad mortem possit testari?Dixi suprà lib.3.§. testamentum.quæst.21.

QVÆSTIO XCVII.

1 *Ex quibus causis executio sententiarum capitalium sit differenda?*
Et quid si compareat aliquis, qui dicat condemnatum esse sibi obligatum ad aliquam rationem reddendam? ibidem.
2 *Et quid si reus condemnatus alium de aliquo crimine accusauerit?*
3 *Et quid si reus esset decapitandus ex mandato principis, quod iudici videretur iniustum?*
4 *Et quid si reus nolit peccata sua confiteri?*
5 *Et quid in muliere prægnante?*
6 *Et quid si executio incidat in diem feriatam?*
7 *Regulariter non esse differendam executionem sententiarum capitalium.*

1 VIdeamus nunc,an sint aliqui casus, in quibus debeat ex aliqua causa sententiæ capitalis executio differri.Et in primis reperio Cyn. in l.1.in secundo notab.C,de bon.proscrip.tenuisse,quòd si post condemnationem capitalem contra aliquem secutam compareat aliquis tertius, & dicat reum condemnatum sibi esse obligatum ad reddendum rationem alicuius mercaturæ, vel negociationis vel administrationis,vel huiusmodi:eo casu differri debet executio,donec reddita esset ratio, quod etiam affirmat Cepolla caut.5.Sed certè hæc cautela parum prodesset,nam quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine,quia scilicet non expectata huiusmodi redditione rationis,sententiæ capitales executioni mittuntur.Et ita seruari attestantur scribentes in d.l.1.& in specie Angel. & Imola,prout illos refert Ang.de malef.in verbo, Et ibi caput,nu.31.& Paris.Put.de synd.fol.356.c. 2.n. 1. & Pract.Carer.fol.552.nu.82.Idem fatetur Cæpolla in d.caute.5.& Carauita super ritu magnæ curiæ 259.post nu.5.licet dicat, quòd ideo non seruatur de consuetudine,quia non petitur, Iaf. in l. seruus, in princip.nume.3.ff.de legat.1. Ego verò dicerem non esse denegandam breuem dilationem,puta,bi dui,vel triduĩ,vbi appareret illam non peti in fraudẽ differendæ,aut vitandæ executionis, nec subesset timor quod condemnatus posset de carceribus euadere,aut alterius scandali,modò ille tertius nõ potuisset prius petere talem rationem sibi reddi, atq; ex eo q̃ non redderetur, pati posset aliquod præiudicium irreparabile:nemo enim ex aliena culpa damnum pati debet.

2 Est etiam differenda executio sententiæ capitalis,quando reus, contra quem lata est sententia, alium

alium de aliquo crimine accusauit, donec iudiciũ accusationis ab eo cœptæ perficiatur. Et ita tenẽt communiter omnes,vt dicit Imol.in l.is qui reus, nu.24.ff.de publ.iud.Ang.in ea.l.is qui reus, nu.17. in fi.Sed hoc credo,q̃ difficile esset obtinere in practica,præsertim si esset suspicio, quòd in fraudem fuisset instituta talis accusatio.

3 Item est differenda executio, quando officialis, cui à principe iussum est,vt faceret aliquem decapitari aut suspendi,videret illud mandatum principis esse iniustum:nam deberet illius executionẽ differre,& principi referibere.Et ita communiter tenetur,vt dicit Carer.in pract.crim.fol.323.nume. 110.de quo vide quæ dixi suprà q.60. versicu. Solet dubitari.

4 Sed pone,q̃ reus decapitandus,aut furcis suspendendus,aut aliter morti tradendus nolit pœnitere, nec peccata sua confiteri, nunquid propterea erit differenda executio ipsius sententiæ capitalis? Resp.Aliqui dicunt, q̃ omninò debet supersederi pro salute eius animæ,donec pœniteat,& peccata sua confiteatur,quod quidem omni studio iudex curare tenetur,vt est tex.in l.archigerontes, C.de episco.aud.Et dicit Chass.super consuetu.Burg.fo. 56.num. 125. quòd in hoc nemo facit dubium,licet subdat,q̃ contrarium vidit obseruari. Ego putarem bonum esse supersedere ab executione per aliquod spacium temporis,vbi non esset periculum in mora,cũ salus vnius animæ, pro qua Christus mortuus est,videatur cæteris omnibus rebus anteponenda:Ita tamen,vt propter talem dilationem non differretur in alium diem executio. Et interea iudex adhibitis etiam viris religiosis, & Deum timentibus, debet illum hortari ad pœnitentiam. Cæterùm non auderem consulere iudicib.inferioribus, vt vltra illud tempus, inconsulto principe executionẽ differrẽt.Multa enim possent interea cõtingere,& Reipub.damnosa,& iudicib. ipsis periculosa,vt aliquando in facto experientia docuit.Scias etiam, q̃ licet princeps aut senatus iudici rescribat,vt aliquem reum incontinenti,aut nulla interiecta mora morti tradat: debet tamen semper iudex illi concedere competens spacium temporis,si sua peccata velit sacerdoti confiteri:& si id negaret,malè faceret,& Deum,& proximum grauiter offenderet.

5 Differtur etiam,ne sumatur supplicium de mulier prægnante,vt est tex.in l.prægnantis. ff. de pœnis,& ita iussit seruari senatus in quadam Vrsina Meleta capitaliter condemnata, quam mandauit custodiri,donec pareret,28.Iul.1548.P.N.Et hoc loco habet nõ solum in pœna vltimi supplicij, sed etiam in quacunque alia pœna corporali. Et ideo quædam Maria Agniota,quæ fuerat condemnata in fustigatione,cum reperta esset grauida, fuit iussu senatus in pace dimissa,6.Aprilis 1554.P.N.

6 Quæro etiam,an si incidat aliquis dies feriatus, sit facienda executio corporalis? Resp.quòd de iure communi non est facienda aliqua executio,neque etiam in diebus feriatis in vtilitatem hominũ, vt videtur tex.in l.si feriatis.ff.de feriis.& in l.custodias.ff.de publ.iud.Consuetudo tamen aliter obtinuit:nam dieb.feriatis in vtilitatem hominum indistinctè fiunt executiones criminalium sententiarum,etiam capitalium. Et in hoc nemo dubitat. Dieb.autem feriatis in honorem Dei, vel sanctorum,& qui pro festis seruantur,quia scilicet cessatur ab operibus manualib.in toto populo, ego nũ quam vidi exequi sententiam aliquam criminalẽ, in qua imponatur pœna sanguinis: & certè licet non esset peccatum,est tamen horrendum, & miserabile spectaculum,& à quo propter Dei reuerentiam est omnino abstinendum,prout etiam dicũt omnes Doct.in c.1.de feriis,teste Aug. ad Ang. de malefi.in verbo,Inchoata facta,post nu.12. leuis tamen castigatio quandoque permittitur etiam in die feriato.Et refert Prac.Millei,fol.34.nu.30.quòd ita vidit practicari Tholosæ per quendam Regis Locum tenentem,qui in die Paschatis latronem, qui crumenam absciderat,cæsum virgis in exiliũ misit.Quandoque etiam in enormissimis delictis solet fieri etiam in dieb.feriatis capitalis executio, iuxta text.in l.pen.C.de feriis.Et ita seruari de facto attestatur Marcus decis.409.num.2. Apud nos tamen semper vidi executionem in alium diem nõ feriatum differri. Et ita seruant iudices Deum timentes.Vide quæ dixi suprà,q.50.vers.Pariter etiã, & q.64.vers.Quæro an tortura.

7 Regulariter autem non debent iudices differre executionẽ sententiæ capitalis.Et dicit Ang.in l.cũ reis,in fi.C.de pœnis,quòd vidit quosdam assessores gratificantes in differendo executionem pœnæ,vt criminosi gratiam habere possint: sed malè faciunt, quia amicus Dei est, qui interficit inimicos Dei. Vide quæ dixi suprà, quæst.59. versicu. Scias etiam.

QVÆSTIO XCVIII.

1 *Ex quibus causis possit executio sententiæ capitalis impediri?*
Et quid si condemnatus confugiat ad Ecclesiam? ibid.
Et quid si dum ad supplicium ducitur,transeat per ecclesiam,vel cœmiterium? ibid.
2 *Et quid si amplectatur sacerdotem portantem sacram eucharistiam?*
3 *Et quid si ipse sumpserit sanctissimum sacramentum?*
4 *Et quid si dicat,se prius,quàm delinqueret,fecisse votũ ingrediendi religionem?*
5 *Et quid si dum ducitur ad supplicium,obuium habeat carnalem?*
6 *Et quid si meretrix petat illum in maritum?*
7 *Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus?*
8 *Et quid si posti sententiam latam appareat de ipsius condemnatiinnocentia?*
9 *Et quid si in actu ipso executionis frangatur laqueus, vel huiusmodi?*

1 SVccessiuè vi deamus,an sint etiam aliqui casus,in quibus possit ex aliqua causa sententiæ capitalis executio impediri. Et in primis quæro, nunquid si cõdemnatus fortè dum ducitur ad supplicium,confugiat ad ecclesiam,debeat in pace dimitti? Respõ.quòd sic,vt dixi suprà,quæst.30. vers. Scias autem,vbi etiam dixi,quid si condemnatus dum ad supplicium ducitur,transeat per ecclesiã vel cœmiterium.Multi tamen sunt casus.in quibus ecclesiarum immunitas non prodest delinquenti. Et ideo multò minus debet prodesse iam condemnato,vt in d.q 30.per totum.

2 Sed pone,quòd condemnatus ad mortem aufugiat è manib.satellitum, & amplectatur sacerdotem portantem sacratissimam eucharistiam, nunquid erit liberandus? Resp. Glos. in c.quæsitum,in gl.vnica,13.q.2.dicit quòd non: sed contrarium tenent communiter Doctores,vt dicit Gomes. in §. pœnales,post num.50.Instit.de actio.quem refert Viuius in lib.communium opi.in verbo,Condemnatus ad mortem.Et ideo tenendum est. quòd sit liberandus

liberandus,perinde ac si ad ecclesiam confugisset. Vide quæ dixi suprà q.30.vers. Vltimò quæro.

3 Sed quæro, tu scis, ꝙ ecclesia permittit reos ad mortẽ cõdẽnatos post cõfessionis sacramentũ sume re sacrã eucharistiã,vt dixi 3.q.prox.vers.Sed quæro,nunquid poterit condemnatus,sumpto sanctissimo sacramento,dicere se esse liberatũ? Respõ.ꝙ non.Et ita pluries iudicatũ fuisse refert Igneus in l.1.in prin.n.6.ff.ad Sylle.Hoc enim modo ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, fieret auctrix iniustitiæ, quod nullo modo est dicendum. Benè (vt ibi dixi) est differendum supplicium in aliam diem sequentem.

4 Sed quid si cõdẽnatus dicat ,ꝙ antequã delictũ cõmitteret, fecit votũ ingrediẽdi religionẽ? Resp. Aliqui tenẽt,ꝙ non modo est supersedẽdũ ab executione,sed etiã ꝙ nõ attẽta sententia cõtra eũ lata,est remittendus ad iudicẽ ecclesiasticũ. Et ꝙ super hoc,an s.eo tẽpore tale votũ emisisset,stãdũ est eius iuramẽto.Et hoc ab omnibus receptũ esse dicit Placa li.1.delict.ca.35.n.6.Hãc etiã dicit esse cõmunẽ opi.Viuius in li.cõmuniũ opi. in verbo,Ordo ecclesiasticus,vbi etiam refert Girard. sin.51.attestari,ꝙ ita seruatur in practica,qui tamen in lib. meo hoc nõ dicit.Certè apud nos hæc cautela parũ prodesset:nam præsuppositio etiã voto, non credo,ꝙ ante impressionem characteris clericalis,vel susceptionẽ habitus,dici possit à iurisdictione seculari exemptus.Et si hoc admitteretur,oẽs ferè,qui nõ essent cõiugati,possent facilè pœnã mortis euadere:quod esset absurdissimũ. Et ideo rectè dixit Chassan. super consuet. Burg.fol.51. post nu.69.ꝙ nõ credit,ꝙ istud obseruaretur in practica, quẽ refert Didac.prac.32.post n.4.vers. Cæterũ quidem.

5 Vlterius quæro,quid si cõdẽnatus dũ ad suppliciũ ducitur,obuiũ habeat Cardinalẽ, qui pileũ suũ,siue galerũ purpureũ in capite ipsius cõdẽnati poni faciat,nũquid erit liberãdus?Resp.Bald. in l. addictos,in fi.C.de appel.dicit,ꝙ Cardinales ex consuetudine habẽt hoc priuilegiũ , vt si obuiã facti sint cõdẽnato,possint eũ à morte liberare. Idem attestatur Io.Sanson super consuet.Turon.in tit.*des crõmes*,arti.1.in fi.Gomez Arias super l.2. Tauri,nu.85. Et dicit Placa li.1.delictorũ,c.34.n.1.in fi. ꝙ tota ferè vtriusq; iuris schola in hoc consentit. Hanc etiã dicit esse cõmunẽ opi.Gomes in.§.pœnales,n.50.In stit.de actio.Ita etiã in practica obseruari attestatur Pau.de Castro,& alij, quos refert Tiraquell.de pœnis,causa 55.& Chass.super cõsuet. Burgund.fol. 53.n. 101. licet dicat se non credere , ꝙ apud ipsos istud obseruet,quẽ refert Remig. de immun. eccles. fo.83.in 19.limitat.Ita etiã esse de cõsuetudinedicit Paris Put.de synd.fo.356.n.2.& Duẽnas reg.81.Ego nunquã vidi hoc in practica contingere:si tamẽ casus contingeret,essem in sententia,vt posset pœna mortis mitigari , & reus ad triremes transmitti, & hoc in reuerẽtiam amplissimi ordinis Cardinaliũ, qui æquiparãtur regibus vt dixi 3.li.2.§.Cardinalis,& in quibus residet tota ferè maiestas Christianæ reipubl.Et hoc,nisi crimẽ,pro quo ille fuisset cõdemnatus,esset ex atrocissimis,vt etiam videntur sentire Doctores præallegati.

6 Quæro etiã,quid si cũ cõdẽnatus ducitur ad suppliciũ,cõpareat meretrix,quę petat illũ sibi dari in maritũ,nũquid debet cõdẽnatus liberari,& illi meretrici cõiugio copulari?Respon. Aliqui dicunt ꝙ sic. Et ita practicari in Hispania attestatur Paris Put.de syndicatu,folio 355.nu.2.in fi. quẽ refert Antonius Gomes.c.13.delictorũ,post nu.37.vers.quintus casus,& Didacus in epito.super 4.decretal.fol. 48.n.17.& Viuius libro cõmuniũ opi.in verbo,Cõdẽnatus ad mortẽ,ver.2.etiam Pract.Carer.fol.553. nu.85.Placa li.1.delictorũ,c.34.nu.9.Ita etiã obseruari de generali cõsuetudine totius Franciæ attestatur Chassan. super consuetudine Burgundiæ in tit,des iustices.§.5.n.97.quẽ refert Pub. super consuetudine Aluer. fol. 26. vers. 12. casus, vbi tamen subdit,quòd hoc Papiæ obtinere nõ potuit, refert etiam Mantua in l.trãsigere,post nu.65.C.de transact.& dicit Chass.in consuet.Burg.§. 5. verb.s'il n'a grace.vers.12.casus tit.des iustices & droits d'icelles.quòd ratio potest esse,quia maius suppliciũ est illi condemnato accipere vxorẽ, quã mori. Tu dic,ꝙ fortè potuit esse ratio, vt hoc pacto anima illius meretricis reduceretur à statu perditionis ad viam salutis,transeundo à meretricatu ad matrimoniũ.Sed certè hæc practica in hoc Ducatu non obseruatur.Et dicit etiam Tiraq.de pœnis , causa 56.in fi.se nescire,an olim in Gallia fuerit obseruatũ,bene certò scire,ꝙ hoc tempore nõ obseruatur Semel tamen vidisse illud in facti contingentia obseruari per parlamentũ Parisiense,attestatur Papo libro 24.titulo decimo,Arresto 14.

7 Præterea quæro,nũquid si post cõdemnationem reus efficiatur furiosus,debeat nihilominus sententia cõtra eũ lata exequi? Dixi 3.q.60.vers.Sed q̃ro.

8 Sed nũquid si post sententiã latam appareat de innocentia rei,debet,eo nõ attento,exequi sententia contra eum lata?Resp.quòd nõ,Ita dicit Inno. in ca,significãtibus,in fi.de purg.vulg. quem sequũtur cõmuniter Doctores,vt dicit Marsil.in pract.cri. §.opportunè,nu.7.& in §.vltima,nu.13.Grammat. cons.crim.16.nu.23.Et potest poni exemplum , puta,si ille,qui dicitur occisus ab ipso cõdẽnato,appareat viuus,vel huiusmodi.Videq̃ dixi suprà q.52. circa prin.Scias tamen, quòd nõ debet iudex hoc casu reũ absoluere:nam neq; potest id facere,cum lata sententia iam sit functus officio suo,sed debet supersedere,& Principi rescribere.l. 1. §. si quis vlt. ff.de quæstio.Et ita notãt cõmuniter Doctores,vt dicit Anto.Gomes.c.8.delictorum,post nu.4.

9 Vltimò quæro , quid si in ipso actu executionis contingat,ꝙ vel securis nõ possit caput amputare condemnato,vel laqueus rumpatur , ita vt non potuerit remanere suspensus, nunquid erit reus liberandus tanquam innocens? Respo. De iure credo,ꝙ hoc parum prodesset:nã omnino est exequẽda condemnatio iuxta formã sententiæ,in qua cõmuniter solent addi illa verba,Furcis suspendatur, ita ꝙ moriatur,secundum practicam , quam semper obseruãt assessores,teste Iac.de Beluis.in pract. crim.in ti.de sent.cri.post nu.8.& Fulg.in l.præsenti.C.de his qui ad stat.cõfug.quẽ refert Pract.Car. fol.521.nu.17.Et ita se vidisse in practica obseruari attestatur Papo li.24.tit.17. Arresto 14. Nihilominus quando huiusmodi casus de facto contingunt, video plerunq; nõ modo vulgus ignarum,sed etiã viros doctos subsistere,præsertim quãdo reus prius quàm ei inferatur suppliciũ, protestatur se esse innocẽtẽ,& dicit Io.Arn.soliloquio 5. Laqueus cõtritus,ꝙ cùm hic casus ex facto contigisset,ipse respondit,ꝙ ille erat liberandus. Dicit etiam Boss.in tit.de fauoribus defensionis,n.11.ꝙ tunc iste casus contigerat in quodã condemnato in amputatione capitis,cui securis caput amputare nõ potuit, Et dicit se certò credere , ꝙ esset euasurus. Dicit quoq; Chass.super cõsuet.Burg.fo.55.post nu.124. vers. Addo & alium. ꝙ vidit casum contigisse,& ꝙ ille condemnatus, aliquo modo ꝓbato miraculo, fuit per curiã relaxatus.Reperio etiam, ꝙ Cremonæ quidã Marchettus Capriolus laqueo suspensus, & pluries à carnifice pedib.calcatus,cùm expirasse crederetur,cecidit fracto laqueo , & à seipso surrexit incolumis.Et Senatus iusit,vt per dies aliquot supersederetur,intra quos posset & capacem & gratiam impetrare , & ita (ni fallor) habita gratia à Principe fuit dimissus 10.Maij 1546.P.N.

QVÆSTIO XCIX.

1 *Forma exequendi sententias corporales.*
4 *Iudex an possit cogere aliquẽ,vt carnificis officiũ exerceat,*
5 *Expensæ iustitiæ ad quem pertineant?*

1 QVæro,quæ sit forma exequendi sentẽtias corporales? Resp.ꝙ ex mãdato iudicis reus consignatur collaterali , qui præest satellitibus,vt per ministrum iustitiæ illã exequi faciat,& ita seruatur. Si tñ condemnatio est capitalis,laudabilis est consuetudo , ꝙ talis sententia intimatur condemnato per virũ religiosum,qui accommodatis verbis reo mortẽ denunciat,illũmq; hortatur ad patiẽtiam,& pœnitentiam peccatorũ suorũ,& sacramenta ecclesiæ suscipienda: & vbi supplicium in aliũ diẽ differatur,mittuntur etiã alij viri religiosi, qui eum cõfortent,prout etiã seruari attestatur Paris Put.de synd. fol.208.in verbo,Condẽnatio,c.2.num.1. Marsil.in pract.crim.§.quoniã,post nu.51.Et dicit pract. Iod. c.150.nu.3.ꝙ in hac laudabili consuetudine omnes ferè conueniunt,quã ipse valde eleganter exornat, & quia hæc variè in diuersis locis seruantur,attendenda est consuetudo vniuscuiusque prouinciæ.

2 Sed quid si reus nolit pœnitere,nec peccata sua confiteri?Dixi suprà q.97.vers.Sed pone.

3 Sed quæro,nunquid capitaliter condẽnatis dandum sit sanctissimæ Eucharistiæ sacramentũ.Resp. Ecclesia quidem permittit illud eis cõicari , vt est text.in c.quæsitũ,13.q.2.Et ita tenent cõiter DD.vt attestatur Ant.Gomes.c.14.delictorũ,post nu.6.ver. Itẽ adde,quod potest.Et dicit Pract.Iod. in d.c.150. nu.4.ꝙ hunc laudabilem morem sequuntur hodie pleræq; Romani imperij ciuitates , aliq; pij,deotiq; magistratus. Sed in plerisq; regionib. hoc non seruatur,& in specie in hoc Ducatu,neq; etiã in Gallia,vt attestatur Igneus in l.1.in prin.nu.6.ff.ad Syl, neque in Hispania, vt ait Gomes,in loco præalleg. Sciendũ est tñ,ꝙ vbi eis daretur, eo casu ꝓpter sanctissimi Sacramẽti reuerentiã,non deberẽt illo die, quo cõmunicant,vltimo supplicio affici. Extrema autem vnctio non debet dari capitaliter condẽnatis.Ita dicũt DD. vt attestatur Gomez Arias super 2.lege Tauri,nu.74.& ita in practica obseruatur.

4 Sed pone,ꝙ in ciuitate nullus sit carnifex,siue minister iustitiæ , qui sententiã capitalem exequatur, nũquid poterit iudex ꝓpter publicã vtilitatem cogere aliquem hominẽ liberum , vt sit carnifex, siue executor,etiã ꝙ ipse in nihilo deliquerit? Resp.ꝙ sic,si est vilis persona.Ita tenet Bart.in l.fi.§.Titius, nu.3.ff.de pign.act.quẽ sequuntur oẽs,vt dicit Gaspar.Valas.in repe.l.Imperiũ,post nu.17.ff.de iurisd. omn.iud.& refert Paris Put.de synd.fol.324.nu.5.ꝙ ita vidit obseruatũ Bononiæ , ꝙ scilicet captus fuit quidã peregrinus,licet videretur persona honesta, vt decapitaret quendã nobilem,ꝙ(secũdum eum) fuit malè factum:nam ad hoc officium non debent compelli,nisi personæ viles,puta,serui & similes.Dicit autem ibi Paris,ꝙ quando officiales capiunt aliquem seruum,vel mendicantem pro faciẽda iustitia,debent ei soluere mercedem quinq; aureorum, vt videtur text.in l.Diuus.ff.de bon.damnat.

5 Quæro hic,ad quem pertineat expensa executionis iustitiæ,puta,furcarũ, carnificis,&c. Resp. quod pertinet ad fiscum. Et ita decisum fuit per Capel. Tholos. decis. 41. quod intellige vt procedat, nisi adsit consuetudo in contrarium : puta, quia communitas loci esset in possessione furcas suis impensis erigendi,vt est in multis locis : nam eo casu non esset ab ipsa consuetudine recedendum.

6 Itẽ quæro,in quo loco fieri debeat executio iustitiæ?Respon.ꝙ debet fieri in loco consueto.Et ita regulariter obseruatur,præterquã in famosis latronibus:Illi enim suspendẽdi sunt in loco, vbi grassati sunt,vt dicit tex.in l.capitaliũ, §.famosos.ff.de pœ. Et hoc vt sint solatio consanguineis occisorum,& aliis terrori. Aliqui tñ,etiã in non famosis,faciunt erigi furcas in loco,in quo furtũ est cõmissum,quod se vidisse sæpissimè obseruari attestatur Marian. in reper.c.qualiter,& quãdo,nu.260.& dicit Bal.in l.1. C.de Nili agge. nõ rũpendis,in primis verbis,ꝙ ita fit in multis locis,prout etiã dicit Ang.de malef.in verbo,vsq; ad locũ.se fecisse obseruari Perusij,quod tñ mihi nõ placet,neq; etiã placet Aug.ibi in Apostill.nisi esset enormissimũ delictũ,neq; ego id apud nos vidi vnquã obseruari, nisi in grassatorib. viarũ ,put fuit quidã Antonius Lambertus, qui in domo campestri robatiã commiserat,iussus enim fuit duci ad locum delicti,& ibi suspẽdi 9.Nouemb.1555. P.N.& alij multi.Benè dicit Boss.in tit.de exec.senten.ꝙ ita sæpe fieri vidit,maximè tẽpore regis Gallorum,sed eo tempore ego nondum eram natus.

7 Vnum tamen in hoc ꝓpositio notabis,ꝙ quamuis lege aut statuto caueatur,aliquem propter aliquod delictum esse flammis cõburendum,prout in crimine hæresis,sodomię,& falsi,& aliis de quib.dixi 3.q.68.vsus tñ obtinuit,vt prius strãgulentur q̃ comburãtur.Et ita apud Christianos seruari attestatur Did.lib.2.refol.c.10,nu.9.in fi.Et hoc obseruari etiã in relapsis verè pœnitentib.attestatur Simancas de hæret.c.55.nu.13.Et hoc ad euitãdum periculum, ne propter lentũ,& atrox genus mortis condemnatus fortè in desperationẽ inducatur.Et si casus contingeret,ita omnino seruabis, quidquid dixerit Cors. in suis sing.in verbo,Pœna.vno tantũ casu excepto, scilicet quando dãnatus ꝓpter hæresim nollet pœnitere,neq; ad catholicã fidem redire,nam eo casu vtiq; esset viuus exurẽdus,prout etiam in Hispania seruari affirmat Didac.in loco præalleg.post num. 10.vers.tandem in Hispania.Cùm enim nulla sit spes salutis,parum est de eius desperatione curandum.

8 Quæro etia,si animal irrationale aliquod delictũ cõmiserit,(si tamen præsuppositia carentia rationis potest delictum appellari)puta,quia hominẽ interfecerit,vel huiusmodi,nũquid debet iudex illud animal punire pœna mortis?Resp.de iure dicendũ est, ꝙ non,nã merum imperiũ nõ exercetur in beluas. Et hæc est cõis opi.vt dicit Sapia in l.Imperiũ, nu.6. ff.de iurisd.omn.iud.Sed de consuetudine in multis locis seruatur contrariũ., Et in specie Guido Papæ decis.238.Si animal,attestatur se vidisse in Burgundia quendam Porcum suspensum in patibulo,eo ꝙ puerum occidisset.Cæterum hæc consuetudo mihi nunquam placuit, neq; ego illã seruarẽ, nisi in vno casu,quãdo,s.homo se cum bestia carnaliter cõmiscuisset:tunc enim propter detestationẽ criminis,& ad terrorem aliorũ,si homo esset propterea suspen

dendus, vel comburendus, pariter facerem ipsum animal irrationale, cum ipso homine suspendi, aut comburi, prout etiã hoc casu ita cautum fuisse reperio in l. diuina, & pluries etiã obseruatum, vt dixi 5. hoc eod. lib. §. Fornicatio, vers. Cum animali. Et ideo non debuit iudicio meo, Ant. Caius in Apost. ad Arc. in §. itẽ lex Iulia. post nu. 2. Inst. de pub. iud. deridere quendã præpositum, qui cum quidam alie nigena cognouisset equã, & aufugisset, fecit abscindi caput equæ, & in loco eminenti affigi, dicens, q̃ erat ei indulgendum, cùm esset vir illiteratus & habuisset consiliũ ab imperitis, quos ipse peritos existimabat: licet reuera vbi non esset etiam de homine supplicium simul sumẽdum, ego fortè illud non facerem. In aliis autem omnibus casibus nõ recederem à communi Doctorum opinione.

Non est etiam hoc loco prætermittẽda cõsuetudo, quæ viget in nonnullis regionib. procedẽdi contra locustas, mures, limaces, & huiusmodi animalia fructibus terræ damnũ inferentia, super qua in facti contingentia consultus respondit Chass. conf. 1. valere huiusmodi processum, & anathematizationem contra ea prolatam, afferens nonnulla exempla, præsertim num. 124. & sequen. quæ tamen apud nos nunquam vidi in practica obseruari.

9 Vltimò quæro, si aliquis reperiatur condẽnatus plurib. pœnis, qũo erit facienda executio? Resp. si sunt pecuniariæ, oẽs sunt exequendæ. Et hoc nõ habet dubium, nisi vna absorberet aliam, puta, quia post condemnationem pecuniariam superuenerit confiscatio bonorũ: nam eo casu, statim secuta confiscatione confusæ sunt oẽs condẽnationes & mulctæ pecuniariæ præcedentes, siue inflictę sint ex eodem delicto, siue ex diuersis. Et ideo si reus haberet gratiam à principe pro delicto, pro quo fuisset cõdemnatus in pœnã mortis & confiscationis bonorum, non posset retineri in actu approbationis gratiæ propter condẽnationem pecuniariã prius contra eum secutam. Et hoc pluries decisum fuit per senatum. Si verò sunt pœnę corporales, tunc aut sunt inter se cõpatibiles, puta, quia ex vna sententia fuit condẽnatus in amputatione mẽbri, & ex alia in pœnam mortis, & tunc oẽs sunt exequendæ, ita tamen vt incipiatur à minori, s. ab amputatione membri, & deinde inferatur vltimũ supplicium, non aũt econuerso, vt videtur colligi ex gl. quæ reputatur singularis in l. oẽs, in gl. fi. C. de delat. lib. 10. aut vero sunt incompatibiles inter se, puta, quia oẽs sunt capitales, & nemo potest nisi semel mori, & tunc est in arbitrio iudicis, exequi quam pœnã velit & ita seruat cõis consuetudo, vt attestatur Angel. in l. nunquam plura, n. 2. ff. de priua. delictis, & in l. 1. §. fi. ff. nil noua. appe. pend. quẽ refert Anan. in c. fi. nu. 10 de colluſ. deteg. Cum enim oẽs illæ pœnæ sint debitæ fisco, seu iustitiæ ad publicã vindictam, potest iudex eligere quã vult: neq; posset hoc casu iudex dare electionem reo, vt habetur in l. aut damnũ, §. perinde, vbi gl. in verbo, Permittens, ff. de pœnis, quã gl. pro singulari cõmendat Roma. sing. 131. Quæro an iudex! Vide quæ dixi 3. q. 85. vers. Solet etiã. Et ideo si quis sit condẽnatus, p̃ homicidio in amputatione capitis, & p̃ furto ad furcas, non debet fieri executio, vt prius suspendatur, deinde amputetur caput, sed iudex eligit quã pœnã vult exequi, & illa sola infertur. Si tñ essent plures condemnationes contra aliquem in vna eadẽ sententia prolatæ, tunc sunt ordine suo exequẽdæ, prout videmus plerunq; reos forcipibus candentib. laniari, manũ amputari & postea decapitari, & successiuè etiam in frusta scindi, licet tales pœnæ non sint nisi in atrocissimis delictis imponendæ: minus enim q̃ fieri potest, sæuiendum est in humana corpora, salua tamen semper iustitia.

QVÆSTIO C.

1 *Cadauera damnatorum an possint deponi, & sepeliri?*
2 *Et an possint dari medicis ad anatomiam faciendam?*
3 *Et an si reus mortuus sit ante executionem, debeat nihilominus eius cadauer suspendi?*
4 *Et quid faciendum sit de vestibus damnatorum?*

1 VLtimò quæro, facta executione capitali, quid faciendum sit de cadauerib. dãnatorum? Resp. de iure ciuili habemus titulũ, ff. de cadauerib. punitorum, in quo habes q̃ non licet ea sepelire, nisi habita licentia à principe, præsertim si sunt damnati ob crimẽ læsæ Maiestatis. De iure autem canonico possunt corpora dãnatorum sepeliri, vt est tex. in c. quæsitum, 53. q. 2. Et dicit Chass. super cõsuet. Burg. fol. 94. post nu. 5. q̃ ità in Italia obseruatur. In Gallia verò seruatur ius ciuile, Sed (vt ipse fatetur) melius faciunt Itali, q̃ Galli. Hoc tamen intellige, vt fiat habita prius licentia à iudice, aliàs eã non solent deponi, neq; tradi sepulturæ. Et ita declarant cõiter Doctores, vt dicit Ant. Gomes, c. 14. delictorũ, nu. 8. „put etiã seruatũ fuit in sacratissimo corpore Saluatoris nostri, q̃ de licentia Pilati prę̃sidis fuit à cruce depositus, & traditus sepulturæ, Ioan. 24. Bene'verum est, q̃ quandoq; condẽnati „pter immanitatẽ criminis, puta, læsæ Maiest. & etiã aggressiores publicarũ viarũ, solent, postquã suspẽsi sunt, relinqui in loco patibuli, vt cæteris sint exẽplo, & terrori, quod etiã teste Igneo in l. 1. §. si sibi manus, post nu. 49. ff. ad Sylla. plerunq; Gallia obseruat, vt, s. insignium latronum cadauera membratim diuisa, in locis, vbi frequentius grassati sunt, pendere permittantur.

2 Quæro, nunquid cadauer puniti possit dari medicis ad faciendam anatomiam? Resp. Bar. in l. fi. ff. de cada. pun. posuit hanc quæstionem, & eam non decidit, sed reliquit cogitandum. Ego nõ reperio hoc in iure decisum, sed de consuetudine passim obseruatur, q̃ dantur huiusmodi corpora medicis, habita tamen prius licentia à principe vel senatu. Et ita practicari attestatur Bertach. in verbo, Cadauera, nu. 5. Et refert Ant. Gomes. c. 14. delictorum, in fi. q̃ de anno 1550. Carolus V. Imperator perquisiuit vtrum Vniuersitatis Salmaticensis, an hoc liceret facere: & vniuersitas respondit, quòd sic.

3 Item quæro, an si reus moriatur ante executionem, debeat eius cadauer suspendi? Dixi supra q. 51. versic. Sed hic incidenter.

4 Quæro etiam, quid faciendũ sit de vestib. damnatorum? Resp. Bart. in l. diuus. ff. de bõn. damn. dicit, q̃ debet eorum preciũ conuerti in expensas necessarias officij, puta, in persequẽdo malefactores, & huiusmodi. Ego puto in hoc seruandam esse consuetudinem prouinciæ: & quid obseruetur in Francia, habes apud Boer. decis. 349. post nu. 5. Apud nos autẽ seruatur, q̃ vestes viles, quibus indutus est condemnatus, tempore, quo afficitur vltimo supplicio, præter eas cum quibus est honestè sepeliendus, sunt carnificis, precioseę verò distribuuntur inter milites, siue satellites, prout etiam inter ipsos distributæ fuerunt vestes Saluatoris nostri tempore sacratissimæ suæ passionis, cuius merito nos ad cœlestia gaudia perducat, illique sit laus, & gloria in sempiterna seculorum secula, Amen, Amen.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM LOCVPLETISSIMVS.

ABIVRATIO. Abiurans hæresim euitat pœnam ignis. §. hęresis. vers. 8. fol. 166
Et an sit nihilominus cõdẽnandus ad perpetuos carceres. ibid.
Et an possit hæc etiam pœna commutari, ibid.
Et an per iudicem laicum, §. fin. quæst. 96. versi. quæro etiam. versi. 7. 403
Et an abiurans euitet pœnam confiscationis bonorũ §. Hæresis. vers. 8. 166
Et vsque ad quod tempus permissa sit abiuratio. §. Hęresis. versi. Sed vsque ad. ibi. ver. 9.
ABOLITIO. Abolitio generalis, siue decretum gratiosum an trahatur ad delicta futura, §. fi. q. 59. verſiculo. 11. 330
Et an ad delicta commissa sub spe ipsius decreti, ibid. verſiculo 12.
Et an ad crimen falsi, ibid. vers. In huiusmodi.
Et an profit carceratis, & iã condẽnatis, ibid. vers. 13.
Abolitio, quæ sit propter desistentiam accusatoris, an impediat, quo minus iudex in causa procedere possit, §. fi. q. 51. versi. 11 307
Et an eo casu opus sit noua instantia. §. fi. q. 58. v. 3322
Et an non obstante huiusmodi abolitione possit adhuc aliquis tertius accusare, ibid. ver. 4 341
Abolitione secuta per mortẽ accusatoris, an possint eius hær. accusationem ipsam prosequi, §. fin. quæst 51. verſiculo 9. 306
Et an eo casu possit iudex „pcessum perficere, ibid.
Et an possit aliquis alius accusationẽ ipsam prosequi ibid. verſiculo. 10 307
ABORTVS. Abortũ procurans an sit pœna mortis puniendus, §. fi. q. 68. ver. 2 355
Et quid si partus non erat animatus, ibi.
ABSENTI facta donatio an valeat, §. Donatio, quæst. 12. vers. 1. 69
Et quid si interueniat nuncius, vel epistola, ibid.
Et quid si donatarius adipiscatur possessionem rei donatæ. ibid. versi. 3.
Et quid si donatio facta sit ecclesiæ. ibid. ver. 6.
Et quid si notarius pro absente stipuletur, quæst. 13. vbi etiam an possit ante acceptationem ipsius absentis reuocari. versi. 1. 69
Absens non potest de iure communi diffinitiuè condemnari, §. fi. q. 44. in prin. 299
Et quid si crimen iam sit liquidatum ibid.
Et an contra absentem recipi possint testes ad perpetuam rei memoriam, ibid.
Et an debeant eius bona annotari, ibid.
Et quid de consuetudine obseruetur, ibid. ver. 3. 291. vide infrà Contumax.
Absentia an possit per procuratorem allegari, §. fi. q. 32. versi. 11, & 17. 261. & 263.
Absentia multiplex est, §. fin. q. 34. in prin. 267
Et quid si non allegetur in specie aliqua causa absentiæ. ibidem. versi. 3
Et an allegans absentiam tenetur eam probare, ibid. verſiculo 4. 267
ABSOLVTIO. Accusatore nõ probãte reus est absoluendus, §. fi. q. 62. in prin. 339
Et quæ sit forma, & effectus huiusmodi absolutionis, ibid. versi. Forma autem.
Absolutus semel de crimine nõ debet pro eo vlterius molestari, §. fi. q. 57. in prin. 322
Et quid si fuit absolutus, non quia crimen non commiserit, sed quia non fuerit probatũ, ibid. versi. 8.
Et in dubio ex qua causa præsumatur absolutus, ibid. ead. versi. 3.
Et quid si fuit absolutus rebus stantibus, §. fin. quæst. 62. versi. 2. 339
Et an tertius qui primam accusationem ignorauit, possit non obstante absolutione iterum accusare, §. fin. q. 57. versi. 4 320
Et quid si primus accusator præuaricatus fuit, ibid versi. 7. & versi. 5.
Et quid si processum fuit per inquisitionem, ibi.
Et quid de iure canonico, ibid. ver. 8
Et quid si secuta fuerit absolutio per viam dispensationis, ibid. ver. 9
Et quid si secuta fuerit in foro pœnitentiali. ibid. v. 10
Et an absolutio secuta in foro ecclesiastico prosit coram iudice laico, ibid. ver. 11 320
Absolutus de crimine an possit accusatorẽ suũ reaccusare, §. fi. q. 14 ver. 14. 224
ACCVSATIO quid sit, §. fi. q. 12. in prin. 217
Et an sit remedium ordinarium, §. fi. q. 3. ver. 3. & 6. 202
Et an sit actio, q. 12 versi. 3 217
Accusationis forma quæ sit, ibid. versi. 6 217
Accusatio an debeat fieri in scriptis, ibid.
Et quæ in ea requirantur, ibid. ver. 8. 218
Et an si omittãtur, accusatio sit ipso iure nulla, ib. ver. 9
Et an locus notorius debeat per confines designari, ibid. ver. 12 218.
Et an dies sit exprimẽdus in accusatione, ibi. ver. 13 218
Et quid si dies expressus nõ probetur, ibi. v. 14. 219
Accusator an teneatur se inscribere ad pœnam talionis, ibid. versi. 15 & ver. 19
Et quæ sit forma inscriptionis, ibid. ver. 16
Et an de consuetudine inscriptio obseruetur, ibidem verſiculo 17
Et quid de iure canonico, ibid. ver. 18
Accusans de adulterio an teneatur se inscribere ad pœnam talionis, ibid. ver. 19 219
Et an mulier teneatur se inscribere, ibi. v. 20 220
Conclusio libelli an in accusatione requiratur, ibid. verſiculo 21
Plures an possint eundem in vno libello accusare, §. fi. quæst, 13 in prin. 220
Et an plures possint simul accusari, ibidem, verſiculo. Quæro nunc. ver. 2 220
Et an vnus possit de pluribus criminibus eodem tempore accusari, §. fi. q. 16. ver. 2 226
Et an separatim, §. fi. q. 13. ver. 4 221
Et an supersedendum sit in vno, donec super alio cognitum sit, ibid. ver. 5 221
Accusare possunt omnes, qui à iure prohibiti non reperiuntur. §. fi. q. 14. in prin. 221
Et quid si suam vel suorum iniuriam prosequantur, ibidem. versi. 2
Accusatus de crimine an possit accusatorem suum, vel alium reaccusare, ibid. ver. 12 223

Et an posit illum ciuiliter reconuenire, §.fin.quæst.2. versiculo 3. 201
Accusati nomen inter reos receptum quando dicatur, §. fin.quæst.14.ver.13 224
Accusare an quis posit nomine alieno, ibid.v.24 225
Accusatus infamis an posit contra accusatorem infamiæ exceptionem opponere, §.fi.q.15.ver.3. 226
Accusatore minus idoneo existente, si pars non opponat, an processus valeat, ibid. versicu.4
Quis in accusando præferendus sit.ibid. versi.6
Accusari an posit qui pro delicto pœnitentiam fecit §.fin.quæst.16.vers.5 227
Accusare de priuato crimine an posit ille, cuius non interest, §.fin.q.17.in prin. 228
Et quid si pro tali crimine priuato imposita sit pœna pecuniaria fisco applicanda, ibid.versi.3
Quomodo de iure communi in iudicio accusationis sit procedendum, §.fi.q.18.in prin. 228
Accusator an teneatur fideiubere de lite prosequenda, & pro expensis, ibid.versi.2
Et an teneatur iurare de calumnia, ibid.versi.3
Et an teneatur simul cum accusato carceres ingredi, ibid.versi.4 229
Accusatori an sit danda copia processus, §.fin. quæst. 49.versiculo 10 303
Accusatio criminalis tollitur spacio viginti annorum §.fi.q.51.in prin. 305
Et si delictum sit reiterabile, quando incipiat illud tẽpus currere, ibid.
Accusatore mortuo an extinguatur iudicium criminale, §, fin.ibid.versi.9 306
Et an ipsius hæredes, vel alius volens accusare sit admittendus, vel posit iudex processum prosequi, Vide suprà Abolitio.
Accusato mortuo cessat criminale iudicium, §.fin.ibi. versiculo 12 307
Et quid in criminibus exceptis, ibi.ver.13
Et quid in crimine hæresis. §.Hæresis.ver.21 168
Et quid in crimine læsæ Maiestatis. §.Læsæ Maiestatis. versiculo 16 188
Et quid si agatur de pœna amissionis bonorum, vel alia pecuniaria, §.fi.q.51.ver.14 307
Et an eo casu requiratur, quod ante mortem rei secuta fuerit declaratio criminis, ibid.
Et an accusati mortui cadauer posit decapitari, vel suspendi, vide infrà Cadauer.
Et an hæres teneatur ex delicto defuncti, vide infrà Hæres.
Accusator, qui accusationem non probat, an sit in expensis condemnandus. vide infrà Calumniator.
Accusare an quis cogi posit. vide infrà Iudex.
Accusatore non probante reus est absoluendus, §.fin. quæst.62.in prin. 339
Et quid si probatum sit crimen, sed non qualitas criminis in accusatione deducta, §.fi.q.66.ver.4 353
Et quid si accusator offerat se velle stare cum reo in tortura, § fi.q.63.ver.7 341
Et quid si offerat probationem per duellum, ibi. ver.8
Accusator desistens ab accusatione, qua pœna punia tur, §.fin.q.58.ver.3 322
Accusatio criminalis, & actio ciuilis quando simul cõ currere posint, vide infrà Actio.
Accusatio & inquisitio an simul concurrere posint, & an accusatore superueniente cesset iudicium inquisitionis, vide infrà Inquisitio.
ACTA facta in iudicio ciuili, non faciunt fidem in criminali, §.fi.q 54.v.2 314
Et quid si iudicium ciuile fuerit intentatum super crimine, ibid.v.3
ACTIO pro feudo quæ competat. §.Feudum quæs. 89.nume.1. 151
Actio quæ competat pro emphyteusi. §.Emphyteusis, quæst.47.num.1 103
Actio ciuilis, & accusatio criminalis quando simul cõ currere posint, §.fi.q.2.in prin. 200
Et quid si criminalis intentetur principaliter, & ciuilis incidenter, ibid.v.2
Et an post intentatum iudicium criminale actor possit intentare iudicium ciuile ex diuersa causa, ibid. versiculo 3 201
Et an reus conuentus ciuiliter, posit contra actorem criminaliter agere, ibid.v.4
Et quid econuerso, an conuentus criminaliter posit contra accusatorem intentare actionem ciuilem, ibid.versi.5.
Et an absoluto vno iudicio, scilicet ciuili, vel criminali, posit deinde agi alia via, ibid.v.7
Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, §.fi.q.19.in princ.v.1 229
ADMISSIO ad nouas defensiones per quem concedi posit, §.fi.q.94.v.12 402
ADVOCATVS filiusfam. an possit testari de salariis per eũ lucratis, §.Testamentũ, q.18.nu.7. 11
Aduocatus fiscalis an si succumbat in iudicio inquisitionis, sit in expẽsis cõdẽnandus, §.fi.q.10.v.5 216
Aduocati reorum, an debeant esse præsentes eorum examini. §.fi.quæst.45.ver.12 295
Et an qñ examinãtur in tormẽtis. §.fi.q.64.v.35 348
Aduocatus an posit patrocinari pro hæretico, vide infrà Hæresis.
ADVLTERIVM Accusatio adulterij multipliciter proponi potest. §.Adulteriũ, circa prin. 147
Adulterium quot modis committi posit, ibi num.2.
Et an cum meretrice nupta dicatur committi adulterium, ibid.nu.3 148
Adulterium an sit crimen priuatum, ibid.num.4
Adulterium an posit probari per testes singulares, §. fin.quæst.53.v.18 313
Adulterium an posit puniri per iudicem ecclesiasticum, §.fin.quæst.37.ver.5 280
Adulterij pœna quæ sit, §.Adulteriũ.nu.7 148
Et an habeat locum in sponsa, ibid.nu.9 149
Adulterium pluries cum vna committens an dicatur plura adulteria commisisse, nu.11
Adulter in actu adulterij deprehensus potest à patre impunè occidi. §.Homicidium.ver.48 178
Et an à marito, ibid.ver.49 178
Et quid si adulter sit clericus, ibid.
Et quid in sponso per verba de futuro, ibid.
Et an adulter licitè occidi posit in foro conscientiæ, ibidem versi.50 178
Et an pater, vel maritus posit alteri mandare, vt adulterum interficiat, ibid.v.51
Propter adulterium agi potest ad separationem tori, §.Adulterium.ver.12 149
Et an teneatur eo casu maritus dotem vxori restituere, ibid.v.13
Et quid si deinde compertum fuerit matrimonium fuisse nullum, ibid.v.14
Vxor propter adulterium amittit dotem. ibid.ver. 13.
Et an in præiudicium patris, vel filiorum suorum, ibidem versiculo 19 150
Et an amittat etiam bona paraphernalia, ibi.vers. 15
Vxor an amittat dotẽ propter osculum, ibi.ver.16
Et an facta separatione tori propter adulterium teneatur maritus alere vxorem, ibi.v.17

Maritus sciens vxorem esse adulteram, si cum ea se eam naliter commisceat, an videatur illi adulterium remisisse, ibid.ver.18.
Adulterij exceptio in causa ciuili repetitionis dotis quando, & per quos opponi posit, ibid.ver.19.
Adulterij crimẽ quinquẽnio præscribitur, ibid.v.20.
Adulterium committens cum vxore eius cũ quo pacem fecerat, an dicatur pacem frangere, ibid.v.14.
ACCVSANS de adulterio an teneatur se inscribere. Vide supra Accusatio.
Super crimine adulterij an posit fieri pax siue transactio, vide infrà Pax.
AFFECTVS an puniri debeat effectu non secuto, §.fi q.92.in princ. 399
Et quid in atrocissimis, ibid.ver.2
Et quid in assassinio. §.assassinium, ver.7. 151
Et quid in homicidio, §.Homicidium.ver.74. 182
Et quid in veneficio, ibid.ver.13. 171
Et quid in Sodomia, §.Sodomia.ver.8. 194
Et quid si non fuerit deuentum ad actum proximum, §.fi.q.92.ver.3. 400
AFFINIS in causis criminalibus an posit testificari, §.fi.q.24.ver.12. 242
AGNATVS habens partem feudi, si acquirat aliã partem, an teneatur pro illa petere nouam inuestituram, §.Feudum, q.49.ver.12. 126
Agnatus proximior an posit reuocare alienationẽ feudi factam per vasallum, & vsque ad quod tempus, §.Feud.q.42.ver.10. 122
Et quid si alienatio facta sit in extraneum, ibid.v.9.
Et an admittantur ad huiusmodi reuocationẽ etiam si sint hæredes alienantis, ibid.ver.14. 122
Et quid si agnatus proximior consenserit alienationi, an talis consensus eius filiis præiudicet, ibid.ver.Dixi, quòd si agnatus, ver.11. 122
Et an præiudicet agnatis medij gradus, ibid.ver.13.
Et quid si filius alienantis, & proximior agnatus concurrat ad huiusmodi reuocationem, quis præferatur, ibid.ver.8. 122
Agnati proximiores aperto feudo an præferãtur domino. §.Feud.q.66.ver.1. 129
Agnati transuersales an succedant in feudo. eod. §.q. 76.ver.1. 133
Et an in feudo nouo, ibid.ver.2. 134
Et an vsque ad septimum gradum tantùm, vel etiam vltra, ibid.ver.3.
Et quid in feudo concesso clerico pro se, & hæredib. ibid.ver.4.
Agnatus vel filius an posit repudiare hæreditatem, & retinere feudum, eo.§.q.76.ver.1. 133
Et quid in feudo non hæreditario, ibid.ver.3. 134
Agnati proximiores finito feudo, an posint petere se de ipso feudo inuestiri, eo.§.q.87.ver.1. 139
Agnati, vel filij emphyteutæ an posint finita emphyteusi petere, vt eis refirmetur, vide in §. emphyt.q. 43.ver.1. 102
Et quid in transuersalibus, ibid.ver.2.
Et quid si sit emphyteusis ecclesiastica, ibid.ver.3.
Et quid si fuerit alius de ea inuestitus, ibid.v.Sed pone.
Et an hoc duret post annum, ibid.
Et quid si dominus directi velit pro se retinere, ibid. ver.Sed quid si Ecclesia, ibid.
ALEA. Alearum ludus prohibitus est, vide j.ludus.
ALIENATIO rerum hæredis an posit per testatorem prohiberi, §.Test.q.71.ver.Item quæro.43
Alienatio legitima an posit per testatorem prohiberi, eo.§.q 73.ver.1. 45
Alienatio rei emphyteuticæ prohibita est domino irrequisito, vide in §.emphyteusis.q.13.ver.1. 89
Alienatio rei emphyteuticæ in potentiorem prohibita est, eo.§.q.22.ver.1. 93
Alienatio facta à delinquente post delictum, an per fiscum rescindi posit, vide infrà Bona.
Statutum prohibens bona alienari in forensem, vide infrà Statutum.
AMOR in delictis an excuset, §.fi.q.60.ver.10. 333
ANIMAL irrationale, quod aliquod maleficiũ commisit, an sit morti tradendum, §.fi.q.99.ver.8. 408
Animus deliberatus ex quibus coniecturis colligi posit. §.Homicidium, ver.9. 171
ANNOTATIO bonorum quando fieri debeat, vide infrà bona.
ANNVS ad petendam inuestituram quando incipiat currere vasallo, vide §.Feudum.q.49.ver.3. 125
Et an currat impuberi, ibid.ver.4.
Et quid in fœmina, ibid.
Et an minor restituatur aduersus lapsum huius anni, ibid.ver.5.
Et an hoc tempus currat vasallo non possidenti feudum, vide infrà Vasallus.
Et an posit mora purgari, ibid.
ANTIQVITAS delicti an prosit delinquenti, §. fin.q.60.ver.32. 337
APERIENS, & desigillans literas alienas incidit in crimen falsi, §.Falsum.ver.36.32 156
APOSTATA quot modis quis dicatur, §. fin. q.78.ver.4. 371
Et an apostata admittatur ad pœnitentiam, vt hæreticus, ibid.
Monachus vagabundus, qui tamen non dimittit habitum propriæ religionis, an dicatur apostata, ibid.
APPELLATIO in causa feudali ad quem deuoluatur, vide §.Feudum.q.90.ver.11. 141
Appellationum tempora, quomodo currant in causis feudalibus, §.Feudum.q.91. 141
Appellatio in causis criminalibus quibus casibus admittatur, §.fi.q.94.in princ. 401
Et quid si reus sit confessus, & conuictus ibid.
Et quid de iure canonico, ibid.
Et quid si delictum sit notorium, ibid.ver.7.
Statutum tollens appellationem in causis criminalibus an valeat, ibid.ver.3.
Appellatio vnius in causis criminalibus an prosit alteri, ibid.ver.4.
In causis criminalibus quilibet potest pro condemnato appellare, ibid.ver.Regulariter.
Et an etiam clericus, ibid.ver.5.
Appellatione pendente si reus decedat, an sit locus confiscationi bonorum, ibid.ver.7.
Et quid si decedat pendente tempore ad appellandum, ibid.ver.8.
ARBITRIVM iudicis quid posit, §.fi.q.31. ver. Arbitrio atque balia, ver.9. 235
Et an iudex posit arbitrari pœnam mortis, vide infrà Iudex.
ARBORES fructiferas incidere non licet emphyteutæ, vide §.emphyt.q.26.ver.2. 94
ARCHIEPISCOPVS delinquens à quo sit puniendus, §.fi.q.35.ver.1. 268
Et an episcopus posit punire archiepiscopum delinquentem in sua diœcesi, ibid.
ARGVMENTVM de feudo ad emphyteusim an valeat, §.Feudum, q.3.ver.& hæc quidem 105
Argumentum de feudo ad emphyteusim, & è contra, an valeat, vide in §.emphyt.q.50.ver.1. 103
ARMA noua, quæ quis vendiderit, aut emerit, fisco applican.

applicatur,§.fi.q.79.v.3. 376
Statutum prohibens deferri arma,quomodo sit intelligendum,§.fi.q.82.Statuto sexto. 381
Clericus arma deferens an possit per iudicem laicum spoliari & puniri,§.fi.q.36.ver.26. 276
ASCENDENS cum scalis de nocte ad domum alterius punitur pœna mortis.§.fi.q.68.v.4. 355
ASCRIBENS sibi in testaméto incidit in pœnam falsi,§.Falsum.v.27. 156
Et quid in testamento nuncupatiuo,ibid.
ASSASSINVS propriè quis dicatur, §. Assassinium,in princ. 150
Et an ad hoc,vt quis tanquam assassinus puniri possit, requiratur, quòd probatum fuerit occisum fuisse Christianum,ibid.
Et an episcopus committens assassinium incidat in pœnas c.primi,de homicid.ibid.v.3. 151
Assassinij pœna quæ sit,ibid.ver.4.
Assassinus an sit rutus immunitate ecclesiæ, si ad eam confugiat,ibid.ver.5.
In crimine assassinij minores probationes requiruntur,quàm in aliis criminibus,ibid.ver.6
In crimine assassinij an puniatur affectus etiam non secuto effectu,ibid.ver.7.
Clericus assassinus an possit à iudice laico puniri, §. fi.q.36.ver.29. 277
Et an hoc casu requiratur solennis degradatio, ibid. versiculo 30
Et an sententia declaratoria,ibid.
Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari non expectata incorrigibilitate.ibid.v.32
ASSISTENS maleficio an dicatur præstare auxilium,§.fi.q.90.ver.Quæro nunquid.v.8. 398
AVGMENTVM contingens in re emphyteutica ad quem pertineat,vide in §.emphyt.q.41.v.1. 101
AVVS an possit instituere nepotem legitimum natum ex filio spurio,vide in §.Test.q.32.v.1. 19
AVXILIVM præstans maleficio an sit puniendus eadem pœna,qua principalis, §. fin. quæst. 90. in princ. 397
Et quid si delictum fuerit animo deliberato patratum, ibid.ver.2.
Et an præstans auxilium post maleficium dicatur propriè auxiliator,ibid.
Et an in inquisitione expressè sit facienda mentio de auxilio,ibid.ver.3.
Et quando sunt plures duobus, an sufficiat dicere in inquisitione, quòd alter alteri auxilium præstitit, ibid.ver.4.
Et an requiratur,quòd dicatur in specie,quòd præstiterint auxilium assistendo,ibid.ver.5.
Et an priusquam procedi possit de auxilio necesse sit, q̃ constet de principali delinquente, ibid.ead.v.6.
Et an si delinquens aliàs fuisset delictum commissurus debeat auxiliator mitius puniri,ibid.ver.7
BANNITVS an possit testari,vide §. Test. q. 19.ver.1. 11
Bannitus an possit capere ex testamento. ibid. q. 20. ver.1. 12
Bannitus an possit de iure communi impunè offendi. §.Homicidium.ver.25. 179
Statutum permittens Bannitum impunè offendi an valeat.vide infrà,Statutum.
Bannitus in contumaciam an dicatur bannitus ex maleficio.§.1.ver.12. 147
Et an sit infamis,§.fi.q.71.ver.5. 361
Bannitus an possit esse testis,ibid.ver.6
Bannitus an amittat patriã potestatem,ibib.v.7. 362
Bannitus an possit testari, & capere ex testamento, ibidem,ver.8.
Bannitus an efficiatur seruus pœnæ.ibid.ver.10.
Bannitus ab vna ciuitate an censeatur etiam bannitus ab aliis cum ea fœderatis,ibid.ver.11.
Banniti huius temporis an æquiparentur deportatis, vel relegatis,ibid.ver.12.
Bannitus frangens fines exilij qua pœna puniatur, ibid.ver.13. 363
Bannitus arbitrio iudicis,an eo mortuo,vel ab officio recedente,sit liberatus,ibid.ver.14.
Bannitus semel an iterum possit accusari, & banniri, §.fi.q.16.ver.4. 227
Et an eo casu possit se per procuratorem defendere, §.fi.q.32.ver.12. 262
Et an ei concedi debeat saluus conductus,ibid.
Bannitus an dicatur vagabundus,§.fi.q.39.v.9. 287
Bannitus & condemnatus in contumaciam an ex eo solo poterit sine aliis indiciis torqueri, §.fin. q. 64. ver.11. 344
Bannitus & condemnatus in contumaciã, si veniat in fortiam officialis,an statim sit contra eum faciẽda executio condemnationis,§.fi.q.96.ver.3. 403
Et an eo casu debeat iudex prius inquirere de veritate criminis, ibid.ead.ver.4.
Et quid si bannitus velit contra bannum aliquam exceptionem proponere,ibid.ver.5.
Et an sit ad nouas defensiones admittendus,§.fi.q.94. ver.12. 402
Et an possit iudex exequi sentẽtiam cõtra bannitum, qui per vim conductus fuerit in eius territorium, §.fi.q.96.ver.6. 403
BARATARIA, vide infrà Iudex.
BELLVM an sit causa sufficiens ad hoc, vt fiat emphyteutæ remissio pensionis,vide ℣.Remissio.
BENEFICII ecclesiastici collatio an possit propter ingratitudinem reuocari,vide §.donatio.q.21. ver.6. 76
BLADVM emens causa reuendendi punitur in 20. aureis,§.fi.q.80.ver.2. 377
Statutum quòd Blada non conducantur extra territorium.vide infrà Statutum.
BLASPHEMIA quid sit,§.Blasphemia,in prin.151
Et an dicere,*Al dispetto di Dio*,sit blasphemia,ib.v.2.152
Blasphemiæ pœna,quæ sit,ibid.ver.3.
Et an in crimine blasphemiæ admittatur repulsa testium,ibid.ver.4.
Et an blasphemans per iracundiam excusetur, ibid. ver.2.
Et an consuetudo prouinciæ blasphemantem excuset,ibid.ver.7. 152
BONORVM possessio an in aliquibus casibus hodie sit necessaria,vide,§.Testam.q.43.v.3. 28
Bona in dubio an præsumantur libera vel feudalia. §. Feudum.q.17.ver.1. 111
Bona futura an veniant in donatione omnium bonorum.§.donatio.q.19.ver.3. 75
Bona ecclesiæ an possint in emphyteusim concedi,vide infra.Prælatus.
Bona emphyteutica an possint propriè dici allodialia,§.Emphyteusis.q.49.ver.1. 103
Bona emphyteutica an veniant in generali hypotheca,ibid.q.18.ver.1. 93
Bona delinquentis annotari debent, §.fin.q.44. circa princ. 290
Et quid de consuetudine seruetur,ibid.ver.3.
Et an si reus intra annum compareat, recuperet bona annota,ibid.v.5 291

Et an

Et an eo casu teneatur probare innocentiam suam, ibid.versicu.6
Bonorum confiscatio in quibus casibus locum habeat,§.fi.q.78.circa prin. 370
Et an dispositio authen.bona damnatorum,corrigat iura antiqua,per quæ est imposita confiscatio, ibi.
Et an dispositio authen.bona damnatorum. corrigat dispositionem auth.incestas,§.incestus.v.3 183
Bona prohibita alienari,an veniant in confiscatione bonorum,§.fi.q.78.ver.10 372
Et quid si non sit expressum fideicommissum in casum alienationis,ibid.
Et quid si prohibitio facta sit ad tempus, fauore ipsius prohibiti,ibid.
Bona alienata per delinquentem post delictum cõmissum an veniant in confiscatione bonorum, ibi. versiculo 16 373
Et quid si fraus interuenit,ibid.
Et quomodo probetur fraus,ibid.v.17
Et quid si ex delicto non sit imposita ipso iure bonorum confiscatio,ibid.v.18.
Et quid si alienatio facta sit post accus.ibid.v.19.
Et quid si facta sit post sententiam,ibid.v.20 374
Et quid si reperiatur precium bonorum venditorum in bonis confiscatis, an possit emptor molestari, ibidem.v.22.
Et an in confiscatione veniant bona post sententiam acquisita,ibid.v.24.
Et an sententia confiscationis trahatur ad bona sita extra territorium,ibid.v.27 375
Et quid in bonis mobilibus,ibid.
Bona delinquentis an sint fisco tacitè hypothecata, ibidem.v.32.
Bona vacantia ad fiscum pertinent, & an eo casu teneatur fiscus legatariis,& creditoribus satisfacere, vide infrà Fiscus.
Bona,pro quibus quis tacitè accommodat fidem defuncto,de eis restituendis alicui incapaci, fisco applicantur,§.fi.q.79.v.7 376
CADAVER delinquentis, qui ante sententiam vel executionem mortuus est, an debeat decapitari,vel suspendi,§.fi.q.51.v.15 307
Cadauera damnatorum an possint sepeliri sine licentia,§.fi.q.100.in prin. 408
Et an possint dari medicis ad faciẽdam anatomiam, ibidem.ead.v.9
CADVCITAS ab emphyteusi incurritur propter canonem non solutum, §. Emphyteusis, q. 8. versiculo 11 86
Item propter deteriorationem,ibi.q.26.v.1 94
Item propter alienationem,ibi.q.24.v.1 94
Caducitas an censeatur remissa propter receptionẽ pensionis,vide infrà Dominus.
CÆCVS quando vult testari,quæ solennitates requirantur,§.Testamentum.q.17.v.1 10
Et quid si velit testari inter liberos,ibid.v.2
CALVMNIATOR an sit in expensis condemnandus,§.fi.q.62.v.4 339
Et an eo ipso quòd accusator non probat accusationem,præsumatur calumniator,ibid.v.6 340
Et an iuramentum calumniæ excusset ab hac præsumptione,ibid. v.7
Et quid si reus accusatorem interroget, an velit vti querela,ibid.
Et an si accusator habeat pro se famam,vel alia indicia,excusetur à calumnia,ibid. v.8
Calumniator an possit ex eodem processu condemnari,an autem nouo processu opus sit,ibid. v.9
Aduocatus fiscalis, denunciator, & instigator an sint ppter calumniam in expensis condemnandi,vide in suis locis.
CAMERA fiscalis,vide infrà Fiscus.
CANCELLATIO testamenti, vel eius incisio per testatorem facta, nunquid annullet ipsum testamentum,vide §.Testamentum.q.93.v.1 55
Et an hoc casu applicetur fisco, vel venientibus ab intestato,ibid,ead.ver.2
CAPTATORIA voluntas valet ad pias causas, §.Testamentum q.6.v.5 4
Captura an statim contra reum concedi possit porrecta accusatione,an autem legitima debeant indicia præcedere,§.fi.q.28,v.2 246
Capturam an præcedere debeat commissio iudicis, ibid.versicu.7 248
Captura an cõmitti possit parti offensæ, ibid.ead.v.8
Familia officialis an possit detinendum,si resistat,impunè interficere,§.fi.q.29.in prin. 248
Capiens delinquentem recuperare potest à fisco omne id,quod expendit in eo capiendo,ibid.v.7 249
Delinquens si fugiat in aliam iurisdictionem, an in ea capi possit à familia eum insequente,ibid.ver.10
Delinquens,qui ad ecclesiam confugit, non est ab ea violenter extrahendus,§.fi.q.30.in princ. 250
Et quid si sit iuxta ecclesiam per 40.passus,ibi.v.2
Et quid si aufugerit in palatium episcopi,ibi.ver.3
Et quid si ecclesia nondum sit consecrata.v.4
Et quid si sit interdicta,ibid.v.5 251
Et quid si sit destructa,ibid.v.6
Et quid si quis delinquat in vna ecclesia, & confugiat in aliam,ibid.v.Sed quid si aliquis.v.15 252
Et quid si in oratoriis priuatis,ibid.ver.7 251
Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate,ibid.ver.8
Et an raptores virginum,ibid.
Et an homicida proditorius,ibid.v.2 251
Et an homicida animo deliberato,ibid.v.12
Et an ille,qui ex insidiis alium interfecit,ibi.v.13 252
Et an fures,ibid.v.14
Et an illi,qui in ecclesia delinquunt ibi.ver.15
Et an clerici,ibid.ver.16
Et an Iudæi,ibid.ver.17
Et an excommunicati,ibi.ver.18
Et quid si delinquens iam insequente familia à locis prophanis in ecclesiam se receperit,ibid.ver.19
Et an possit iudex secularis propria authoritate delinquentem ab ecclesia extrahere,ibi.v.20 253
Et an possit ponere custodes,vt delinquentem, in ecclesia obsideant,ibi.v.21
Et an immunitas ecclesiæ prosit reis iam condemnatis,ibidem.v.22
Et an delinquens extractus ab ecclesia possit puniri corporaliter,ibid.v.23
Delinquens confugiens ad sacerdotem portantem sacram eucharistiam an possit capi,ibi.v.24
Delinquens an possit extrahi à scholis,ibi.v.25
Et an à domibus Cardinalium,ibid.v.26 253
Et an à statuis Principum,ibid.v.27
Clericus an possit capi per laicũ,vide infrà Clericus.
Capi reus an possit pendente termino citationis,§. fin.quæst.31.v.25 259
CARCER.Reus in quibus casibus sit in carcerem coniiciendus,§.fi.q.46.in prin. 297
Et quid si à carceratione appellet,ibid.v.2
Carceris fabricatio ad quem pertineat.ibi.ver.3
Custos carceris tenetur singulo mense noram carceratorum iudici deferre,ibid.v.4

Quid facere debeat custos carceris, si aliquis ex carceratis moriatur,ibid.ver.5
Carceratus si ex carcere aufugiat,an habeatur pro cõfesso,§.fi.q.21.ver.25 236
Et quid si non erat iustè detentus,ibid.v.26 337
Et quid in eo,qui aufugit è carcere priuato,ibid.v.27
Et quid si carceratus aufugiat ostio existente aperto, ibidem.
Et quid si post fugam statim ad carceres reuertatur, ibid.verficulo 28
Carcer an dicatur species torturæ, & an confessio facta in carcere dicatur extorta metu tormẽtorum, §.fin.quæst.64.ver.32 348
Carcer priuatus prohibitus est sub pœna capitis, §. fin.quæst.68.ver.32 358
Et quid si captus sit ex iusta causa,ibid.
Et an Cardinalibus licitum sit tenere priuatum carcerem,ibidem.
Carceratus an possit contrahere,§.fi.q.46.v.6 297
Carceratus in vno loco an possit in alio condemnari §.fin.quæst.34.v.7 267
Carceris perpetui pœna apud laicos non est in vsu, sed tantum apud ecclesiasticos,§.fi.q.70.v.4 360
CARDINALIS si delinquat,Papa est eius iudex competens,§.fi.q.35.v.10 269
Papa solus an possit deponere Cardinalem sine consensu collegij,ibid.
Cardinalis si obuium habeat condemnatum, qui ad supplicium ducitur,an possit eum liberare, §. fin. quæst.98.versi.5 406
Cardinalibus an licitum sit tenere priuatũ carcerem §.fin.q.68.v.32 358
Cardinalium domus an gaudeãt priuilegio, vt in eis capi nemo possit,§.fi.q.30.v.26 253
Cardinalem offendens an dicatur committere crimen læsæ Maiestatis,§.Læsæ maiestatis,v.4 186
Cardinalem offendens est excommunicatus,§. fin.q. 77.versiculo 21.& 23 369
Contra Cardinales an requiratur maior numerus testium,quàm contra alios,§.fi.q.66.v.5 353
CARNIFEX. Iudex an possit aliquem cogere,vt carnificis officium exerceat,§.fi.q.99.v.4 407
CASTRANS seipsum vel castrari faciẽs punitur pœna mortis,§.fi.q.68.v.7 356
CASVS.Homicidium casu commissum quando dicatur,§.Homicidium.v.2 170
CAVSÆ propter quas filius potest exhæredari,vide infrà Filius.
Causas ingratitudinis propter quas donatio reuocari potest,vide infrà Ingratitudo.
Causa quando dicatur ciuilis,& quãdo criminalis, §. fi.q.1.in prin.v.2 198
Et quid si agatur ad pœnam extraordinariam, ibidẽ versiculo 3 199
Et quid si nulla præcedat accusatio,ibid.v.4
Et quid si agatur per viã exceptionis,§.fi.q.19.v.2 229
Causæ criminales an possint delegari, §. fina. quæst. 41.in princ. 288
Causa an sit exprimenda in sententiis criminalibus, §.fi.quæst.93.v.2 400
Et quid quando iudex minuit pœnam à lege, vel statuto impositam,§.fi.q.85.v.10 391
Causa quælibet etiam iniusta excusat à dolo,& à pœna,§.fi.q.60.v.22 335
Causa an sit exprimenda in citatione, vide infrà Citatio.
CAVTELA, quod cẽseãtur tot donationes quot res,an operetur,quòd non sit necessaria insinuatio, §.donatio,q.17.v.4 73
CAVTIO de vtendo,fruendo,&c.an possit per testatorem remitti vsufructuario,§,Testamentum,q. 64.versiculo 1. 41
Cautionem de restituendis vsuris præstare tenetur vsurarius testari volens,vide infrà Vsurarius.
Cautio iuratoria interponitur,quando reus detentus fideiussorem inuenire nõ potest,§.fi.q.46.v.15 299
Et quomodo probetur,quòd quis nõ reperit fideiussorem,ibid.ver.15
Viri illustres an sint relaxandi absque fideiusione cũ sola iuratoria cautione,ibid.v.16.
Cautio de non offendendo,vide infrà Fideiusio.
CEDERE bonis an possit reus in causa criminali pecuniariter condemnatus,§.fi.q.95.v.5 403
CEDVLA manu patris scripta inter liberos habet vim testamenti,ex dispositione authen.quòd sine, §.testamen.q.14.v.1 8
Et an in tali cedula debeat apponi dies,ibid.ver.2.
Et an debeat carere abbreuiaturis,ibid.v.3.
Et quid si sit tantùm subscripta à patre,ibid.v.4.
Et quid si non sit scripta,neque subscripta manu ipsius patris,ibid.v.5.
Et quid si sit subscripta à filiis,ibid.v.6.
Et quid si reperiatur apud notarium,ibi.v.7.
Et quid si in ea filij non sint æqualiter instituti, ibidẽ. versiculo 8.
Et an dispositio d.authen. quod sine, extendatur ad fauorem piæ causæ,ibid.q.7.v.3. 5
CESSIO ex causa donationis facta,an requirat insinuationem,§.donatio.q.16.v.4 72
CITATIO.Citari debet reus ante omnia in causis criminalibus,§.fi.q.31.in prin. 254
Et quid si princeps procedat contra subditum, ibidẽ ver.Adde quòd.
Et quid in sententia declaratoria censuræ,ibi.ver.3.
citatio in causis criminalibus an fieri debeat in specia li commissione iudicis,ibid.ver.4.
Et an in citatione sit exprimenda causa, propter quã reus citatur,ibid.ver.Quæro nunc.
Et an in citatione possit apponi pœna,ibidem ver. Item quæro.
Et an in citatione inseri debeat totus tenor libelli, ibid.versicu.5.
Citatio qualiter reo intimari debeat, ibid.v.15 257
Et an sufficiat, quòd intimetur ad domum, ibidem versiculo 16 258
Et an requiratur, quod prius facta sit perquisitio rei citandi per ciuitatem,ibid.v.17.
Et an sit reo danda copia citationis,ibi.v.18.
Iudex an possit citare subditum suum extra territorium,ibid.ver.19.
Et quid si degat sub alio præside prouinciæ,ibid.v.20.
Vagabundus quomodo Citari debeat,ibid.v.21 258
Vnica Citatio an in criminalibus sufficiat,ibid.v.22
Citatio peremptoria in criminalibus, an requiratur, ibid.versicu.23 259
Fiscus, & accusator an in causis criminalibus Citari debeant,ibid.ver.24.
Et an promotor inquisitionis,siue instigator, §.fina. quæst.10.ver.4 216
Reus an sit citandus,quando crimen est notorium,§. fin.q.9.ver.4 214
Et an regulariter reus sit citandus,quando contra eũ assumuntur indicia,§.fi.q.11.v.2 216
Et an pars offensa,ibid.v.3 217
Reus contumax an sit citandus ad sententiam,§. fin. quæst.44.ver.13 293

CIVILE

CIVILE iudicium quando dicatur,§.fi.q.1.v.2 199
Ciuilis actio,vide suprà Actio.
CIVITAS quando delinquere possit,& puniri,vide infrà Vniuersitas.
Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus suis,incidit in pœnam interdicti,§.fi.q.76.ver.2 366
Ciuitas aliquid committens contra episcopum,incidit in pœnam interdicti,ibid.ver.3.
Et an requiratur,quòd sit proprius episcopus,ibid.
Et an cessante detẽtione episcopi,cesset interdictũ,ibi.
CLAVSVLA derogatoria in primo testamento inserta,debet specialiter reuocari,§.Testamentum, quæst.99.v.1 57
Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullũ ex causa præteritionis,§.Testam.q.46.v.1 30
Et quid si posthumus sit ignoranter præteritus, ibidẽ versiculo 2.
Clausula codicillaris semper subintelligitur, in testamento condito inter liberos,ibi,q.8.v.6 6
Clausula quòd testator vult valere testamentum in vim codicillorum, & non aliter, an operetur quod non possit valere vt testamentũ,§.Test.q.4.v.4 2
Clausula codicillaris an sustineat legatum relictum per filiumfam.in vim donationis causa mortis, vide infrà Legatum.
Clausula,& quibusdederit, an operetur, quod possit res emphyteutica alienari domino non requisito, §.Emphyt.q.13.v.7 89
Clausula super quibus omnibus,& singulis, &c. quid importet,§.fi.q.31.v.13 257
Clausula,Quare petit,&c.quid operetur, §. fi. quæst. 12.versicu.21 220
Clausula,saluo,& reseruato, &c.quid operetur,§.fin. quæst.93.ver.5 400
CLERICVS an possit testari,vide infrà Prelatus
Clericus an succedat in feudo,§.Feudum.q.78.v.4.135
Clericus vasallus de feudo litigat corã iudice laico, ibid.q.90.v.4.& v.& hæc ead. 140
Clericus pro delictis per eum commissis non pôt puniri,nisi à iudice ecclesiastico, §.fin.quæstio. 36. in principio. 272
Et an hoc priuilegium sit de iure diuino,ibid.
Et an valeat consuetudo,quod clerici possint conueniri coram laico,ibid.v.3.
Et an possit clericus huic priuilegio renunciare,ibid. versiculo 4.
Clericus citatus à iudice seculari, an teneatur comparere,& allegare suum priuilegium,ibid.v.5.
Clericus an possit pro crimine reconueniri coram iudice laico,ibid.v.6 272
Clericus illegitimè natus an gaudeat fori priuilegio, ibid.ver.Habet etiam.
Clericus coniugatus an gaudeat priuilegio fori,ibid. versiculo 7 273
Et quid si sit bigamus,ibid.
Et quid si vnicam tãtùm vxorem duxit,sed illam post adulterium commissum carnaliter cognouit,ibid. versiculo 10.
Et quid si post delictum effectus fuit bigamus,ibidem versiculo 11
Clericus coniugatus,qui non abstinet à negotiationibus,& armis,an gaudeat priuilegio fori,ibi.v.12.
Clericus coniugatus non incedens in habitu, & tonsura,an gaudeat priuilegio fori,ibid.v.13.
Et quis sit habitus,& tonsura clericalis,ibid.
Et quid si clericus coniugatus,qui ante delictum non incedebat in habitu & tonsura,illum post delictum reassumpserit,ibid.v.15.
Et quid si reassumat tonsuram post condemnationẽ, ibid.versi.16.
Et quid si clericus non deferat tonsuram,quia non habeat capillos,ibid.v,17 274
Clericus coniugatus an mortua vxore recuperet omnia priuilegia clericis non coniug.competentia, ibid.verficu.18 274
Clericus non deferens habitum an perdat priuilegiũ fori,priusquam sit ter monitus,ibi.v.19.
Et quid si facta sit generalis monitio in synodo, ibidẽ verficulo 20.
Quis iudex cognoscat super exceptione clericatus,ec clesiasticus an laicus.v.21.
Et quid si controuersia sit super habitu, & tonsura, ibid.ver.22.
Clericus non deferens habitum, & tonsuram, & immiscens se enormitatibus nunquid amittat priuilegium fori,ibid.ver.23.
Et quid in clerico incedente in habitu, & tonsura, ibid.versi.24 275
Clericus factus officialis à principe,si delinquat in officio,an possit ab eo puniri,ibid.v.25.
Clericus repertus cum armis an possit à iudice laico puniri,ibid.ver.26.
Clericus committens crimen læsæ maiestatis contra Prin.secularem,an possit ab eo puniri,ibid.v.27.
Clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico an possit ab eo puniri,§.fi.q.38.v.14 283
Clericus imputatus de assassinio an possit per iudicẽ secularem puniri,§.fi.q.36.v.29 277
Et an hoc casu requiratur solennis degradatio, ibidẽ versiculo 30.
Et an requiratur sententia declaratoria,ibid.
Et an talis cler.assassinus sit tradendus curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate,ibid.v.32.
Clericus incorrigibilis an possit puniri per iudicem secularem,ibid.v.33.
Et an super incorrigibilitate requiratur sententia declaratoria,ibid.v.34.
Iudex secularis an possit punire clericum, qui non sit prius degradatus,& traditus curiæ seculari,ibidem versiculo 35.
Clericus pro quibus criminibus sit degradandus, ibi. versiculo 36 277
Clericus non incorrigibilis an sit tradendus curiæ seculari,ibid.v.37 278
Et an propter contumeliam illatam suo episcopo, ibid.versi.38.
Et an propter crimen falsi,ibid.v.39.
Et an pro enormi homicidio,ibid.40.
Et an pro crimine læsæ Maiestatis,ibid.v.41.
Iudex secularis,cui traditus est clericus, an possit illũ punire corporaliter,ibid.v.42.
Ille, qui post delictum facit se clericum vel monachũ an gaudeat priuilegio fori,ibid.v.43.
Et quid si suscepit clericatum in fraudem,ibid.
Et an in dub.præsumatur suscepisse in fraudem,ibidẽ versiculo 44 279
Si in eodem delicto interuenerunt clerici,& laici, an omnes sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi ibid.ver.46.
Clerici quomodo sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi,ibid.v.48.
Clericus an possit accusare,§.fi.q.14.v.3 221
Clericus an possit accusari à laico, vide infrà Laicus.
Clericus an possit in causis criminalibus testificari,§. fin.q.24,ver.8 242
Et quid si protestetur, quod non vult reum puniri in

pœnam

Universidad de Deusto
Biblioteca
Sem. Penal
DEUSTO

pœnam sanguinis,ibid.v.9.
Clericus testis vacillans vt suspectus potest torqueri, §.fi.q.25.v.5 244
Clericus de crimine imputatus potest torqueri,§.fin. quæst.64.v.24 346
Et quid in presbyteris,ibid.
Et quid si clericus non sit de crimine diffamatus.ib.
Et an possit torqueri à iudice vel ministris laicis,ibid. verficulo 5.
Clericus an possit pro crimine personaliter detineri, §.fi.q.28.ver.5 248
Et an à iudice seculari,ibid.v.6.
Clericus delinquens si ad ecclesiam confugiat,an possit ab ea extrahi,§.fi.q.30.ver.16 252
Clericus an possit esse delegat° principis laici in causis criminalibus,§.fi.q.41.v.9 289
Confessio clerici facta coram iudice laico an faciat contra eum indicium ad torturam,§.fin.quæst.21. verficulo 34 238
Clerici an puniantur pœna fustigationis, §.fin. q.70 verficulo 2 360
Et an pœna perpetui carceris,ibid.v.4.
Et an pœna triremium,ibid, v.5 361
Et an pœna detrusionis in monasterium,ibi.v.6.
Et an pœna exilij,§.fi.q.67.v.9 354
Et ad quòd ponatur in gabia,§.fi.q.70.v.7 361
Clericus delinquens si ad ecclesiam confugiat,an gaudeat eius immunitate,vide suprà Captura.
Clericus ex quibus causis priuetur beneficio, §.fin.q. 73.versicu.5 364
Et quid si contrahat matrimonium,ibid.
Et an eo casu sit priuatus ipso iure,ibid.
Et quid si contrahit cum impubere,ibid.
Et quid si vxor ante carnalem copulam ingrediatur monasterium,ibid.
Clericus propter periurium an priuetur beneficio, §. Periurium.ver.4 190
Clericus,qui per annum sustinet excommunicationẽ priuatur beneficio,ibid.ver.6
Et an propter crimen simoniæ,§.Simonia.v.10 193
Clericus effectus miles secularis an amittat beneficium,§.fi.q.73.v.6 365
Clericus excommunicatus an sit alendus ex fructibus beneficij,ibid.v.7.
Clericus hæreticus amittit ipso iure beneficia, §.Hæresis.versicu.16 167
Et an filij hæreticorum,ibid.
Clericus colludens in causa beneficiali est beneficio priuandus,§.fi.q.73.v.7 365
Clericus,qui non dicit officium,neque incumbit horis diuinis,est beneficio priuandus.ibid.
Clericus concubinarius an sit priuandus beneficio,§. Fornicatio.v.6 159
Clericus homicida an amittat beneficium ipso iure, §.Homicidium.v.20 172
Clericus committens delictum, propter quod possit beneficio priuari,tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti,§.fi.q.73.v.9 365
Clericus non est deponendus,nisi propter graue crimen.§.fi.q.74.ver.2 366
Clericorum degradatio,vide infra Degradatio.
Clericus notorius fornicator vel Simoniacus in ordine est ipso iure suspensus ab officio, §.Fornicatio. ver.3.159.& §.Simonia.v.8 193
Clericum percutiens est excommunicatus, §.fi.quæst. 77.verficulo 2 367
Et quid si ipsemet clericus seipsum percutiat, ibidem verficulo 3.
Et quid in percutiente clericum primæ tonsuræ tantum,ibid.ver.4.
Et quid in percutiente religiosum religiosè viuentem qui tamen professionem non emisit,ibid.v.5
Et quid in percutiente clericum non incedentem in habitu clericali,ibid.v.6.
Et quid si percutiens clericum.&c.ibid.v.7.
Et quid si aliquis volens percutere Titium laicum, percusserit Caium clericum,ibid.v.8 368
Et quid si clericus sit excommunicatus,ibid.v.9.
Et quid si sit degradatus,ibid.v.10.
Et quid in percutiente clericum causa suæ defensionis,§.Homicidium.v.29 173
Et quid si clericus deprehensus sit in adulterio, ibidẽ verficulo 8 170
Et quid in percutiente clericum, qui velit aliquod delictum committere,§.fi.q.77.v.13 368
Et quid si offensio facta clerico sit leuis,ibid.ead.v.14
Percutiens clericum pluribus percussionibus eodem impetu, an incidat in plures excommunicationes §,fi.q.84.versi.scias etiam,ibid.& ex hac.v.2. 386
Clerici scienter participantes cum excommunicatis sunt excommunicati,ibid.
Clericus an dicatur committere crimen læsæ Maiestatis offendendo principem,cui est naturaliter subditus,§.Læsæ Maiestatis v.7 187
Clericus an possit pro condemnato appellare, §. fin. quæst.94.ver.5 401
COGITATIO an aliquo casu sit punibilis, §.fin. q.91.in princ. 398
Et quid in crimine læsæ Maiestatis,& hæresis ibid.
COITVS damnatus dicitur ille,qui à lege humana punitur,§.Fornicatio.v.5 159
Et an concubinatus sit à iure prohibitus, vide infra Concubina.
Coitus mulieris soluræ cum præsbytero an sit simplex fornicatio.§.Fornicatio.v.18 160
Coitus cum moniali qua pœna puniatur,ibid.eo.v.17
Coitus vasalli,& serui cum domina,qua pœna puniatur,ibid.ver,19.
Coitus dominę cũ seruo qua pœna puniatur,ibi.v.20
Coitus tutoris cum pupilla qualiter puniatur.ibidem verficulo 23 160
Coitus custodis carcerum cum carcerata, qua pœna puniatur,ibid.v.25 161
Et qui si talis carcerata sit meretrix.ibid.
Coitus Iudæi cum Christiana,& è conuerso qua pœna puniatur,ibid.v.26.
Coitus cum animali bruto qua pœna puniatur, ibidẽ verficulo 21.
Coitus cum mortua qua pœna puniatur,ibid.v.28.
Coitus mulierum inter se qua pœna puniatur,ibidem verficulo 26.
Coitus commissi per vim grauius puniuntur,ibid.ver. Omnes autem.v.32 161
COLLATIO beneficij ecclesiastici an possit propter ingratitudinem reuocari,§.donatio.quæst.21. verficulo 6 76
COLLATERALES an succedant in feudo,vide supra Agnati transuersales.
COLLECTARVM solutio an spectet ad dominum directi vel ad emphyteutam,§.Emphyt.quæst. 16.verficulo 1 91
COLLEGIVM an possit delinquere,& puniri.vide infra Vniuersitas.
COLLVSIO. Colludens super beneficio illud amittit,vide supra Clericus.
COMMENTARIENSIS, vide supra custos carcerũ

C carcerum.
COMPATER an possit accusare de morte compatris,§.fi,q.14.v.25. 225
COMPELLENS aliquem ad testandum, qua pœna puniatur,§.fi.q.83.v.5. 385
CONATVS vide supra Affectus.
CONCESSIO in feudum facta per prælatum vltra modum consuetum,an vitietur in totum,§.feudum.q.13.v.sed quid. 221
Concessio castri facta per verbum Donamus,an censeatur donatio,vel feudalis concessio, §.Feudum, quæst.17. 111
Concessio feudalis,an præsumatur ex cursu decennij, §.Feudum,q.19. 111
Concessio rei ecclesiasticę in emphyteusim facta alio modo quàm solita fit, nunquid valeat, vide infrà Prælatus.
Concessio in emphyteusim potius præsumitur realis, quam personalis,§.Emphyt.q.28.in prin. 94
CONCLVSIO libelli in criminalibus an requiratur,§.fi.q.12.v.21. 220
Conclusio in causa an locum habeat in causis criminalib.§.fi.q.61.ver.7. 339
CONCVBINA.Concubinatus an sit prohibitus de iure canonico.§.Fornicatio.ver,6. 159
Et an de iure ciuili,ibid.
Clericus concubinarius an priuetur beneficio, ibidẽ
Tenens eodem tempore vxorem, & concubinam,vel duas concubinas,efficitur infamis,ibid.
Ad hoc vt dicatur concubinatus, plura requiruntur, ibid.ver.10. 160
Concubinatus crimen an sit communis fori,§.fin.qu. 37.verficulo 4. 281
Et an concubina sacerdotis possit puniri per iudicem laicum,ibid.
CONDEMNATVS ad mortem an possit testari,§.Testamentum.q.21.v.1. 13
Et an possit testari ad pias causas,ibid.q.5.v.3. 2
Et quid si fugiat è carceribus.d.q.21.v.2. 13
Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat testamenti factionem.q.23.v.1. 14
Condemnatus de crimine an possit accusare, §.fina. quæst.14.ver.15. 224
Condemnatus in quibus casibus possit ipsius condẽnationis executionem differre,vel impedire,§.fin. q.97.& 98.per totum. 404.& 405.
Et quid si accuset alium de aliquo crimine,§.fina.qu. 97.verficulo 2. 404
Et quid si nolit peccata sua confiteri,ibid.v 4. 405
Et quid si dum ducitur ad supplicium, amplectatur sacerdotem portantem sacram eucharistiam, §.fina. quæst.98.versi.2. 405
Et quid si ipse sumpserit sanctissimum sacramentum ibid.versicu.3.
Et quid si confugiat ad Ecclesiam,vide suprà,captura
Et quid si obuium habeat Cardinalem,vide suprà Cardinalis.
Et quid si dicat se prius quàm delinqueret fecisse votum ingrediendi religionem,§.fi.q.98.v.4. 405
Et quid si meretrix petat illum sibi dari in maritum. ibidem.versicu.6.
Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus, vide infrà Furor.
Et quid si post sententiam appareat de eius innocentia,§.fi.q.96.ver.8. 404
Et quid si in actu executionis frangatur laqueus, ibidem versicu 9.
Condemnato capitaliter an sit dandum eucharistiæ sacramentum,§.fi.q.99.v.3. 407
Condemnati ad ignem an sint viui comburendi,ibid. verficulo 7.
Condemnatus pluribus pœnis quomodo sit puniendus,ibid.ver.9.
Condemnatorum cadauera,& vestes,vide supra cadauer.Et infra Vestes.
Condemnato in amputatione manus quæ manus sit amputanda,§.fi.q.69.ver.4. 360
Et quid si habeat vnam manum bonam, & aliam aridam,ibidem.
Et quid si non habeat nisi vnam manum,ibi.v.5.
Condemnato in pœnam pecuniariam in causa criminali,an detur dilatio ad soluendum,§.fi.q.95. in principio. 402
Condemnatus in pœna pecuniaria,si non habet modum soluendi,an luere debeat in corpore, ibidem verficulo 2.
Et quid si non deliquit in fraudem legis, ibid.ead.v.3.
Et an id seruandum sit etiam contra officiales in eorum syndicatu.ibid.
Et quid si pars, cui pœna in parte vel in toto est applicanda,nolit consentire,ibid.v.4.
Et quid si condemnatus offerat cedere bonis ibidem ead.verficulo 5.
Et quid si deficiat solum modo in vno nummo. ibidẽ verficulo 6.
Et quid si condemnatus sit soluendo, malit tamen subire pœnam corporalem,ibid.v.7.
Et an etiam mulcta commutari debeat in pœnã corporalem,ibid.v.8.
Condemnato mortuo an sit exequenda condemnatio,vide supra,cadauer.
Et an sit locus bonorum confiscationi, vide suprà Accusationibus.
Et quid si condemnatus decedat pendente appellatione,§.fi.q.94.ver.7. 401
Et quid si decedat pendente tempore ad appellandũ, ibidem verficulo 8.
Condemnatus publico iudicio an efficiatur infamis, §.fin.qu.72.v.3. 363
Et quid si processum fuerit per viam inquisitionis, ibidem.
Condemnatus publico iudicio an efficiatur infamis, §.fin.qu.72.versi.3. 363
Et quid si processum fuerit per viã inquisitionis,ibid.
Condemnatus ad mortem an possit testari, §. fina.q. 96.verficulo 11. 404
CONDICTIO ex lege datur pro contractu emphyteutico.§.Emphyt.q.47.v.1. 103
CONDICTIONVM plures sunt species,§.Testamen.qu.39.v.2. 24
CONFECTIO inuentarij an possit à testatore remitti,vide ĩ.Inuentarium.
CONFESSIO receptæ dotis facta cõstante matrimonio,an confirmetur iuramento, §. Donatio.qu. 9.verficu.4.67.
Confessio.Quomodo procedatur in delictis per viam confessionis,§.fi.q.19.v.4. 230
Confessio extraiudicialis an faciat indicium ad torturam.§.fi.quæst,21.v.31. 237
Et an confessio facta coram iudice incompetente, ibid.v.32. 238
Et an confessio clerici facta coram iudice laico,ibidem,verficulo.34.
Et quid si confessus coram iudice incompetenti confessionem illam deinde reuocet coram iudice cõpetenti,ibid.v.33.

Confessio facta coram iudice non sedente pro tribunali, an faciat indicium ad torturam, ibi. v. 35.
Confessio facta in tormentis, & deinde reuocata, an faciat nouum indicium ad torturam, ibi. v, 36.
Confessio extraiudicialis non sufficit ad probationē delicti, §. fi. q. 55. in prin. 315
Confessio facta coram iudice incompetente valet tātum vt extraiudicialis, ibid. ver. 3.
Et quid si tales confessiones factæ fuerint parte præsente, & acceptante, ibid. v. 4.
Confessio delicti facta extra causam, de qua principaliter agitur, an operetur, vt confessus possit ex eo puniri, ibid. ver. 6.
Confessio extorta à iudice cum permissione impunitatis, an sufficiat ad condemnandum, ibid. v. 7.
Et an iudex ad eruendam veritatem possit talem impunitatem reo promittere, ibid. v. 8.
Et an teneatur illam obseruare, ibid. v. 9 316
Confessio delicti, vbi de ipso delicto non constat, non sufficit ad condemnandum, ibid. v. 10.
Et quomodo hoc casu dicatur constare de delicto, ibidem verficulo 11.
Confessio facta à minore sine authoritate curatoris an valeat, ibid. v. 12 317
Confessio facta super processu formato per iudicem ordine iuris non seruato, an sufficiat ad condemnādum, ibid. ver. 13.
Et quid si non sponte facta sit, sed in tormentis, ibidē verficulo 14.
Confessio facta cum aliqua qualitate adiecta an possit scindi contra ipsum confitentem, ibi. v. 15.
Et an ex tali confessione possit reus ad mortem condemnari, ibid. v. 16 318
Confessus si velit confessionem reuocare, & probare contrarium, an sit audiendus, ibid. v. 18.
Confessio facta in tormentis non sufficit ad condemnandum, nisi reus extra tormenta illam ratificet, §. fin. quæst. 64. ver. 40 349
Et quando fieri debeat huiusmodi ratificatio, ibid.
Et in quo loco, ibid.
Et an sint adhibendi testes, ibid.
Confessio sponte facta etiam nó reiterata sufficit ad condemnandum, §. fi. q. 65. in prin, 350
Confesso dandus est terminus defensionis ibidem, & quæst. 64. versi. 44 349
Confessus an possit appellare. ſ. Appellatio.
Confessus crimen an possit de sociis, & complicibus interrogari, §. fi. q. 21. v. dictum socij, v. 4 233
Confessus sponte crimen an sit mitius puniendus, §. fin. quæst. 60. ver. 34 337
Confessus crimen an possit interrogari de his, de quibus cōtra eū nulla sunt indicia, §. fi. q. 64. v. 45. 349
Confessio facta in carcere, an dicatur extorta metu tormentorum, ibid. v. 32 348
Confessio procuratoris facta in iudicio ciuili, an præiudicet principali in iudicio criminali. §. fin. quæst. 54. verficulo 4 314
Et quid in confessione ipsiusmet prin. ibid. v. 5.
CONFISCATIO bonorum, vide suprà Bona.
CONFVGIENS ad ecclesiam, vide ſ. Captura.
CONIVNCTIO sanguinis inter delinquentes, an prosit ad minuendam pœnam, §. fin. quæst. 60 verficulo 36 337
CONSENSVS patris, qui requiritur in donatione facienda filio per patrem, an sit necessarius ad integrandam personam filij, an autem sufficiat requiratur propter interesse patris, §. Donatio q. 6. versiculo 5 64
Et an debeat expressè interponi, ibid. ver. 6.
Et an possit à patre interponi ad sui beneficium, ibi. verficulo 7.
Consensus in delictis quomodo puniatur, §. fin. quæſ. 87. verficulo 4 394
CONSILIARIVS. Offendens cōsiliarium principis an dicatur committere crimen læsæ Maiestatis, §. Læsæ Maiestatis. v. 5 186
Consilium dans alicui vt delinquat, qua pœna sit puniendus, §. fi. q. 88. in prin. 394
CONSTITVTVM habet vim traditionis, §. Emphyt. quæst. 13. ver. 4 89
CONSVETVDO infeudandi res ecclesiæ an possit per prælatum alterari, §. Feudum. quæst. 13. verficulo 7 110
Consuetudo, quod vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum, an valeat, ibidem quæst. 31. verficulo 12 116
Consuetudo prouinciæ maximè est attendenda, vbi tractatur an emphyteusis ecclesiæ transeat ad extraneos hæredes, §. Emphyt. q. 29. in fin. 98
Consuetudo, vt clerici possint coram iudicibus secularibus conueniri, an valeat, §. fi. q. 36. v. 2 272
Consuetudo, quod doctores torqueantur an valeat, §. fi. q. 61, v. Quæro an doctores, ver. 16 345
CONTRACTVS an possit in testamento celebrari, §. Testam. q. 75. ver. 1. 46
Contractus libellarius & censualis, quid differat à cōtractu emphyteutico, §. Emphyt. q. 1. ver. 1 81
Contractus an in dubio cēseatur censualis, vel emphyteuticus, vel locatio, ibid. v. 3. 82
Contractus emphyteuticus an requirat, quod à prin. præstetur certa quantitas, §. Emphyt. q. 3. v. 1 82
Contractus emphyteuticus an à prin. requirat scripturam, vide infrà Scriptura.
CONTVMACIA an sit delictum, §. 1. v. 12 147
Et an bannitus ex contumacia dicatur bannitus ex maleficio, ibid.
Contumacia habens annexum contemptum iudicis dicitur delictum, & potest criminaliter puniri, ibidem.
Quibus modis contra contumaces procedatur, §. fin. q. 44. per totum. 290, & seq.
Contumax an possit diffinitiuè etiam ad mortem cō demnari, vide suprà Absens.
Contumacia rei absentis an accusari debeat, §. fin. qu. 44. verficulo 7 292
Et an requiratur declaratio iudicis super ipsa contumacia, ibid. ver. 8.
Reus contumax an sit citandus ad allegandum, ibidē verficulo 9.
Et an vltra contumaciam requiratur etiam, quod sit per probationes conuictus, ibid, ver. 10.
Reus contumax an possit contra fictam confessionē à statuto inductam aliquid probare, ibidem v. 11.
Reus contumax an sit citandus ad sententiam, ibidē. verficulo 13 293
Reus contumax an possit statim lapso termino peremptorio condemnari ibid. v. 14.
Quæ sit forma sententiæ, quæ contra contumacem pfertur, ibid. ver. 15.
Reo contumaci non est danda copia processus, §. fina. quæst. 49. versi. 6 303
Et quid si ex pluribus reis aliqui sint contumaces, & aliqui comparuerint, ibid. v. 7.
CONTRECTATIO rei in aliquo loco, an faciat oriri nouam actionem furti, §. fina. quæstio. 38. verficulo 16 283

CONVENTIO facta in actu donationis in fauorem tertij absentis, an possit ante eius acceptationem reuocari, §. Donatio, q. 13. ver. 5. 70
CONVERSATIO assidua in aliquo loco, an operetur, vt quis ibi puniri possit pro delictis alibi commissis, §. fi. q. 39. ver. 6. 287
CONVICTVS de crimine debet condemnari, §. fi. q. 66. in prin. 352
Conuictus de delicto, sed non de qualitate delicti, an sit in totum absoluendus, ibid. ver. 4. 353
Conuictus in criminalibus an appellare possit, vide ſ. Appellatio.
Conuictus torqueri non debet, §. fi. q. 64. ver. 5. 342
Et an si fuerit tortus, & perstiterit in negatiua, possit in aliquo condemnari, ibid. ver. 38. 349
COPIA processus in causis criminalibus reo est decernenda, §. fi. q. 49. in princ. 302
Et quid si procedatur per viam inquisitionis, ibid. v. 2
Et quid in crimine hæresis, ibid. v. 3.
Et quid si reus sit deprehensus in flagranti crimine, §. fin. q. 8. ver. 3. 213
Et quid si crimen sit notorium, §. fi. q. 9. ver. 7. 215
Et quid si pars illam non petat, §. fi. q. 49. ver. 4. 303
Et quid si illam petat priusquam examini respondeat, §. fi. q. 45. ver. 8. 294
Et quid si illam petat priusquam torqueatur, §. fin. q. 64. ver. 28. 347
Et an pars petens copiam processus teneatur exprimere causam, §. fi. q. 49. ver. 5. 303
Et an reo contumaci danda sit copia processus, vide ſ. Contumax.
Et an sit danda reo copia alleg. §. fin. q. 49. ver. 9. 303
Et an etiam accusatori danda sit copia processus, ibidem versic. 10.
Et quid in processu, qui sit super inquisitione generali, ibid. versic. 11.
Et an sit danda reo copia indiciorum assumptorum super fama, §. fi q. 6. ver. 23. 210
Et an testibus, torquendis dāda sit copia indiciorum. §. fi. q. 25. ver. 10. 245
CORRECTIO, seu castigatio leuis quibus personis permissa sit, §. fi. q. 56. in princ. 319
Et an mariti in vxorem, ibid.
Et an magistri in discipulum, ibid.
CRIMEN. Crimina quæ dicantur publica, priuata, leuia, grauia, &c. vide ſ. Delictum.
Criminalis causa quæ dicatur, vide ſ. Causa.
Crimen notorium quando dicatur, vide infrà, Notorium.
Criminalis, & ciuilis causa quando simul concurrere possint, §. fi. q. 2. per tot. fol. 200. Et vide ſ. Actio.
Criminosus an possit accusare, §. fin. q. 14. ver. 9. 222
Et an constitutus in peccato mortali, ibid. ver. 10.
Culpa non debet corporaliter puniri, §. fin. quæst. 84. in princ. 386
Culpa lata in adulterio an æquiparetur dolo, ibid.
Culposum homicidium quando dicatur, §. homicid. versic. 3. 170
Et quomodo puniri debeat, ibid.
CVMVLATIO. causa ciuilis, & criminalis, an possint cumulari, vide ſ. actio.
Accusatio, & inquisitio, an simul concurrere possint, vide infrà, Inquisitio.
CVSTOS carcerum tenetur singulis mensibus notam carceratorum iudici deferre, vide ſ. Carcer.
Quid facere debeat Custos carceris, si aliquis ex carceratis moriatur, ibid.
Custos carceris carnaliter cognoscens mulierem carceratam, qua pœna sit puniendus, vide ſ. Coitus.
Custos carcerum an possit reum absolutum retinere pro impensis, §. fi. q. 62. ver. 10. 340
Custos carceris, si carcerati aufugiant, punitur pœna mortis, §. fi. q 68. ver. 8. 356
Et quid si tantummodo fuit in culpa in deputando substituto, quod fuerit negligens, ibid.
DAMNVM contingens in re emphyteutica, an operetur remissionem pensionis, §. Emphyt. q. 8. ver. 8. 85
Damnum. Statutum quod de damno dato fletur iuramento damnum pasi, vide ſ. Statutum.
Damnum an quis teneatur resarcire in foro contentioso, §. fi. q. 62. ver. 4. 339
Et quid in foro conscientiæ, ibid. ver. 5. 340
Damnatio ad bestias, & ad metallum, & ad opus metalli, hodie non est in vsu, §. fi. q. 67. ver. 4. & 7. 354
Damnatus ad mortem, vel ad perpetuos carceres an possit testari. Vide ſ. Condemnatus.
Damnatus, vide ſ. Condemnatus.
DATIO in solutum facta per delinquentem creditoribus suis valet, §. fi. q. 78. ver. 2. 391
DEBITA paterna an sint soluenda de bonis emphyteuticis, §. Emphyt. q. 40. Remissiuè. 101
DECIMÆ an possint per laicum subinfeudari, §. Feudum, q. 32. ver. 3. 116
Decimæ ad ecclesiam reuersæ an possint per prælatū iterum in feudum concedi, ibid. q. 13. ver. 2. 109
DECLARATIO domini directi an requiratur ad hoc, vt emphyteuta cadat à iure suo, §. Emphyt. quæst. 9. 87
Declaratio an requiratur super assasinio, vide suprà, Assasinium.
Et an requiratur declaratoria, quando bona ipso iure confiscantur, §. fi. q. 51. ver. 1. 305
Et an requiratur declaratoria super incorrigibilitate clericorum, §. fi. q. 36. ver. 34. 277
Et an super contumacia, §. fi. q. 44. ver. 8. 292
Et an super assasinio, vide ſ. assasinium.
DECREPITVS non debet torqueri, §. fi. q. 64. ver. non etiam, ver. 22. 346
DECVRIONES an possint torqueri, ibid. v. 20.
DEFENSIO. Defensionis necessitas excusat homicidam ab homicidij pœna, §. Homicid. v. 24. 173
Et an pro defensione rerum suarum licitum sit alium interficere, ibid. ver. 25.
Et an pro defensione proprij honoris, ibid. ver. 26.
Et an pro defensione eorum, qui sunt sanguine coniuncti, ibid. ver. 27.
Et an pro defensione alterius extranei, ibid.
Et quid si volens offendere sit clericus, ibid. ver. 29.
Et quid si sit Papa, vel Imperator, ibid.
Et quid si defendens modum excesit, ibid.
Et an liceat pro sui defensione occidere alium non insultantem, quando quis se aliter defendere non potest, ibid. ver. 31. 174
Et quid in eo q se interponit, vt rixantes diuidat, ibid.
Et quid si insultatus posset fugiendo se saluare, ibid. versic. 32.
Quomodo probetur quòd quis fecit ad sui necessariam defensionem, ibid. ver. 33.
Et an ex eo, quòd alius contra ipsum veniat armatus, ibid.
Et an ex minis, ibid.
Defensio ad hoc vt excuset, debet facta esse cum moderamine inculpatæ tutelæ, ibid. ver. 34.
Et an si excesserit modum, sit homicida puniendus pœna ordinaria, ibid.

Et an si reus negauerit se occidisse, possit deinde probare, q occidit ad sui defensionem, ibid.ver.35. 275
Defensionis terminus dandus est reo antequam condemnetur, §.fi.q.49.ver.13. 303
Et an princeps possit illum tollere in causis criminalibus, ibid.ver.14. 304
Et an reo capto in flagranti crimine dandus sit terminus defensionis, §.fi.q.8.ver.1. 213
Et quid si crimen sit notorium, §.fi.q.9.ver.6. 215
Reus an possit renunciare suis defensionibus, §. fin. q.94.ver.9. 402
DELEGATIO. Causæ criminales an possint delegari, §.fi.q.41.in prin. 288
Delegatus an possit causas criminales alteri delegare, ibid.ver.2.
Et quid si sit delegatus à principe, ibid.ver.3. 289
Delegatus an possit procedere vsque ad vltimum supplicium, ibid.ver.4.
Episcopus an possit delegare laicis causas criminales clericorum, ibid.ver.5.
Et an laico simul cum clerico, ibid.
Et an clerico coniugato, ibid.ver.7.
Et quid in summo Pontifice, ibid.ver.8.
Clericus an possit esse delegatus principis laici in causis criminalibus, vide 3.Clericus.
DELIBERATIO animi quando in homicidio præsumatur interuenisse, vide 3.Animus.
DELICTVM. Delicta publica quæ dicantur, §.1. in princ. 145
Et an delicta commissa in offensam Dei dicantur publica, ibid.ver.2.
Et an commissa in offensam prin. ibid.ver.3.
Et an accusatio cuiuslibet falsi instrumenti dicatur publici iudicij, ibid.ver.4.
Priuata delicta quæ dicantur, ibid.ver.5.
Et an de iure canonico sit aliquod delictum priuatum, ibid.ver.6.
Delicta quæ sint merè ecclesiastica, merè secularia, & quæ communia, ibid.ver. Præmittendum, & §.fi.q.37.per totum. 280
Delicta quæ sint nominata, & quæ innominata. §.1. ver.8. 146
Delicta quæ sint leuia, quæ grauia, & quę atrocissima, ibid.ver.9.
Delictum quod committitur faciendo, grauius est, quàm illud, quod fit omittendo, ibid.ver.10.
Delictum quod committitur verbo, an dicatur propriè maleficium. ibid.ver.12. 147
Delictum commissum fuisse, ante omnia iudici constare debet, §.fi.q.4.in princ. 204
Et quomodo dicatur constare de delicto ad effectum procedendi, ibid.
Et quid si delictum sit facti transeuntis, ibid.ver.3.
Et quomodo de delicto facti permanentis, ibid.ver.4.
Et quid si dubitatur, an delictum interuenerit, ibid.v.5.
Et quomodo debeat constare de delicto ad effectum torquendi, §.fi.q.64.ver.3. 342
Et quomodo debeat constare de delicto ad effectum condemnandi, §.fi.q.55.fol.315.ver.6.& 10.& q.66.in princ. 352
DELINQVENS si fugiat in alienam iurisdictionem, an possit capi à familia loci delicti eum insequente, vide 3.Captura.
Delinquens in vna ciuitate an possit puniri in alia ei fœderata. §.fi.q.38.ver.10. 283
Delinquens confugiens ad ecclesiam an possit inde extrahi. §.fi.q.30.per totum, fol.250.vide 3.Captura
DELICTA clam commissa an sint mitius punienda, §.fi.q.60.ver.20. 335
Delicta plura ad eundem finem tendentia committens an sit pluribus pœnis puniendus, §. fin. quæst. 84.ver.2. 386
Et quid si eodem tempore commissa fuerint, ibid.
Et quid stante statuto puniente vulnera, seu percussiones, ibid.
Et quid si cum eodem telo vnico ictu plura vulnera inferantur, ibid.ver.3.
Et quid si delicta sint diuersi generis, ibid.ver.4.
Delictorum reiteratio an pœnâ augere possit, ibi.v.6.
Plures delinquentes contra vnum, an teneantur omnes insolidum, ibid.ver.7.
Delicta commissa extra territorium an noceant ad aggrauandum, §.fi.q.39.ver.10. 288
DENVNCIATIO aperit viam iudici ad inquirendum, §.fi.q.7.in princ. 210
Denunciare quis possit, ibid.ver.2.
Dictum denunciantis an sufficiat ad inquirendum, ibid.ver.3. 211
Officiales quomodo constituãtur ad denunciandum delicta, ibid.ver.4.
Et an possint denunciare etiam delicta non notoria, ibid.ver.5.
Et an teneantur etiam denunciare ea delicta, quæ sunt de iure impunita, ibid.ver.6.
Denunciationis forma quæ sit, ibid.ver.10. 212
Et an in ea sint seruandæ solennitates, quæ in accusatione requiruntur, ibid.ver.11.
Denunciator, qui non probat contenta in denunciatione, an sit in expensis condemnandus, ibid. ead.ver.12.
DEPORTATVS an possit testari, §.Testamentum q.22.ver.1. 13
Et an possit capere ex testamento, ibid.ver.2.
DEPREHENSIO in flagranti crimine aperit viã iudici ad inquirendum, §.fi.q.8.in prin. 213
Et an faciat plenam probationem, ibid.ver.2.
Et an reo deprehenso in flagranti crimine sit danda copia processus, & terminus defensionum, ibidem ver.3.
Et an requiratur sententia, ibid.ver.4.
Deprehensus an dicatur, qui est testibus conuictus, licet in ipso crimine inuentus non fuerit, §.fin. q.82. statut.6.ver. fol.381.& stat.8.ver.7. 383
DESCENDENTES in feudo in infinitum succedunt, §.Feudum.q.79.ver.3. 136
DESCRIPTIO bonorum delinquentis quando fieri debeat, §.fi.q.44.ver.3. 291
DETERIORATIO est iusta causa, propter quam potest emphyteuta expelli, §.Emphyt.q.26. ver.1. 95
DIES delicti an sit exprimendus in accusatione, si reus id petat, §.fi.q.12.ver.13. 218
Et quid si accusator expresserit diem in accusatione, an teneatur illum probare, ibid.ver.14. 219
Dies vel nox quomodo intelligatur, §.fi. q.82.statut. 9.ver.4. 383
DIFFAMATIO. vide infrà, Fama.
DILATIO. Quot dilationes dari debeant in causis criminalibus, §.fi.q.48.ver.2. 302
Et an in causa adulterij dandæ sint dilationes, prout in aliis causis. ibid.ver.3.
Dilationes in causis criminalibus an sint vtrique parti communes, ibid.ver.4.
Dilatio an danda sit reo priusquam examini iudicis respondeat, §.fi.q.45.ver.7. 294
DISPOSITIO authen. ex causa. C. de lib. præte. sustinet testamentũ nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis, §. Testamẽtum.q.52.ver.1. 32
Et quid in præteritione facta per matrem, ibi.ver.2.
Et quid in præteritione posthumi, ibid.ver.3. 33
Et quid si posthumus sit ignoranter præteritus, ibidem.ver.4.
Et quid in præteritione fratris, ibid.ver.5.
Et quid si exhæredatio facta sit ex causa legitima, sed non probata, ibid.ver.6.
Et an sustineatur institutio facta in re certa, §. Testamentum.q.53.ver.1. 33
Et an legata & fideicommissa vniuersalia, ibid. quæst. 54.versi.1. 34
Et an substitutiones pupillares, vel exẽplariæ, ibi.v.2.
Et an legata facta ipsi filio præterito, ibid.ver.3.
Et an legata facta turpibus personis, ibid.ver.4.
Dispositio auth. quod sine. C. de testam. an extendatur ad fauorem piæ causæ, vide supra, Cedula.
Dispositio c.quanquam, de vsur. in 6. an habeat locum in eo qui desiit exercere vsuras, vide ĩ. Vsur.
Dispositio §.ex imperfecto, sustinet testamentum inter liberos minus solenne, §.Test.q.85.ver.1. 5
Et quid si vnus ex filiis sit in ipso testamento præteritus, ibid.ver.5. 6
Et quid si aliquid ei sit relictum, sed non titulo institutionis, ibid.ver.6.
Et quid si sit imperfectum ratione voluntatis ibid. q. 9.versi.1. 6
Et an sustineatur quo ad ea quæ concernunt extraneos, ibid.q.10.ver.1. 7
Et an sustineatur substitutio pupillaris, ibid.ver.2.
Et quid in donatione tutoris extranei, ibid.ver.3.
Et an dispositio d.§.ex imperfecto, hẽat locum in patre testante inter liberos naturales, ibi.q.12.ver.1. 7
Et quid in matre, ibid.ver.2. 8
Et quid si conditum sit testamentum inter filios legitimatos, ibid.versi.3.
Et quid inter liberos per statutum exclusos. ibi.ver.4
Et quid inter liberos non primi, sed vlterioris gradus, ibid.ver.5.
Et an habeat locum, quando filius testatur inter parentes, ibid.ver.6.
Et an ex tali testamento dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato. q.13. ibid.
Dispositio testatoris facta in vnum casum, an extenda tur ad alium, ibid.q.76.ver.10. 47
Dispositio l.si quis argen. C. de dona. sustinet donationem factam solo pacto nudo interueniente, §. Donatio, q.14.ver.1. 71
Et an locũ habeat in donatione cã mortis, ibi, ver.2.
Et an in donatione remuneratoria, ibid.ver.3.
Et an in donatione præsumpta, ibid.ver.4.
Et an in pacto, seu promissione de donãdo, ibid.ver.6.
Dispositio l.si totas. C. de inof. donat. quomodo sit intelligenda, ibid.q.22.ver.3. 78
Dispositio l.si vnquam. C. de reuo. dona. reuocat donationes factas ab illis, qui non habent filios, si eis nascantur filij post factam donationem, ibi. ver.4.
Et an habeat locum in donationibus factis libertis, an etiam cuilibet extraneo, ibid.
Et quid si tempore donationis iam habebat filios, ibid.ver.3.
Et quid si donator tempore donationis de liberis cogitasset, ibid.ver.2.
Et quid si renunciauerit dispositioni ipsius. l. si vnquã, ibid.ver.4.
Et an dispositio d. l. si vnquam, habeat locum in donatione cuiusslibet partis bonorum, ibid. versicul. Quarto infertur. versi.5.
Et an in donatione rei particularis, ibid.
Et quid si sit appositum iuramentum, ibid. quæst.23. versi.1. 78
Et quid in donatione facta ecclesiæ, ibid.ver.2.
Et quid in donatione facta ob causam, ibid.ver.3.
Et quid in donatione remuneratoria, ibid.
Et an dispositio d. l. si vnquam, habeat locum in legatis, ibid.versi.4.
Et an in legitimatione filiorum naturaliũ, ibi.ver.5.79
Et an propter legitimationem filiorum naturalium reuocetur donatio ex dispositione. d. l. si vnquam, ibid.versi.6.
Et an reuocatio quæ fit ex dispositione d.l.si vnquã, fiat ipso iure, ibid.versi.8.
Et quid si filij nati post donationem præmoriantur patri, an donatio reconualescat. ibid.versi.9.
Dispositio l.fin. C. de reuoca. donat. reuocat donationes propter ingratitudinem donatariorum. vide infra, Ingratitudo.
DIVISIO inter hæredes an possit à testatore prohiberi, §.Test.q.67.versi.1. 42
Diuisio rei emphyteuticæ permissa est inter ipsos emphyteutas. §.emphyt.q.14.versi.1. 90
DOCTOR. Doctores an possint torqueri, §. fina. q.64.versi.16. 345
Et an valeat consuetudo, quod torqueantur, ibid.
Doctores an possint carcerari, §.fi.q.28.ver.4. 247
DOLOR iustus an in delictis excusat, §.fina.quæst. 60.versi.19. 334
DOLVS. Dolosum homicidium quod dicatur, §. Homicidium.versi.7. 170
Quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. §.fina.q. 60.versi.22. 335
Delictum sine dolo commissum fuisse an prosit delinquenti, ibid.versi.28. 336
Et an possit corporaliter puniri, §. fina. quæst. 84. in princip. 386.
DOMICILIVM. Ratione domicilij quis sortitur forum in delictis, §.fi.q.39.versi.3. 286
Et an iudex hoc casu possit contra delinquentem procedere per viam inquisitionis, vide ĩ. Iudex.
DOMINVS an possit infeudare feudum nondum apertum, §.Feudum, q.14.versi.1. 110
Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi, §.Feudum.q.26.versi.2. 113
Et quid si eam semel tradidit, ibid.ver.4.
Dominus an teneatur deffendere vasal. ibid. quæst. 27.versi.1. 113
Et an etiam contra patrem & fratrem ipsius domini, ibid.versi.2.
Dominus an possit vasallos inuitos in alium alienare, ibid.q.28.versi.1. 113
Et an si alienet, priuetur proprietate feudi, ibi. versi.3.
Et quid si eos alienet cum toto territorio, ibid. ver.2.
Dominus an possit pignorare suum directum dominium inuito vasallo, ibid.versi.4. 114
Dominus an possit subditis suis collectas imponere, quæst.29.versi.1. 114
Et an pro dote filiæ suæ maritandæ, ibid.versi.2.
Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis, ibid.q.30.ver.1. 114
Dominus recusans facere inuestituram vasallo, an priuetur proprietate feudi, ibid.q.49.ver.7. 126
Dominus post vasalli culpam seruitia ab eo recipiẽs, an censeatur illi remisisse caducitatem, ibid. q. 49. ver.10.pag.126.& q.63.ver.1. 129
Dominus non faciens iustitiam vasallo, an cadat à

proprietate feudi,ibid.q.74.ver.1. 133
Dominus quando priuatur proprietate,cui proprietas applicetur,ibid.q.79.ver.1. 136
Dominus an sit iudex ordinarius inter vasallos, vide infrà,Iudex.
Dominus directi recipiendo pensionem post caducitatem, an censeatur illam remisisse, §. emphyt. q. 10.ver.1. 87
Et quid in prælato,vide ℣.Prælatus.
Dominus directi, qui expulit emphyteutam propter cessationem solutionis,an possit petere pensionem temporis præteriti,ibid.q.10.ver.2. 88
Dominus directi post declaratam caducitatem, an possit propria auctoritate ingredi rem emphyt. ibid.q.11.ver.1. 88
Et quid finita emphyteusi,ibid.q.44.ver.1. 102
Dominus directi an possit expellere propria authoritate emphyt. qui possessionem suam interuertit, ibid.q.25.ver.1. 94
Dominus directi an teneatur finita emphyteusi illam filiis vel agnatis emphyteutæ refirmare, vide suprà Agnati,vel Filij.
Dominus an teneatur pro delicto famulorum. §. fin. q.86.ver.2. 394
Et quid si famuli sint homines notoriè scelesti.ibid.
Et an id quod facit famulus occasione domini, eóque sciente,præsumatur factum de eius voluntate.ibid.
si Dominus dicat famulo,vade & non reuertaris, donec sentio nouum de tali, an præsumatur mandatum,si fam.illum occiderit.§.fi.q.89.ver.6. 395
si Dominus post acceptam iniuriam loquatur alicui ad aurem,& ille postea iniuriantem interfecerit,an præsumatur mandatum,ibid.ver.7.
Dominus pro familia,quę furtum fecit,vnica solutione liberatur.§.furtum.ver.28. 165
DOMVS priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria,fisco applicantur,§.fi.q.79.ver.4. 376
Domus ædificata iuxta aliam domum, non dimisso spacio 15.ped.fisco applicatur,ibid.ver.5.
statutum quod pro delicto Domus alicuius destruatur.vide ℣.statutum.
citatio ad Domum an sufficiat,vide ℟.Citatio.
DONARI an possit res emphyteutica irrequisito domino.vide ℣.Emphyteuta.
Donatio facta in pœnam mutationis testamenti, an valeat.§.Testam.q.95.ver.1. 56
Donatio vnde dicatur,§.donatio.q.1.ver.1. 61
An sit contractus innominatus,ibid.ver.2.
Perfecta reuocari non potest,ibid.ver.3.
Donatio conditionalis an sit propriè donatio.ibid.q.2.versic.1.
Reciproca an sit propriè donatio,ibid.ver.2.
Donatio remuneratoria an sit propriè donatio.q.3. versic.1. 61
Et an valeat etiam si merita nõ probentur,ibi.v.2. 62
Donatio causa mortis quid sit,ibid.q.4.ver.1. 62
Donatio an in dubio debeat iudicari inter viuos, vel causa mortis,ibid.ver.2.
Et quid si facta sit ab infirmo.ibid.ver.3.
Et quid si donationi adiecta sit promissio de non reuocando,ibid.ver.5.
Donatio causa mortis vtrum potius comparanda sit contractui,quam vltimæ voluntati,ibid.q.5.v.1. 63
Donatio causa mortis facta in testamento an censeatur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis,ibid.ver.3.
Donatio facta in pœnam mutationis testamenti non valet, ibid.q.19.in fi.princ. 74
Donatio facta à filiofam.an valeat.vide ℣. Filiusfam.
Donatio inter patrem & filium an valeat. vide infrà Pater.
Donatio inter virum & vxorem an valeat. vide infra, Maritus.
Donata sponso vel sponsę,à consanguineis,vel affinib. an censeantur donata contemplatione viri,vel contemplatione vxoris. §.donat.q.10.ver.2. 68
Donatio propter nuptias hodie non est in vsu.§.donatio,q.21,ver.1. 68
Donatio propter nuptias an censeatur constituta ipso iure,ibid.ver.2. 69
Donatio facta absenti an valeat.ibid.q.12.ver.1.
Et quid si facta sit coram quinque testibus,an sustineatur in vim fideicommissi,ibid.q.5.ver.3. 63
Donatio in qua apposita est conuentio in fauorem tertij absentis, quando possit ante ipsius absentis acceptationem in eius præiudicium reuocari,ibid. q.13.ver.5. 70
Donatio facta præsenti & tacenti an valeat, ibid. q. 14.ver.5. 71
Donatio excedens summam 500 aureorum debet insinuari,aliàs non valet.infrà vide Insinuatio.
Et an vitietur in totum,an solummodo quatenus excedit summam 500. solidor.ibid. Et an confirmetur iuramento.q.18.ver.1. 73
Donatio perficitur pacto nudo,vide ℟. Dispositio l.si quis argentum.
Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum,an valeat.ibid.q.19.ver.1. 74
Et an præsentium tantum,ibid.ver.2.
Et an simpliciter bonorum suorum,ibid,ver.3. 75
Et an generaliter omnium bonorum,ibid.ver.4.
Et an bonorum suorum mobil.& immobil.ibid.ver.5.
Et an simpliciter suæ hæreditatis,ibid.ver.6.
Et quid si sit collata post mortem,ibid.ver.7.
Et quid si donator aliquid sibi reseruauerit pro facultate testandi,ibid.ver.8.
Et quid si reseruauerit vsumfructum,ibid.ver.9.
Et quid si talis donatio sit iurata,ibid.q.20.v.1. 75
Et nunquid talis donatio annulletur in totum, an autem sustineatur quoad bona præsentia,ibid.ver.2.
Et quid in donatione facta ecclesiæ,ibid.ver.3. 76
Et quid in donat.reciproca facta inter fratres.ibi.v.4.
Donatio propter ingratitudinem reuocari potest,vide infrà,Ingratitudo.
Donatio inofficiosa reuocatur ex dispositione tit. C. de inoffi.do.§.Donat.q.24.ver.1. 79
Et an reuocetur in totum, an autem vsque ad legitimam tantùm,ibid.ver.2.
Et quid si sit iurata,ibid.ver.2. 80
Et quid si pater aliquid filio reliquerit,ibid.ver.4.
Et quid in alienatione facta titulo oneroso.ibid.v.5.
Donatio ob causam reuocatur causa non secuta. q. 25.ver.1. 80
Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari,ibid.ver.2.
Et an reuocetur propter conualescentiam donatoris, ibid.ver.4.
Donatio facta ecclesiæ an reuocetur propter superuenientiam liberorum, vide ℟. Dispositio l.si vnquam.Et an propter ingratitudinem prælati vel capituli.vide ℣.Ingratitudo.
Et an in ea requiratur insinuatio,si excedat summam 500.solid.vide ℣.Insinuatio.
Et an valeat donatio omnium bonorum facta ecclesiæ.vide ℟.Donatio omnium bonorum.
Donatio siue alienatio facta per delinquentem,quando præsumatur facta in fraudem fisci, vide suprà, Bona.
Donatarius an teneatur alere donantem. vide infrà, Ingratitudo.
Donatarius an possit apprehendere possessionem rei emphyteuticæ sibi donatæ, sine domini consensu. §,emphyteusis.q.15.ver.2. 91
DORMIENS an si delinquat,excusetur. §. fin.q. 60.ver.13. 333
DOS mulieris an ex delicto confiscetur. §.fin. q.78. ver.15. 373
Et an reseruetur filiis legitima in bonis matris confiscatis,ibid,ver.26. 374
Dos mulieris contrahentis scienter matrimonium in gradu prohibito,fisco applicatur, §. fin. quæst. 80. ver.4. 377
DVÆ personæ an possint simul testamentum condere,§.testamentum.q.60.ver.1. 38
Duo testamenta eodem die confecta si producantur, quodnam eorum præualeat,ibid.q.100.ver.1. 59
EA quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non transeunt in fiscum. §. emphyteusis. quæst. 29. ver.breuiter. 98
EBRIETAS in delictis an excuset §.fin. quæst.60. ver.12. 333
ECCLESIA habet immunitatem, vt si delinquẽs ad eam confugiat, inde extrahi non possit, neque etiam possit corporaliter puniri.§.fin.quæst.30.per totum, vide suprà,Captura. 250
Ecclesiasticam libertatem lædere quæ dicantur,§.fin. q.77.ver.28. 369
EDITIO. Reus an teneatur in causis criminalibus edere fisco contra se iura, vel instrumenta, §. fin. q. 27.ver.2. 246
ELECTIO. In pœnis alternatiuè impositis an sit electio iudicis,an rei,§.fi.q.85.ver.6. 390
EMANCIPATVS si sit præteritus an vitietur testamentum,§.Testam.vide ℣.Præteritio.
EMPTIO. Emens rem furtiuam tenetur illam domino restituere sine prætio,§.Furtum.ver.26. 165
Et an releuet protestatio facta tempore emptionis,ꝙ illam emebat ad vtilitatem domini,ibid.
Et quid si bona fide consumpta est,ibid.
EMPHITEVSIS an comprehendatur in confiscatione bonorum,§.fi.q.78.ver.7. 371
Emphyteusis quid differat à contractu libellario, & censuali,§.emphyteusis.q.1.ver.1. 81
Emphyteusis an sit contractus nominatus, quæst. 2. versic.1. 82
Emphyteusis ex quanti temporis cursu præscribatur. ibid.q.7.Remissiuè. 84
Emphyteusis an possit alienari in potentiorem, vide suprà Alienatio.
Emphyteusis an transeat ad extraneos hæredes, ibid. q.28.ver.1. 94
Et quid si sit ecclesiastica,ibid.latissimè.
Et quid si aliunde non constabat bona esse ecclesiæ, ibid.ver.8. 97
Et quid si concessa fuerit pro se, & hæredibus quibuscunque,ibid.ver.9.
Et quid si concessa fuerit pro se, & quibus dederit, ibid.ver.10.
Emphyteusis an transeat in fiscum,q.29. 98
Et an in filios naturales,q.30. 98
Et an in legitimatos,q.31. 99
Et an in fœminas,vide ℣.Fœminæ.
Et an transeat in monasterium,q.33. 99
Emphyteusis concessa pro se, filiis, & nepotibus quomodo intelligatur,q.34. 100
Emphyteusis an transeat ad filios, etiam quòd non sint hæredes,vide ℣.Filij.
Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa,vide ℣.Institutus.
Emphyteusis quomodo finiatur,§.emphyt.quæst.42. versic.1. 101
Emphyt.antiqua,& noua quæ dicatur,q.16.v.3. 92
Emphyteusis hæreditaria, non hæreditaria, & mixta quæ dicatur,ibid.
Emphyteusis ecclesiastica an sit de' sui natura transitoria ad extraneos hæredes,q.28.ver.6. 95
Emphyteuta tenetur soluere canonẽ domino directi, aliàs cadit à iure suo,§. emphyt.q.8.ver.1. 84
Et quid si in contractu appositum est iuramentum, ibid.ver.2.
Et quid si pensio sit minima,ibid.ver.3.
Et quid si cesset in vno nummo,ibid.ver.4.
Et quid si emphyteuta non possideat rem emphyteuticam,ibid.ver.5. 85
Et quid si propter bellum nullos fructus percipere potuit,vide ℣.Remissio.
Et an propter sterilitatem fiat ei remissio, vide infrà Sterilitas.
Et quid si contingat aliquod damnum in re emphyteutica,vide ℟.Damnum.
Et quid si emphyteuta ignorabat remæsse emphyteuticam,§.emphyt.q.8.ver.9. 86
Et an ad euitandam caducitatem sufficiat oblatio, ibid.ver.10.
Et quid si alius,puta procurator soluit pro ipso emphyteuta,ibid.ver.11.
Et quid si apposita sit pœna in inuestitura,ibid.versic. Vlterius quæro.
Et quid si ex pluribus hæredibus emphyteutæ aliqui soluerint,& aliqui non,ibid.versic.13.
Emphyteuta qui canonem non soluit, an possit purgare moram ibi.v.15.& ibi quando.D catur purgare moram celeri satisfactione.
Emphyt. cessans in solutione canonis, an cadat ipso iure,an autem requiratur sententia, ibidem quæstione 9. 87
Emphyteuta quo tẽpore anni debeat soluere pensionem,vide ℣.Pensio, & an possit inuito domino soluere pro tribus,vel quatuor annis futuris,ibid.
Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticã domino irrequisito,& si alienet cadit à iure suo, §. emphyteusis q.13.ver.1. 89
Et an cadat ipso iure, ibid.ver.2.
Et quid si non sit secuta traditio,ibid.ver.3,
Et quid si facta sit traditio per constitutum, ibidem versic.4.
Et quid si in alienatione protestetur, quòd illam facit saluo,& reseruato consensu domini,ibi.ver.5.
Et quid si post alienationem,& traditionẽ rem ipsam recuperet,ibid.ver.6.
Emphyteutæ an possint rem emphyteuticam inter se diuidere domino irrequisito,vide ℟.Diuisio.
Emphyteuta an possit sine domini consensu rẽ emphyteuticam alteri donare vel legare, §.emphyt.q.15. ver.1. 90
Et an possit sine domini consensu illam permutare, vide infrà,Permutatio.
Et an hypothecare,vel pignorare,q.18.versiculo 1.93
Et an locare,q.19.ibid.ver.1.
Et an concedere in emphyteusim,q.20.ibid.ver.1.
Emphyteuta an possit constituere seruitutem in fundo emphyteutico,vide ℣.Seruitus.

Emphyteuta interuertens possessionem domini, an possit ab eo propria auctoritate expelli, ibi. quæst. 25. ver. 1. 94
Et an possit expelli propter deteriorationem, ibid. q. 26. ver. 1. 94
Emphyteuta an possit incidere arbores fructiferas, ibid. ver. 2.
Emphyt. an teneatur ad collectas, vide ſ. collecta.
EPISCOPVS an possit causas criminales clericorum laicis delegare, vide ſ. Delegatio.
Episcopi an habeant fiscum, cui possint applicari pœnæ pecuniariæ, §. fi. q. 80. ver. 5. 377
Episcopus delinquens à quo sit puniendus, §. fi. quæst. 35. ver. 12. 269
Episcopus an possit punire Archiepiscopum delinquentem in sua diœcesi, ibid.
Episcopus an possit capi facere laicos propter crimina communis fori, §. fi. q. 37. ver. 8. 281
Episcopus negligens non potest deponi nisi à summo pontifice, §. fi. q. 73. ver. 3. 364
Episcopus committens assassinium an incidat in pœnas. c. 1. de hom. vide ſ. Assassinium.
Episcopum percutientes sunt excommunicati, §. fin. q. 77. ver. 23. 369
Et quid si quis illum percutiat causa suæ defensionis, ibidem.
EPISTOLA interueniente valet donatio facta absenti, §. Donatio. q. 12. ver. 1. 61
ERROR an possit probari contra confessionem, §. fi. q. 55. ver. 18. 318
Ætas an in delictis excuset, §. fi. q. 60. cir. prin. 331
EXAMEN. Reus comparens statim est examinandus, §. fi q. 45. ver. 5. 294
Et quid si nolit respondere iudici interroganti, ibid. versic. 6.
Et quid si priusquam respondeat petat sibi dari dilationem ad deliberandum, ibid. ver. 7.
Et quid si petat copiam inquisitionis, & indiciorum, ibid. ver. Sed quid si reus. 294
Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda, ibid. ver. 8.
Et an si reus in examine falsum dicat, possit de periurio puniri, ibid. ver. 10. 295
Et quomodo iudex se in examine rei gerere debeat, vide infrà, Iudex.
Et an examini reorum debeant esse præsentes eorum aduocati, vide suprà Aduocatus.
EXCEPTIONES ac defensiones reorum pronuntur, §. fi. q. 50. fol. 304. & aliis seq. vsque ad q. 60. inclusiuè.
Exceptio adulterij quando, & per quos opponi possit, vide supra Adulterium.
Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuiliter, §. fi. q. 19. ver. 2. 229
Et quomodo criminaliter, ibid. ver. 3. 230
EXCOMMVNICATVS an possit testari, §. Testam. q. 24. ver 1. 14
Excommunicatio quotuplex sit, §. fin. quæst. 77. in princ. 367
Percutiens clericum est excommunicatus, vide suprà, Clericus.
Monachus non deferens habitum suæ religionis est excommunicatus, vide infrà, Monachus.
Recipiens literas apostolicas de manu alterius, quàm eorum, qui sunt ad id deputati, est excommunicatus, §. fi. q. 77. ver. 17. 368
Clerici scienter participantes cum excommunicatis, ibid. ver. 18.
Effractores ecclesiarum sunt excommunicati, ibid. ver. 20.
Offendentes Cardinales sunt excommunicati, vide suprà, Cardinalis.
Incendiarij sunt Excommunicati, vide ſ. incendiarij.
Religiosi, qui ministrant sanctum eucharistiæ sacramentum alienis parochianis, sunt excommunicati, §. fi. q. 77. ver. 22. 369
Percutientes episcopum sunt excommunicati, vide suprà, Episcopus.
Spoliantes christianos nauigantes sunt excommunicati, §. fi. q. 77. ver. 24. 369
Et an sit canon latæ sententiæ, vel ferendæ, ibid.
Christiani deferentes arma vel merces ad infideles sunt excommunicati, ibid. ver. 25.
Et quid tempore pacis, ibid.
Doctores vel scholares tentantes conducere domos aliis locatas sunt excommunicati, ibi. e. ver. 26.
Et an hoc locum habeat in aliis gymnasiis quàm Bononiæ, ibid.
Schismatici sunt excõmunicati, vide ſ. Schismaticus.
Facientes seruari statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, §. fi. q. 77. v. 28. 369
Et quæ statuta dicantur contra ecclesiasticam libertatem, ibid.
Vsurpantes ius patronatus in locis piis sunt excommunicati, ibid. ver. 29.
Excommunicatus an possit accusare, §. fin. quæst. 14. ver. 16. 224
Excommunicatus delinquens si ad ecclesiam confugiat, an gaudeat eius immunitate, vide ſ. Captura.
EXCVSATOR an possit in causis criminalibus interuenire, §. fi. q. 33. in princ. 265
Et quid in casibus, in quibus potest absens diffinitiuè condemnari, ibid. ver. 2. 265
Excusator an sit audiẽdus sine mandato, ibid. v. 3. 266
Excusator an teneatur præstare fideiussionem de sistendo principali, ibid. ver. 4. 266
Et an audiatur pater pro filio, dominus pro seruo, Abbas pro monacho, ciuitas pro ciue, dominus pro subdito, Episcopus pro clerico, vxor pro viro, &c. ibid. ver. 5.
Excusationes in criminalibus causis quæ proponi possint, §. fi. q. 34. in princ. 267
Et quid de excusatione absentiæ, vide ſ. Absens.
Et quid de excusatione infirmitatis, vide ſ. Infirmus.
Et quid de excusatione carcerationis, vide ſ. Carcer.
Et quid si allegetur timor insidiarum, §. fin. quæst. 34. ver. 6. 267
EXECVTIO sententiæ an differri debeat, pendente appellatione, §. fi. q. 94. in prin. 401
Et an pendente causa nullitatis, ibid. ver. 10.
Et an pendente tempore ad appellandum, §. fin. q. 66. in prin. 352
Et quid si reus sit crimen confessus, ibid. ver. 2.
Quando pars pœnæ applicatur parti offensæ, & pars fisco, an tota fisco solui debeat, §. fin. quæst. 95. versic. 9. 403
Executio sententiarum capitalium regulariter non est differenda, §. fi. q. 97. ver. 7. 405
Et quid si compareat aliquis, qui dicat condemnatum esse sibi obligatum ad aliquam rationem reddendam, §. fi. q. 97. in princ. 404
Et quid si reus esset decapitandus ex mandato principis quod iudici videretur iniustum. ibid. ver. 3.
Et quid si executio incidat in diẽ feriatum, ibid. ver. 6.
Et quid in muliere prægnante, vide ſ. Prægnans.
Plura in hoc proposito executionis sententiæ, vide suprà

suprà Condemnatus, & ſ. Iudex.
Expensæ executionis iustitiæ ad quem pertineant, vide ſ. Expensæ.
Executio iustitiæ in quo loco fieri debeat, §. fin. quæst. 99. versiculo 6. 407
EXHÆREDATIO quando reddat testamentũ nullum, vel inofficiosum, §. testam. q. 40. v. 1. 25
Exhæredationis causæ quæ sint, vide ſ. Filius.
Exhæredatus an succedat in feudo, vide ſ. Filius.
EXHORTANS aliquem ad delictum committẽdum, an sit puniendus, §. fi. q. 88. v. 2. 394
EXIMENS è manibus iustitiæ reum detẽtum qua pœna sit puniendus. §. fi. q. 68. ver. 10. 356
Et quid si erat indebitè detentus, §. fi. q. 29. v. 4. 249
Et an eximens seipsum incidat in pœnam, ib. v. 5.
EXPENSÆ. Victus victori in causis criminalibus an sit in expensis condemnandus, vide suprà Calumniator.
Et quid in aduocato fiscali, denunciatore, instigatore &c. vide in suis locis.
Custos carcerum an possit pro expensis retinere reũ absolutum, vide ſ. Custos.
EXTRANEI hæredes an succedant in feudo, §. feudum, q. 13. & q. 9. v. 2. 109. & v. 9. 107. & 109
Extranei hæredes an succedant in emphyteusi, §, fina. quæst. 28, v. 1. 94
EXTRAORDINARIA crimina quæ sint, §. fin. quęst. 83. 385
FACVLTAS testandi concessa à Principe, an intelligatur concessa, vt quis possit testari sine solennitatibus à iure communi requisitis, §. testam. quæst. 34 versi. 3. 20
FALCIDIA an possit à testato. prohiberi, §. Testamen. q. 78. 50
FALSVM. Falsi crimen est publicũ, §. j. v. 4. 145
Falsitas committitur subornando testes, §. falsum versiculo 3. 153
Et an credatur testibus dicentibus se ad preces alicuius falsum deposuisse, ibid.
Producens falsos testes dicitur falsum committere, ibidem versiculo 4.
Et an stante statuto puniente producentem falsos testes, puniri debeat producens tantummodo vnum falsum testem, ibid.
Testis falsum deponens dicitur falsum committere, vide ſ. Testis.
Vtens dicto falsi testis dicitur falsum committere, §. Falsum. versi. 15. 154
Fabricans falsum instrumentum dicitur falsum committere, §. Falsum. ibi. v. 16, 155
Producens falsum instrumentum dicitur falsum committere, ibid. v. 17.
Vtens falso instrumento scienter, dicitur falsum committere, ibid. ver. 18.
Et quomodo hoc casu conuinci possit de scientia, ibidem.
Et an puniatur eadem pœna, qua ille, qui fabricauit, ibidem.
Falsificans literas principis, punitur pœna falsi, ibidẽ versiculo 24. 155
Partum supponens dicitur committere crimen falsi, ibidem.
Mutatio nominis est species falsitatis, ibid.
Abradens instrumentum dicitur falsum committere, ibidem versicu. 25.
Aperiens literas alienas an incidat in pœnam falsi, ibidem versicu. 26. 156
Ascribens sibi legatum in testamento alieno, an incidat in pœnam falsi, vide ſ. Ascribens.
Prohibens aliquem testari, an incidat in pœnam falsi, vide ſ. Prohibens.
Vendens eandem rem duobus incidit in pœnam falsi §. Falsum. v. 29. 156
Falsi suspicio an habeatur pro veritate, ibid. v. 30.
Et an ad puniendum criminaliter. ibid.
Falsi pœna quæ sit, ibid. v. 31.
Falsitatem committens circa testes, instrumenta, vel acta causæ, an causam amittat, ibid. v. 32.
Falsitas an possit committi sine dolo, ibid. v. 33.
Falsum non dicitur id, quod adiuuatur primordio veritatis, ibid. v. 34.
Falsitas nomini præiudicans an sit punibilis, ibidem versiculo 35.
Iudex omni studio, & interpretatione curare debet, vt falsum euitetur, ibid. v. 39.
Falsam monetam faciens, aut expendens, qua pœna puniatur, vide ſ. Moneta.
Fama, seu diffamatio an præcedere debeat ad hoc vt Iudex per inquisitionem procedere possit, §. fina. quæst. 6. in prin. 207
Et quid in iudice ordinario, ibid. v. 2.
Et quid si iudex ex mero officio procedat, ibi. v. 3. 207
Et an etiam ad assumendas informationes super ipsa fama, ibid. ver. 4.
Et quid in inquisitione generali, ibid.
Et quid in inquisitione, quæ fit contra officiales syndicandos, ibid. v. 6.
Et quid in crimine hæresis, ibid. v. 7. 208
Et si formetur inquisitio de mandato principis, ibidẽ versiculo 8.
Et quid si non fuerit oppositum, ibi. v. 9. 208
Et quid de consuetudine obseruetur. ibi. v, 10.
Fama quomodo probetur, ibi. v. 11.
Et an per duos testes tantum, ibi. v. 12.
Et an debeant reddere sufficientem causam scientiæ, ibidem, versiculo 13. 209
Et an debeant dicere, quòd illud audiuerunt à maiori parte populi, ibid. v. 14.
Et an debeant dicere, quod illud audiuerunt publicè dici, ibid. ver. 15. 209
Et an debeant nominare eos, à quibus audiuerunt, ibidem versiculo 16.
Et quid si non fuerint super hoc interrogati, ibidem, versiculo 17.
Et an debeant scire, quid sit fama, ibid. v. 18.
Fama an probetur per assertionem iudicis id in inquisitione affirmantis, §. fi. q. 31. ver. 10. 256
Fama an requiratur, vt sæpe ad iudicis aures ascendat §. fi. quæst. 6. ver. 20. 209
Et an sola fama sufficiat ad inquirendum, an autẽ requiratur etiam, quòd præcedat clamosa insinuatio ibidem, versicu. 21.
Fama sola est sufficiens indicium ad inquirendum, §. fin. quæst. 21. v. 1. 232
Et an ad torturam, ibid.
Et quid si fama non sit in eodem genere mali, ibidẽ.
Et quid si diffamatus probet se esse bonæ vocis, conditionis, & famæ, §. fin. q. 60. v. 23. 335
Et quid si probet, quòd per triennium proximum bene vixit, §. fi. q. 21. v. 1. 232
Fama in criminalibus non probat, neque etiam semiplenè, ibid. q. 21. in prin.
Et an iuncta cum alia semiplena probatione faciat plenam probationem, §. fi. q. 63. v. 10, 342
FAMILIA officialis an possit detinendum, si resistat, impunè interficere, §. fi. q. 29. in prin. 248

Familia insequens delinquentem an possit illum capere in aliena iurisdictione, vide suprà Captura.
Et an in ecclesia, ibid.
Familia si furtum fecerit, an vnius punitio alios liberet, vide suprà Dominus.
FAMVLVS si delinquat, an dominus pro eo teneatur, vide ẽ. Dominus.
Quis sit iudex competens famulorum Cardinalium, si delinquant, §.fi.q.35.v.17. 270
Famuli episcoporum, & clericorum laici si delinquãt, à quo iudice puniri debeant, ibid.v.18.
FERIÆ. In causis criminalibus an tempore quadragesimę sit procedendum, §.fi.q.50.v.3. 304
Tort. an sit inser. dieb. feriatis, §.fi.q.64.v.34. 348
Executio sentẽtiarum criminalium an possit fieri diebus feriatis, §.fi.q.97.v.6. 405
FEVDVM quid sit. §, feudum.q.4. 105
Feudum vnde dicatur, ibid.q.5. 106
Feudum an sit contractus nominatus, ibid.q.6.
Et an sit contractus bonæ fidei, ibid.v.2.
Feudum quotuplex sit, ibid.q.7. 106
Feudum nouum & antiquum quid differant, ibid.q.8.
Feudum nouum concessum à principe iure feudi antiqui, & paterni, an censeatur nouum, vel antiquũ, ibid.versicu.1.
Et quid si vasallus de feudo antiquo recipiat inuestituram, tanquam de feudo nouo, vide infrà Vasallus.
Et quid si feudum antiquum, quod in commissum cecidit, postea eidem concedatur, an retineat ius feudi antiqui, ibid.v.6. 107
Feudum hæreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia, quid differant, ibid, q.9.v.1. 107
Feudum accipiens pro se & filiis, an dicatur hære. ibidem versicu.3. 108
Et quid si acceptum fuerit pro se, & filiis, & hæredibus, ibid.versi.4.
Et quid si sit acceptum pro se & hæred. ibi.v.7. 108
Et quid si pro se & hæred. masc. ibid.v 9. 109
Et quid si sit simpliciter acceptum, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, ibid.v.6. 108
Et an in feudo hæreditario, requiratur, quod volens succedere sit hæres vasalli vltimo loco defuncti, ibidem.versicu.5. 108
Feuda regalia quæ sint, ibid.q.10. 109
Feudum ligium quid sit, ibid.q.11.
Et an quis possit esse homo ligius duorum, ibidem versiculo 2.
Feudum francum quid sit, ibid.q.12. 109
Feudum rectum an possit constitui sine inuestiturę. ibidem quæst.15. 110
Feuda an possint emi, ibid.q.16. 111
Et an feudum emptum dicatur propriè feudum, ibidem.versiculo 2.
Feudum an possit alienari sine consensu domini, vide infrà Vasallus.
Et an sine consensu agnatorum, ibid.q.41.v.1. 120
Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque an transeat ad extra. hæredes, vide suprà. Extranei hæredes.
Feudum concessum pro se, & quibus dederit, an possit alienari sine consensu domini, vide infrà Vasallus,
Feuda an possint diuidi, ibid.q.44.v.1. 123
Feudum an possit præscribi, ibid.q.45.v.1. 12,
Feudum an sit imputandum in legitimam, ibidem, q.46.versiculo 1. 124
Feudum finitum cui aperiat, urdomino, an agnatis, vide ẽ. Agnati proximiores.
Feudum an veniat in confiscatione bonorum, ibidem quæst.48. 13 8
Feudum an veniat in generali alienatione, ibidem, quæst.31.versicu.10. 115
Feudum an veniat in restit. fideicom. ibidem, quæst. 85.versiculo 1. 139
Et quid si fideicommissarius sit ex comprehensis in inuestitura, ibid.v.3.
Feudum an veniat in confiscationem bonorum, §.fin. quæst.78.v.7. 371
Feudalis res an possit in emphyteusim concedi, vide infrà. Vasallus.
FIDEICOMMISSVM in quo sunt vocati plures sub nomine collectiuo, præsumitur eo ordine factum, quo ipsi ab intest. succederent, §. Testamen. q.76.in 6.regu.v.13. 47
Fideicommissa ampliantur, restringuuntur extenduntur, & declarantur ex tacita voluntate testatoris, ibidem q.76, ver.2. 46
Fideicommissum an in dubio censeatur iniunctum filio, vel eius hæredi, ibid.q.72.v.4. 44
Fideicommissum an possit imponi hæredi super reb' iam ab ipso testatore illi donatis, ibi.v.71.v.2 44
Fideicommissa vniuersalia an sustineantur ex dispositione, aut ex causa, vide suprà Dispositio authenticę ex causa.
FIDEIVSSIO. Reus detentus quando sit fideiussoribus relaxandus, §.fi.q.46.v.6. 297
Et quid si non ingeratur pœna corporalis. ibi.v.7.
Et quid in seruis, ibid.v.8.
Et quid in festis Paschalibus, ibid.v.9. 298
Et quid si appareat de innocentia rei, ibid.v.10.
Et quid in dubio, ibid.v.11.
Et quid si fideiussores non sint idonei, ibid.v.12.
Et quid si detentus in vna ciuitate velit dare fideiussorem in alia, ibid.v.13. 298
Et quid si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem, ibid.ver.14.
Et quomodo id probari possit, ibid.v.15. 299
Et quæ debeat esse forma promissionis huiusmodi fideiussoris, ibid.v.17.
Et an possit quis se obligare pro alio ad pœnam corporalem, ibid.v.18,
Et quid si pro delicto imponatur pœna pecuniaria, an reus sit fideiussoribus relaxandus, ibidem, versiculo 19.
Cautela recipiendi fideiussores, ibid.v.20.
Si statutum imponat pro vulnere pœnã centum, & ꝓ homicidio pœnam mille, & quis simpliciter fideiusserit pro imputato de vulnere, & vulneratus moriatur, sub qua pœna teneatur reum cõsignare, ib.v.12.
Et quid si ille, qui præstitit fideiussorem fuerit deinde ex alia causa bannitus, ibid.v.22. 299
Quantum tempus cõcedatur fideiussori ad reum præsentandum, ibid.ver.23. 300
Si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pœna promissa, ibid.ver.24.
Fideiussio de non offendendo an à parte peti possit, §.fi.quæst.47.v.2.&.5. 300
Et an possit iudex ex officio cogere partes ad illam præstandam. ibid.v.3.
Et quid si pars illam petens dederit causam inimicitiæ, ibid.versi.4. 300
Et quanto tempore duret, ibid.v.6.
Durante promissione de non offendendo inter aliquos, si vnus offendat alium, an possit deinde alius illum impunè offendere, ibid.versi.7
Et quid in indicijs ibid.ver.8. 301

& quid si

Et quid si ex noua causa secuta sit offensio, ibid. eadem, versiculo 9.
Et quid si eod. tempore vnus alterum offendat, ibidẽ versiculo 10.
Et an si quis offendat fratrem alterius dicatur incidisse in pœnam, ibid.v.11.
Et quid si adulterauit eius vxorem, ibid.v.12.
Pœna offensionis factæ contra promissionem de non offendendo, quomodo & pro quibus portionibus ad hæredes transmittitur, ibid.v.13.
Contra fideiussorem de iudicato soluendo potest fieri executio sententiæ sine nouo processu, §.fina.q.95.circa prin. 402
FILIA an possit testari de dote, §.testamentum, q.18.versiculo 3. 11
Filia an possit institui in sola dote sua, ibidem quæst.44.versiculo 1. 29
Filia à statuto exclusa si sit præterita, an rumpat testamentum, ibid.q.42.ver.6. 27
FILIVS an possit institui sub conditione, §.Testamentum.quæst.39.v.2, 24
Filius ex quibus causis possit à patre exhæredari, ibi. quæst.41.versi.1. 26
Et an solum propter illas 14. causas à iure expressas. ibidem, versicu.6.
Et an propter iniuriam verbalem tantùm, ibid.v.3.
Et an quia filia sine patris consensu nupserit, ibidem, eadem, versiculo 4. 4
Et an possit filius exhæredari propter iniuriam factã domino directo feudi, ibid.v.6.
Et an mater possit filium exhæredare, quia pater sit prodigus, & dilapidator, ibid.v.7.
Et quid si filius post ingratitudinis causam commissam, factus sit furiosus, ibid.v.8.
Et quid si post ingratitud. fecerit pœnitẽtiam, ibidem, versiculo 9. 26
Filij præteritione aut exhæredatione quando testamentum annulletur, vide supra Exhæredatio, & infrà Præteritio.
Filius legitimatus an rumpat testamentum, vide, infrà Legitimatus.
Filij positi in condit. an censeantur vocati, ibid.quæst. 77.versiculo 1. 48
Et quid si sint etiam à testatore grauati, ibidẽ. quæst. 78.versiculo 1. 50
Et quid si sit apposita dictio masculis, ibidem, quæst. 79.versiculo 1. 51
Et quid si sint ex descendentibus testa. ibid.v.2.
Et quid si testator sit digressus ad plures gradus substitutionum, ibid.ver.3.
Filius an possit præterire patrem vel matrem, ibidem quæst.47.& 49.v.1. 31
Filio relinqui debet legitima titulo institutionis. ibid. quæst.38.ver.1. 22
Et quid de iure Digestorum, ibid.v.2.
Et quid de iure canonico, ibid.v.3.
Et quid de testamento ad pias causas, ibidem. quæst. 6.versiculo 8. 4
Et quid in eo qui testatur volens ingredi religionem, ibidem d.quæst.38.versicu.7. 23
Et quid in testamento inter liberos, vide suprà Dispositio, §.ex imperfecto.
Et quid si adsit statutum disponens de legitima aliter quàm ius commune, ibi.d.q.38.v.4. 23
Et an integra legitima sit relinquenda, ibid.v.10.
Et quid si filius sit hono. per verb. relinquo, ib.v.11.
Et quid si dicat, relinquo pro legitima, vel falcidia, ibid.versi. Sed quid.
Et quid si dicat, relinquo filiæ meæ pro dote, ibidem versiculo 12. 24
Et quid si dicat, quòd nihil vltra petere possit. ibidem versiculo 13
Et quid si dicat, quod testamentum possit extendi di ctamine sapientis, an possint addi illa verba, titulo institutionis, ibid.v.14.
Filius fam. an possit testari, q.18.v.1. 11
Et an de peculio aduentitio, ibid.v.2.
Et an de bonis castrensibus, ibid.v.6.
Et quid de salario quod lucratus est in aduocationibus, ibid.ver.7.
Et an possit testari ad pias causas, q.v.4. 2
Filius naturalis, vel spurius an possit à patre hæres institui, vide ẽ. Spurius.
Filius an possit reuocare alienationem feudi factam per patrem, vide ẽ. Agnatus.
Filius possidens feudum paternum an teneatur creditoribus paternis satisfacere, §. Feudum. quæstio. 43.versicu.1, 123
Filius exhæred. an succedat in feud. q.74.v.1. 133
Filius institutus in re certa, an succedat in feud. equaliter cum aliis, q.86.ver.1. 53
Filius an possit hæreditatem repudiare, & retinere feudum, vide suprà Agnatus, vel Filius,
Filius fam. an possit donare, §.Donatio, quæst.6.63.vbi latè, an possit donare inter viuos, & an cã mortis, & an possit donare bona aduentitia, & quæ ad eũ spectant pleno iure, &c.
Filius fam. an possit donare causa mortis patri sibi cõ sensum præstanti, vide ẽ. Pater.
Filius naturalis an succedat in emphyteusi, §.emphyteusis.q.30.v.1. 98
Filius an teneatur de emphyteusi, paternis creditoribus satisfacere, vide ẽ. Debita.
Filius an possit repudiare hæreditatẽ, & retinere emphyteusim, q.37.ver.3. 100
Filij an succedant in emphyteusi, etiã quòd non sint hæredes, ibid.
Filij vel agnati emphyteutæ an possint finita emphyteusi petere vt eis confirmetur, vide supra, Agnati.
Filius an possit impunè occidere patrem bannitum, vide ẽ. Statutum,
Filius fam. an possit accusare sine consensu patris, §. fin. quæst.14.ver.5. 222
Filius spiritualis an possit accusare de morte patris spiritualis, ibid.ver.25. 225
Filius illegitimus an possit accusare de morte patris sui, ibidem ver.26.
Et an spurius, ibid.
Et an spurius possit accusare de morte eius matris, ibidem, versiculo 28.
Et an filij spurij possint pacem facere de morte parẽtum, vide ẽ. Pax.
Filius si delinquat, an pater pro eo teneatur, vide infrà pater.
Filiis an reseruetur aliqua portio in bonis patris confiscatis, §.fin.q.78.ver.26. 374
Et an in bonis matris, ibid.
Filij bonis confiscatis, an publicentur eius bona profectitia, ibid.ver.11. 372
Et an aduentitia, ibid.v.12.
Et an castrensia, ibid.ver.13.
Et an è contra publicatis bonis patris, censeatur publicatum peculium profectitium filij, ibidem, versiculo 14.
FINITA emphyteusi, an possit dominus propria authoritate ingredi rem emphyteuticam, vide su-

prà

Universidad de Navarra Biblioteca

prà Dominus.
Finita emphyteusi cuius sint melioramenta, vide infrà Melioramenta.
Finita emphyteusi an posint agnati, vel filij petere, quòd eis confirmetur, vide ſ. Agnati.
FISCVS an auferat hęreditatem à filio spurio à patre instituto, vide ſ. Spurius.
Et an ab eo qui erat institutus in testamento, quod reperitur à testatore cancellatum, vide suprà Cancellatum.
Fiscus an succedat in emphy. §. emphyteusis, q. 29. 90
Et quid si sit ecclesiastica. ibid.
Fiscus an teneatur satisfacere crediroribus illius cuius bona apprehendit, §. fi. q 78. v. 29. 375
Et an vltra vires hæreditarias, ibid. v. 30.
Creditores vnius territorij an posint agere contra fiscum alterius territorij, ibid. v. 28.
Episcopi an habeant fiscum, vide ſ. Episcopus.
Fiscus an præferatur creditoribus delinquentis, ibid. versiculo 31.
Fiscus an habeat bona delinquentis tacitè hypothecata, ibid. versi. 32.
Obligationes an transeant in fiscum, ibid. v. 23. 374
Et an obligatio naturalis, ibid.
Et an obligationes conditionales, ibid.
Cætera ad confiscationem pertinentia, vide suprà Bona & Alienatio.
Casus, in quibus bona in totum vel in partè fisco applicantur, §. fi. q. 78. v. 3. 371
Fiscus est loco accusatoris, §. fi. q. 3. v. 6. 203
Et an teneatur querelam porrigere, §. fi. q. 10. v. 6. 216
FOEMINÆ an succedant in feudo, §. Feudum. q. 73. versiculo 1. 132
Et quid si expressè sint vocatæ in inuest. ibid. v. 3.
Et quid in feudo empto, ibid. v. 6. 132
Et quid si feudum sit fœminum, ibid. v. 5.
Et quid in feudo, pro quo nullum seruitium præstatur, ibid ver. 7.
Et quid si seruitium ita potest præstari per fœminam, sicut per masculum, ibid.
Et quid si adsit consuetudo, quòd fœminæ in feudo succedant, ibid. v. 9.
Fœminæ an succedant in bonis non feudalib. habentibus tamen dignitatem annexam, ibid. v. 2.
Fœminæ quando dicantur vocatæ ad feudum simul cum masculis, & quando post eos ordine successiuo, ibidem ver. 4.
Fœmina semel admissa ad feudum, an per superueniẽ tiam masculi excludatur, ibid. q. 80. v. 1. 136
Et quid è conuerso, ibid. v. 2. 137
Et quid si masculus statim moriatur, ibid. v. 3.
Fœmina maior 12. anno. an teneatur statim petere in uestitutam, vide suprà Annus.
Fœmin aę succedant in emphyt. §. emphyt. quæs. 32. versiculo 1. 99
Et quid si sit concessa pro se, & filiis, ibid. ver. 2.
Et quid si extet statutum in loco, quòd extãtibus masculis fœminæ non succedant, ibid. ver. 3.
FORENSIS delinquens an incidat in pœnas statuti loci delicti, vide infrà Statutum.
FORNICATIO simplex an sit omni iure prohibita, §. Fornicatio, in prin. 159
Et an sit peccatum mortale, ibid.
Quæ sit pœna fornicationis, ibid. v. 3.
Clericus notorius fornicator an sit ipso iure suspensus ab officio, ibid. v. 4.
FORVS. loci originis, & domicilij, in delictis an attendãtur, vide ſ. Iudex.
FRATER an posit præterire fratrem, §. Test. quæs. 50. versiculo 1. 32
Et an frater præteritus rumpat testamentum in totum, ibid. ver. 2.
Fratres mendicantes qui dicantur, ibid. qu. 29. v. 2. 17
Fratres minores, vel Prædicatores an posint capere ex testamento, ibid. ver.
Et an posint in testamẽto testes adhiberi, vide infrà, Monachus.
FRAVS in alienatione facta per delinquentem ex quibus coniecturis colligatur, §. fi. q. 78. v. 17. 373
FRVCTVS an veniant in restitutione facta per principem condemnato, cuius bona erant confiscata, §. fin. q. 59. v. 7. 329
Fructus an teneatur restituere clericus, qui propter delictum priuatur beneficio, §. fi. q. 73. v. 9. 365
FVGA an probet contra delinquentem, §. fi. quæst. 21. versiculo 18. 236
Et quid si opponatur vt delictum, ibid. v. 19.
Et quid si opponatur, vt indicium, ibid. v. 20.
Et an semiplenè probet in criminalibus, ibid. v. 21.
Et quid si reus aufugiat post formatam inquisitionẽ, ibidem, versicu. 23.
Et quid si reuertatur, ibid. v. 24.
Et quid in fuga facta à carceribus, vide suprà Carcer.
Fugiens ad ecclesiam an posit deinde extrahi vide suprà, Captura.
Fugiens in domos Cardinalium aut scholas an posit inde extrahi, §. fi. q. 30. v. 25. & 26.
Et quid in fugiente ad sacerdotem portantem sacram eucharistiam, ibid. v. 24.
FVROR an in delictis excuset, §. fi. q. 60. v. 7. 332
Et quid si post delictum factus sit furiosus, ibid.
Et quid si post condemnationem, ibid. v. 8.
Furiosus an posit testari ad pias causas, §. Testamen. quæst. 53. v. 4. 34
Furiosus an posit exhæredari ex causa ingratitudinis ante furorem commissa, vide ſ. Filius.
FVRTVM quid sit, §. Furtum, in prin. 162
Furtorum genera quæ sint, ibid. v. 2.
Dominus rei furatæ an posit illam perquirere in domibus aliorum, ibid. v. 3.
Et an posit proponi edictum, vt quilibet teneatur indicare rem furtiuam, ibid. v. 4.
Et an ille, apud quem reperitur res subtracta, præsumatur fur, ibid. v. 5.
Et an illud saltem sufficiat ad torturam ei infligendam §. fin. q. 21. v. 41. 239
Furtum an sit graue delictum, §. Furtum. v. 6. 162
Furti pœna quæ sit, ibid. v. Sed quæro ea.
Et quid in furibus famosis, ibid. v. 7.
Et an pro vno furto magno posit quis suspendi, ibid. versiculo 9. 163
Stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, an competentur furta per eum commissa extra illud territorium, & illa, pro quibus iam fuit punitus vel absolutus, vide ſ. Statutum.
Fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit an posit in eo puniri ratione contrectationis, §. fi. quæst. 38. versi. 16. 283
Duo vel plura furta quando dicantur, §. Furtũ. versiculo 14. 164
Fures an debeant capite puniri, ibid. v. 15.
Et an puniuntur pœna quadrupli, ibid.
Fur deprehensus in flagranti crimine, an posit impunè occidi, §. Homicidium. v. 47. 178
Et quid in fure nocturno, & diurno, ibid.

Contra

Contra furem potest furari in litem, §. Furtum. versiculo 18. 164
Quomodo dicatur constare de furto, §. fi. quæst. 4. fol. 204. & q. 66. in prin. 352
Fur an excusetur à pœna furti, si probet illum, cui furatus est, esse suum debitorem, §. Furtum. v. 20. 164
Et quid si ille, cui res furata fuit, protestetur, quòd illam accepit de eius voluntate, vel consensu, ibidem versiculo 21.
Furta domestica an sint punienda, ibid. v. 22.
Furtum de re modici valoris an sit puniendum, ibidem versiculo 23.
Propter necessitatem an licitum sit furari, ibidem versiculo 24. 165
Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat, teneatur restituere, ibid. v. 25.
Quomodo procedatur pro furto aduersus nautas, caupones, stabularios, ibid. v. 27.
Et an deferatur domino iuramentum in litem, ibidẽ.
Quando familia furtum fecisse dicitur, an punitio vnius liberet alios, ibid. v. 28. 165
Emens rem furtiuam an teneatur eam restituere, vide suprà Emptio.
GENERATIO secunda, vel tertia, quomodo intelligatur, §. emphyteusis, quæst. 34 99
GRATIA potest à principe concedi delinquentibus, à pœna tam corporali, quam pecuniaria, etiã post sententias in iudicatum transactas, §. fi. quæst. 59. in princ. 328
Et an posit princeps pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularium personarum absque earum consensu, ibid. v. 3.
Regulariter princeps non concedit Gratiam delictorum sine remissione partis, ibid.
Ille, cui princeps dicit, Facio tibi Gratiam, an recuperet bona, ibid. ver. 5. 329
Et an recuperet etiam bona alienata, ibid. v. 6.
Et an recuperet etiam fructus, ibid. v. 7.
Et an hæreditatem alteri delatam, ibid. v. 8.
In impetratione Gratiæ exprimenda sunt ea omnia, quæ principem ab ipsius concessione retrahere potuissent, ibid. ver. 9.
Gratiæ à principe concessæ debent à senatu approbari. ibid. versi. 10.
Decreta Gratiosa an trahantur ad delicta futura, & an ad commissa sub spe decreti, & an ad crimẽ falsi. & an prosint carceratis, vide ſ. Aboli.
HÆRES scriptus in testamento minus solenni an posit retinere hæreditatem. §. Testamentum. q. 90. versiculo 3. 54
Hæredis nominatio à testatore ore proprio fieri debet, ibid. quæst. 37. ver. 1. 21
Et ibi latè, quid si notarius, vel alius illum nominet, & testator interrogatus respondeat, quòd sic, ibid.
Et quid si hæres nominetur per relationem ad cedulam, §. Testam. q. 36. ver. 2. 20
Hæres qui cœpit persoluere legata ex testamento minus solenni, an posit cogi aliâ persoluere. §. Testamentum. q. 90. versic. 8. 54
Hæredis institutio est caput test. vide infrà Inst.
Hæres an posit à testatore in euentum alicuius conditionis hæreditate priuari, ibid. q. 69. 43
Et cui in hoc casu hæreditas ipsa applicetur, ibidem versiculo 3.
Hæres qui in actu testamenti promisit legatariis legata persoluere, an posit ex tali promissione conueniri, q. 95. versic. 2. 56
Hæredes extranei an succedant in emphyteusi, vide suprà, Extraneus.
Hæres an teneatur ex delicto defuncti, §. fina. quæst. 51. versiculo 16. 308
Et an vltra vires hæreditarias, ibid.
Et quid si delinquens reliquerit plures hæredes, quorum vnus tantùm sit soluẽdo, an ille teneatur exonerare conscientiam defuncti. ibid. v. 18.
Accusatore mortuo, an posint eius hæredes accusationem prosequi, vide ſ. Abolitio.
Accusato mortuo, quando posit contra hæredes procedi respectu bonorum, vide ſ. Accusatio.
Si hæreditas delata bannito alteri acquiratur, an ipse post restitutionem illam recuperet, vide ſ. Gratia.
Hæreditas aufertur ab hærede, quando non vindicat necem defuncti, §. fi. q. 79. v. 8. 378
Hæreditas per metum alicui relicta, fisco applicatur, ibid, versiculo 9,
Hæreditas delata ei, qui prohibuit defunctũ testari, ab eo auferetur tanquam ab indigno, vide infra Prohibens aliquem.
Hæreditas delata ei, qui defunctum interfecit, auferetur ab eo tanquam ab indigno, §. Homicidium. versiculo 22. 172
HÆRESIS. Quis dicatur propriè hæreticus, §. Hęresis. in princ. 165
Et an si quis asserat fornicationem non esse peccatũ mortale. ibid.
Et quid si contendat periurium non esse mortale peccatum, ibidem.
Quæ requirantur ad hoc, vt quis dicatur hæreticus, ibid. versi. 2. 166
Et an ore negans Christum, & corde credens, dicatur hæreticus, ibid. v. 3.
Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, & ideo solus iudex ecclesiasticus est competens, ibid. v. 4.
Et quis inter ipsos ecclesiasticos sit iudex competens, ibid. versicu. 5.
Et an solus inquisitor, vel episcopus posit inquisitum de hæresi absoluere, ibid.
Et an iudex ecclesiasticus condemnet hæreticum ad pœnam ignis, ibid. v. 7.
Hæretici sunt igne comburendi, ibid. v. 8.
Et quid si pœniteant, ibid.
Et an liceat pœnitere etiam post condemnationem, ibid. versicu. 9. 166
Et quid si quis dicat, se nunquam fuisse hæreticum, & tamen testibus conuincatur de hæresi, ibidem versiculo 10. 167
Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus, ibid. versi. 11.
Bona condemnatorum de hæresi confiscantur, ibidẽ, versiculo 13.
Et cui fisco applicentur, ibid.
Et an confiscentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum, ibid. v. 14.
Matrimonium propter hæresim separatur, ibidem, versiculo 15. 167
Et an viro redeunte ad fidem, teneatur vxor ad virum redire, ibid.
Clericus hæreticus, & eius filij priuantur omnibus officiis, & beneficiis ecclesiasticis, ibid. v. 16.
Et an pœnæ statutæ contra filios hęreticorum, habeãt locum etiam contra illos, qui nati erant, antequam pater esset hæreticus, ibid. v. 17. 168
Hæreticis non est seruanda fides, ibid. v. 18.
Aduocatus, & procurator an posint pro hæreticis interuenire, ibid. v. 19.
In causa hæresis sufficiũt minores probationes, quam

in

an aliis criminibus,ibid.ver.20.
Et an ſufficiant teſtes ſingulares, §.fina.quæſtio. 53. verſiculo 18. 313
De crimine hæreſis poteſt etiam poſt mortem inquiri & defuncti memora damnari,§.Hære.v.21. 168
Papa poteſt de hæreſi accuſari,& condemnari, ibidē, verſiculo 22.
Hæreticus occultus an incidat in pœnam hæreſis. ibidem,verſiculo 23.
Quæ facta ſapiant Hæreſim manifeſtam,ibidem. verſiculo 24.
Sortilegi an ſapiant hæreſim , & poſsint ab inquſitoribus puniri.ver.25.
Et quæ ſit pœna ſortilegii,ibid.
Fama an præcedere debeat inquiſitionem, quæ ſit in cauſa hæreſis,vide ſuprà Fama.
HOMICIDIVM quotuplex ſit, §.Homicidium, in principio. 169
Quod dicatur Homicidum caſuale,ibid.v.2. 170
Et quod culpoſum,ibid.ver.3.
Et qua pœna puniatur homicidium culpa commiſſum,ibidem.
Et quid ſi aliquis citra animum occcidendi alium perCuſſerit,ibid.ver.5.
Et quid ſi putans interficere vnum , occiderit alium, ibid.verſicu.6.
Et quod dicatur homicidium doloſum,ibid.v.7.
Et quod commiſſum animo deliberato,ibid.v.9. 171
Et quod dicatur homicidium commiſſum ex inſidiis, ibidem. 171
Et quod commiſſum proditorie,ibid.v.10.
Et quod dicatur homicidium commiſſum per aſſaſsinium,§.Aſſaſsinium,in prin. 150
Quibus modis Homicidium committatur,§. Homicidium.ver.12. 171
Et quid in eo,qui venenum alteri dedit,ibid.v.13.
Et quid ſi mors ſecuta non fuerit , an ſit puniendus pœna mortis,ibid.
Et quid in iudice,qui innocentem condemnauit, ibidem verſiculo 15. 171
Et quid ſi aliquem indebitè torſit,§.fina.quæſtio. 64. verſiculo 2. 342
Et quid in medico , qui mortis cauſam infirmo præbuerit,§.Homicidium.v.17. 172
Et quæ ſit pœna homicidij de iure ciuili,ibid.v.18.
Et an valeat ſtatutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam,vide ī.Statutum.
Et quæ ſit pœna homicidij de iure canonico , §.Homicidium.ver.20. 172
Clericus homicida an priuetur ipſo iure beneficio,an autem requiratur ſententia,ibid.
Homicida priuatur ſucceſsione eius,quem interfecit, ibidem verſi.22. 172
Et an teneatur ad intereſſe animæ occiſi, & ad expenſas factas in medicinis,& ad æſtimationem operarum,verſiculo 23.
Homicida qui alium interfecit ad ſui defenſionem, excuſatur,vide ſuprà Defenſio.
Et quid ſi occidit aliquem , qui eum in inſidiis expectabat,§.Homicidium.v.36. 175
Quando plures interuenerunt homicidio , & ignoratur quis fuerit interfector,an ſint omnes puniendi, ibidem verſi.37.
Et quid ſi appareat quis fuerit auctor rixæ,ibid.
Et quid ſi vnicum tantum vulnus ſit illatum,ibid.
Et quomodo ſit formanda inquiſitio, quando non apparet,qui fuerit homicida,ibid.v.40. 176
Et quid ſi ſint illata plura vulnera,& neſcitur, ex quo vulnere deceſſerit,ibid.ver.41.
Et quid ſi reus probet vulneratum non ex vulnere deceſsiſſe,an ſit à pœna homicidij excuſandus,ibidē, verſiculo 42.
Et an hoc caſu ſtandum ſit iudicio medicorum, ibid. verſicu.43. 190
Et an ſi vulneratus intra breue ſpacium deceſſerit,præſumatur mortuus ex vulnere,ibid.v.44. 177
Et quid ſi reus velit probare contrarium eius , quod medici dixerunt,ibid.v.45.
Et quid ſi poſt illatum vulnus lethale,alius ſuperuenit qui vulneratum exanimauit, nunquid primus vulnerans excuſetur.v.46.
In crimine homicidij an puniatur affectus etiam non ſecuto effectu,ibid.v.47. 178
Homicida an poſsit ext. ahi ab eccleſia , vide ſuprà Captura.
Seipſum occidere volens,punitur pœna mortis,§.fin. quæſt.68.verſi.37. 358
Et an occidens ſeipſum moriatur inteſtabilis , & eius bona confiſcentur,ibid.
Et quid ſi non conſcientia proprij ſceleris ſibi manus intulerit,ibid.
HYPOTHECARI an poſsit res emphyteutica domino irrequiſito,§.emphyteuſis,q.18. 93
Hypotheca generalis an comprehendat etiam bona emphyteutica,q 18.Remiſsiuè. ibid
IGNIS. Igne comburendi an viui cremari debeāt §.fin.q.99.ver.7. 407
IGNORANTIA an excuſet in delictis,§.fi. quęſt. 60.verſiculo 14. 333
Ignorantia quòd res eſſet emphyteutica , an excuſet emphyt.à ceſſatione canonis,vide .Emphyt.
IMAGINEM Chriſti,aut ſanctorum percutiens, punitur pœna mortis,§.fi.q.68.v.19. 356
IMMVNITAS eccleſiarum,vide ſuprà Captura.
IMPEDIMENTVM. Citatus ad perhibendum teſtimonium,qui propter legitimum impedimentum non comparuit,& fuit excommunicatus,an dicatur legitimè excommunicatus,§.fi.q.26.v.6. 245
IMPERATOR ſi delinquat,quis ſit eius iudex cōpetens,§.fi.q.35.ver.6. 269
Populus Romanus an poſsit Imperatorem degradare,ibid.verſiculo 7.
Imperatorem an quis poſsit pro ſua defenſione impunè offendere,vide §.Defenſio.
IMPOSTORES puniuntur arbitrio iudicis,§.fin. quæſt.83.ver.3. 385
IMPVNITAS,quam iudex promittit reo, ſi delictum fateatur,an ſit ei ſeruanda, vide infrà. Iudex.
INCANTATIONES,& ſortilegia quando ſapiant hæreſim,vid .Sortilegia.
INCENDIVM.Incendiarij qua pœna puniantur §.fi.q.77.ver.19. 368
Et quid in comburente tugurium,ſeu fœnile,ibid.
Incendiarij ſunt excommunicati,§.fina.quæſt.77. verſiculo 19. 368
INCERTITVDO an excuſet delinquētes, §.fi. quæſt.60.v.31.fol.336.& §.Homicidium.v.37. 176
INCESTVS inter quas perſonas committatur, §.Inceſtus,in prin. 182
Et an committatur cum moniali,ibidem,verſicu. Sed nunquid.
Et an cum presbytero,ibid.
Inceſtus pœna quæ ſit,ibid.v.1.
Et an hodie pro inceſtu imponatur pœna confiſcatio nis bonorum,ibid.v.2.
Diſpoſitio authenticæ,inceſtas nuptias,an habeat locum

cum etiam in nuptiis,quæ ſunt inceſtæ,de iure canonico,ibid.ver.3. 183
Et an habeat locum tantummodo in nuptiis inceſtis ratione conſanguinitatis , an autem etiam in aliis, ibidem verſicu.4.
Inceſtas nuptias contrahentes ſunt ipſo iure excommunicati,ibid.ver,5.
Et quid ſi fuerit in contractu matrimonij appoſita cōditio,Si pontifex diſpenſauerit,ibid.v.6.
Et an hæc pœna locum habeat etiam in ſponſalibus,i bidem verſiculo 7.
Inceſtas nuptias contrahentes excuſantur ex eo, q̄ ignorarent factum,ibid.v.8.
Et quid ſi poſtquam eſt detecta affinitas, perſeueraue rint in matrimonio.ibid.v.9.
Iudæi inceſtas nuptias contrahentes in gradu permiſſo à lege Moſaica,ſed prohibito à iure communi an ſint puniendi , vide infrà Iudæus.
Super crimine inceſtus an poſsit fieri pax, ſiue tranſactio,vide ī.Pax.
INCIDERE arbores fructiferas an liceat emphyteutæ,vide §.Arbores.
Inciſione teſtamenti per teſtatorem facta,an teſtamē tum ipſum annulletur,vide ſuprà,cancellatio.
Inciſores vitium quapœna puniantur , §.fina,quæſt. 68,verſiculo 43. 359
INCORRIGIBILIS quis dicatur,§.fina.quæſt. 36.verſiculo 34. 277
Et an clericus incorrigibilis poſſit puniri per iudicē ſecularem,ibid.v.33.
Et an requiratur declaratoria ſuper incorrigibilitate, ibidem verſic.33.
Clericus etiam depoſitus non debet tradi curiæ ſeculari niſi ſit incorrigibilis.vide §.Clericus.
INCREMENTVM eueniens in re feudali an accreſcat vaſallo,§,Feudum.q.88.v.3. 139
INDICIVM eſt minus, quàm ſemiplena probatio,§.fi.q.20.in prin. 230
Indiciorum gradus qui ſint,ibid.
Et quæ indicia ſufficiant ad inquirendum,ibid.v.2.
Et quæ ad inquiſitionem formandam,ibid,v.3. 231
Et quæ ad torturam,ibid.v.4.
Et quæ ad condemnationem,ibid.v.5.
Et an ex indiciis , & præſumptionibus quis poſsit in pœnam corporalem condemnari,ibid.v.6.
Et quid in crimine aſſaſsinij,§.Aſſaſsinium.v.6. 151
Et quid in crimine hæreſis,§.Hæreſis.v.20. 168
Et quid in crimine ſimoniæ,§.Simonia.v.12. 193
Et quid ſi præſumptio ſit poſita à lege , §.fina. quæſt. 20.verſic.8. 232
Indicia debent præcedere torturam,vide ī.Tortura.
Indicia,quæ præcedunt torturam, debent eſſe legitimè probata,§.fi.q.64.v.12. 344
Debent etiam eſſe ad torturam ſufficientia,ibi.v.13.
Et quæ indicia dicantur eſſe ad torturam ſufficientia, ibidem.
Et quot indicia requirantur ad hoc vt quis poſsit ſubiici torturæ,ibid.v.14.
Et quid ſi viſus fuerit cum gladio ſanguinolento,§.fi. quæſt.21.verſi.40. 239
Et quid ſi res furata reperta ſit penes aliquem , ibid. verſiculo 41.
Indicia quomodo probentur,§.fi.q.22.in prin. 240
Et an per vnum teſtem,ibid.
Et quid ſi non ſit omni exceptione maior,ibi.v.3.
Et q̄d ſi cognouit tātūmodo ad vocē,§.fi.q.21.v.3.233
Indicia à quibus perſonis ſumi debent , §.fina. quæſt. 23.in prin. 240

Et an ad recipiendos teſtes ad informationem curiæ debeat pars citari,vide §.Citatio.
Indiciorum copia an danda ſit reo, vide ſuprà,Copia proceſſus.
INFAMIS an poſsit teſtari,§.Teſtamen.q.25. 14
Infamis an poſsit in cauſis criminalibus teſtari,§.fin. quæſt.24.verſi.13. 243
Et an cum tortura,§.fi.q.25.circa prin. 244
Infamiæ pœna quibus caſibus incurratur,§.fin.quæſt. 72.in prin. 363
Infamis an poſsit accuſare,§.fi.q.14.v.11. 222
Si accuſatus ſit infamis,an poſsit contra accuſatorem de infamia excipere,§.fi.q.15.v.3. 226
INFANS in delicti s excuſatur,§.fina.quæſt.60.circa princ. 331
INFIRMVS non tenetur perſonaliter comparere,§.fi.q.34.ver.5. 267
INGRATITVDO eſt iuſta cauſa propter quā donatio facta reuocetur ex diſpoſitione.l.fi. C. de reuoc.don.§.Donat.q.21.v,1. 76
Et quæ ſint cauſæ ingratitudinis,ibid.
Et an poſsit reuocari etiam ob alias cauſas ingratitudinis in ipſa lege non expreſſas, ibid.v.2.
Et an propter alimenta non præſtita,ibid.v.3.
Et an donatio facta eccleſiæ poſsit reuocari propter ingratitudinem Prælati,vel capituli,ibid.ver.5.
Et an collatio beneficij eccleſiaſtici poſsit per Prælatum reuocari,ob ingratitudinem,vide §.Colla.
Ingratitudo Prælati an noceat eccleſiæ, §. Feudum. quæſt.67. 131
INGREDIENS religionem, vel iam ingreſſus an poſsit teſtari,vide ī.Religio.
Ingreſſus religionis an rumpat teſtamentum,vide infrà Religio.
INHABILES ad teſtandum an poſsint teſtari ad pias cauſas.§.Teſtamentum. q.52.ver.2. & ibi quid in pupillo,prodigo, furioſo, damnato ad mortem, & filiofamilias,&c. 32
INIMICVS an poſsit accuſare,§.fi.q.14.ver.17. 224
Inimicus in cauſis criminalibus repellitur à teſtificādo,§.fin.quæſt.24.ver.5. 242
Et quid in caſibus exceptis,ibid.ver.5.
Et quæ dicatur inimicitia capitalis,ibid.
Et quid ſi ſecuta ſit reconciliatio,ibidem.verſi.6.
Et an ille qui in vna cauſa criminali dixit cōtra me teſtimonium , poſsit deinde in alia contra me teſtificari, ibidem,verſiculo.7.
Inimicitia an faciat indiciū ad inquirendum §.fi.q.21. verſiculo.20. 236
Et an ad torturam ibidem.
INIVRIA pluribus modis fieri poteſt. §. Iniuria, in principio. 184
Intrans in agrum meū cauſa venandi me inuito,an dicatur mihi iniuriam facere,ibidem,verſicul.Quęro nunquid,ead.
Iniuria facta vxori an cenſeatur facta viro, ibid ver.3.
Iniuria verbalis illata patri per filium, an ſit ſufficiens cauſa ad exhæredationem , vide ſuprà Filius.
Ex iniuria duplex oritur actio,ciuilis,& criminalis,ibidem.verſiculo.4.
Et an in libello iniuriarum ponendus ſit menſis , & ānus , & locus illatæ iniuriæ,ibidem.ver.5.
Et an requiratur quòd in libello taxetur iniuriæ æſtimatio,ibidem.verſi.6.
Iuiuriæ pœna quæ ſit,ibidem verſi.7.
Condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis verſiculo.8.
Actio iuiuriarum an præſcribatur anno,ibid. verſic.9

Et an ille annus sit continuus,ibid.
Iniuria an tollatur per mutuam conuersationem,ibidem versic.10. 185
Et an per remissionem iniuriati,ibid.ver.11.
Iniuriam faciens an possit se excusare, dicendo quòd non habeat animum iniuriandi,ibid.ver.12.
Et quid si in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit protest. quòd nolebat iniuriam facere,ibid.v.13.
Et quid si fuerit primò ipse prouocatus,ibid.ver.14.
Et quid si probet iniuriam fuisse veram,ibid.ver.15.
Et quid si dicat se iniuriam intulisse calore iracundię, & protestetur se pœnitere,ibid.ver.16.
Iniuriam faciens officiali tempore syndicatus, punitur pœna capitis,§.fi.q.68.ver.21. 357
Officialis an possit cognoscere de iniuria sibi facta,vide ī.Officialis.
Iniuriam facientes alicui cõtra bonos mores pũiuntur pœna extraordinaria,§.fi.q.83.ver.9. 385
INQVISITIO est officium iudicis, §. fin. quæst. 12.versic.3. 217
Inquisitio est remedium extraordinarium. §.fi.quæst. 3.versic.3. 202
Et quid de consuetudine,ibid.ver.6. 203
Quid sit procedere per viam inquisitionis, ibidem versic.2. 202
Iudex non potest regulariter per inquisitionem procedere,& ibi.ver.Debes autem,q.5.ver.2. 205
Et quid de consuetudine,§.fi.q.3.ver.6. 203
Et an sint aliqui casus,in quib. etiam de iure cõmuni possit per inquisitionem procedi,§.fi.q.5.ver.3. 206
Et an in criminibus priuatis possit per inquisitionem procedi,§.fi.q.17.ver.3. 228
Et an stante statuto, & alicui denegetur actio, possit iudex ex officio inquirere,§.fi.q.50.ver.6. 305
Et si statutum præfigat iudici tempus ad inquirendũ, an illud currere incipiat à die sciẽtiæ, an autẽ à die commissi delicti,§.fi.q.51.ver.5. 306
Inquirendi facultas an tollatur seu præscribatur cursu 20.ann.§.fi.q.51.ver.2. 305
Processus factus super inquisitione generali an sufficiat ad condemnationem,§.fi.q.50.ver.4. 304
Inquisitio & accusatio an possint simul cumulari, §. fin.q.3.versi.7. 203
Et an superueniente accusatore cesset inquisitio, ibidem ver.4. 202
Iudex an debeat, priusquam inquirat,statuere parti offensæ terminum ad accusandum,ibid.ver.8. 203
Et quid si pars offensa id petat,ibid.ver.9. 203
Aliquid præcedere debet ad hoc, vt aperiatur via iudici ad inquirendum,§.fi.q.5.ver.4. 206
Iudex statim constito de delicto potest generaliter contra delinquentem inquirere,ibid.ver.5.
Diffamatio an præcedere debeat inquisitionem, §. fi. q.6.207.Vide ī.Fama.
Denunciatio aperit viam inquisitioni,vide suprà,Denunciatio.
Deprehensio inflagranti crimine aperit viam iudici ad inquirendum,§.fi.q.8.in princ. 213
Notorietas delicti aperit viam iudici ad inquirẽdum, §.fi.q.9.in princ. 214
Querela partis aperit viam iudici ad inquirendum,§. fi.q.10.in princ. 215
Inquisitio an fiat contra absentẽ,§.fi.q.11.in prin. 216
Iudex an debeat interrogare reum super his,de quib. intendit contra eum inquirere,ibid.ver.4.
Inquisitionis libelli forma,§.fi.q.31.ver.5. 254
Mensis & annus an sit exprimendus in inquisitione, ibid.ver.11. 256
Et an locus,ibid.& ver.seq.
Quæ sit conclusio libelli inquisitionis,ibid.ver.15. 257
Iudex an teneatur se inscribere super inquisitione, ibid.ver.14.
Inquisitionis tenor an sit in citatione inserendus, ibidem versic.7. 255
INSCRIPTIO vide suprà Accusatio.
INSINVATIO à statuto requisita an possit à testatore prohiberi,§.Testamentum,q.65.ver.1. 41
Insinuatio quid sit,§.donatio,q.15.ver.2. 72
Et quomodo fiat,ibid.ver.3.
Et an facienda sit in loco iudicij,ibid.ver.4.
Et an in ea requiratur decretum iudicis,ibid.ver.5.
Insinuatio requiritur in quacunque donatione excedente summam 500.solid.§.don.q.16.ver.1. 72
Et quid in liberatione,ibid.ver.2.
Et quid in pacto de non petendo,ibid.ver.3.
Et quid in cessione,ibid.ver.4.
Et quid in donatione reciproca,ibid.ver.5. 73
Et quid in donatione ob causam.ibid.ver.6.
Et quid in donatione facta ecclesiæ,ibid.q.17.v.1. 73
Et quid si dictum sit, quod tot sint donationes, quot res,vide suprà Cautela.
Et quid si sit renunciatum insinuationi,ibid.ver.5.
Et an donatio non insinuata confirmetur iuramento, q.18.ver.1. 73
Et an donatio propter defectum insinuationis annulletur in totum,an autem solummodo quatenus excedit summam 500.solid.ibid.q.17.ver.2. 73
INSTANTIA perempta causæ criminalis,an reus sit absoluendus,§.fi.q.51.ver.8. 306
Et quid de iure canonico,ibid.
INSTIGATOR, seu promotor inquisitionis quis dicatur,§.fin.q.10.ver.3. 215
Et an sit citandus,ibid.ver.4. 216
INSTITVENDVS est filius à patre,aliàs testamentum est nullum,vide ī.Filius.
Institutus in re certa, an æqualiter succedat cum aliis in emphyteusi,§.emphyt.q.38.ver.1. 101
Institutus in re certa, an succedat in feudo æqualiter cum aliis,vide ī.Filius.
Institutio hæredis est caput testamenti, §. Testamen. q.35.ver.1. 20
Institutio facta in re certa, an sustineatur per dispositionem authen.ex causa, vide supra, Dispositio authen.ex causa.
INSTRVMENTVM falsum fabricans qua pœna puniatur,§.Falsum.ver.16. 155
Instrumentis probari delicta non possunt, §. fin. q. 54.in princ. 313
Instrumento falso vtens qua pœna puniatur,§.falsum. versic.18. 155
INSVLTVS. insultum faciens punitur lege Iulia de vi,§.fi.q.83.ver.4. 385
Statutum puniens facientẽ insultum ad domum an habeat locum in faciẽte insultum ad porticum domus,vide infrà Statutum.
INTERROGATIO. Reus an possit dare interrogatoria testibus, qui ex officio assumuntur, §.fi. q.23.ver.3. 241
INTERVERTENS emphyteuta possessionem domini,an possit ab eo propria authoritate expelli,vide ī.Emphyteuta.
Iudex an debeat interrogare reum super his, de quibus contra eum intendit inquirere, §.fin.quæst.11. versic.4. 217
de Interrogationibus & examine reorum, vide suprà Examen,& infrà Iudex.

Reus an possit interrogari de complicibus, §.fi.q.21. ver.Dictum socij.ver.3. 233
Reus an possit interrogari de aliis delictis, de quibus contra eum nulla sunt indicia,§.fi.q.64.v.45. 349
Interrogatio,an pars velit vti dictis testium,quid operetur,§.Falsum.ver.18. 155
INTESTABILIS actiuè, an sit etiam intestabilis passiuè,§.Testamen.q.34.ver.2. 20
INVENTARII confectio an possit à testatore remitti.§.Testam.q.66.ver.1.fol.41.& ibi quid in hærede & in vsufructuario,& in tutore.
INVESTITVRA quotuplex sit, §.Feudum.q. 26.ver.1. 113
Inuestitura an transferat possessionem feudi in vasallum,ibidem.
Inuestituram petere debet vasallus à domino intra annum & diem,vide ī.Vasallus.
IOCALIA & vestes quas maritus facit vxori, an efficiantur propriæ vxoris,§.dona.q.10.ver.3. 68
IRA in delictis an excuset,§.fi.q.60.ver.9. 332
IVDÆVS adulterium committens an sit puniendus pœna statuti, vel iuris communis, §. Adulterium.ver.10. 149
Iudæus carnaliter se commiscens cum Christiana,qua pœna sit puniendus,§.Fornicatio,ver.26. 161
Et quid in christiano commiscente se cum Iudæa, ibidem.
Iudæus qui post delictum suscepit baptismum,an euitet pœnam delicti,§.fi.q.51.ver.19. 308
Iudæi an possint de iure communi vsuras licitè exercere,§.vsura.ver.7. 196
Iudæi contrahentes incestas nuptias in gradu permisso à lege Mosaica, sed prohibito à iure communi, an sint puniendi,§.incestus.ver.10. 183
Iudæorum delinquentium an sit iudex competens laicus,vel ecclesiasticus,§.fi.q.35.ver.25. 271
Et quid in crimine blasphemiæ, §. Blasphemia, versiculo 5. 152
Iudæus delinquens,si ad ecclesiam confugiat,an gaudeat eius immunitate,vide ī.Captura.
IVDEX competens quis sit in causis feudalibus,§. Feudum.q.90.ver.1.vbi latè. 140
Quid si cõtentio sit inter dominum & vasallum,ibid.
Et quid si inter ipsos vasallos,ibid.
Et quid si aliquis eorum sit clericus,&c.ibid.
Iudex appellationis quis sit in causis feudalibus,vide ī.Appellatio.
Iudex in atrociorib.potest iura trãsgredi,§.1.v.9. 146
Iudex regulariter an possit per inquisitionem procedere,vide ī.Inquisitio.
Et an priusquam inquirat,debeat statuere parti offensæ terminum ad accusandum.ibid.
Iudex an debeat sibi dari facere licẽtiam ab accusatore procedendi in causa,ibid.
Et an à reo,§.fi.q.45. 297
Iudici ante omnia debet constare de delicto, §.fin. q. 4.in princ. 204
Et quid facere debeat iudex, vt de delicto appareat, ibid.versic.4.
Iudex constito de delicto statim debet delinquentem inquirere,§.fi.q.5.in princ.ver.5. 206
Iudex quid facere debeat post assumptas informationes super infamia,§.fi.q.6.ver.22. 210
Iudex si oculis propriis videat maleficium committi, an possit delinquentem condemnare,§.fin. quæst. 8.ver.5. 213
Iudex an debeat interrogare reum super his, de quibus intendit contra eum inquirere, vide suprà Interrogatio.
Iudex procedens super accusatione,an dicatur procedere officio iudicis nobili vel mercenario, vide suprà Accusatio.
Iudex an possit ex officio repellere accusatorem minus idoneum,§.fi.q.15.in princ. 226
Et quid si accusatus contra eum aliquid opponere non posset,ibid.ver.2.
Iudex an possit cogere partem offensam ad accusandum,ibid.ver.5.
Iudex an possit cogere testem ad testificandum,§.fin. q.24.versic.21. 243
Iudex an possit concedere literas subsidiales pro examine testium existentium extra territorium,§.fin. q.26.ver.3. 245
Iudex an possit perquiri facere rem furatam in domo alterius,§.Furtum.ver.3. 162
Iudex an possit publicare edictum vel literas monitorias,vt propaletur,vbi sit res furata,§.fin.quæst. 27.versic.3. 245
Et an ad detegendum ipsum furem seu delinquentem,ibid.ver.4.
Iudex an possit statuere præmium capiẽti delinquentem,§.fi.q.29.ver.6. 249
Iudex secularis an possit delinquentẽ propria authoritate ab ecclesia extrahere,§.fi.q.30.ver.2. 259
Et an possit ponere custodes, vt delinquentem in ecclesia obsidant,ibid.ver.21. 253
Iudicis arbitrium quid importet,§.fi.q.31.ver.9. 255
Iudex an teneatur se inscribere in inquisit. ibidem versiculo 14. 257
Iudex an possit citare reum extrra territorium, ibid. versic.19. 258
Et quid si ambo territoria sint sub eodem præside prouinciæ,ibid.ver.20.
Iudex an possit pendente termino citationis capi facere reum,ibid.ver.25. 259
Iudex an possit concedere saluum conductum bannito,§.fi.q.32.ver.14. 262
Iudex competens quis sit in delictis. §.fin. quæst. 35. per totum. 268
Iudex laicus quando possit contra clericum procedere,& eum punire,§.fi.q.39.per totum. fol.286. & vide ī.Clericus.
Index loci delicti an possit contra delinquentem aliàs sibi non subditum procedere, §. fin. quæst. 38. in princ. 282
Iudex coram quo testis falsum deponit, an possit illũ punire,ibid.ver.Sed quæro. ver.13. 283
Et quid si clericus deponat falsum coram iudice, ibidem versic.14.
Et quid è conuerso si laicus deponat falsum coram iudice ecclesiastico,ibid.ver.15.
Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem ecclesiasticum,ibi.ver.27. 285
Et quomodo facienda sit huiusmodi remissio. §. fin. q.36.ver.48. 279
Et an eo casu iudex ecclesiasticus teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem, ibid.ver.49.
Si sint duo domini eiusdem castri, & vnus eorum delinquat, an poterit ab alio puniri, §. fin. quæst. 38. versic.3. 282
Et quid si aliquis delinquat in exercitu vnius prætoris posito in aliẽno territorio,ibid.ver.4.
Et an in foro pœnitentiali quis sortiatur forum ratione delicti,ibid.ver.5.
Emittens sagittam in vno territorio, & vulnerans in alio,in quo sit puniendus,ibid.ver.9.
Si delictum sit commissum in confinibus duorum territoriorum,

ritoriorum,quis iudex procedet,ibid.ver.11. 283
Et quid facere debeat iudex, si allegetur delictum in alieno territorio commissum fuisse,ibid.ver. 12
Si laicus committat delictum in ecclesia, quis iudex de eo cognoscet, laicus an ecclesiasticus, ibidem versi.18. 284
Iudex an teneatur delinquentem remittere ad locum delicti, vide ℸ.Remissio.
Inter duos iudices loci delicti pro eodē crimine procedentes, quis sit præferendus, §. fina. quæst. 38. versic.28. 285
Iudex loci originis,vel domicilij potest subditum extra territorium delinquentem punire,§.fi.quæst.59. in princ.& ver.2. 328
Et quid si ibi non inueniatur,ibid.
Iudex originis,vel domicilij an possit per inquisitionem procedere cōtra subditum delinquentem extra territorium,ibid.ver.4.
Et an his casibus puniri debeat reus secundū ius commune, an autem secundum statuta loci delicti, vl originis,seu domicilij,§.fi.q.85.ver.4. 389
Iudex an possit in causis criminalibus vt suspectus recusari,§.fi.q.43.in princ. 290
Et quibus ex causis,ibid.ver.2.
Et an contra iudicem opponi possit exceptio, quòd sit criminosus,ibid.ver.3.
Iudex an possit cognoscere super exceptionibus,quæ contra eius personam proponuntur,ibid.ver.4.
Iudex in examine rei quomodo se gerere debeat,§.fi. q.45.ver.11. 295
Iudex an possit ex officio cogere partes ad præstandam cautionem de non offendendo, §. fin. quæst. 47.ver.3. 300
Stante statuto quòd alicui denegetur actio, an possit iudex ex officio inquirere,vide ℸ.inquisitio.
Iudex qui est sub syndicatu, an possit se tueri exceptione lapsus termini statuti in edictis propositis per syndicatorem,§.fi.q.51.ver.6. 306
Iudex an possit promittere impunitatem reo, si confiteatur delictum,§.fi.q.55.ver.8. 315
Et an si promiserit,teneatur illam obseruare,ibid.v.9.
Punitus ab vno iudice an ab alio iterum possit puniri,vide ℸ.Punitus.
Iudex an possit cogere offensum ad faciendam pacem,§.fi.q.58.ver.41. 328
Iudex ratione amicitiæ an possit delinquēti pœnam remittere.§.fi.q.60.ver.35. 337
Iudex an possit post publicatas attestationes recipere testes ad iustantiam partis,vel ex off.§.fin.quæst. 61.ibid.ver.2. 337
Et quid si aliqua partium sit absens,ibid.ver.4. 338
Iudex an possit post publicatas attestationes iterum examinare testem,vt declaret dictum suum obscurum,ibid.ver.5.
Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam,est capite puniendus,§.fi.q.64.ver.2. 342
Iudex excedens in tortura modum consuetum,tenetur in syndicatu,ibid.ver.37.& 39. 349
Iudex debet iudicare secundum acta,& probata, §.fi. q.66.ver.2. 352
Et quid si sciat veritatem esse in contrarium,ibid.
Iudex aliquem innocentem condemnans punitur pœna capitis,§.fi.q.68.ver.22. 357
Iudex an possit aliquem relegare,seu confinare extra prouinciam suam.§.fi.q.71.ver.4. 361
Iudex committens barattariam qua pœna puniatur, §.fi.q.73.ver.2. 364
Iudicem corrumpens qua pœna puniatur,ibid.
Iudex propter negligentiam an possit officio priuari, vide ℸ.Negligentia.
Iudex inferior an possit imponere pœnam confiscationis bonorum,§.fi.q.78.ver.5. 371
Iudex malè iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio iudicis,§.fi.q.83.ver 2. 385
Iudex,cuius arbitrio pœna est commissa,an possit arbitrari pœnam mortis,ibid.ver.11.
Et quid si statutum imponat pœnam centum, vel aliam maiorem, vel minorem arbitrio iudicis, ibidem versic.12.
Iudex habens arbitrium in pœnis imponendis debet illas imponere iuxta qualitatem delictorum, ibidem versic.13.
Iudex an possit ex causa minuere pœnam ordinariā pro delicto impositam à lege vel statuto, ibid. v.10.
Et an possit illam commutare, si delinquens non est capax illius pœnæ,ibid.ver.11.
Iudex primæ causæ an sit citandus in causa appellationis,§.fi.q.94.ver.9. 402
Iudex an possit propter paupertatem mulctam remittere,§.fi.q.95.ver.8. 403
Iudex an debeat statim exequi sententiam latam contra bannitum.vide ℸ.Bannitus.
Iudex secularis, ad quem remittitur delinquens condemnatus à iudice ecclesiastico, an debeat statim exequi, vel super ipso crimine de nouo cognoscere,§.fi.q.96. 402
Iudex vnius territorij an possit exequi sententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij, ibidem.
Iudex an possit cogere aliquem, vt exerceat officium carnificis,ibid.ver.Sed pone.
IVDICIVM ciuile vel criminale quod dicatur, vide ℸ.Causa.
IVRAMENTVM habet vim clausulæ derogatoriæ,§.Test.q.94.ver,5. 55
Iuramentum fidelitatis an possit præstari per procuratorem,§.Feud.q.49.ver.13. 127
Iuramentum an confirmet donationem factam inter patrem & filium,§.donat.q.8.ver.8. 66
Et an confirmet donationem omnium bonorum,ibidem quæst.20. 75
Et an confirmet donationem inter virum & vxorem, ibid.q.9.ver.3. 67
Et quid si sit simulata,ibid.ver.4.
Et an suppleat defectum insinuationis,ibid.q.18. 73
Iuramentum positum in inuestitura an operetur quòd emphyteuta cadat primo anno, quo cessat in solutione canonis,vide ℸ.Emphyteuta.
Iuramentum an sit deferendum reo de veritate dicenda in eius examine,vide ℸ.Examen.
Iuramentum in supplementum probationis non defertur in causis criminalibus, §. fina. quæst. 63. in princ. 341
Et quid si sint ciuiliter intentatæ,ibid.
Et quid si sit plusquam semiplenè probatum,ibid.v.2.
Et quid si agatur tantummodo de imponenda pœna pecuniaria,ibid.ver.3.
Iuramētum purgationis an sit deferendum reo in causis criminalibus,ibid.ver.4.
Et an etiam in curiis secularibus,ibid.ver.5.
Purgatio legalis an habeat locum in causis criminalibus,ibidem.
Iuramentum an excuset à præsumptione calumniæ, vide ℸ.Calumniator.
IVRISDICTIO acquisita per vasallum an accrescat feudo,§.Feudum.q.88.ver.5. 140

Iurisdictio an possit prorogari per vasallos, d.§.Feudum,q.90.ver.10. 141
Iurisdictio an possit prorogari in causis criminalibus, §.fi.q.42.in princ. 289
Et quid si ille,in quem fit prorogatio,aliàs non haberet iurisdictionem in criminalibus,ibid.ver.2.
Et an quando proceditur per inquisitionem,possit iurisdictio prorogari,ibid.ver.3. 289
IVS accrescendi an possit à testatore prohiberi, §. Testam.q.74.ver.1. 45
Ius accrescendi an habeat locum in feudis, §. Feudum,q.77. 134
Ius feudorum quando originem habuit, §. Feudum, quæst.1. 105
Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad hæredes domini,ibid.q.64.ver.1. 129
Et an contra hæredes vasalli,ibid.q.65.
Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi, §. Emphyt.q.39.ver.1. 101
Ius petendi renouationem competens agnatis,vel filiis emphyteutæ,an duret vltra annum, vide suprà Agnati.
Iura loquentia de emphyteusi an habeant locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiæ, §. Emphyt. quæst.48. 103
Et an quoad præiudiciū laicorum, qui bona ipsa habent in emphyteusim,ibid.
Ius adeundi an transeat in fiscū,§.fi.q.78.ver.25. 374
Ius patronatus an transeat in fiscum,ibid ver.8. 371
Iura & actiones an veniant in confiscatione bonorum mobilium,& immobilium,ibid.ver.9. 372
LAICVS an possit capere clericum,§.fin.quæst. 28.ver.6. 248
Laici & clerici si simul delinquant, an omnes remittendi sint ad iudicem eccl.§.fi.q.36.ver.43. 278
Laici famuli cardinalium, & episcoporum & aliorum clericorum si delinquant,à quo iudice sint puniendi,vide ℸ Familia.
Laicus si iniuriam inferat clerico,quis sit iudex competens,§.fi.q.36.ver.47. 279
Laicus si deponat falsum coram iudice ecclesiastico, an possit ab eo puniri,§.fi.q.38.ver.15. 283
Si laicus delinquat in ecclesia, cuius iudicis sit cognitio,ibid.ver.18. 284
Cætera plura in hoc proposito,vide ℸ.Iudex.
Laicus an possit accusare clericum, §. fin. quæst. 14. versic.21. 225
Et an possit illum denunciare,§.fi.q.7.ver.9. 212
Laicus an possit esse testis contra clericum,§.fi.quæst. 24.versic.10. 242
LÆNO punitur pœna mortis.§.fi.q.68.v.23. 357
LÆSÆ Maiestatis crimen pluribus modis committitur.§.Læsæ Maiestatis,in princ. 186
Et an committatur etiam contra reges, principes vel ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt, ibidem versic.3.
Et an contra eos, qui superiorem recognoscunt,ibidem versic.3.
Et an offendens cardinalem incurrat crimen læsę Maiestatis,ibid.ver.4.
Et an offendens consiliarium principis,ibid.ver.5.
Et an ille,qui non est subditus,dicatur committere crimen læsæ maiest.ibid.ver.6.
Et quid in clerico,ibid.ver.7. 187
Quæ sit pœna committentium crimen læsæ maiestat. ibid.ver.8.
Et an ex hoc crimine bona publicentur, ibid.ver.9.
Et an dispositio, l.Quisquis, habeat locum contra filias fœminas,ibid.ver.10.
Et an contra filios naturales,ibid.ver.11.
Et quid in filiis natis ante delictum,ibid.ver.12.
Et quid in filio concepto post bannum,ibid.
Et an habeat locum etiam contra nepotes,ibid.v.13.
Et an hæ pœnæ statutæ contra filios,habeant locum etiam quādo crimen læsæ maiest.non cōmissum est contra Imperatorem vel rempub. Rom. ibid.v.14.
Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si non sequatur effectus,ibid.ver.15. 188
Et an in hoc crimine possit post mortem procedi, ibid.ver.16.
Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem, ibid.versic.18.
Rebellis an possit impunè occidi,vide ℸ.Rebellis.
LAVDEMIVM soluendum est domino in alienatione rei emphyteuticæ,§.Emphyt.q.23.v.1. 93
Et an etiam de rebus donatis,ibid.ver.2.
Et quid si res emphyteutica poterat ex forma inuestiturę alienari etiam domino irrequisito,ibid.v.3.
Et quis teneatur ad laudemium,an alienus,vel nouus acquirens,ibid.ver.4.
Et an laudemium pertineat ad proprietarium, vel ad vsufructuarium,ibid.ver.5.
LAZARVS à mortuis resurgeus an recuperauerit bona,§.Testam.q.86.ver.1. 53
LEGATA vniuersalia an sustineantur ex dispositione authen. ex causa:& quid in legatis factis filio præterito,vel factis turpibus personis,vide ℸ.Dispositio authen.ex causa.
Legata quæ sustinentur ex dispositione authent. ex causa.an petantur actione ex test.§.Testamentum. q.54.versic.6. 34
Legatarius an possit esse testis in testamen.ibidem q. 55.ver.8. 35
Legatarius an possit retinere rem sibi relictam in testamento minus solenni,ibid.q.90.ver.2. 54
Legatario an testator licentiam concedere possit, vt propria autho.capiat rē legatam,ibid.q.68.v.1. 42
Legari an possit res feudalis,§.Feud.q.40.v.4. 120
Et an legato feudo debeatur saltem æstimatio,ibid.
Et an pater possit feudum vni ex filiis suis prælegare, vide ℸ.Pater.
Legatum à filiofa.relictum in testamento, cui inserta est clausula codicillaris,an sustineatur in vim donationis causa mortis,§.don.q.6.ver.8. 65
Legatum an renocetur propter superuenientiam liberorum,vide ℸ.Dispositio,l.si vnquam.
LEGES loquentes de emphyteusi,an habeant locum in bonis emph.eccles.vide ℸ.Iura ciuil.
LEGITIMA est filio relinquenda titulo institutionis,vide ℸ.Filius,§.Testam.
Et quid in legitima ascendentium, d. §.testamentum, q.38.ver.8. 23
Legitimæ alienationem an testator prohibere possit, vide ℸ.Alienatio.
Legitimæ detractionem an possit testator prohibere, ibid.q.72.ver.1. 43
Legitimatus an possit à patre hæres instit. vide infrà, Spurius.
Legitimatus præteritus an rumpat testam.§.Testam. q.84.ver.1. 53
Legitimatus an succedat in feudo,§.Feud.q.82. 137
Et quid si expressè sit legitimatus à principe ad feuda, ibid.ver.Sed quæro.
Et quid si à Comite Palatino,ibi.ver.& hæc quidē. ib.
Et quid in legit. per subsequens matrimonium, ibidem versic.3.

Legitimatio an reuocetur propter ſuperuenientiam filiorum, vide §. Diſpoſitio.l,ſi vnquam.
Legitimatio filij naturalis an reuocet donationem ad inſtar natiuitatis filij legitimi, vide §. Diſpoſitio.l.ſi vnquam.
Legitimatus an ſuccedat in emphy.§.Emph.q.31. 99
LEVIA delicta quæ dicantur, vide §. Delictum.
LIBELLVS accuſationis quid continere debeat §.fi.q.12.per totum.217.& §.Accuſatio.
Libellus inquiſitionis quid continere debeat, §.fi.qu. 31.ver.8.vide §.Inquiſitio. 255
Libelli concluſio,an requiratur in criminalibus, §.fi. quæſt.12.v.21,220.& q.31.v.13. 257
Libelli famoſi auctor punitur pœna mortis, §. fina. qu.68.verſi.25. 357
LIBERATIO gratuita,an indigeat inſinuatione, vide,§.Inſinuatio.
LIBER feudorum an ſit ius ſcriptum,vel conſuetudo,§.Feudum.q.2. 105
Liber feudorum an ſit authen.& allegabilis ad deciſionem cauſarum, ibid.q.3.& ibid. etiam an poſsit allegari extra materiam feudalem, & an liget eccleſias,& eccleſiaſticas perſonas.
Libellarius contractus quid differat ab emphyteutico,vide §.Contractus.
LIBERTVS an poſsit præterire patronum,§. Teſtam.q.51. 32
LIS.Litis conteſtatio in cauſis criminalibus an ſit neceſſaria,§.fi.q.42.ver.2. 289
Et an cum inſtigatore,vel promotore inquiſitionis §. fin.q.10.ver.4. 216
LITERÆ. Literas alterius aperiens an incidat in crimen falſi,vide §.Aperiens.
LOCARI an poſsit res emphyteutica ſine domini conſenſu,vide §.Emphyteuta.
LOCVS an ſit exprimendus in accuſatione, vide §.Accuſatio
LVDVS eſt prohibitus,§.Ludus,in princ. 188
Et quid in ludis,in quibus eſt mixtura ingenij, & fortunæ,ibid.ver.2.
Et quid in ludo Scacorum,ibid.
Et an ludus Scacorum ſit permiſſus cler.ibid,ver.3.
Et an haſtiludia,& torneamenta ſint licita,ibid.ver.4.
Et quid in ſortibus, quas Scommeſſas vulgo appellant,ibid.ver.5.
Quæ ſit pœna ludētis ad ludos ,phibitos,ibi.v.6. 189
Vincens in Ludo prohibito,an teneatur lucrum victo reſtituere,ibid.ver.7.
Mutuans in Ludo reprobato, an poſsit repetere. ibidem ver.8.
Tranſactio occaſione Ludi an ſit permiſſa,ver.9.
MALEDICTVM an dicatur maleficium,§. 1.ver.12. 147
Maledictum in Deum an ſit blaſphemia, §. Blaſphemia,in princ. 151
Maledicens principi an committat crimen læſæ Maieſtatis,§.Leſæ Maieſt.in princ. 186
MANDATVM. Mandans fieri delictum, an puniatur eadem pœna,qua principalis delinquens,§. fin.q.89.in princ. 395
Statutum puniēs committentem delictum an habeat locum in eo,qui mandauit illud committi, vide infrà, Statutum.
Mandans an debeat puniri in loco dati mādati,an autem in loco delicti commiſsi,§.fi.q.38.ver.4. 282
Mandans vulnerari, ſi ſequatur mors, an teneatur de homicidio,§.fi.q.89.ver.5. 395
Et quid ſi ad percutiendum,ibid.
Mandatum ad occidendū an præſumatur ex eo quòd dominus loquatur famulo ad aurē, vel ex eo quòd ei dicat,vade,& non reuertaris, donec ſentio nouū de tali,vide §.Dominus.
Mandans committi homicidium, tenetur de homicidio propter mandatum, non autem ex mandato, §.fi.q.89.ver.Scias autem. 395
Mandatarij dictum an faciat indicium ad torturam contra mandantem,§.fi.q.21.ver.12. 235
Mandans percuti clericum, ſi mandatum reuocauit, & reuocationem mandatario non intimauit,an ſecutā deinde percuſsione ſit excommunicatus, vide §.Clericus.
Mandatum ſuperioris,an in delictis excuſet, §.fin. q. 60.ver.15. 333
Et quid in atrocioribus,ibid.
MARITVS an poſsit donare vxori, & è contra, §.Donatio,q.9.ver.1. 66
Et quid in donatione cauſa mortis,ibid.ver.2. 67
Et quid ſi facta ſit ob compenſationem ignobilitatis, vel ſenectutis,ibid.ver.5.
Et an confirmetur morte,ibid.ver.6.
Et à quo tempore operetur talis confirmatio,ibidem verſic.7. 68
Et an huiuſmodi donatio cōfirmetur iuramento, ibidem ver.3. 67
Maritus occidens vxorem an lucretur dotem, §. Homicidium.ver.22. 172
MATER an poſsit filium exhæredare,aut præterire,§.teſtam q.40.ver.6.fol.25.& q.47.fol.31.& vide §.Exhæredatio,& §.Filius.
MATRIMONIVM cōtractum inter raptorem, & raptam an tollat pœnam raptus,vide §.Raptus.
Matrimonium ſeparatur propter adulterium,vide ſuprà Adulterium.
Et an propter hæreſim,vide §.Hæreſis.
Et an propter ſodomiam,vide §.Sodomia.
MEDICVS an propter malum medicamentum teneatur,§.Homicidium,ver.17. 172
Medicorum iudicio ſtandum eſt, an vulneratus ex vulnere deceſſerit,ibid.ver.43. 176
Et ibi multa in propoſito peritorum, quot requirantur,& an debeant eſſe Doctores,& an teneantur iurare,&c.ibid.
MELIORAMENTA finito feudo cui remanere debeant,§.Feudum,q.88.ver.1. 139
Et quomodo æſtimanda ſint,ibid.ver.2.
Melioramenta facta per emphyteutam cui remaneāt finita emphyteuſi,§.Emph.q.45.ver.1. 103
MEMORIA defuncti damnari poteſt in aliquibus delictis.vide §.Accuſatio.
MENDACIVM rei an contra eum faciat indicium ad torturam,§.fi.q.21.ver.39. 239
MENDICANTES qui dicantur,vide §.Fratres mendicantes.
MERETRIX an poſsit in cauſis criminalibus teſtificari,§.fi.q.24.ver.14. 243
Et quæ dicatur meretrix,ibid Remiſsiuè.
Et an cum meretrice nupta dicatur committi adulterium,vide §.Adulterium.
Et an cuſtos carceris cognoſcens meretricem carceratam puniatur,vide §.Coitus.
Et an rapiens publicam meretricem puniatur pœna raptus,vide §.Raptus.
MERITORVM probatio an requiratur in donatione remuneratoria, §.donatio.q.3.ver.2. 62
Et an probetur per aſſertionem donantis,ibid.
Et an debeant æquiualere ipſi donationi,ibid.ver.4.

Meritorum probatio an profit delinquenti,§.fi.quæſt. 60.ver.27. 336
METVS in delictis an excuſet,ibid.v.17. 334
Metus torquendi an æquiparetur torturæ,§. fina.qu. 64.verſiculo 31. 347
Metus nunquid annullet teſtamentum ipſo iure,§.teſtamen.quæſt.87. 53
MILITIS teſt,plura habet priui. §. teſtamentum, quæſt.15.verſi.1. 9
Et an miles illa amittat poſt miſsionem,ibid.v.4.
Et an illa competant aliis perſonis non militantibus quæ ſunt in caſtris ibid.v.5. 10
Miles poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus,§.Teſt.q.16.v.1. 10
Miles an poſsit filium exhæredare vel præterire, ibid. quæſt.40.verſi.6. 25
Miles an poſsit accuſare,§.fi.q.14.ver.4. 222
Militum iudex competens quis ſit,§.fi.q.35.v.24 271
Miles egregius mitius puniri debet, §.fina. quæſt.60. verſiculo 25. 336
Milites de conſuetudine non ſuſpenduntur,ibid.v.24.
Milites quandoque pro delictis degradantur, §.fina. quæſt.74.verſi.5. 366
Milites an poſsint torqueri,§.fi.q.64.v.18. 345
Miles aliquid accipiens ab eo,in cuius domo hoſpitatur,qua pœna puniatur,§.fi.q.80.ver.3. 377
MINÆ an ſit ſufficiens indicium ad torturam, §.fi. quæſt 21.verſi.37. 238
Minæ illatæ ab aliquo an excuſent eum, qui illum interfecit,vide §.Homicidium.
MINOR 25. ann. an poſsit accuſare, §.fina.quæſt. 14.verſicu.7. 222
Minor ætas an excuſet in delictis,§.fina.quæſt.60.circirca princ. 334
Et an profit ad concedendam reſtitutionem in integ. ibidem.
Minor delinquens in minori ætate, an poſsit pro eo delicto puniri,poſtquam effectus eſt maior,ibidem verſiculo 5. 332
Minor 14. ann.an poſsit torqueri, §.fina. quæſtio.64. verſiculo 21. 346
Minoris confeſsio abſque curatore facta an ei præiudicet,§.fi.q.55.verſi.12. 317
Proceſſus factus contra minorem non dato ei curatore,an ſit ipſo iure nullus,§.fi.q.50.circa prin. 304
Minor 24.ann.an reſtituatur aduerſus lapſum anni, lege præfixi ad petendam inueſt.vide §.Annus.
Minoritæ an poſsint capere, ex teſt. vide ſuprà Fratres.
MONACHVS vel religioſus an poſsit teſtari, §. teſtamentum,q.28.ver.1. 16
Monachi vel religioſi an poſsint capere ex teſtamento,§.teſta.q.29.v.1. 17
Et an poſsint eſſe teſtes in teſta.q.55.v.7. 35
Monacho hærede inſtituto,an hæreditas deferatur ipſo iure monacho vel monaſterio,q.30. 18
Monachus an ſuccedat in feudo,§.Feud.q.78.v.1. 135
Monachus an poſsit denunciare,§.fi.q.8.v.4. 213
Quis ſit iudex monachorum,& clericorum regulariū ſi delinquant,§.fi.q.35.v.15. 270
Monachus non deferens habitum ſuæ religionis eſt excommunicatus,§.fi.q.77.v.16. 368
Et quid ſi illum deferat,ſed occultè,ibid.
Monaſterium an teneatur pro delicto ingreſsi, §.fin. q.35.verſicu.7. 269
Offenſo monacho,an ſpectet ius faciendæ pacis monaſterio,an autem filio ipſius monachi,vide §.Pax.
MONASTERIVM an ſuccedat in emphyt. §. Emphyt.q.33.ver.1. 99
MONETA.Monetam falſam faciens qua pœna puniatur,§.Falſum.v.37, 157
Monetam falſam expendens qua pœna puniatur, ibi. verſiculo 38.
Monetam radens quomodo ſit puniendus, ibid.verſi. Radens autem.
MORA an poſsit per Emphyt.purgari, vide ſuprà Emphyteuſis.
MORS.Morte accuſatoris,vel accuſati quando cauſa criminalis finiatur,vide §.Accuſatio.
Morte confirmatur donatio inter virum & vxorem,vide §.Maritus.Confirmatur etiam donatio inter patrem & filium,vide §.Pater.
MVLCTA an à Iudice remitti poſsit propter paupertatem,§.fi.q.95.v.8. 403
MVLIER an poſsit eſſe teſtis in teſtamento, §. Teſtam.q.55.verſi.2. 35
Et quid de iure canonico,ibid.v.3.
Et quid in teſtamento ad pias cauſas,ibid.v.3.
Et quid in teſtamento inter liberos,ibid.v.4.
Et quid in codicillis,q.q.55.v.6. 35
Mulier an poſsit accuſare,§.fi.q.14.v.8. 222
Et mulier accuſans an teneatur ſe inſcribere, vide ſuprà Accuſatio.
Mulier an poſsit teſtificari in cauſis criminalibus, §. fi.q.24.verſic.2. 241
Et an in cauſis capitalibus,ibid.v.3.
Et quid de iure canonico,ibid.ver.4.
Mulier an poſsit perſonaliter detineri, §. fina. quæſt. 28.verſiculo 3. 247
Mulier an ſit relaxanda iuratoriæ cautio.§.fin. quæſt. 46.verſicu.14. 298
MVLTITVDO reorum an excuſet delinquentes,§.fin.q.60.v.30. 336
MVNERA miſſa ſponſæ ab eius ſponſo, vel ſocero an præſumātur illi donata,§.donatio.quæſt.10.verſiculo 1. 68
MVROS ciuitatis tranſcendens punitur pœna mortis,§.fi.q.68.ver.29. 357
Et an hoc locum habeat tantummodo in muris ciuitatis Romanæ,ibid.
Et an ſeruandum ſit tempore pacis,ibid.
NATVRALIS obligatio an oriatur ex teſtamento non ſolenni,vide §.Obligatio.
Naturales filij an poſsint capere ex teſtamen.vide infrà,Spurij.
Et an præteriti rumpant teſtam.§.Teſta.q.42.v.1. 27
Naturalis an ſuccedat in feudo, §. Feudum. quæſtio. 82.verſiculo 1. 137
Naturales an ſuccedant in emphyt.vide §.Filius.
NEGATIVA poteſt probari per rei euidentiam §.fi.q.52.in prin. 309
Item poteſt probari per teſtes,ibid.v.3.
Negatiua ſimplex,& indeterminata eſt improbabilis, & teſtes ſuper ea deponentes ſunt ſuſpecti de falſo, §.Falſum.ver.18. 155
Secus autem ſi ſit coarctata loco,& tempore, §. fina. quæſt.52.verſi.4. 309
Negatiua an poſsit probari per dictum offenſi, ibidem verſiculo 5.
Et an exculpatio facta per offenſum,eximat reum à tortura.ibid.
NEPOS legitimus ex filio ſpurio, an poſsit ab auo hæres inſtitui,vide §.Auus.
Nepotes an in feudis ſuccedant in ſtirpes,vel in capita,§.Feudum.q.75.v.1. 133
Nepos ex filia fœmina an ſuccedat in emphyteuſi,§.

Emphyt.q.36.ver.1. 100
Nepos an faciat secundam vel tertiam generationē §.Emphyt.q.34. 99
NOBILITAS.Probatio nobilitatis vel dignitatis an prosit delinquenti,§.fi.q.60.v.24. 335
Nobiles de consuetudine non suspenduntur, ibidem
Nobiles an possint torqueri,§.fi.q.64.ver.19. 346
NOMEN occisi vel offensi an sit de substantia, ad hoc vt reus puniri possit,§.fi.q.52.v.8. 309
Nominis mutatio est species falsi,vide ꝛ.Falsum.
Nomen accusati quādo dicatur receptum inter reos, vide ꝛ.Reus.
Nominatio hæredis à testatore ore proprio fieri debet,vide ꝛ. Hæres.
NOTARIVS de testamento debet esse rogatus,§. Testam.quæst.58.v.7. 38
Et quid in testamento inter liberos.d.§.q.8.v.4. 5
Notario stipulante an valeat donatio absenti facta, §.donat.q.13.69.v.1.& ibi an possit ante ipsius absentis acceptationem reuocari.
Notarius fabricans instrumentum falsum qua pœna puniatur,§.Falsum.v.16. 155
Notarius ponens in instrumento quod interuenit prętij numeratio,licet reuera pecuniæ non fuerint numeratæ,incidit in pœnam falsi,ibid.v.19.
Notarius scribens in instrumento,rogauit Titius,spopondit Mæuius,cùm tamen Titius esset absens, incidit in pœnam falsi,ibid.v.20.
Notarius recipiens instrumentum super re illicita,incidit in pœnam falsi,ibid.v.22.
Notarius negans se rogatum de instrumento, de quo reuera fuerat rogatus, punitur pœna falsi, ibidem versiculo 13.
Notarius condemnatus ex eo quod deliquerit in officio tabellionatus,an censeatur priuatus officio,§. fi.quæst.73.versi.4. 364
NOTORIVM. Notorietas delicti aperit viam iudici ad inquirendum,§.fi.q.9.in prin. 214
Delictum notorium quod dicatur,ibid.
Et an requiratur quod sint etiam notoriæ qualitates ipsius facti,ibid.v.3.
Et an in processu qui fit super notorio,requiratur citatio,vide ꝛ.Citatio.
Et an requiratur probatio ipsius notorij, §.fi. quæst. 9.v,Item Quæro. 214
Et per quot testes probetur notorium,ibid.v.5. 214
Et an in crimine notorio danda sit reo copia processus,& terminus defensionis, vide suprà Copia processus,& Defensio.
Et an in notoriis requiratur sententia,vide ꝛ. Sētētia.
Et an in notoriis admittatur appellatio, vide suprà Appellat.
NOVITIVS an possit testari intra annum professionis,§.Testa.q.28.v.6. 17
NVLLITAS sententiæ criminalis suspendit eius executionem,§.fi.q.94.ver.Scias autem. 401
NVNCIO interueniente potest donari absenti, vide ꝛ.Absens.
OBLATIO nunquid sufficiat ad euitandam caducitatem,vide ꝛ.Emphyteuta.
Obligatio naturalis an oriatur ex testamento non solenni,§.Test.q.90.v.1 53
OBLATVS.Ille qui obtulit se, & bona sua monasterio,an gaudeat priuilegio fori ecclesiastici, §.fi. quæst.35.versi.19. 270
OBLIGATIO.Obligatio an transeat in fiscum, vide ꝛ.Fiscus.
OCCIDENS,vide ꝛ.Homicidium,
OFFENDENS Cardinalem,vel consiliarium prīcipis,an incidat in crimen læsæ maiestatis, vide suprà Læsæ Maiest.
OFFICIA an emi possint,§.Simonia.v.4. 193
Officialis tenetur in principio officij iurare, quòd nihil dedit,aut promisit pro ipso officio,ibid.
Officialis fugiens ante completum tempus syndicatus an habeatur pro confesso,& conuic. §.fi.quæst. 21.versiculo 29. 237
Officiales nō, syndicantur de qualibet negligentia sed tantum de ea, que est dolo proxima, §.fi.q. 73.versicu.3. 364
Officialis committens baratariam priuatur officio,vide ꝛ.Iudex.
Officialis effectus diues durante officio an præsumatur acquisiuisse de bonis fisci,§.fi.q.68.v.37. 350
Officialis an possit cognoscere de iniuria sibi facta,§. fin.q,35.versi.26, 271
Et quid si facta illi fuerit iniuria tanquam priuato,ib.
Officialis an possit durante officio accusari, §.fina.q. 16.versiculo 6. 227
Officiali resistere quando liceat,§.fi.q.29.v.2. 249
Officialis qui cogit rusticos ad obsequia īdebita quo modo puniatur,§.fi.q.71.v.3. 361
Officialis publicos prouentus subtrahens punitur pœna mortis,§.fin.q,68.v.30. 357
OPERARII,& fabri an excusentur de eo, quòd operantur de mandato alterius,§.fi.q.60.v.15. 333
ORATORIVM priuatum an gaudeat immunitate ecclesiæ,§.fi.quæst.30.v.7. 251
ORIGO.Iudex loci originis potest contra subditū extra territorium delinquentem procedere, vide ꝛ. Iudex.
OSCVLVM inferens mulieri qua pœna sit punīēdus,§.fi.qu.83.ver.6. 387
Vxor an amittat dotem propter oſculum, vide suprà Adulterium.
PACTA in inuestitura apposita qui dicit,probare debet,§.Feudum.q.20,v.1. 111
Pactum de non petendo an requirat insinuationem, vide ꝛ.Insinuatio.
Pactum liberatorium an egeat insinuatione, vide suprà,Insinua.
Pactum nudum de donando an pariat actionem,vide ꝛ.Dispositio,l.si quis argentum.
PAX facta cum offenso,an sit sufficiens indicium ad torturam,§.fi.q.21.v.38. 239
Pax habita à parte offensa,an impediat processum ad vlteriora,§.fi.q,58.in prin. 322
Et an possit fieri pax super crimine priusquam sit instituta accusatio,ibid.ver.2.
Et an facta pace post cœptum iudicium possit iudex illud prosequi,ibid,
Et an stante pace possit tertius accusare,ibid.v.4. 323
De quibus criminibus possit fieri pax,ibi.v.5.
Et an de criminibus priuatis,ibid.v.6.
Et an vbi ingeritur tantum pœna mutilationis membri,ibid.verſic.7.
Et an vbi pœna fustigationis,ibid.v.8.
Et an vbi agitur de amittenda libertate,ibidem, eadē, versiculo 10.
Et an super crimine adulterij,ibid.v.11. 323
Et an super crimine raptus,ibid.v.12.
Et an super crimine incestus,ibid.v.13.
Et an super stupro,ibid.v.14.
Et an super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis,ibid.ver.15.
Et quid si agatur de crimine priuato,ib.v.16. 324

Et

Et quid si agatur de crimine,pro quo de iure sit imposita pœna mortis, & à statuto sit imposita tantùm pœna pecuniaria,ibid.v.17.
Et quid si agatur de crimine falsi,ibid.v.18.
Et an in casibus in quibus est prohibita transactio,sit etiam prohibita gratuita pactio,ibid.v.19.
Si statutum prohibeat fieri pacē pro aliquo delicto, an censeatur etiam prohibitum facere pacem cum eo qui delictum ipsum fieri mandauit, ibidem versiculo 20.
Ad quos spectet ius faciendæ pacis,ibid.v.21.
Offenso monacho,an spectet ius faciendæ pacis monasterio,an autem filio,ibid.v.25. 325
Filij spurij an possint pacem facere de morte parentum,ibid.ver.26.
Tutor an possit facere pacem nomine pupilli, ibidem versiculo 27.
Procurator cum liberā an possit pacem facere, ibidē, versiculo 28. 326
Pax habita à vulnerato,qui deinde moritur, an prosit vulneranti,ibid.ver.29.
Et an pax facta pro vulneribus prosit pro morte exin de secuta,ibid.v.30.
Marito qui vxorem occidit,an prosit pax facta à filiis communibus,ibid.v.31.
Filius,qui non vult esse hæres patris, an possit facere pacem pro morte patris,ibid.v.32.
Et an filius faciendo pacem censeatur adire eius hæreditatem.ibid.ver.33.
Si offensus decedat relictis pluribus hæredibus,an sit habenda pax ab omnibus,ibid.v.34.
Et an sit habenda pax à fœmina hærede, ibidem, versiculo 35. 327
Et quid si nullus adsit hæres. à quo sit habenda pax. ibidem versiculo 36.
Pax an possit fieri absenti,ibid.v.37.
Pax facta pro iniuria, an tollat etiam interesse respemu damnorum,& expensarum,ibid.v.38.
Remissio facta in foro conscientiæ,an tollat ius accusandi,ibid.ver.39.
Restitutio rei ablatæ, vel satisfactio, an habeat vim remissionis,ibid.ver.40.
Iudex an possit cogere offensum ad faciendam pacē, vide ꝛ.Iudex.
PALATIVM episcopi an gaudeat immunitate ecclesiæ,vide ꝛ.Captura.
PAPA an possit concedere Prælatis facultatem testandi de bonis ecclesiæ, §.Test.q.27.v. sed quæro, & v.Sed an poterit.v.5.& 7. 15
Papa si delinquat,quis sit eius iudex competens,§.fi. quæst.35.versi.4. 268
Et de quibus criminibus possit papa accusari, ibidem versiculo 2.
Et an concilium generale sit supra Papam, ibidem Remissiuè.
Papa an possit etiam volens se iudici laico in criminibus subiicere,ibid.v.5. 269
Papa an possit mero laico committere causas criminales clericorum,§.fi.q.41.v.8. 289
Et an possit conferre iurisdictionem ordinariam principibus laicis in clericos,ibid.
Contra Papam an requiratur maior numerus testiū quām contra alios,§.fi.q,66.v.6. 353
Papa an propter insufficientiā possit deponi, §.fi. qu. 73.versiculo 8. 365
Papa an dicatur committere simoniam,vide infrà Simonia.
Papam an possit pro defensione sua quis impunè offēdere,vide suprà Defensio.
PARRICIDIVM quando committatur,§.Parricidium.in princ. 189
Et an occidens patrem naturalem tātùm dicatur parricida,ibid.ver.2.
Et an occidens alium ex ascendentibus,vel descendētibus,ibid.ver.3.
Et an occidens transuersalem,ibid.v.4.
Parricidij pœna quæ sit,ibid.v.5.
PARS vna testamenti per aliam declaratur,§.Test. quæst.76.ver.5. 47
Pares curiæ quomodo eligantur,§.feudum.quæst.90. versiculo 2. 140
Et an possint cogi ad iudicandum.v.3.
Pares curie laici an possint cognoscere de felonia vel falli clerici,ibid.ver.4.
PARTVS immaturus non rumpit testamentum. §.test.q.45.29.versic.3. & ibi quando dicatur partus immaturus.
Partum exponens punitur pœna extra. §. fina. quæst. 38.versiculo 7. 385
PATER ex quibus causis possit filium exhæredare, vide ꝛ.Filius.
Pater an possit prælegare feudum vni ex filiis suis, §. Feudum.q.40.ver.5. 120
Et an possit de feudo plus assignari vni quam aliis, ibidem.
Pater an possit donare filiofamilias.§.donatio.quæst. 8.versiculo 1. 65
Et quid si subsint merita,ibid.v.2.
Et an merita sint probanda.ibid.
Et an necesse sit quod merita æquiualeant donationi, ibid.versicu.3.
Et quid si excedant dimidiam,ibid.v.4. 66
Et quid si pater donet filio in præmium emancipationis,ibidem.ver.5.
Et quid si ex causa studij,ibid.ver.6.
Et an donatio facta filio per patrem morte confirmetur,ibid.versi.7.
Et an confirmetur iuramento,ibid.v.8.
Pater an possit in emphyteusi filiis suis præiudicare, §.Emphyt.q.16.ver.1. 91
Et quid si emphyt.sit antiq.vel pater,ibid.v.3,
Pater an possit remittere iniuriam factam filio, §.fin. quæst.58.ver.22. 324
Pater præsentans filium imputatum de delicto,an illū liberet à pœna mortis,§.fi.q.60.v.29. 336
Pater an possit remittere iniuriam illatam filio,§.fin. quæst.58.ver.22. 324
Pater an possit occidere filiam,& adulterum in adulterio deprehensos,vide ꝛ.Adulterium.
Pater nō tenetur pro delicto filij,neque etiam in eius legitima,§.fi.q.86.v.Secundo infertur. 392
Quicquid facit filius occasione patris, & eo sciente, præsumitur factum de eius voluntate,ibid.
Pater bannitus an possit à filio occidi, vide infrà Statutum.
PATRIARCHA. Quis sit iudex competens patriarcharum.si delinquant,§.fi.q.35.v.12. 269
PATRONVS an possit accusare clericū in suo beneficio institutum,§.fi.q.14.v.22. 225
PAVPER an possit accusare,ibid.v.19
Et quis dicatur pauper,ibid.Remissiuè.
Et an possit esse testis in causis criminalibus, §.fina.q. 24.versiculo 11. 242
PECVLIVM profectitium,aduētitium, & castrē se an filij bonis confiscatis veniant in confiscatione bonorum,vide ꝛ.Filius.

PENSIO-

PENSIONEM recipiens an sibi præiudicet in caducitate, vide §. Dominus.
Pensio emphyteutica quo tempore anni solui debeat §. Emphyt. q. 12. ver. 1. 88
Et an possit emphyteuta illam soluere pro tribus, vel quatuor annis futuris, ibid. ver. 2.
Pensio an debeat augeri propter augmentum contingens in re emphyteutica, d. §. Emphyt. quæst. 41. versiculo 2. 101
PEREMPTORIVM. Citatio peremptoria an in criminalibus requiratur, vide §. Citatio.
PERITIA insignis, vel excellentia delinquentis in aliqua arte, an ei prosit, §. fi. q. 60. v. 26. 336
Peritorum iudicio standum est, vide §. Medicus.
PERIVRIVM quid sit, §. Periurium. in princ. 190
Periurij pœna quæ sit, ibid. v. 2.
Et an periurus efficiatur infamis, ibid. v. 3.
Et an clericus propter periurium amittat ipso iure beneficium, ibid. v. 4.
Et an periurus incidat in pœnas, l. Si quis maior. ibidem, versicu. 5.
Et an repellatur agendo, ibid. v. 6.
Et an à testificando. v. 7.
Et an periuro deferatur iuramentum in supplementũ probationis, ibid. v. 8.
Periurium non committitur sine dolo, ibid. v. 9.
Difficultas excusat à periurio, ibid. v. 10.
Periurium non nocibile non punitur, ibid. v. 11.
Periurium in nonnullis casibus non punitur in foro contentioso, sed solum Deum habet vltorem, ibid. versiculo 12.
Et quid si sit delatum iuramentum à parte parti, ibid.
PERMVTARI an possit res emphyteutica domino irrequisito, §. emphyt. q. 17. 92
PESTIS tempore an sufficiant in testamento quinque testes, vide §. Testes.
PIGNORARI an possit res emphyteutica sine domini consensu, vide §. Emphyteuta.
PLAGIARIVS an sit pœna capitis puniendus, §. fi. q. 68. ver. 31. 358
Et quid si non fit solitus talia committere, ibid.
PLVRA delicta ad vnum finem tendentia an sint pluribus pœnis punienda, vide §. Delictum.
Plures delinquentes contra vnum, an omnes insolidũ teneantur, ibid.
Plures vulnerantes, si ignoretur ex cuius ictu vulneratus decesserit, an sint omnes absoluendi, vide suprà homicidium.
Plures simul vocati ad successionem, an censeantur vocati simul & semel, an autem ordine successiuo, §. Testam. q. 76. v. 13. fol. 47. & q. 80. 52
POENA. Pœnarum genera quot sint, §. fi. quæst. 67. in princ. 353
Pœna capitalis quæ dicatur, ibid.
Pœnarum corporalium species, ibid. v. 3. 354
Pœna stigmatis an hodie sit in vsu, §. fina. quæstio. 70. circa princ. 360
Tortura an sit in vsu pro finali pœna delicti, vide infrà, Tortura.
Pœna triremium an sit in vsu etiam in clericis, §. fi. q. 70. ver. Frequens est etiam. v. 5. 361
Pœna fustigationum, vide §. Fustigatio.
Pœna præcipitationis, vide §. Præcipitatio.
Pœna interdictionis aquæ & ignis hodie non est in vsu, §. fi. q. 63. v. 6. 341
Pœna deportationis an hodie sit in vsu, ibid. v. 8.
Pœna relegationis an hodie sit in vsu, ibid. v. 9.
Pœna mortis quibus casibus imponatur, §. fin. quæst. 68. in princ. 355
Pœna amputationis membri an esset cognita de iure digestorum, §. fi. q. 69. in prin. 359
Et an dicatur pœna capitalis, ibid. v. 2.
Et quæ dicantur propriè membra, ibid. v. 3.
Pœna amputationis membri quibus casibus imponatur, ibid. versi. 6. 360
Si quis sit condemnatus in amputatione manus, quæ manus illi debeat amputari, vide §. Condem.
Pœna carceris perpetui, vide §. Carcer.
Pœna detrusionis in monasterium, an hodie sit in vsu, §. fi. q. 70. versi. 6. 361
Pœna quòd clerici ponantur in gabiis, an hodie sit in vsu, ibid. versic. 7.
Pœna mitræ, ibid. ver. 8.
Pœna exilij quibus casibus imponatur, §. fi. quæst. 71. versiculo 2. 361
Pœna infamiæ quibus casibus de iure communi incurratur, §. fi. q. 72. in prin. 163
Pœna priuationis quibus casibus de iure incurratur, §. fi. q. 73 in prin. 364
Pœna priuationis feudi an incurratur ipso iure vel p sententiam, §. Feudum. q. 62. v. 1. 128
Pœna apposita in inuestitura an operetur, quod emphyteuta propter cessationem expelli non possit, vide §. Emphyteu.
Pœna degradationis quibus casibus clerico imponi possit, § fi. q. 94. ver. 3. 401
Duplicem esse degradationem, & quæ sit earum forma, ibid. in prin.
Quot episcopi interuenire debeant degradationi clericorum, ibid. ver. 4.
Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus, & militibus, ibid. v. 5.
Pœna suspensionis quibus casibus incurratur, §. fin. q. 75. in princ. 366
Pœna ecclesiastici interdicti quibus casibus incurratur, §. fi. q. 76. in prin. 366
Pœna excommunicationis, vide §. Excommunicatio.
Pœna confiscationis bonorum quibus casibus imponatur, §. fi. q. 78. ver. 3. 371
Pœna confiscationis certæ partis bonorum vel aliquarum rerum quibus casibus imponatur, §. fina. quæst. 79. in prin. 376
Pœna pecuniaria quibus casibus imposita sit, §. fina. q. 80. in princ. 377
Pœna an debeatur fisco in foro conscientiæ, ibidem versiculo 6.
Pœna talionis, §. fi. q. 81. in princ. 378
Et quid si accusator sit persona honestior, quam reus ibid. versicu. 2.
Et an hæc pœna talionis hodie sit sublata, ibid. v. 3.
Pœnæ statutariæ, §. fi. q. 82. per totum. 379
Pœna si arbitrio iudicis commissa sit, an ipse possit pœnam mortis imponere, vide §. Iudex.
Pœnitentiæ impositæ pro peccatis à sacris canonib. hodie sunt arbitra. confessoribus, §. finali quæst. 83. versiculo 14. 386
Puniri corporaliter nemo potest, nisi in delicto dolus interuenerit, §. fi. q. 84. in prin. 386
Iudex an debeat imponere delinquenti pœnam loci, originis, domicilij, vel delicti, §. fina. quæst. 85. in principio. 388
Pœnæ statutorum pro delictis impositæ an tollãt pœnes pro eisdem delictis à iure communi impositas, ibid. versicu. 5.
In pœnis alternatiuè impositis an electio sit iudicis vel rei, ibid. versi. 6.

Vbi

Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua speciali cõstitutione, debent omnes qualitates verificari, de q bus in ipsa constitutione fit mentio, ibid. v. 9.
Iudex an possit ex causa minuere pœnam à lege vel statuto impositam, vide §. Iudex.
Vnus pro alio puniri non debet, §. fina. quæst. 86. quasi per totum. 392
Quando pars pœnæ, applicatur parti, & pars fisco, an tota solui fisco debeat, §. finali quæstio. 95. Solet etiam. 403
Quando aliquis reperitur condemnatus pluribus pœnis, quomodo sit facienda executio, vide suprà Condemnatus.
Pœnæ ex quibus causis minui possint, §. fina. quæst. 60. per totum, 331
Pœna ordinaria an imponi debeat, quando procedit per inquisitionem, ibi. v. 33. 337
POENITENTIA an in delictis excuset, ibidem versiculo 21. 335
Pœnitentes an sint de foro ecclesiastico, §. fina. quæst. 35. versiculo 20. 270
Pœnitens an possit accusari, §, fi. q. 16. ver. 5. 227
POPVLVS Romanus an possit Imperatorem deponere, vide §. Imperator.
POSITIONES in causis criminalibus an admittantur, §. fi. q. 45. ver. 4. 294
POSSESSIO feudi an transferatur in vasallum p inuestituram, vide §. Inuestitura.
Possessionem interuertẽs emphyt. an possit à domino propria authoritate expelli, vide §. Emphy.
Possessionem rei emphyteuticę sibi donatæ, an possit donatarius sine domini consensu apprehendere, vide §. Donatarius.
POSTHVMVS an hodie possit à patre exhæredari, §. Testa. q. 41. v. 10. 26
Posthumi agnatione quando rumpatur testamentum, d. §. q. 45. 29. vide §. Præteritio.
POTENTIOR persona quæ dicatur, §. Emphy. quæst. 22. 91
PRÆCEPTVM. Præceptis pœnalibus proceditur an possit, §. fi. q. 31. v. 6. 255
Mittens præcepta vallis Iosaphat, vel similia, punitur pœna extraordinaria, §. fi. q. 83. v. 8. 385
PRÆCIPITATIONIS pœna hodie non est in vsu, §. fi. q. 67, v. 5. 354
PRÆDAM diuidentes cum barbaris puniuntur pœna mortis, §. fi. q. 68. v. 9. 356
PRÆDICATORES an possint capere ex testamento, vide §. Fratres prædicatores.
PRÆGNANS non potest torqueri, §. fina. quæst. 64. versiculo 23. 346
Prægnans si condemnata sit in pœnam corporalem, differenda est executio, donec pepererit, §. fi. q. 97. 404. v. Differtur etiam.
PRÆLATVS aut clericus an possit testari, §. testa. q. 27. 15. v. 1. vbi late quid de bonis eorum patrimonialibus, & quid de bonis ecclesiæ, vel quæsitis ex fructibus ecclesiæ, & quid de ipsis fructibus, & quid de quotidianis distributionibus.
Prælatus non habens propinquos an possit testando præferre extraneum ecclesiæ, dicto §. quæ. 27. 15. versiculo 2.
Prælatus an possit infeudare bona ecclesiæ solita infeudari, §. Feudum. q. 13. v. 1. 109
Et an in tali infeudatione interuenire debeant solennitates, ibid. v. 2.
Et an possit illa infeudare affinibus suis, ibid. v. 5. 110
Et quid in feudo decimarum, vide §. Decimæ
Et quid in feudis apertis prædecessoris sui, dicta qu. 13. ibid. versic. 3. 109
Et quando dicatur res ecclesiæ solita vel non solita in feudari, vide §. Res ecclesiæ.
Et an prælatus possit in tali infeudatione alterare cõsuetudinem, vide §. Consuetudo.
Prælati ingratitudo an obsit ecclesiæ, vide suprà, ingratitudo.
Prælatus an possit bona ecclesiæ in emphyteusim cõcedere, §. Emph. q. 6. v. 1. 83
Et quid si concedat alio modo quam solita sint concedi, ibid. versi. 2.
Et vsque ad quam generationem concedi possint, ib. versiculo 3.
Et an possint concedi pro hæredibus extraneis, ibid. versiculo 4.
Prælatus recipiendo pensionem an præiudicet ecclesiæ, §. Emphyt. q. 10. v. 3. 88
Prælatus an possit remittere iniuriam factam ecclesię ibid. versicu. 3.
Et quid in blasphemia, ibid. v. 4.
Prælatus insufficiens debet deponi, §. finali quæst. 73. versiculo 8. 365
Prælati an possint imponere clericis pœnas pecuniarias, § fi. q. 80. 377. versicu. In hac autem.
Prælatus an possit remittere iniuriam factam ecclesiæ, vide §. Pax.
PRÆLEGARI an possit vni ex filiis res emphyteutica, vide §. Pater.
PRÆMIVM indicanti delinquentem an iudex proponere possit, §. fi. q. 27. v. 4. 245
Statutum proponens præmium indicanti delinquentem, vide §. Statutum.
PRESBYTER testis vacillans potest torqueri, §. fi. q. 25. versicu. 5. 244
Presbyter reus potest torqueri, §. fina. quæst. 64. versi. 24. 346. & vide §. Clericus.
Presbyter benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio, & beneficio, §. fi. q. 75. v. 2. 366
Et an sit suspensus ipso iure, ibid.
PRÆSCRIPTIO iuris emphyteutici quanti tẽporis præstatione inducatur, §. Emphy. q. 7. 84
Accusatio criminalis & inquisitio præscribitur spatio viginti annorum, vide §. Accusatio & Inquisitio.
Crimen adulter. præscribitur quinquennio, vide suprà Adulterium.
PRÆSENTI & tacenti donatio facta, nunquid valeat, §. Donatio. q. 14. v. 5. 71
PRÆSVMPTIO mandati ad occidendum an oriatur ex eo quod dominus post acceptam iniuriam locutus sit famulo in aurem, vel ei dixerit, vade & non reuertatis. &c. vide §. Mandatum.
Præsumptiones an sufficiant ad condemnandum, vide §. Indicium.
PRÆTERITIO filij an reddat testamentum ipso iure nullum, §. Test. q. 42. & 43. 27
Et quid in emancipato, q. 42. ibid. v. 2.
Et quid in testamento militis, ibid. v. 3.
Et quid in filiis naturalibus, ibid. v. 4.
Et quid in filio legitimato, ibid. v. 5.
Et quid in filia fœmina, ibid. ead. v. 6. & ibi quid si adsit statutum excludens fœminas. 28
Et quid de iure prætorio, q. 43. 28
Et quid si filius præteritioni consentiat, ibi. ea. v, 3.
Et an talis approbatio præiudicet institutis, ibidem, versiculo 4. 29
Et quid in filio posthumo, ibi. q. 45. v. 2. 29
Et quid si talis posthumus viuo testat. decedat, ibidẽ ver-

versiculo 2.
Et quid si nascatur in 6.vel 8.mense,ibid.v.3.
Præteritio matris & fratrum,nunquid annullet testamentum,vide ſ.Frater & Mater.
PRÆVENTIONI inter iudices quomodo locus sit,§.fi.q.38.v.28. 285
PRIMVM testamentum an reuocetur per secundum,vide ſ.Testamentum.
PRINCEPS an possit præcedere contra subditum non citatum,vide ſ.Citatio.
Princeps an possit in causis criminalibus tollere terminum defensionis,vide ſ.Defensio.
Principis assertioni an credatur in alterius præiudiciũ §.fi.q.53.versicu.21. 313
Princeps potest omnes pœnas delictorum remittere, vide ſ.Gratia.
Quis sit iudex competens principum in delictis,§.fin. quæst.35.versi.9. 269
Princeps an possit receptionem testium alteri committere,§.fi.q.26.v.5. 245
PRIVATA delicta quæ dicantur, vide suprà Delictum.
PROBATIO meritorum an sit necessaria ad validitatem donationis remuneratoriæ, vide suprà Merita.
Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores,§.fi.q.66.v.3. 352
Et quid in crimine Assassinij,vide ſ.Assassinium.
Et quid in crimine Simoniæ,vide ſ.Simonia.
Et quid in crimine hæresis,vide ſ.Hæresis.
Et quid in reo, an dubia probatio illum releuet,§.fin. q.56.versicu.3. 319
Delictum an possit probari per instrumentum,§.fin. quæst.54. 313
Acta & confessio facta in iudicio ciuili an probent in criminali,vide ſ.Acta & confessio.
Duæ semiplenæ probationes an iungantur in causis criminalibus,§.fi.q.63.v.9. 341
Fama,& vnus testis de visu an planè probent in criminalibus,ibi.v.Hinc infertur.
Maior probatio an requiratur contra Papam & Cardinales, quã contra alios,vide ſ.Cardinalis & Papa.
PROCESSVS copia quando danda sit, vide supra Copia processus.
Publicatio processus quando fieri debeat,§.fina.quęſ. 49.fol.302.per totum,& q.61. 337
Processus factus contra minorem,non dato ei curatore,an sit ipso iure nullus,vide ſ.Minor.
Processus factus super inquisitione generali an sufficiat ad condemnandum,§.fi.q.50.v.4. 304
Et quid in causis syndicatus officialium,ibi.v.5. 305
PROCVRATOR soluendo canonẽ an excuset emphyteutam à caducitate, vide,suprà Emphyteuta.
Procurator an sit admittendus in causis criminalibus, §.fi.q.32.in prin. 260
Et quid in criminibus priuatis,ibid.v.2.
Et quæ sit ratio, cur in criminalibus non admittatur procurator,ibid.v.3.
Et quid si imponatur pœna pecuniaria,ibid.v.4.
Et quid si imponatur pœna relegationis, vel minor, ibid.versi.5.
Et quid si imponatur pœna priuationis vel depositionis ab ordine,ibid.v.7.
Et quid si pro crimine,pro quo de iure communi imposita est pœna corporalis,statutum imponat pœnam pecuniariam,ibid.v.7.
Et quid si pro crimine imposita est pœna arbitraria iudici,ibid.v.8. 261
Et quid si imposita sit pœna pecuniaria, quam si non soluerit,infligenda sit pœna corporalis,ibidem versiculo 9.
Et quid si ignoretur,an vulnus sit lethale necne,ibidẽ, versiculo 10.
Et quid in casibus in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, ibidem, versiculo 11. 279
Et quid si reus sit pro alio maleficio bannitus, vide ſ. Bannitus.
Et an in casibus in quibus potest contra mortuum procedi,admittatur procurator,ibidem quæst, 32. versiculo 15. 262
Et quid si reus sit carceratus,ibid.v.16.
Et quid si procurator velit tantummodo allegare causas absentiæ,ibid.v.17. 263
Et quid si velit proponere,quòd reus habet in illo loco capitales inimicitias,ibid.v.18.
Et quid si velit opponere exceptiones contra personã accusatoris,vel iudicis,ibid.v.19.
Et quid si velit opponere occisum fuisse bannitum,ibid.versiculo 20.
Et an in causa nullitatis admittendus sit procurator, ibid.versiculo 21. 264
Et quando proceditur per viam exceptionis, ibidem, versiculo 22. 282
Et an possit per accusatorem procurator interuenire. ibid.versiculo 23.
Et quid si nõ fuerit oppositum contra procuratorem, an processus valeat,ibid.v.24.
Sententia an ferenda sit contra dominum absentem vel contra procuratorem præsentem, ibidem ead.versicu.25. 265
Confessio procuratoris an noceat domino, vide suprà Confess.
Procurator cum libera an possit pacem facere, vide suprà Pax.
PRODIGVS an possit testari, §. Testamentum, q.33.versicu.1. 19
Et an possit testari ad pias causas,ibi.q.5.v.3. 2
Prodigus an in delictis excusetur,§.fi.q.60.v.11. 333
PRODITOR punitur pœna mortis,§.fina.quæſt. 68.versiculo 33. 358
PRODVCENS testem falsum, vel instrumentũ falsum incidit in pœnam falsi,vide suprà,falsum.
PROHIBERE an possit testator alienationem legitimæ,vel bonorum hæredis,vide ſ.Alienatio.
Et an possit prohibere diuisiones inter hæredes, vide supra Diuisio.
Et an possit prohibere detractionem falcidiæ,Legitimæ,vel Trebellianicæ vide ſ.Falcidia,Legitima, & ſ.Trebellianica.
Prohibens aliquem testari,qua pœna puniatur,§. Falsum.versicu,28. 156
Prohibere potens delictum, & non prohibens, an sit puniendus,§.fi.q.87.v.3. 393
Et quid de iure canonico,ibid.
Et quid in foro conscientiæ,ibid.
PROMISSIO de donando facta pacto nudo, an pariat actionem,vide suprà Dispositio, lege Si quis argentum.
Promissio impunitatis facta à iudice reo si delictum confiteatur,an sit obseruanda,vide Iudex.
Promissio de non offendendo quando rupta videatur,§.finali quæst.47.301.versicu.9.& seq.& vide suprà Fideiussio.
PROMOTOR inquisitionis quis dicatur,vide suprà Instigator.
PROPRIETARIVS directi dominij, an debeat habere laudemium,an autem vsuf. vide suprà Laudemium.
PROROGATIO iurisdictionis, vide suprà Iurisdictio.
PROTESTATIO facta per vasallum in alienatione feudi,an illum excuset,§.Feudum.quæst. 31. versiculo 5. 254
Protestatio an excuset emphyteutam alienantem, vide ſ.Emphyteuta.
Protestatio domini directi expellentis emphyteutam an conseruet illi ius ad pendendam pensionem,& è cõtra,vide ſ.Dominus.
PROVOCATIO alterius an delinquentem excusset,§.fi.q.60 versi.18. 334
PROXIMIORES vocati à testatore,an intelligantur proximiores ipsius testatoris,an verò illius cui substituuntur,§.Test.q.76.v.14 47
PVBLICA delicta quæ dicantur, vide ſ. Delictum.
Publicatio processus,vide ſ.Processus.
Et ân facta publicatione processus possint repeti, vel de nouo produci testes,vide ſ.Iudex.
PVNITVS de aliquo crimine an possit de eo iterũ accusari,§.fi.q.57.v.12. 321
Et quid si iudices sint sub diuersis præsidibus,ibidem, versiculo 13.
Et quid si quis fuerit punitus à iudice ecclesiastico,& crimen sit communis fori,ibid.v.14.
Et quid si crimen sit valde atrox.ibid.v.15.
PVPILLVS an possit accusare, §.finali quæstio. 14.versiculo 6. 222
Et an possit esse testis in causis criminalibus, §. finali q.24.versic.17. 243
pupillus an excusetur in delictis,§.finali quæst.60.circa principium. 331
PVRGATIO moræ an permissa sit emphyteutæ, qui in solutione canonis cessauit, vide suprà emphyteuta.
Iuramentum purgationis quando sit reo deferendũ, vide ſ.Iuramentum.
Purgatio legalis an habeat locum in causis criminalibus,ibidem.
QVALITAS masculinitatis posita in vna substitutione, an censeatur repetita in alia, §.test. quæst.76.versi.7. 47
Non sufficit factum esse notorium,nisi etiam notoriæ sint qualitates ipsius facti,vide ſ,Notorium.
Qualitates expressæ lege vel statuto verificari debent ad hoc,vt imponi possit pœna ipsius legis vel statuti,§.fin.q.85.versi.11. 391
Si probatum sit delictum,non tamen sit probata qualitas deducta in accusatione, an reus sit in totum absoluendus,§.fi.q.66.v.4. 353
QVANTITATIS præstatio à principio, an requiratur in contractu emphyt. vide supra Contractus emphyt.
QVERELA inofficiosi an hodie sit sublata,§.Test. q.40.versiculo 6. 25
Querela partis aperit viam iudici ad inquirendum,§. fi.q.10.in prin. 315
Et an hodie querela successerit loco accusationis, ibid.versicu.2.
Fiscus an debeat querelam porrigere,ibid.v.6.
Cætera,vide ſ.Accusatio.
RAPTVS quomodo committatur, §. Raptus, in princ. 191
Raptus pœna quæ sit,ibi.v.Sed quæro.
Et an pœna raptus locum habeat etiam si mulier cõsenserit se rapi,ibid.v.3.
Et quid si raptor illam carnaliter non cognouerit, ibid.versicul.4.
Et an locum habeat in rapiente publicam meretricẽ, ibid.versic.5.
Et an in muliere rapiente virum,ibid.v.6.
Et an raptor possit cum rapta matrimonium contrahere,ibid.versi.7.
Et an eo casu raptor euitet pœnas raptoribus à iure impositas,ibid.
Raptores virginum an gaudeant immunitate ecclesiæ si ad eam confugiant,vide ſ.Captura.
Super crimine raptus an possit fieri pax, siue transactio,vide ſ.Pax.
RATIFICANS delictũ commissum an sit puniẽdus,§.fi.q.87.v.5. 394
Et an requirantur ad hoc,vt ex ratificatione quis puniri possit,ibid.
Ratificans delictum an sit puniendus in loco delicti, vel in loco ratificationis,§.fi.q.38.v.7. 282
REBELLIS potest impunè occidi, & deinde probari,quòd erat rebellis,§.Læsæ Maiest.v.7. 187
RECEPTATOR qua pœna sit puniendus. §.fin. quæst.90.versi.10. 398
RECOGNITIO feudi facta per vasallum præter solitam formam,an noceat posteris,§.feudum.qu. 20.versicu.2. 111
RECONVENTIO. Clericus an possit pro crimine coram iudice laico reconueniri,vide Clericꝰ.
RECVPERATIO rei alienatę,an excuset emphyteutam à caducitate,vide ſ.Emphyteuta.
RELEGATVS an perdat testamenti factionem, §.Test.qu.22.v.3. 14
RELIGIONIS ingressus an rumpat testamentũ prius factum,§.Test.q.28.v.4. 16
Religionem ingrediens,vel iam ingressus quãdo possit testari,ibid.
RELIGIOSVS an possit capere ex testamento. d.§.q.29.versi.1. 17
RELINQVO verbũ an importet instit.d.§.quæst. 38.versicu.11. 23
REMISSIO pensionis an fiat emphyteutæ propter bellum,§.emphy.q.8.v.11. 86
Et an propter Sterilitatem,vide ſ.Sterilitas.
Et an propter damnum contingens in re emphyteutica,vide ſ.Damnum.
Remissio an fieri debeat ad locum delicti,§.fina.qu. 38.versicu.19. 284
Et quid de consuetudine,ibid.v.20.
Et quid si loca sint sub eodem præside prouinciæ,ibi. versiculo 21. 285
Et quid si iudex à quo petitur remissio,non habeat iurisdictionem procedendi ex eo delicto, ibidem versiculo 22.
Et an in leuibus delictis sit locus remissioni, ibidem versiculo 23.
Et quid si agatur pro crimine ciuiliter, ibid.v.24.
Et an in curia Romana habeat locum remissio,ibidẽ, versiculo 25.
Et an si agatur de pluribus delictis ab eodem cõmissis,ibid.ver.26.
RENVNCIATIO feudi facta per vasallũ,an præiudicet agnatis,§.Feudum.q.34.v.3. 117
Renunciatio an possit insinuari, §.donat.quæstio. 17.versicu.5. 73
Renunciari an possit dispositioni l.si vnquam,vide ſ. Dispositio l.si vnquam.

REPETITIO testium quando facienda sit, §.fin. q.45.versic.6. 294
Repetitio cortu.quando fieri possit, §.fina. quæst. 64. versiculo 46. 349
RESTITVTIO. Vide ſ. Gratia.
RES ecclesiæ quando dicantur solitæ, vel non solitæ infeudari, §. Feudum.q.13.v.4. 110
Res ecclesiæ an possint per Prælatum in feudum concedi, vide ſ. Prælatus.
Res in dubio an præsumatur feudalis vel allodialis, vide ſ. Bona.
Res ecclesiæ an possint in emphyteusim concedi, §. emphy.q.6.v.1. 83
RESVRRECTIONE testatoris, an rumpatur testamentum, §. Test.q.86. 53
REVOCATVR donatio propter superuenientiã liberorum, vide ſ. dispositio l, si vnquam.
Item reuocatur propter ingratitudinem donatarij, vide ſ. Ingratitudo.
Item reuocatur quia inofficiosa, vide suprà Donatio inofficios.
Item donatio ob causam reuocatur causa non secuta §. Donat.q.25.v.1. 80
Item donatio causa mortis reuocatur propter pœnitentiam, ibid.v.2.
Et an reuocetur propter conualescentiam donatoris. ibid.versicu.4.
REVS an teneatur edere fisco in criminalibus causis, vide ſ. Editio.
Nomen accusati quando dicatur receptum inter reos §.fi.q.14.ver.13. 224
REX. Quis sit iudex competens regum in delictis, §. fi.q.35.versi.8. 269
ROGATIO notarij & testium est in testamento necessaria, §. Test.q.58.38. & ibi quid in testamento ad pias causas, & inter liberos Remissiuè.
Et quid in testamento militis, ibid.v.3.
RVSTICVS si ruri testamentum condat, sufficiunt quinque testes, vide ſ. Testes.
SACERDOS. vide ſ. Presbyter.
SACRILEGIVM quando committi dicatur secundum ius ciuile, & quando secundum ius canonicum, §. Sacrilegium.in prin. 192
Mulier se carnaliter commiscens cum presbytero, an dicatur committere sacrilegium, §. fornicatio. versiculo 18. 160
Sacrilegij pœna quæ sit, ibid. §. sacril.v.3. 192
Statutum loquens de sacrilegio, an intelligatur de sacrilegio secundum ius canon. an secundum ius ciuile, ibidem versiculo 4.
Sacrilegium an sit crimen ecclesiasticum, §. sacrilegium, versic.4.
SALVVS conductus bannito accusato an concedi debeat, §. fi.q.32.v.12. 262
Et quis possit saluum conductum concedere. ibi. v.4.
Citatus ad locum non tutum ob timorem insidiarum, an teneatur comparere sub saluo conductu, §. fina. qu.34.versiculo 6. 267
SCIENTIA & dolus an in delictis requirantur, §. fin.qu.31.versi.12. 257
Sciens delictum committendum, & non reuelans an sit puniendus, §. fi.q.87.in prin. 393
Et quid in crimine læsæ Maiestatis, ibid.
SCHISMATICI sunt excommunicati, §. fin.qu. 77.versiculo 27. 369
SCHOLARIS. Quis sit iudex competens in delictis scholarium, §. fi.q.35.ver.23. 270
SCRIPTVRA an requiratur in contractu emphyteutico, §. emphy.q.4. 82
SECVLARIS. Vide ſ. Laicus.
SEDITIO Seditionem concitans punitur pœna capitis, §. fi.q.68.v.36. 358
SENECTVS an in delictis excuset, §. fina. quæst. 60.versiculo 6. 332
Senes an possint torqueri, §. fi.q.64.v.21. 346
SENTENTIA vel declaratio an requiratur ad hoc vt emphyteuta cessans in solutione canonis, cadat à iure suo, §. emphy.q.9. 87
Et quid in emphy.qui alienauit, q.13.v.2. 89
Sententia an requiratur super notorio, §. fina. quæst. 9.versiculo 8. 215
Et an quando reus est deprehensus in flagranti crimine, §. fi.q.8.versi.4. 282
Et super assassinio, vide ſ. Assassinium.
Et an super incorrigibilitate, vide ſ. Incorrigibilitas.
Et an quando bona ipso iure confiscantur, ibid.
Sententia criminalis lata in loco delicti an sit mittenda execu. in loco originis, §. fi.q.54.v.6. 314
Sententiæ criminales an sint pronunciandæ ab ipsomet iudice, §. fi.q.93.in prin. 400
Et an in sententiis criminalibus iudex debeat exprimere causam, ibid.v.2.
Et quid si iudex minuat pœnam ordinariam, §. fi.qu. 85.circa finẽ. 92
Et an valeat sententia, Condemno Titium in centum, quæ si non soluerit, amputetur ei manus, §. fina.qu. 93, versiculo 3. 400
Si iudex condemnet reum in maiori summa, quàm statutum disponat, an sententia sit nulla, ibid.v.4.
Et quid si iudex apposuerit clausulam, saluo & reseruato, ibid.versi.5.
Sententia capitalis an statim exequi debeat, vide suprà Executio.
Sententia lata contra filium in contumaciam, an præiudicet patri, vide ſ. statutum.
Sententia criminalis an ferri debeat contra dominũ absentem, vel contra procuratorem præsentem, vide ſ. Procurator.
Sententia criminalis an ferri debeat reo præsente, §. fin.qu.31.versicu.23. 259
Sententia capitalis an trahat secum confiscationem bonorum, §. fi.q.78.v.2. 371
Sententia excommunicationis lata ex falsa causa, an valeat, §. fi.q.77.v.33. 370
Sententia excommunicationis nulla an liget, ibidem, versiculo 34.
SEPVLCHRVM Locus in quo ædificatur sepulchrũ in ciuitate fisco applicatur, §. fi.q.79.v.6. 376
Violator sepulchrorum punitur pœna mortis, §. fi.q. 68.versiculo 45. 359
SERVVS potest in omnibus causis torqueri, §. fin. q.64.versic.15. 345
Seruus an possit in pœnam pecuniariam cõdemnari, §. fi.q.80.versi.5. 377
Seruitutes acquisitæ per vasallum an accrescant feudo, §. Feud.q.88.v.4. 140
Seruitutem imponere rei emphyteuticæ an possit emphy. sine domini consensu, §. emph.q.21. 93
SOCIVS. Dictum socij criminis an faciat indiciũ ad inquirendum, §. fi.q.21.v.4. 233
Et an ad formandam inquisitionem, ibi.v.5. 234
Et quid si sit etiam periurus, ibi.v.6.
Et an faciat indicium ad torturam, ibi.v.7.
Et quid in criminibus exceptis, ibid.v.8. 235
Et quid si sint plures socij criminis, qui contra aliquẽ deponant, ibi.v.9.

Et an requiratur, quod socius criminis deponat cum iuramento, ibi.v.10.
Et an quod confirmet dictũ suũ in tormentis, ib.v.11.
SIMONIA quid sit, §. simonia, in prin. 192
Et an precibus & gratia contrahatur propriè simonia, ibidem.
Recipere aliquid pro labore, pro sacramento ministrando, an sit simonia, ibid.v.2.
Et an pro concessione licentiæ docendi, ibi.v.3. 193
Et an pro habendo officio liceat aliquid dare, ib.v.4.
Papa an dicatur committere simoniam, ibi.v.5.
Simonia an dicatur committi in curia Romana, ibidem versicu.6.
Simonia est crimen merè ecclesiasticum, ibi.v.7.
Simoniæ pœna quæ sit, ibi.v.8.
Notarius simoniacus an sit ipso iure suspensus ab officio, ibid.versi.9.
Clericus simoniacus an amittat beneficium, ibi.v.10.
Simonia est de criminibus exceptis, ibid.v.11.
Et an in crimine simoniæ sufficiat probatio per coniecturas, ibi.v.12.
SODOMIA est vitium contra naturam, §. sodomia, in prin. 193
Et an dicatur propriè committi etiam cum muliere, ibid.versicu.2.
Sodomia crimen est communis fori, §. fi.q.37.v.5. 281
Sodomitarum pœna quæ sit, §. sodomia.v.4.
Clericus sodomita an sit ipso iure suspensus ab ordine, ibid.versi.5. 194
Sodomita an perdat ipso iure dominium bonorum suorum, ibid.v.6.
Propter crimen sodomiæ an possit separari coniugiũ, ibid.versic.7.
In crimine sodomiæ an puniatur affectus etiam si effectus secutus non fuerit, ibid.v.8.
SOLENNITATES iuris ciuilis an sint sublatæ in testamentis ad pias causas, §. Test.q.6.v.1. 3
Solennitates requisitæ in alienatione rei ecclesiasticæ non seruantur de consuetudine in concessione in emphyteusim, §. emphy.q.28.v. Et si dicas. 94
SORTILEGIA an sapiant hæresim manifestam, & an possint ab inquisitoribus puniri, §. Hæresis. versicu.25. 168
SPVRIVS. Vide ſ. Filius.
Spurius vel naturalis an possit à patre hæres instituti, §. Test.qu.31. 18
Et quid si sit institutus, an fiscus ab eo tanquam ab indigno auferat hæreditatem, ibid.ver. Sed quid si pater, versic.3.
Et an possint ei relinqui bona paterna ab alio, qui fuerit ab eius patre hæres institutus, ibi.v.5. 19
Et quid in spurio legitimato, ibi, v. Scias tamen.
Et quid si sit institutus sub conditione si legitimabitur, ibid.versic.6.
STATVA. Confugiens ad statuas principum an possit inde auelli, §. fi.q.30.v.27. 253
STATVTVM dans præmium reuelanti malefactorem, an habeat locum etiam in partic. ipsius maleficij, §. fi.q.27.ver.5. 246
Et an ille, qui reuelauit malefactorem, sed non probauit, consequi debeat præmium à statuto propositũ, ibid.versic.6.
Stante statuto, q extantib. masculis fœminę non succedãt, an in emph. cõcessa masculis, & fœmi. fœmi. cum mascu. admittantur, vide ſ. Fœminæ.
Statuto circa legit. disponente aliter, quã per ius commune dispositum sit, an nihilominus talis legitima sit titulo institutionis relinquenda, vide ſ. Filius.
Statuto disponente, quod testamenta insinuentur, an possit testator prohibere testamenti insinuationẽ, vide ſ. Insinuatio.
Statuto vigente quod extantibus masculis fœminę nõ succedant, nunquid si filia sit præterita, possit dicere testamentum nullum, §. Test.q.42.v.6. 27
Et an stante eo statuto, testator instituens simpliciter filios suos, censeatur etiam inst. fœm. ib.q.76.v.12.47
Statutum quòd testamentum fieri possit coram quinque testib. an valeat, d. §.q.56.v.9. 36
Statutum quòd filiusfam. possit testari, nunquid valeat, d. §.q.18.ver.11. 9
Statutum quòd pater possit instituere filium spurium an valeat, ibid.q.31.v.7. 19
testamentum constituens præmium capienti delinquentem, an habeat locum in officiali, §. fina. quæs. 29.versicu.8. 249
Statutum quod villa teneatur capere malefactorem, an habeat locum quando maleficium fuit de nocte cõmissum, & claues portarum erant apud rectorẽ, ibid.versic.9.
Si statutum imponat pœnam pecuniariam pro delicto, pro quo de iure cõmuni imponitur pœna mortis, an sit procurator admittendus, vide ſ. Procur.
Stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, an admittatur pro absente procurator vel excusator, §. final. quæst. 32.v.11.fol.261. quæstio, 33.
Stante statuto, quod iudex possit de omni crimine inquirere, an possit inquirere contra subditum delinquentem extra territorium, §. fina. quæstio. 39. versiculo 4. 286
Stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso & conuicto, quomodo sit contra contumaces p cedendum, §. fina. quæstio. 44. 290. Et vide suprà Contumax.
Et an contra huiusmodi fictam confessionem inductã à statuto, admittatur probatio innocentiæ, ibidem versiculo 11. 292
Si statutum imponat pro vulnere pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & aliquis simpliciter fideiusserit pro imputato de vulnere, sub qua pœna teneatur illum consignare, §. fi.q.46.v.21. 299
Stante statuto, q alicui denegetur actio, an possit iudex ex officio inquirere, §. fi.q.50.v.6. 305
Si statutum præfigat iudici terminum ad inquirendũ, an incipiat currere à die delicti an autẽ à die scientiæ, §. fi, q.51.ver.5. 306
Stante statuto, q habeatur pax ab hærede occisi, an sufficiat illam habere ab ipsomet vulnerato, priusquam moriatur, §. fi.q.58.ver.29. 326
Et an si decesserit offensus relictis pluribus hæredib. debeat haberi pax ab omnibus, vide ſ. Pax, vbi plura in hac materia.
Stante statuto, q villa teneatur pro damnis datis in suo territorio, an possit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passi, §. fina. quæst. 82. statuto 1. versic.2. 379
Et quid si damnum sit datum in confinibus duarum villarum, quæ villa teneatur, ibid.v.3.
Et an stante hoc statuto teneantur contribuere etiã illi, qui sunt absentes tempore maleficij, ibidẽ, versiculo 4.
Statutum q bãnitus possit impunè offendi, an valeat, §. Homicidium.ver.52. 179
Et an stante hoc statuto possit offendi etiam in foro conscientiæ, ibid.v.19. 172
Et an etiam occidi, ibid.v.55. 179

Et an mulier bannita adulterari,ibid.v.56.
Et an bannitus censeatur hostis ciuitatis, à qua est bannitus,ibid.v.57. 180
Et an stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum,ibid.v.59.
Et an eum,quem prius promiserat non offendere,ibidem,versiculo 60.
Et an liceat bannitum proditoriè interficere,ibi.v.61.
Et quid si bannitus habuerit gratiam à principe,nondum tamen fuerit de albo cancellatus,ibidem,versiculo 62.
Et quid si bannum sit nullum,ibid.v.63. 181
Et an pendente appellatione à sententia banni possit bannitus impunè occidi,ibid.v.64.
Et an bannitus captus per familiam officialis possit licitè offendi,ibid.v.65.
Et an liceat occidere bannitum extra territorium à quo est bannitus,ibid.v.66.
Et an occidens eum quem ignorabat esse bannitum, gaudeat beneficio huius statuti,ibd.versi.67.
Si statutum permittat occidi bannitum in lib. cētum, an liceat occidere eum, qui est bannitus in plurib. minoribus summis,quæ cumulatæ excedant centū libras,ibid.v.68.
Exceptio proueniens ex hoc statuto,an sit peremptoria,ibid.versic.69.
Et an possit opponi per procuratorem,ibid.v.70. 182
Bannitus stante hoc statuto an possit se defendere,ibid.versicu.71.
Stante hoc statuto, si bannitus offendatur, an possit iudex ex officio inquirere,ibid.v.72.
Stante statuto quod nullus det auxilium bannito, nū quid aduocatus,& procurator,qui pro eo intercedunt incidant in pœnam statuti,§.fina.quæstio.82.stat.2.versiculo 2. 380
Statutum puniens loquētem cum bannito,an habeat locum in ei scribente,ibid.v.3.
Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquas personas,an valeat, §.finali, quæst.82.statu.3. versiculo 1. 308
Et quid si prohibeat matrimonium contrahi cum forense,ibid.versi.2.
Statutum prohibens filiam contrahere matrimoniū sine consensu patris,an valeat,ibid.v.3.
Statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris,an valeat,ibid.v.4.
Statutum priuans filiam dote si nubat indigno sine patris consensu,an valeat,ibid.v.5.
Ingrediens possessionem alterius ex decreto iudicis inualido, an incidat in pœnam statuti de turbata possessione,§.fi.q.82.stat.4.v.1. 380
Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pœna,an valeat,§.fi.q.82.stat.5.v.2. 381
Et an liget clericos,ibid v.2.
Et an stante hoc statuto cēseatur etiam prohibita hæredis institutio,ibid.v.3.
Et an locatio,ibid.v.4.
Et an si forensi legata sit res immobillis,teneatur hæres præstare legatario æstimationem,ibid.v.5.
Et an censeatur prohibita præscriptio,ibid.v.6.
Et an ex alienatione facta contra dispositionem huius statuti,transferatur dominium, vel possessio in forensem,ibid.v.7.
Et an cedens forensi actionem ad rem immobilem,incidat in pœnam huius statuti,ibid. v.8.
Et an hoc statutum habeat locum in alienationene cessaria,ibid.v.9.
Statutum puniens inuentum cum armis, an comprehendat etiam eum,qui non fuit captus cum illis,§. fi.q.82.stat.6.v.1. 381
Et quid si puniat deprehensum,ibid.v.2.
Appellatione armorum an veniant arma defensiua, ibid.versicu.3. 382
Et an fustes,& lapides,& cultelli parui,ibi.v.4.
Si statutum prohibeat arma deferri post sonum campanæ,non punitur illa deferens in diebus sanctis,in quibus non pulsantur campanę,ibi.v.5.
Deferens arma prohibita ad vsum itineris, an sit puniendus,ibid.v.6.
Habens domi arma prohibita,an sit puniendus, ibid. versiculo 7.
Clerici deferentes arma prohibita,an possint à iudice laico puniri,vide ſ.Clericus.
Portans arma prohibita,debet ea perdere, §.finali q. 82.statuto 6.versi.2. 389
Statutum prohibens exportari blada extra dominiū, an valeat,§.fi q.82.stat.7.v.1. 382
Et an liget forenses,ibid.v.2.
Et an liget portantem per transitum,ibid.v.3.
Et an liget exportantem pro vsu suo,ibid.v.4.
Et quid si deinde,mutato proposito,illud vendat, ibidem versiculo 5. 383
Et an tale statutum liget exportantem farinam,ibidē versiculo 6.
Et an comprehendat eum,qui non fuit deprehensus, ibid.versiculo 7.
Et quid si deprehensus sit priusquam exportet, sed in itinere,ibid.versi.8.
Et an exportans merces licitas cum illicitis,perdat etiam licitas,ibid,v.9.
Statutum iubens pro aliquo delicto bona alicuius deuastari,an valeat,§.fi.q.82.stat.8.v.1. 383
Et quid si delinquens habeat plures domos in communi cum aliis,ibid.v.2.
Et quid si habeat ipse partem inferiorem domus,& alius superiorem,ibi.v.3.
Et quid si vxor pro dote sua se opponat deuastationi,ibid.versic.4.
Statutum duplicans pœnam pro maleficiis an habeat locum in blasphemia,§.1.v.2. 145
Statutum duplicans pœnam percutienti in domo testatis.an habeat locum in percutiente in confinibus ipsius domus,§.fi.q. 82.stat.9.v.2. 383
Nox quomodo intelligatur in statutis duplicantibus pœnam in maleficiis commissis de nocte,ib.v.4.
Si adsint duo statuta duplicantia pœnam, quomodo sit facienda duplicatio,ibid.v.3.
Statutum minuēs pœnam confitenti delictum,an habeat locum in eo,qui prius negauit,ibi.v.5.
Statutum puniens facientem insultum ad domum, an habeat locum in faciente insultum ad porticum domus,§.fi.q.82.stat.10.v.1. 384
Si statutum puniat percutientem in cētum, an si quis plures percussiones inferat,sit pluribus pœnis puniendus,§.fi.q.82.stat.11.v.1. 384
Et quid si eodem ictu plura vulnera intulerit cum bidente,vel huiusmodi,ibid.v.2.
Si extent tria statuta vnum puniens delationem armorum,aliud puniens insultum,& aliud puniēs vulnera,an si quis insultum faciat, & vulneret cum armis,sit vnica pœna,vel plurib.puniendus,ibid.
Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio,an valeat,§ Homicidium.v.19. 172
Statutum quod pro homicidio quis decapitetur, intelligendum est de homicidio doloso,§.fina.quæst. 84.in princ. 386

stante

Stante statuto quod pro tertio furto quis suspēdatur, an computanda sint furta extra territorium commissa,§.Furtum.v.10. 163
Et an ea pro quibus fuit fur iam punitus, vel absolut', ibidem. v.12.& v.13.
Statuta pœnalia an ligent forenses, §.finali.quæst.85. versiculo 2. 388
Et quid in delictis,quæ non sunt à iure communi prohibita,ibid.versic.3.
Statuta pœnalia an ligent subditos delinquentes extra territorium,ibid.v.4.
Pœnæ statutariæ an tollant pœnas iuris communis, vide ſ.Pœna.
Statuta contra ecclesiasticam libertatem quæ dicantur,§.fi.q.77.ver.28. 369
Stante statuto,quod quis pro delicto condemnetur in centum libris,quas si non soluerit intra x.dies,amputetur ei manus,an eo casu possit iudex omittere pœnam corporalem,& exequi pecuniariam, §. fina.quæst.85.v.7. 391
Stante statuto quod non comparens ponatur in banno,de quo non eximatur,donec soluerit mille, an si ipse velit stare in banno,possit iudex eum cogere ad soluenda mille,ibid.v.8,
Iudex an possit ex causa minuere pœnas statutarias, vide ſ.Iudex.
Statutum quòd vnus pro alio puniatur, an valeat,§. fi.qu.86.versic.4. 292
Statutum quòd dominus teneatur pro familia,an valeat,ibid.versi.6.
Statutum quòd filij,vel nepotes amittant bona propter aliquod delictum parentum, an valeat,ibidem versiculo 7.
Statutum quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam,an valeat, ibidē, versiculo 8.
Et quid dicendum si filius fuerit in contumaciam cōdemnatus,ibi.ver.9.
Statutum puniens committētem delictum,an habeat locum in eo,qui mandauit illud committi, §.final. q.89.versicu,2.
Statutum disponens quòd in causis criminalib.non liceat appellare,valet,§.fi.q.94.v.3. 401
STERILITAS an excuset emphyt.à caducitate, vel operetur,vt fiat illi remissio pensionis, §. emphyt.quæst.8. 84
STVPRVM pluribus modis committitur,§. Stuprum.in princ. 194
Stuprum an probetur per testes domesticos,ibi.v.2.
Stupri pœna quæ sit,ibid.ver.3.
Et quid si stuprator dicat puellam non fuisse virginē, ibid.versic.4, 195
Vidua committens stuprum,an perdat dotem,ibidē, versiculo 5.
Pœnæ impositæ viduis nubentibus intra annum luctus,locum habent contra viduas intra illud tēpus stuprum committentes,ibi.v.6.
Viduæ inhonestè viuentes,non gaudent priuilegiis viduarum,ibid.v.7.
Et an amittāt domicilium mariti,ibid.
Vasallus committens stuprum cum vidua domini sui priuatur feudo,ibid.v.8.
Deflorans virginem nondum viripotentem qua pœna sit puniendus,ibid,v,9.
Stuprum cum masculo,vide ſ.Sodomia.
Super crimine stupri an possit fieri pax,siue trāsactio, vide ſ.Pax.
SVBORNANS testes an dicatur falsum commit tere,vide ſ.Falsum.
SVBSTITVTIO quæ in testamēto expressa nō est,non debet dici facta,§.Test.q.76.v.3. 47
Substitutiones pupillares & exemplariæ an sustinean tur ex dispositione auth.ex causa,vide ſ.Dispositio authen.ex causa.
SVSPICIO falsi an habeatur pro veritate,vide supra Falsum.
SYNDICATVS. Officialis an possit syndicari durante officio,vide ſ.Officialis.
Quis sit iudex competens in causa syndicatus officialium,§.fi.q.35.v.21. 270
Syndicatores an possint cognoscere de delictis officialium,non pertinentibus ad officium, ibidem, verficulo 22.
In causis syndicatus officialium processus factus super inquisitione generali,sufficit ad condemnandū §.fin.quæst.50.v.5.
Fama an præcedere debeat inquisitionem generalem quæ fit in causis syndicatus,vide ſ.Fama.
Syndicus vniuersitatis an possit accusare,§.fin.qu.14. verficulo 24. 225
TERGIVERSATOR qua pœna puniatur §.fina.qu.72. 363
TERMINVS.Terminos agrorum amouens, qua pœna puniatur,§.fin.q.83.v.10. 385
TERROR armorum an excuset homicidam, §. Homicidam.v.33. 124
TERRITIO an sit species torturę,§.q.64.v.31.347
TESTAMENTVM quid sit,§.Test.q.1. 1
Testamenti factio quo iure sit introducta,q.2.ibi.
Testamentorum species quot sint,ibid.q.3.
Testamentum in scriptis & nuncupatiuum quid differant,ibid.q.4,
Testamentum conditum ab eo qui volebat testari in scriptis,non seruatis solēnitatibus requisitis, an valeat vt nuncupatiuum,ibid.ver.2.
Testamentum factum per relationem ad cedulam,nū quid valeat,ibidv.3. 2
Testamentum confectum ad interrogationem alterius,an valeat.ibid.q.37.v.2. 21
Testamentum conditum à filio, dum pater est apud hostes captiuus,nunquid valeat,d.§.q.18.v.5. 11
Testamentum conditum secundum consilium Galli Aquilij an valeat,ibi.q.35.ver.3. 26
Testamenti vna pars per aliam declaratur, vide supra Pars.
Testamentum nullū ex causa præteritionis vel exhæredationis sustinetur ex dispositione auth. ex causa, vide ſ.Dispositio auth. ex causa.
Testamentum imperfectum sustinetur inter liberos ex dispositione l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C.de testam.vide ſ.Dispos.it.§.ex imperfecto.
Testamentum imperfectum ad pias causas sustinetur §.Test.q.6.& 7. 3
Et an sustineatur etiam quo ad legata laicis relicta, ibid.quæst.6.v.9. 4
Testamentum nutu conditum ad pias causas valet,ibid.versicu.7.
Testamentum perfectum an aliquādo reuocetur per secundum imperfectum,ibi.q.97.v.1. 56
Testamentum primum an reuocetur per secundum, ibid.qu.94.ver.1.
Et quid si primum sit iuratum,ibid.v.3.
Et an hoc casu testator sit periurus,ibid.v.4.
Et quid si ex secūdo testamento non sit adita hæreditas,q,96,ibid. 56
Et quid in testamento condito inter liberos,q.98. 56

Et quid si primum testamentum habet clausulam derogatoriam,q.99.latè. 57
Testamentum militis quæ priuilegia habeat, ibid.qu. 15.& sequen. 9
Testamentum an contraria testatoris voluntate reuocetur,ibid.q.91.v.1. 54
Et quid si concurrat tempus decennij,ibi.v.3.
Et à quo tempore sit computandum istud decenniũ, ibid.versicu,4.
Et quid si testator dicat, quòd vult decedere intestatus,q.92. 54
Testamentum non solenne an sit ipso iure nullum,ib. quæst.89. 53
Et an ex eo oriatur naturalis obligatio,q.90.ibi.
Testamentum metu conditum an sit ipso iure nullum quæst.87. 53
Testamentum an rumpatur per ingressum monasterij, vide ſ.Religio.
Et an legitimatione filij, vide ſ.Legitimatus.
Et an resurrectione testa. vide ſ.Resurrectio.
Et an præter.vel exhæred.filiorum,parentum,vel collateralium,vide ſ.Filius Frat.nat.præter.&c.
Testamentum eius,qui seipsum occidere voluit,an valeat,§.fi.q.68.v.37. 358
Testamentum condere an possit cõdemnatus ad mortem,vide ſ.Condemnatus.
TESTARI aliquem prohibens qua pœna puniatur,vide ſ.Prohibens.
Compellens aliquem ad testandum qua pœna punia tur,vide ſ.Compellens.
TESTATOR eatenus censetur diligere in substitutione,quatenus dilexit in institutione, §.Testam. q.76.versic.7. 47
Testatoris mens præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris,& statutorum,ibid.q.76.v.12. 47
Testatoris voluntas quomodo interpretanda sit, d.q. 76.latè. 46.& 47
Testator censetur velle minus grauare hæredem quã sit possibile,d.q.76.v.9. 47
Testator an possit prohibere hæredi detractionẽ Trebellianicæ,vide ſ.Trebellianica.
Et an possit prohibere detractionem legitimę,vide ſ. Legitima.
Et an possit prohibere detractionẽ Falcidiæ,§.Testa. q.73.versicu.2. 45
Et an possit prohibere alienationem ipsius legitimæ, vide ſ.Alienatio.
Et an possit prohibere diuisionem inter hæredes,vide ſ.Diuisio.
Et an possit prohibere ius accrescendi, vide suprà,ius accrescendi.
Et an possit prohibere hæredi alienationem rerũ suarum,vide ſ.Alienatio.
Et an possit prohibere,ne pro legatis bona sua sint tacitè hypothecata,ibid.q.70. 43
Et an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo,fruendo,&c.vide ſ.Cautio.
Et an possit prohibere,ne testamẽtum ipsum insinuetur,vide ſ.Insinuatio.
Et an possit remittere confectionem inuentarij, vide ſ.Inuentarium.
Et an possit concedere legatario facultatem capiẽdi rem legatam propria auth.vide ſ.Legatarius.
Et an possit legare tutori,vel administratori liberationem à ratione reddenda,d.§.Test.q.73.v.2. 45
Et an possit priuare hæredem hæreditate in euentum alicuius conditionis,vide ſ.Hæres.
Et an possit disponere de reb.hæred.d.§.q.71. 43
Et an possit bona hæred.expressè obligare,ibid.v.1.
Et an possit imponere onus fideicommissi super re p eum prius hæredi donata,vide ſ.Fideicommiſ.
TESTES qui possint in testamentis adhiberi, §. Test.quæst.55. 34
Testes in testamento adhibiti debent esse rogati, di. §.quæst.58. 38
Et quid in testamento nuncupatiuo,ibid.
Et quid in testamento ad pias causas,ibid.q.64.v.3.
Et quid in testamento condito inter liberos, quæst.8. versiculo 3. 5
Et an sufficiat, quòd sint rogati ab alio quàm à testatore,qu.58.versi.4. 38
Testes in testamento adhibiti necesse est, vt videant testatorem,ibid.q.59. 38
Testes quot requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli,§.feud.q.60. 128
Testes in testamento debent saltem septem interuenire,§.Testam.q.56. 35
Et an hi numerus sit de forma substantiali, vel probatoria ipsius testamenti,ibid.v.2.
Et an tempore pestis sufficiat minor numerus, vide suprà Pestis.
Et quid in testamento ad pias causas condito,ibidem quæst.versic.4. 36
Et quid in testamento condito inter liberos, quæst.8. versiculo 4.
Et quid in testamento condito ruri à rustico, quæst. 56.versiculo 6. 36
Et quid in testamento condito coram Impe.ibid. qu 58.versiculo 7. 36
Et an de iure canonico minor numerus testium sufficiat,ibid.qu.57. 37
Vnus testis de visu an faciat indicium ad torturam §. fi.q.21.versicu.2. 233
Et quid si testis non viderit,sed audiuerit, & dicat cognouisse ad vocem,ibid.v.2.
Ad probandum vnum indicium quot testes requirantur,§.fi.q.22.in prin. 240
Testibus, qui ad informationem curiæ recipiuntur, an possit reus dare interrogatoria, vide suprà Interrogatoria.
Testes in causis criminalibus qui esse possint, §.finali q.14.per totum. 221.
Et an constitutus in peccato mortali,ibi.v.16. 224
Et an semel conuictus de crimine,ibid.
Et an in subsidium testes inhabiles quãdoque admittantur,ibid.ver.28. 225
Et an ad defensam,ibid.
Quæ personę cogi non possint ad testificandum,ibid.
Testis, qui non debuit examinari, si fuerit examinatus an faciat indicium.ibid.
Testes quando in causis criminalibus torqueri debeãt §.fi.q.25.per totum. 244
Et quid si sint varij,ibi.v.3.
Et quid in constitutis in dignitate,ibi.v.6.
Et quid si testis dixit vnum extra iudicium, & postea dixit contrarium in iudicio,ibid.v.7.
Et quid si sit vilis persona,ibid.v.8.
Et quid si interfuit delicto, & dicit se non vidisse, ibi. versiculo 9. 245
Et an testibus torquendis danda sit copia indiciorum vide ſ.Copia processus.
Testes debent coram iudice examinari in causis criminalibus,§.fi.q.26.in prin. 245
Et quid si sint personæ egregiæ,ibid.v.2.
Et an iudex possit concedere literas subsidiales pro eis examinandis,vide ſ.Iudex.

Et an

Et an princeps possit receptionem testium alteri cõmittere,vide ſ.Princeps.
Citatus ad perhibendum testi monium, qui propter legitimum impedimentum non comparuit & fuit excommunicatus, an dicatur legitimè excommunicatus,vide ſ.Impedimentum.
De exceptionibus,quæ contra testes proponuntur,§. fi.q.53.per totum. 309
Et an si opponantur testibus aliqua crimina, opus sit specificare locum, & tempus commissi delicti, ibidem versic.2.
Et an opus sit etiam probare,quòd communi opinione habeantur pro talibus,ibid.ver.Sed nunquid.
Et an opponens crimina contra testes,& ea non probans,teneatur actione iniuriatum,ibi.ver.4. 310
Testis falsus in vno,an probet in alijs,ibid.ver.7.
Et quid si testis falsum dixerit in non concernentibus substantiam rei,de qua agitur,ibi.ver.9.
Et quid ipsemet sibi cõtradicat,quia scilicet aliquãdo vnum aliquando aliud dixerit cui dicto standum sit, ibid.ver.10. 311
Et quòd si primò dixit vnum extra iudicium:& quid è conuerso,ibid.ver.12.
Et quid si vno in iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio,ibid.ver.13.
Et quid si in primo dixit nihil scire, in secundo autem deponit de veritate rei,ibid.ver.14. 312
Et quid si in eadem instantia,& inter easdem personas contraria deponat,ibid.v.15.
Et quid si primò depositi per verbum credo, secundò autem per verba assertiua veritatis,ibid.ver.16.
Et quid si testis neget se ita depositi, vt scriptum est, ibid.versic.17.
Et an hoc casu magis credatur notario, vel testi, ibid & §.Falsum.ver.10. 154
Testes singulares an probent in causis criminalibus, §.fi.q.53.vers.8. 313
Et quid si agatur de probando in genere aliquem esse hæreticum,adulterum,vel huiusmodi,ibid.
Et quid si episcopus faciat statutum,quòd crimen vsurarum possit probari per testes singulares,ibi.
Et quid si princeps solus testificetur contra aliquem, an ei credatur,vide suprà Princeps.
Testis non reddens causam scientiæ,in causis criminalibus nihil probat ibidem,ver.22.
Facto examine si reus neget,testes sunt repetendi ipso citato seu præsente, §.fi.q.45.ver.13. 395
Et quid si non sit reus citatus,sed testes cum eo confrontati perseuerent,ibidem.
Testes an possint post publicatas attestationes repeti,vel de nouo produci, vide suprà,Iudex.
Testis falsum deponens dicitur falsum committere, §.Falsum.versiculo.8. 154
Et quid si deponat in iudicio contrarium eius quòd dixerat extra iudicium,ibid.versiculo.9.
Et quid si deponat contrarium eius quòd dixerat in alio iudicio,ibid.versiculo.10.
Et quid si duo testes sibi ipsis inuicem contradicant, an sint de falso puniendi,ibidem,versi.11.
Testium dicta an sint inter se concordanda, vt euitetur falsum,ibidem.
Testis deponens super negatiua est suspectus de falso, ibidem,versiculo.13.
Testis deponens falsum non circa factum principale, sed circa alia extrinseca,an possit puniri de falso, ibidem,versiculo.14
Testis qui deposuit falsum sine iuramento, an possit puniri de falso,ibid.versiculo.16. 155
Ad hoc vt testis dicatur falsus,an requiratur quod probetur illum fuisse corruptum pecunia ibid. ver. 17.
Et quid è conuerso an sufficiat probare, quod testis fuit pecunia corruptus, absque eo quòd probetur, quòd falsum deposuerit,ibid.ver.18.
Pœna testis falsi quæ sit, ibid.versi.19.
TITVLVS de sacro sanctis ecclesijs, & de episcopis & clericis,est nullus ex defectu potestatis imperialis circa personas & res ecclesiasticas,§,Emphy. quæst.28.versi.Nec dicatur. 96
Titulus vasallagij an præsumatur per cursum decennij,§.Feud.quæst.19. 111
TORTVRA. Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam,est capite puniendus, vide suprà Iudex
Prius quàm deueniatur ad torturam, debet constare de delicto,§.fi.quæst.64.versi.3. 342
Tortura non est inferenda,vbi pro delicto non imponitur pœna corporalis, ibid.versi.4.
Vbi delictum aliter quam per torturã probari potest, non est reus tormentis subiiciendus,ibidem.vers.5.
In delictis occultis facilius solet ad torturam deueniri, ibidem, versiculo.6.
Reus conuictus de crimine, an debeat torqueri,vt illud confiteatur,ibid.versiculo.7.
Et an super socijs,& complicibus, ibid. versi.8. 343
Tortura inferri non debet nisi præcedetibus indicijs, ibidem,versiculo.9.
Et quid in atrocioribus delictis ibidem.
Et quid si reus sit malæ vocis,& solitus delinquere,ibi. versiculo.10. 344
Et quid si sit bannitus,& condemnatus in contumaciam,ibidem,versiculo,11.
Indicia quę præcedunt torturam,qualia esse debeant, vide suprà indicium.
Quæ personæ torqueri possint,§.fi.q.64.ver.15. 345
Et an liber homo,ibidem.
Et an personæ positæ in dignitate,ibid. versiculo.17
Decreta tortura,si reus appellet, an sit supersedendum,ibidem.versiculo.27. 347
Et quid si petat sibi dari copiam indiciorum,ibid m. versiculo. 28.
Torquendo non est dandum aliquid, quòd comedat, aut bibat per 10.horas priusquam torqueatur,ibi. versiculo.30.
Si plures sint torquendi,à quo sit incipiendum, ibidẽ
Iudeo an teneatur requirere accusatorem prius quã torturam reo inferat,ibid.
Torturæ gradus qui sint,ibid.verculo.31.
Tortura adhibenda est pro modo indiciorum, ibid. versiculo.33. 348
Tortura an possit inferri die feriato,vide suprà Ferię,
Torqueri non debet reus modis exquisitis,§.fin.quæ. 64 versiculo.36. 349
Reus negans,& in tortura perseuerans dicitur purgasse indicia contra eum existentia,ibid.ver.38.
Confessio facta in tormentis, an sufficiat ad coudemnandum,vide suprà Confessio.Et ibi plura de ratificatione ipsius confessionis.
Reus an possit interrogari de alijs criminibus de quicus contra eum nulla adsunt indicia, vide suprà Interrogari.
Tortura semel illata,an iterum repeti possit,§,fi.q.64. versiculo.46. 349
Tortura an sit in vsu pro finali pœna delicti,§.fi.q.70. versiculo.3. 360.
TRACTAT. An quis possit puniri in loco in quo tractatum fecit de cõmittendo delicto, §,fi. quæst.38.ver.8 282

TRADITIO rei emphyteuticæ an requiratur ad hoc, vt emphyteuta alienans cadat à iure suo, vide §.Emphyteuta.
TRANSACTIO. In quibus criminibus licita sit transactio, & ad quas personas spectet ius faciendæ pacis, vide §.Pax.
Transactio an sit licita super ludo, vide §.Ludus.
Transactio vel pax facta cum offenso, an faciat indicium, vide §.Pax.
TRANSFVGA punitur pœna mortis, §.fina.qu. 68.versicu.41. 359
TRANSVERSALES agnati an possint finita emphyteusi petere, quod illis refirmetur, vide suprà Agnati.
TREBELLIANICÆ detractio an possit à testatore prohiberi, §.Testa.q.62.v.2. 39
Et quid in codicillis, ibid.v.2.
Et an possit tacitè prohiberi, ibid.v.3.
Et an verbis vniuersalib.ibi.v.4.
Et an possit prohiberi etiam in filiis primi gradus, d. §.quæst.63. 40
TREPIDATIO rei an faciat contra eum indicium ad torturam, §.fi.q.21.v.39. 239
TREVGA si ab vna partium rumpatur, an possit ab altera impunè frangi, §.fi,q.47.v.8. 301
TVTORI an possit testator remittere confectionem inuentarij, vide §.Inuentarium.
Tutoris datio an sustineatur ex dispositione, §.ex imperfecto, vide §.dispositio, §.ex imperfecto.
Tutor an possit facere pacem nomine pupilli, vide suprà Pax.
Tutor cum pupilla se commiscens, qua pœna puniatur, vide §.Coitus.
Tutor an possit accusare nomine pupilli, §.finali,qu. 14.versiculo 24. 225
VACILLATIO rei an faciat contra eum indicium ad torturam, §.fi.q.21.v.39. 239
VAGABVNDVS vbique puniri potest, §.fi.q. 39.versiculo 7. 287
Et quis dicatur vagabundus, ibi.v.8.
Vagabundus, quomodo citari debeat, §.finali,quæst. 31.versiculo 21. 258
VARIATIO rei an sufficiat ad torturam, §.fi.qu. 21.versiculo 39. 239
Et quid in teste, vide §.Testis.
VASALLVS an teneatur dominum adiuuare suis sumptibus, §.Feud.q.21. 112
Vasallus inhabilis ad pugnandum, si ex prælio aufugiat, an possit priuari feudo.versi.2.
Vasallus an teneatur præferre salutem domini suę propriæ saluti, ibid.v.3.
Vasallus an teneatur adiuuare dominum, etiam contra patrem, & fratrem ipsius domini, ibidem, versiculo 4.
Et an contra seipsum, ibid.v.5.
Vasallus tenetur petere inuestituram à domino intra annũ & diem, aliàs cadit à feudo, d.§.q.49.v, 1.302
Et quando incipiat currere iste annus, vide suprà Annus.
Et an hoc casu vasallus cadat à feudo ipso iure, d.qu. 49.versiculo 6. 303
Et an admittatur purgatio moræ, ibi.v.9. 303
Et quid si vasallus non possideat feudum, an illi currat tempus, ibi.v.8.
Et an si dominus postea illum recipiat ad debita seruitia, videatur illi remisisse caducitatem, vide suprà Dominus.
Et quid si dominus neget facere inuestituram, vide suprà Dominus.
Et an agnatus qui acquisiuit aliam partem feudi, teneatur pro illa petere nouam inuestituram vide suprà Agnatus.
Vasallus an teneatur alere dominum egenum, dicto. §.quæst.23. 112
Vasallus an teneatur liberare dominum in carcerib. detentum, ibid.q.24. 112
Vasallus negans feudum, priuatur feudo, ibidem quæ. 59.in 12.causa,v.2. 128
Et quid si neget tantum partem, an cadat à toto feudo, ibid.d.§.ver.3.
Et quid si neget in genere narrata prout narrantur, ibid.versicu.4.
Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia d.§.qu.25. 112
Vasallus an possit alienare feud.sine consensu domini, qu.31.versi.1. 114
Et an propter necessitatem famis, ibid.v.11. 115
Et quid si feudum sit acquisitum pro se, & quibus dederit, ibid.versi.8.
Et an scientia & taciturnitas domini sufficiat pro cõsensu, ibid.v.13. 116
Vasallus an possit alium de feudo subinfeudare domino irrequisito, d.§.q.32.v.1. 116
Et quid si feudum sit ecclesiasticum, ibi.v.2.
Et quid si sit feudum decimarum, vide suprà Decimæ.
Vasallus cui feudum est subinfeudatum, si velit illud alienare, à quo debeat habere consensum, an à supremo domino, an ab immediato, dicto.§.quæstio. 32. versiculo 6. 116
Vasallus an possit feudum locare ad longum tempus. ibid.quæst.33. 117
Vasallus an possit renunciare feudo in manibus domini ipso inuito, ibi.q.34. 117
Et an facta renunciatione sit liberatus à præstatione seruitiorum, ibid.
Et an post renunciationem possit impunè dominum offendere, ibid.v.2.
Et an talis renunciatio præiudicet agnatis, vide suprà Renunciatio,
Vasallus an possit rem feud.dare alteri in emphyteusim, d.§.qu.33.v.3. 117
Et an possit dare ad libellum, ibid.v.2.
Vasallus an possit feudum pignorare, ibidem, quæstio.35. 118
Vasallus an possit feudum dare in dotem, dicto, §.qu. 36.ibidem.
Vasallus an possit super feudo constituere seruitutẽ, d.§.q.37.ibid.
Et an vsumfructum, ibid.v.2.
Vasallus an possit super feudo transigere, dicto §.quæstio.38. 118
Et an possit de feudo facere compromissum, dicto §.quæst.39. 119
Vasallus an possit de feudo testari, & illud legare, aut prælegare, q.40. 119
Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali, qu.47. 124
Vasallus an possit alienare feudum in præiudicium agnatorum, vide §.feudum.
Vasallus committens stuprum cum vxore domini, an amittat feudum, ibid.q.48. 125
Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an cadat a feudo, ibid.q.31.v.1. 114
Et quid si contractus erat ex aliqua alia causa nullus, ibidem, versiculo 2.
Et quid si non sit secuta traditio, ibid.ver.3.
Et quid si secuta sit, sed ficta, ibid.ver.4. 115
Et quid si protestetur se alienare, saluo consensu domini vide §.Protestatio.
Vasallus qui post alienationem recuperat feudum, an euitet pœnam priuationis, d.§.q.31.ver.6. 115
Vasallus alienans solummodo partem feudi, an cadat à toto, ibid.ver.Sed pone.
Vasallus an possit alienare commoditates feudi, ibidem ver.7.
Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis, an cadat à toto feudo, ibid.q.53. 127
Vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini, an cadat à feudo, ibid.q.54. 127
Vasallus deteriorans feudum, an possit eo priuari, quæst.56. 127
Vasallus qui per triennium cessauit soluere pensionem, an priuetur feudo, ibid.q.51. 127
Vasallus seipsum occidens, an priuetur feudo, ibidem, quæst.58. 128
Vasallus an possit priuari feudo sine causa, quæst.59. versic.1. 128
Vasallus offendens dominum vi aut metu coactus, an excusetur, ibid.q.61. 128
Vasalli an possint prorogare iurisdictionem alterius iudicis, vide §.Iurisdictio.
Vasallus recipiens inuestituram de feudo antiquo, tanquam de nouo, an præiudicet agnatis, ibidem, q.8.ver.5. 107
Vasallus an possit rem feudalem concedere in emphyteusim, §.emphyt.q.5.Remissiuè. 83
Vasallus an possit accusare dominum, §.fin.quæst.14. versic.23. 225
Vasallus committens stuprum cum vidua domini, amittit feudum, vide §.Stuprum.
VENDENS rem duobus incidit in falsum, §.Falsum, ver.29. 156
VENENVM dans alteri, punitur vt homicida, §.Homicidum.ver.13. 171
Et an puniatur pœna mortis, etiam si ille, cui datum est venenum, mortuus non fuerit, ibidem.
VENIA. Reus petens veniam delicti coram iudice, an videtur illud fateri, §.fi.q.49.ver.17. 304
VERBVM relinquo an importet institutionem, vide §.Relinquo.
Verbum æquiuocum positum in vna parte testamenti, intelligi debet, prout in alia parte ipsius testamenti clarè positum reperitur, §.testamen. quæst. 76.versic.6. 47
Verba testatoris attenduntur, vbi de mente aliter non apparet, ibid.ver.4.
VESTES & localia per maritum vxori data an censeantur donata, vide §.localia.
Quid faciendum sit de vestibus damnatorum, §.fi.qu. 100.ver.4. 430
VIS Vim publicam vel priuatam committens, qua pœna puniatur, §.fi.q.83.ver.4. 385
Omnes coitus per vim commissi grauius puniuntur, §.Fornicatio.ver.32. 163
VITES. Vitium incisores qua pœna puniantur, §.fi. qu.68.versiculo 43. 359.
VICARIVS prętoris an possit cognoscere de causis criminalibus, §.fi.q.40.in prin. 288
Et an possit imponere vltimum supplicium, aut membri mutilationem, ibid.ver.2.
Vicarius episcopi an possit de causis criminalibus cognoscere, ibid.ver.3.
VIDVA an propter stuprum amittat dotem, & qui bus pœnis puniatur, vide §.Stuprum.
VIRGINEM deflorans qua pœna puniatur, vide §.Stuprum.
Et quid si nondum sit viripotens, ibid.
VLTIMA voluntas an vitietur ex latinitate, §.Test. q.88.Remissiuè. 53
VNIVERSITAS vel Collegium an possit accusari, §.fi.q.16.ver.2. 226
Et quomodo dicatur vniuersitas vel collegium delinquere, ibid.
Et quomodo possit vniuersitas puniri, ibid.ver.7. 227
Vniuersitas an possit excommunicari, §.fin.quæst.60. versiculo 30. 336
VOLVNTAS testatoris semper attendi debet, §.Testam.q.76.ver.1. 46
Voluntas testatoris quomodo coniicienda, vel interpretanda sit, d.q.76.ver. 46
VSVFRVCTVARIO an possit testator remittere cautionem de vtendo fruendo, &c. vide suprà Cautio.
Et an possit illi remittere confectionem inuentarij, vide §.Inuentarium.
Vsufructuarius directi dominij an debeat habere laudemium, an autem proprietarius, vide §.Laudemium.
VSVRA quid sit, §.Vsura, in prin. 196
Vsura quot modis committatur, ibid.v.2.
Vsuræ an sint omni iure prohibitæ, ibid.v.3.
Et an de iure ciuili, ibid.v.4.
Et an pro vsura possit quis criminaliter puniri, ibidem versicu.5.
Casus, in quibus vsuræ sunt à iure permissæ, ibi.ver.6.
Vsurariorum pœna quæ sit, ibid.ver.10.
Iudæi an possint de iure communi vsuras licitè exercere, vide §.Iudæus.
Vsuratum crimen ecclesiasticum, §.fi.q.37.v.2. 280
Vsurarius tenetur restituere vsuras, §.vsura.v.11. 196
Et an dominium rerum, quas extorsit ex causa vsurarum, in illum transferatur, ibid.ver.12. 197
Vsurarius manifestus an possit testari, ibid.v.13. 212
Et an donare causa mortis, ibid.Remissiuè.
Et quis dicatur vsurarius manifestus, ibi.ver.15.
Vsurarij sunt infames, ibid.v.16.
Vsurarius qui aliquando exercuit vsuras, & postea desiit fœnerari, an adhuc dici possit vsurarius, ibidẽ, versicu 17.
Vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione iuxta formam ca.quamquam, de vsuris, in 6. §.Test.q.26. 14
Et qualis cautio præstari debeat, ibid.v.2.
Et an talis cautio possit præstari post cõditum testamentum, ibid.ver.3.
Et an dispositio d.c.quamquam, habeat locum in vsurario, qui desiit fœnerari, ibid.ver.4.
Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis, §.donat.qu.7. 65
VTENS dicto falsi testis quomodo puniatur, §.Falsum, vide §.falsum.
Vtens falso instrumento, quomodo puniatur, ibid.
VVLNERANS aliquem animo deliberato occidendi, an puniatur pœna mortis, §.Homicidium. versicu.74. 182
Vulnerans animo tantũ vulnerãdi, & deinde assomẽs animũ occidendi, & occidens, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus, §. fi.q.84.versic.5. 387
Vulnerans aliquem lethaliter, si deinde alius superueniat, qui illum exanimet, an de homicidio teneatur §.Homicidium, v.Sed quid si reus.nu.46. 177

Statutum

Statutum puniens vulnerantem, vide suprà statutum
Vulnerati assertio an faciat indicium contra vulnerantem ad inquirendum, §. fi. q. 21. ver. 14. 235
Et an ad capturam ibid. versiculo. 15.
Et an ad excusandum à calumnia hæredem qui accusationem instituit, ibid. ver. 16.
Et an ad torturam, ibid. ver. 17. 236
Et an exculpatio vulnerati excuset reum à tortura, §. final, quæst. 52. versi. 5. 309
Si ignoretur quis ex pluribus vulnus intulerit, an omnes sint absoluendi, vide suprà Homicidium.
VXOR an possit donare marito, vide 5. Maritus.
Vxor an teneatur sequi virum bannitum, §. fi. quę. 82. statuto secundo. ver. 4. 380
Vxor an possit accusare de morte mariti, §. fi. quę. 14. versiculo. 8 222
Vxores plures eodem tẽpore habens, qua pœna puniatur, §. fornicatio. versiculo. 30. 161
Vxor credens virum suum vita functum, si alium ducat, an excusetur, ibid. versiculo. 31.
Vxor propter adulterium amittit dotem, & bona parafernalia, vide suprà Adulterium.
Vxore de linquẽte, an eius dos confiscetur, vide suprã Dos.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

† a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes sunt terniones dempta † duernione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca